APULEII

OPERA OMNIA

EX EDITIONE OUDENDORPIANA

CUM NOTIS ET INTERPRETATIONE

IN USUM DELPHINI

VARIIS LECTIONIBUS

NOTIS VARIORUM

RECENSU EDITIONUM ET CODICUM

ET

INDICIBUS LOCUPLETISSIMIS

ACCURATE RECENSITA.

VOLUMEN TERTIUM.

LONDINI:

CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A. M.

1825.

APULEII

OPERA OMNIA

VOL. III.

APULEII

OPERA OMNIA

EX EDITIONE OUDENDORPIANA

CUM NOTIS ET INTERPRETATIONE

IN USUM DELPHINI

VARIIS LECTIONIBUS

NOTIS VARIORUM

RECENSU EDITIONUM ET CODICUM

ET

INDICIBUS LOCUPLETISSIMIS

ACCURATE RECENSITA.

VOLUMEN TERTIUM.

LONDINI:

CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A. M.

1825.

cutus, Non adeo, respondit, absurde jocatus es,[4] furcifer. Valde enim[5] fieri potest, ut contubernalis noster paululum quoque mulsi[6] libenter appetat. Et, Heus, ait, puer,[7] lautum diligenter ecce illum aureum cantharum[8] mulso[9] contempera, et offer[1] parasito[2] meo:[c] simul, quod ei præbiberim, commoneto.[3] Ingens[4] exin oborta est epulonum expectatio.[5] Nec ulla tamen ego ratione conterritus, otiose, ac satis genialiter[6] contorta, in modum linguæ, extrema labia,[7] grandissimum illum calicem uno haustu perhausi.[8] Clamor exsurgit,[9] consona voce cunctorum salute me prosequentium.[1] Magno denique delibutus gaudio[2] dominus, vocatis servis suis,[3] emtoribus meis jubet qua-

tam inepte cavillatus es, verbero, facile enim potest fieri, ut noster sodalis bibat etiam libenter calicem vini melliti. Atque, Heus, inquit, puer, ablue illud aureum poculum, atque imple vino, et offer meo parasito: simulque mone illum me ipsi propinavisse. Dehinc magna expectatio orta est inter convivas. Ego vero nullatenus turbatus absorpsi uno ductu capacissimum illud poculum otiose, et satis hilariter, incurvans extremitatem labii in formam linguæ. Extollitur clamor ab omnibus precantibus mihi incolumitatem voce unanimi. Denique herus perfusus ingenti lætitia vocat ad se servos illos, qui me emerant, et præcipit, ut eis redderetur quater pre-

Fulv. *jocatus*. Wowerius. Ms. *jocatus*. Scioppius in Symbola. *Jocatus*. Vulgo, *locutus*. Elmenhorstius. Wower. immo jam antea Junt. post. exhibuit bene *jocatus*, quod agnoscunt Mss. O. exceptis Pith. et Bert. l. VI. p. 130. 'Mecum benignus jocatur comes.' In Oxon. Guelf. pr. est *jocatus est* in tert. persona; ac sic edidit Scriverius. *Oud.*—5 Fux. *v. inquit*. Id.—6 Vid. Not. Var.—7 *Heus, ait, puer*. Ed. Rom. *Hemus a. p.* Elmenhorstius. Item Vicent. et M. Bas. pr. Sed recte Beroaldus *heus* correxit. Vide ad l. IX. p. 200. 'Heus, inquit, puer.' *Oud.*—8 Oxon. *a. crateram*. Sed consule Pricæum. *Id.*—9 *Mulso et multo cont.* Aberant hæc *et multo* a vulgat. Cod. *Colv.*—1 *Affer*. Fux. *offer*. Roald.—2 Vid. Not. Var.—3 Pal. Oxon. Guelf. carent τῷ *ei*. Pith. *præbiberit commoveto*. Pal. *præbiberius*. Par. Guelf. pr. *commoneo*. Oud.—4 Guelf. pr. *inde*. Id.—5 Ms. Cod. *aborta*. Colvius. Flor. D'Orv. *exinde*. Pith. quoque et Fux. male *aborta*. Guelf. pr. Oxon. *orbata*. D'Orv. *spectatio*. Oud.—6 Fux. *et*. Vitiose Edd. Ber. Bas. pr. *generaliter*. Id.—7 Flor. *postrema labia*. Elmenhorstius. Qui cum Scriverio hoc recepit. Ac sane suffragantur Mss. D'Orv. Guelf. pr. Oxon. Coll. Voss. et Ed. Junt. post. L. III. p. 59. 'postrema dejecta labia.' Quicquid sit, partem labii prominentem in asino intelligit. Ceterum similem esum et potum elephantorum vide apud Ælianum l. II. de Anim. c. 11. *Oud.*—8 Conjicit quidam *perduxi*: sed elegantius est vulgatum. *Id.*—9 Vulg. *Et clamor exurgit*. Colvius. Mss. O. carent copula, præter Pith. et D'Orv. *Oud.*—1 Vid. Not. Var.—2 Manuscr. cod. *delibus g.* Colvius. Oxon. *magnoque d.* non Ed. Vicent. ut ait Pric. *Oud.*—3 Pronomen restitui auctoritate Mss. septem, vel plurium, Edd. Vett. item Elmenh. et Scriv. Excidit primum ab Ed. Colvii, sequentis tacite Lips.

NOTÆ

[c] *Parasito meo*] Asino, quem jculariter parasitum vocat.

druplum restitui pretium; meque cuidam acceptissimo[4] liberto suo, et satis peculiato, magna præfatus diligentia,[d] tradidit. Qui me satis humane, satisque comiter[5] nutriebat: et, quo se patrono commendatiorem faceret, studiosissime voluptates ejus per meas argutias [223] instruebat. Et primum me quidem mensam accumbere[6] suffixo cubito, dein[7] alluctari, et etiam saltare[8] sublatis primoribus[9] pedibus perdocuit:[1] quodque[2] esset apprime mirabile, verbis nutum commodare;[3] ut quod nollem, relato, quod vellem, dejecto capite monstrarem,[4] sitiensque, pocillatore respecto, ciliis alterna connivens,[5] bibere[6] flagitarem. Atque hæc omnia perfacile obediebam: quæ, nullo etiam monstrante[7] scilicet, facerem. Sed verebar, ne, si forte sine magistro, humano ritu ederem, plerique rati[8] scævum præ-

tium, quo me emerant. Et me dedit cuidam liberto suo sibi gratissimo, et valde diviti, præcipiens ut me servaret magna cura. Hic alebat me satis clementer et leniter: et, ut redderet se acceptiorem suo patrono, summa cura præparabat ei oblectamenta per meas facetias. Et primum quidem docuit me accumbere mensæ innixum cubito, deinde colluctari, et saltare elatis anterioribus pedibus: et (quod præcipue admirandum est) signis uti loco verborum: ita ut ostenderem, sublato capite, quod vellem, et demisso, quod nollem: et, cum sitirem, intuerer pincernam, et peterem potum, claudendo oculos alternatim. Et facillime obsequebar his omnibus, quippe quæ fecissem tametsi nemo me docuisset: sed timebam, ne, si forte hoc facerem more hominum, nullo me docente, plerique crederent hoc præsagire sinistros eventus, et

Cod. cui consentire videntur Palat. et Guelferb. *Id.*—4 Bert. *aptissimo.* Elmenh.—5 Guelf. pr. *comuuiter.* Oud.—6 Flor. *mensu ac.* Elmenhorstius. Item Fux. perperam. Nec in *mensæ* reformandum est, ut Wasseo videbatur. Vide ad l. v. p. 91. 'Lectum accubans.' *Oud.*—7 Pith. Oxon. D'Orv. *deinde.* Id.—8 Vid. Not. Var.—9 *Prioribus.* Fux. *primoribus.* Roaldus. Sic etiam Mss. mei plerique cum Edd. Junt. post. Colv. &c. Vid. ad l. II. p. 23. 'currunt primores.' *Oud.*—1 Pal. *prædocuit.* Id.—2 Flor. *quoque e.* Male. *Elmenh.*—3 Pith. Oxon. Guelf. pr. *nutu commendarem.* Item Lips. Fux. Palat. D'Orv. et Edd. Junt. utr. Aldi, *commodarem.* Forsan non male. Talis enim modorum variatio frequens est. Vide me ad Sueton. Galb. c. 10. p. 756. et supra ad l. I. p. 17. 'perferas et produc.' de Dogm. Plat. l. I. p. 577. 'esse situm. Et &c. jungatur.' Si tamen sana illa sint, nec potius *ut* legendum. Al. *at.* Oud.—4 Vid. Not. Var.—5 Pith. Fux. Guelf. *conibens,* de more. *Id.*—6 Ms. *libere.* Colvius. Et Palat. ac Guelf. uterque. *Oud.*—7 Pith. *inmonstrante.* Id.—8 *Hoc ederem, plerique rati.* Flor. delet *τὸ hoc.* Elmenhorstius. Abest etiam a Pal. Oxon. D'Orv. Guelf. Ed. Junt. post. Quare ejeci. *Hæc* ascripsit Salm. Respicit Auctor ad *hæc omnia.* Neque opus est cum Pith. (in quo *heredem*) Flor. Pal. Fux. Guelf. rescribi *pleraque.*

NOTÆ

[d] *Magna præfatus diligentia*] Supple, *me esse curandum.*

sagium portendere,[9] velut monstrum ostentumque,[1] [e] me obtruncatum, vulturiis [2] opimum [3] pabulum redderent. Jamque rumor publice crebruerat,[4] quo conspectum [5] atque famigerabilem meis miris artibus effeceram dominum: Hic est, qui sodalem convivamque [6] possidet luctantem asinum, saltantem [7] asinum, voces humanas intelligentem, sensum nutibus exprimentem. Sed prius est, ut vobis, quod initio facere debueram, vel nunc saltem [8] referam, quis iste, vel unde fuerit. Thiasus [f] (hoc enim nomine meus nuncupabatur dominus) oriundus [9] patria Corintho, quod

me quasi prodigium, et portentum, abscisso capite, traderent vulturiis in escam pinguem. Et jam fama invaluerat in vulgus, qua reddideram meum dominum spectabilem atque celebrem meis mirabilibus solertiis: Hic est (inquiebant) qui habet asinum convivam, et contubernalem, qui luctatur, qui saltat, qui ludit, qui intelligit verba hominum, et declarat nutibus suas cogitationes. Sed ante oportet, ut vobis narrem, saltem nunc (cum tamen debuerim id facere initio) quis, et cujas fuerit ille Thyasus, hoc enim erat nomen mei domini. Patriam habebat Corinthum, ex qua

D'Orv. *pleri.* Oud.—9 Male hic etiam ante, *sæv. præs.* Colvius. Tò *portendere* non est in Bertino. *Elmenh.* Fux. *portenderem.* Debet certe *me* vel addi, vel intelligi, vel scribi *portendi.* Adi ad Suet. Claud. c. 29. Malim tamen etiam verbum hoc cum viro docto excludere; sicut et lunulis circumscripserunt Elmenh. et Pric. quanquam talia junctim occurrant quoque l. IX. p. 204. 'Hæc erant, quæ prodigiosa præsagiverant ostenta.' In Bertino est *sævum.* De eo alias. *Oud.*—1 Flor. *portentumque.* Efficacius, si supra deleas τὸ *portendere.* Id. —2 *Vulturibus.* Ald. *vulturiis.* Supra notatum. *Colv.* Bert. *vulturiis.* Elmenh. Non Aldus tantum, sed Edd. omnes ante Colv. exhibent *vulturiis*, item Mss. Pith. Fux. Reg. D'Orv. Oxon. et Lips. cum Scriverio; ut solet Noster. Vide Misc. Obs. Vol. II. p. 398. Nil notatum e Guelf. *Oud.*—3 Ed. Bas. pr. *optimum.* Id.—4 *Crebuerat.* Mss. Fux. Oxon. D'Orv. *crebruerat.* Recte. Vide supra. Nil not. e Guelf. *Id.*—5 Pith. *conspectu.* Tum Guelf. sec. a m. pr. *feceram.* Id.—6 Pith. *convivam, sodalemque.* Id.—7 *Luctantem asinum, saltantem.* Hæc non sunt in Vet. Cod. *Colv.* Desunt quoque in Pal. Oxon. Reg. Fux. Guelf. Sed vide supra ad voces 'alluctari, et jam saltare.' Contra alii Codd. augent contextum, ut notis seqq. patebit. *Oud.* Vid. Not. Var.—8 Palat. *saltem nunc.* Oud.—9 *Vel unde fuerit Thiasus. Hoc e. n. m. nuncupabatur d. Oriundus.* Bert. *Frausus.* Inepte. *Elmenh.* Novem priores voces desunt Palatino. *unum* Edd. pp. *Fuerat* Guelf. pr. Pith. Fux. *Fiasus* Pith. *Frasys* Bert. *Thyasus* Edd. omnes. Perperam, ut opinor. Non enim Græcis saltatio Baccho sacra vocatur *θύασος*, ut Beroaldus, et ex eo secure transcripsit Floridus; sed *θίασος.* Vide, præter Græcos Grammaticos, Servium ad

NOTÆ

[e] *Velut monstrum ostentumque, &c.*] Monstri enim simile fuisset asinum humanos ritus effingere. Porro monstra prodigiososque fœtus in mare deportatos, aut etiam immolatos ex Aruspicum responsis frequenter legitur apud Historicos, maxime apud Livium.

[f] *Thiasus* [*Thyasus*] Hic nomen proprium. Alias Θύασος saltatio est, quæ Baccho exhibebatur. In Eclogis Virgil. 'Thyasos inducere Baccho.'

caput est totius Achaiæ provinciæ, ut ejus prosapia atque dignitas postulabat, gradatim permensis [1] honoribus, quinquennali magistratui fuerat destinatus: et, ut splendori [2] capessendorum responderet fascium, munus gladiatorium [3] triduanis spectaculis [4] pollicitus, latius [5] munificentiam suam porrigebat. Denique gloriæ publicæ [6] studio, tunc Thessaliam etiam accesserat, nobilissimas feras, et famosos inde gladiatores comparaturus.[7] Jamque ex arbitrio dispositis coëmtisque omnibus, domuitionem [224] parabat, spretis [8] luculentis illis suis vehiculis, ac posthabitis [9] decoris prædarum carpentis,[1] [g] quæ partim [2] contecta, partim

ortus erat, quæ urbs est primaria totius provinciæ Achaiæ. Cum per gradus consecutus esset omnes magistratus, ut genus ejus, et nobilitas poscebat, destinatus fuerat ad magistratum quinquennalem: et, ut responderet honori, quo afficiebatur, ineundo illum magistratum, promiserat se exhibiturum per tres dies spectaculum muneris gladiatorii; sed et amplius extendebat suam liberalitatem. Denique venerat etiam tunc in Thessaliam, desiderio gloriæ publicæ, emturus ex illa provincia feras præstantissimas, et gladiatores inclytos. Cumque omnia comparavisset, atque disposuisset ex animi sententia, præparabat se ad redeundum domum. Ipseque, posthabitis suis illis splendidissimis curribus, contemtisque pulchris rhedis et car-

Virg. Ecl. v. 30. Quid? quod et proprium nomen *Thiasi* occurrat crebro in Inscriptionibus. Vide Gruter. p. 834. 4. 961. 1. 976. 5. &c. Malim vero hoc modo distinguere: *fuerit. Thiasus (hoc e. n. m. n. dominus) oriundus, &c.* In Edd. Vic. Junt. pr. *hic.* Mss. Pith. Fux. D'Orv. Guelf. *nuncupatur.* Oud.—1 Pith. *perinmensis.* Id.—2 Reg. *splendor.* Id.—3 Edd. Junt. Ald. *gladiatorum*, perpetuo errore. *Id.*—4 Ms. *triduani spectaculi.* Scioppius in Symbola. Vulgo, *triduanis spectaculis.* Elmenhorstius. Genitivum singularem jam ante illum tacite expresserat Wower. e Codd. Pal. et Fulv. sicut Elmenh. et seqq. e Florent. quibus addo Reg. Fux. Oxon. D'Orv. Guelf. utrumque. Sed ante vulgatis suffragantur Bertin. et Pithœanus, sive per tridui spectacula. Quod primus non temere mutassem. Pro *triduanus* nova voce, quod miror admodum in Apuleio, antiquario, in Glossis vulgo legitur *triduus*, τριήμερος. *Oud.*—5 *Latius.* Guelf. sec. a m. pr. *lautius.* Id.—6 D'Orv. *publico.* Id.—7 Fux. *inde gl. inde comp.* Guelf. pr. *comparatos.* Id.—8 Oxon. *enim spretis*, teste Pricæo, pro *enim vero.* Sed in Gronoviana Coll. *spretis enim.* Vide ad l. IV. p. 69. *suptis* Palat. ut semper. *Id.*—9 Bertin. *præterhabitis.* Quod placet. *Sciopp. in Symb.* et *Susp.* l. I. c. 18. et edidit Scriverius. Sed cum præter auctoritatem sit, causam non video, cur reliquorum Codd. scripturam postponamus. 'Insuper habitis' alibi ait Auctor. Vide ad l. I. p. 8. *Oud.*—1 Vid. Not. Var.—2 *Quæ partim.* Exulant ab Oxon.

NOTÆ

g *Prædarum* [*Rhedarum*] *carpentis*] Sic omnino legendum est, juxta Pricæi exemplar, non *prædarum*, ut Colvius, aut *præclarum*, ut Scriverii editio habet.

revelata, frustra novissimis[3] trahebantur consequiis: equis etiam Thessalicis,[h] et aliis jumentis Gallicanis, quibus generosa soboles[i] perhibet[4] pretiosam dignitatem: me phaleris aureis, et fucatis ephippiis, et purpureis tapetis, et frænis argenteis, et pictilibus balteis,[k] et tintinnabulis perargutis exornatum, ipse residens amantissime, nonnunquam comissimis affatur[5] sermonibus. Atque inter alia pleraque summe se delectari profitebatur, quod haberet in me simul et convivam et vectorem. At, ubi partim terrestri, partim maritimo itinere confecto, Corinthum accessimus, magnæ civium turbæ confluebant, ut mihi videbatur, non tantum Thiasi dantes honori, quam[6] mei conspectus[7] cupientes. Nam tanta ibidem[8] etiam de me fama pervaserat; ut non mediocri quæstui præposito illi meo[9] fuerim. Qui, cum multos videret nimio favore lusus[1] meos spec-

pentis, quæ trahebantur in extremo agmine vacua, partim cooperta, partim aperta: neglectis etiam equis Thessalicis, et aliis jumentis Gallicis, quæ generositas suæ originis commendat, et reddit cariora: amantissime inequitabat mihi decorato phaleris aureis, et ephippiis tinctis, et tapetibus purpureis, et frænis argenteis, et cingulis pictis, et tintinnabulis valde sonoris, et alloquebatur verbis suavissimis. Et inter multa alia, quæ de me dicebat, affirmabat se maxime gaudere, quod haberet in me sodalem simul et vectorem. Verum simul atque peracta via, partim terrestri, partim maritima, devenimus Corinthum; magnæ catervæ oppidanorum concurrebant, non tam ad honorandum Thyasum, ut mihi quidem videbatur, quam quia avebant me videre. Tantus enim rumor de me perlatus fuerat in illum civitatem, ut ille meus præfectus non perceperit parvum lucrum ex me. Qui, cum cerneret

et Guelf. sec. *Id.*—3 Fux. *noris.* Perperam. Ultima et in extremo agmine, quasi appendices comitatus, vacua domino, trahebantur l. VIII. p. 167. 'successionis novissimus:' et sæpe. *Id.*—4 Ms. Par. *paribus*, Edd. Junt. Ald. *perhibetur.* Id.—5 Pal. Guelf. sec. *affatus.* Id.—6 Vid. Not. Var.—7 Bert. *aspectus.* Elmenh.—8 *Eriam ibidem.* Sic Pith. Fux. Pal. D'Orv. Guelf. Edd. ante Colvium, qui cum seqq. invertit voculas. *Oud.*—9 Idem, *præposito illi modo.* Colvius. Inepte Edd. Beroald. item pr. Junt. Ald. *prop. i. modo.* Oud. —1 Bert. *luxus.* Elmenhorstius. De hac confusione dixi supra. *Oud.*—2 Oxon.

NOTÆ

[h] *Equis etiam Thessalicis*] Strabo auctor est Thessaliam esse commodissimam equis pascendis.

[i] *Jumentis Gallicanis, quibus generosa soboles, &c.*] Plautus tamen videtur contra jumenta Gallica contemnere, cum ait, Aulul. Act. III. Scen. 5. 'Ego faxim muli, pretio qui superant equos, Sient viliores Gallicis cantheriis.'

[k] *Pictilibus balteis*] Ut a fingo fictilis, ita Noster a pingo formavit pictilis. Quod nomen, hoc in loco, pictum significat. Per balteos noster Asinus cingula intelligit, quibus ephippium astrictum adhæret dorso jumenti.

tare gestientes, obserata fore, atque singulis eorum seorsus admissis,[2] stipes acceptans non parvas, summulas diurnas corradere consuerat.[3] Fuit in illo[4] conventiculo matrona quædam pollens et opulens:[5] quæ more ceterorum visum meum mercata, ac dehinc multiformibus ludicris delectata, per admirationem assiduam paulatim in admirabilem mei cupidinem incidit, nec ullam vesanæ libidini medelam capiens,[6] ad instar asinariæ Pasiphaæ complexus meos ardenter expectabat,[7] grandi denique præmio cum altore meo depacta est[8] noctis unius concubitum.[9] At ille nequam,[1] ut posset de me suave provenire, [225] lucro suo tantum contentus, annuit.[2] Jam[3] denique cœnati e triclinio[4] domini decesseramus:[5] et jam dudum præstolantem[6] cubi-

multos cupientes miro studio videre meos ludos: clausa janua, introducens separatim unumquemque eorum, acceptis prius ab illis nummulis, solebat quotidie colligere non mediocres summas. * * * *

---

ac. Idem cum D'Orv. *seorsum*, ut et *amissis.* Id.—3 Sic edidi cum Edd. Vett. ex auctoritate Flor. Pith. Fux. Guelf. non *consueverat*, ut Bas. Colv. &c. In Bert. *comcidere*, Guelf. sec. *contradens*, Guelf. pr. Oxon. *contradere.* quasi voluissent *contrahere*, de quo vide ad l. II. p. 30. *Id.*—4 D'Orv. *fuit etiam in illo.* Ed. Floridi, *fuit et in illo.* Id.—5 Vid. Not. Var.—6 Ed. Junt. post. *nec ulla.* Forsan non male pro *nequaquam.* Vide ad l. IX. p. 198. Dein *cupiens* Pal. Guelf. Oxon. Pessime. *Oud.*—7 *A. asinariæ pasiphaës, c. m. a. expetebat.* Ms. *expectabat:* et sic quidam e vulgatis. *Colv.* Ms. *ad instar boariæ P. c. m. a. expectabat.* De verbo 'expectandi' dixi Suspect. lib. IV. Ep. 21. *Sciopp. in Symb.* Flor. et Rom. *expectabat.* Vide Sciopp. Suspect. lib. I. cap. 21. *Elmenh.* Atqui Pasiphaë non ardebat asino, sed tauro. Sed dubito, an Latine dici possit *asinaria* et *boaria*, quæ asini vel bovis cupidine flagrat. Videtur aliud quid latere. An *bovis adulteræ?* Sed nimis a vulgatis abit. Dein *Pasiphes* D'Orv. et Ed. Vicent. *Pasiphe* Pith. Fux. Guelf. *Pasiphaæ* Pal. Oxon. Recte, ut alibi in Mss. Vide ad l. II. p. 24. 'Pamphilæ.' Tandem *expectabat* restitui, auctoribus Mss. O. et Edd. primis, aliisque, ut Junt. Ald. quod prave Beroaldus ex glossa mutavit in *expetebat.* Bene cum Scioppio alterum quoque vindicavit Pricæus. Adi item Cort. ad Sall. B. Jug. c. 14. § 7. 'Alienas opes expecto:' ubi eadem varietas. *Oud.*—8 Idem, *depacta est:* an *depecta est?* Colvius. *Depreciata* legendum judico. Vide notata ad Apol. I. *Brant.* *Deprecata* item vitiose in Palat. et Guelf. sec. Ineptit Brantius; ut docebit te Nota Pricæi. *Depecta* vero, quod habet Guelf. pr. an *depacta* legas, a depaciscor vel depeciscor, res eodem redit, ut in detracto et detrecto, &c. Plura dicentur infra ad p. 229. 'Quo compecto.' Oxon. *autore*, Par. *authore.* Fux. *dep. e. cum alt. m.* Oud.—9 Bert. *cupitum*, male. *Elmenh.* Pith. *cubitum.* Et sic Edd. vulgares ante Bas. sec. excepta Junt. post. *Oud.*—1 Flor. *a. i. nequaquam*, male. *Elmenh.*—2 Vid. N. Var.—3 Pith. *jamque.* Oud.—4 Idem Ms. *ex triclinio.* Colvius. Guelf. pr. *et tric.* Oud.—5 Coll. Voss. *recesseramus.* Pith. D'Orv. *discess.* non male. Sed vide ad l. v. p. 91. 'decessit ad somnum.' *Id.*—6 *Et dudum pr.* Vulg. *et jam dudum.* Col-

culo meo matronam offendimus. Dii boni! qualis ille, quamque [7] præclarus apparatus! Quatuor eunuchi confestim, pulvillis compluribus ventose tumentibus pluma delicata,[8] terrestrem [9] nobis cubitum præstruunt: [1] sed et stragula veste, auro ac murice [2] Tyrio depicta,[3] probe consternunt: [4] ac desuper brevibus [5] admodum, sed satis copiosis pulvillis, aliis nimis modicis,[6] quis maxillas et cervices delicatæ mulieres [7] suffulcire consuerunt,[8] superstruunt.[9] Nec dominæ voluptates diutina sua præsentia morati, clausis cubiculi foribus, facessunt.[1] At intus cerei præclara micantes luce,[2] nocturnas nobis tenebras inalbabant.[3] Tunc[4] ipsa cuncto prorsus spoliata tegmine,[5] tænia[6] quoque, qua decoras devinxerat [7] papillas, lumen propter assistens, de stagneo vasculo [8] multo sese perungit oleo balsamo, meque indidem largissime perfricat: sed multo tanto impensius crura etiam natesque perfundit meas.[9] Tunc exosculata pressule, non qualia in lupanari [1] solent basiola

vius. Alii, *et jam dudum pr.* Elmenhorstius. Accedunt quidem Lipsiano Pal. Fux. Oxon. Sed *jam* cum Edd. Vett. agnoscunt Flor. Bert. Pith. D'Orv. Quare revocavi. Libidinis inpatientia jam dudum matronam in asini cubiculum inpulerat. πάλαι Lucian. *Oud.*—7 Deest pronomen in Pith. *Quamquam* Fux. *Id.*—8 Edd. pp. *dedicata.* Id.—9 Al. *terrestre.*—1 Vid. Not. Var. —2 Copulam haud agnoscunt Edd. Elm. Scriv. *Oud.*—3 Edd. Bas. Pric. vitiose *depicto.* Murex non erat depictus, sed vestis auro et ostro depicta fuit. Vide ad Sueton. Calig. c. 52. 'Depictas gemmatasque indutus pænulas.' *Id.*—4 In Bertino *substernunt.* Scioppius in Symbola. Hinc ita edidere Scriv. et Florid. Sed erravit Scioppius. Bert. cum reliquis hic præbet *consternunt.* Oud.—5 Ms. *desuper de brevibus.* Colvius. Sic et Palat. et Guelf. sec. *Oud.*—6 Malim, *ac iis nimis mod.* Colvius. Bert. *nimio mod.* Elmenhorstius. Infeliciter conjecit Colvius *ac iis*, ne Latinum quidem. Sed nec rem acu tetigit Pricæus, legi jubens, *pulvillis illis n. m.* Verissimum est *pulvillis aliis, nimio mod.* Aliorum enim pulvillorum majorum supra mentionem jam fecerat. 'Nimio' adverbium alibi quoque adhibuit Auctor. Vide ad lib. III. p. 61. *Oud.*—7 In Pithœano et Guelf. pr. est *delicatas.* Id.—8 D'Orv. Edd. Ald. Colin. Bas. Vulc. Wow. Pric. *consueverunt.* Id.—9 Bert. *supersternunt.* Elmenhorstius. Vid. Not. Var.—1 Ed. Vicent. *facessit.* Alii, *secessunt.* Male. *Oud.*—2 Quam vellem, optimam Pricæi conjecturam, *clara præmicantes luce*, confirmarent Msti. Sic enim solet Auctor. Vide Pric. et nos ad lib. XI. p. 245. *Id.*—3 Al. *inalbebant.*—4 Male Ed. Flor. *tum.* Oud.—5 Palat. Guelf. sec. *tegimine.* Vide ad lib. IX. p. 199. *Id.*—6 Vet. *cenia.* Colvius. Bert. *coma q.* male. *Elmenh.* Pal. et Fux. *cenia.* Inepte. Vide Comm. *Oud.* —7 Rom. *depinxerat.* Elmenhorstius. Ed. Vic. *dejunxerat.* Oud.—8 Vid. Not. Var.—9 *Sed multo tanta impensius etiam nares perf.* Scribere malim, *et multo tanto impensius crura, etiam nates perf. m.* Colvius. Ms. *nates.* Sciopp. in Symb. Plerique scripti, *nates.* Wower.—1 Scriptus cod. *lupanaria.* Colvius.

jactari, vel meretricum poscinummia, vel adventorum negotinummia,[2] sed pura atque sincera instruit, et blandissimos affatus:[3] Amo, et Cupio, et Te solum diligo, et, Sine te jam vivere nequeo:[4] et cetera, quis mulieres et alios[5] inducunt, et suas testantur affectiones.[6] Capistroque me prehensum,[7] more quo didiceram, declinat facile. Quippe cum[8] nil novi, nihilque difficile facturus mihi viderer;[9] præsertim post tantum temporis, tam formosæ mulieris cupientis amplexus obiturus. Nam et vino pulcherrimo atque copioso[1] memet madefeceram; [226] et unguento fragrantissimo[2] prolubium libidinis[3] suscitaram.[4] Sed angebar plane non exili metu, reputans,[5] quemadmo-

Non displicebat mihi *lupanario*. Brantius.—2 Quidam, *advectorum*. Colvius. *Advent.* Ita sane et Ms. Sed vulgo legitur *advectorum*. Forte *advocatorum*. Quorum nota perpetua est, esse pecuniæ accipitres, et extortores. *Sciopp. in Symb.* Alii, *advectorum*. Flor. *regatinummia*, male. *Elmenh.* Scioppio concinit Lud. D'Orleans ad Taciti Ann. lib. XI. p. 573. Sed perperam. Agitur hic de basiis, in lupanari jactari solitis, quo euntes viri recte dicuntur adventores, sicut et passim eo venire dicuntur meretrices. Ita cauponarum frequentatores lib. I. p. 7. 'adventores pristinos' ait: ut bene observavit, τὸ *advectorum*, quod habent solæ Edd. primæ, et Basil. corrigens Beroaldus. Adde Barth. l. XXXII. Advers. c. 13. 'Hospites et Adventores' in Inscript. Grut. p. 444. 8. Maff. Mus. Ver. p. 80. Verum corrupta est sequens vox *Negotinummia*, quam perperam explicare conantur Beroaldus et Elmenh. in Indice, ac Barthius ibidem emendare satagit in *negotimunia*; quia adventores munes sunt negotiorum basia dando. Ineptissime. Sed bene, quod veram Apuleii manum monstrent nobis Mss. Nam Palat. Lips. Guelf. sec. D'Orv. Pith. exhibent *negatinummia*, Oxon. Guelf. pr. *negantinummia*. Elegantissime, ut Lipsius reposuit ad marg. Ed. Colv. et amplexus est Pricæus. Meretrices poscunt pecuniam per basia, et adventores basia dant, ut nummos non dent, adeoque sunt savia nummos se habere vel dare posse negantia. *Oud.*—3 Scil. instruit. Sed in Bertin. est, *in bland. aff.* Oxon. Guelf. pr. *et blandissimis affatibus*. An *blandissimo* vel *blandissime sic affatur?* Id.—4 Palat. *vivere jam neq.* Id.—5 *Quis m. et alios ind.* Deest prima vox in D'Orv. *aliquos* est in Palat. *Id.*—6 Flor. *adfectationes*. Elmenh. Cum Guelf. sec. Sic in veterrimo Cod. Ausonii Epist. XVII. 'Qua adfectione addidisti,' habetur *adfectatione*. Oud.—7 Vulgo, *deprehensum*. Colvius. Bert. et Rom. *deprehensum*. Elmenhorstius. Sic etiam Pith. et Edd. Colvio priores. *Prensum* Fux. Lucian. καί με ἐκ τῆς φορβαίας ἐπιλαβομένη.—8 Τὸ *quippe* abest a scripto Cod. *Colv.* Item a Palat. et Guelf. sec. usque ad *facturus*. Oud.—9 Ms. *facile facturus videretur*. Colvius. Guelf. pr. Oxon. *nilque*. Male τὸ *mihi* exulat ab Ed. Floridi. *Oud.*—1 Forte melius, *pulcerrime atque copiose*. Colvius. Sic sane est in Oxon. et *copiose* in Palat. Guelf. sec. Et sane quid est vinum pulchrum? Mss. aliquot *pulcerimo*. Lucian. οἴνῳ παλαιῷ πολλῷ τε ὑποβεβρεγμένος. Sic et supra in simili negotio lib. II. p. 27. 'Vini cadum in ætate pretiosi.' Ergone dedit Auctor *perveterrimo?* Quod compositum Hirtius, Cicero, alii adhibuerunt. *Oud.*—2 In Edd. Colvio prioribus male *flagrant*. Vide ad lib. III. p. 56. *Id.*—3 Vid. Not. Var.—4 D'Orv. *suscitarem*, Oxon. Guelf. pr. a m. pr. *suscitatum*. Oud.—5 Idem, *meatu*. Colvius. Pal.

dum tantis tamque magnis cruribus,[6] possem delicatam matronam [7] inscendere; vel tam lucida,[8] tamque [9] tenera, et lacte ac melle confecta membra, duris ungulis [1] complecti: labiasque [2] modicas ambrosio rore purpurantes,[3] tam amplo ore tamque enormi, et saxeis dentibus deformis saviari: [4] novissime,[5] quo pacto quanquam ex unguiculis perpruriscens,[6] mulier tam vastum genitale susciperet. Heu me, qui dirupta [7] nobili fœmina, bestiis objectus,[8] munus instructurus sim mei domini! Molles interdum voculas, et assidua savia, et dulces gannitus, commorsicantibus oculis,[9] iterabat illa.* Et in summa,[1] Teneo te, inquit, teneo meum palumbulum,[2] meum passerem. Et cum dicto, vanas fuisse [3] cogitationes meas, ineptumque [4] monstrat metum. Arctissime namque complexa, totum me, prorsus sed totum recepit.[5] Illa [6] vero, quotiens ei

---

Guelf. sec. *sed et*. In eodem, Guelf. utroque, et Oxon. *angebat*. Oxon. quoque et Guelf. *meatu*. Perperam autem in Edd. multis, et Pricæi junguntur 'metu reputans:' pertinet ad 'angebar.' *Oud.*—6 Pith. *tamque tam m.* Guelf. pr. *cavernibus*, Oxon. a m. pr. *cruribus*, D'Orv. *auribus*, inepte. *Id.*—7 Flor. *mulierem.* Id.—8 Abest *tam* a Mss. Pal. D'Orv. Fux. Oxon. Guelf. pr. Coll. Voss. *Id.*—9 Guelf. pr. *tam.* Id.—1 Bert. *diversis u.* Scioppius in Symbola. Male. *Elmenh.* Hoc accipio pro dispersis, nisi *deversis* potius legendum sit. Vide Festum: aut *varicus*. p. 8. Ed. Colv. 'Varicus super faciem meam residentes.' *Soping.* Frustra. *Oud.*—2 Oxon. a m. pr. *larvasque.* Id.—3 Vid. Not. Var.—4 Sic constanter habent Mss. ut *deformis* sit nominativus. Nam esse hic nequit Ablativus a Nom. deformus, quem vide apud Stewech. ad Arnob. p. 78. Neque enim basiaret dentibus, sed ore. Verum unice placet mihi Scriveriana lectio, quam expressit etiam Floridus, *deformi;* cui ex seq. verbo *s* adhæsit. Παρήχησιν Nostro esse frequentissimam, sæpius vidimus, Pal. D'Orv. *sabiari*, et mox *sabia.* Edd. Scriv. Flor. *suaviari* et *suavia.* Sed adi ad lib. II. p. 27. *Oud.*—5 Oxon. *novissimo.* Haud male. Supra de Adverbiis, in *o* desinentibus, late egi. *Id.*—6 D'Orv. Pith. *ungulis*, Guelf. pr. Oxon. *igniculis.* Fux. *perpluriscens.* Id.—7 Ms. *quid dir.* Colvius. Cum D'Orv. Sed Pal. Oxon. Guelf. ambo, *quid inrupta.* Vide Pric. ad lib. VII. p. 147. 'Misera illa compavita atque dirupta.' *Oud.*—8 Fux. D'Orv. *objectum.* Id.—9 *Cum morsicantibus oculis.* Forte, *osculis.* Roaldus. *Commorsicantibus oculis, iterabat.* Vulg. *cum morsicantibus oc. iteraverat.* Colvius. *Cum* est in Pith. et Edd. ante Colv. In Oxon. a m. pr. *commoricantibus*, D'Orv. *commorsitantibus.* Bene, præsertim si recipiamus *osculis*, quod etiam conjecerunt Lipsius et Pricæus. Sed adi notata ad lib. II. p. 27. 'Limis et morsicantibus oculis:' ubi eadem varietas. Dein *iterabant* Pith. *iteraverat* Edd. ante Colv. *Oud.*—1 Pith. *etiam.* F. *et jam.* Id.—2 Fux. *pabulum.* Sed vide Pric. *Id.*—3 Flor. *vacuas f.* Elmenhorstius. Sic quoque D'Orvill. Nec male. Atque ita citavit Pricæus ad lib. IX. p. 186. 'Observationibus vacuis:' ubi vide. *Oud.*—4 Copula deest D'Orvilliano. *Id.*—5 *Complexa, tum me prorsus, sed totum r.* Ms. *Complexato tum me, prorsus et totum recipit.* Fortassis etiam scripta lectio ferri potest. Nam similem loquendi modum in

parcens [7] nates recellebam,[8] accedens totiens [9] nisu rabido,[1] et spinam prehendens meam, appliciore [2] nexu inhærebat: ut hercules etiam deesse mihi aliquid ad supplendam ejus libidinem crederem; nec Minotauri matrem frustra delectatam putarem adultero [3] mugiente. Jamque operosa et pervigili [4] nocte transacta, vitata lucis conscientia, facessit mulier, condicto [5] pari noctis futuræ pretio. Nec gravate [6] magister meus voluptates ex ejus arbitrio largiebatur, partim mercedes amplissimas acceptando, partim novum spectaculum domino præparando. Incontanter ei denique [7] libidinis nostræ [8] totam detegit scenam. At ille, liberto magnifice [227] munerato, destinat me spectaculo publico. Et quoniam neque egregia illa uxor [9] mea propter dignitatem, neque prorsus ulla alia inveniri poterat grandi præmio; vilis acquiritur [1] aliqua, sententia præsidis bestiis addicta:[2]

Verum ille, liberto suo largissime præmiato, destinat me spectaculo publico. Et, * * *Mulier quædam vilis, damnata decreto præfecti ad bestias, comparatur magno*

hoc Nostro infra notamus ad lib. XI. *Colv.* Forte, *complexatum me.* Sed Ms. *complexa totum me p. sed totum recepit.* Scioppius in Symbola. Bert. et Flor. *c. totum, sed prorsus totum r.* Legendum, *complexatum*, ut alii monuerunt. *Elmenh.* *Tum* ejecit tacite Wowerius, et hinc exulat ab Ed. Pricæi. Elmenh. dedit in contextu, *complexatum me totum prorsus, sed totum r.* Scriverius vero et Florid. *complexatum me totum, sed prorsus totum.* Debuerant saltem illi Mstorum ductum sequentes cum Schikerado legisse, *complexatum me pr.* Verum omnes ad unum Codd. cum Ed. Junt. post. exhibent verissime, *complexa totum me, prorsus sed totum r.* Quod non fuerat mutandum; nisi malis, *sed prorsus t.* Consule omnino, quæ animadverti ad l. VII. p. 141. 'Cum denique omnes, sed prorsus omnes vino sepulti.' 'Totus prorsus' junguntur quoque p. 230. Dein cum Mss. Flor. Urs. Pal. Guelf. utroque, Edd. Junt. post. Elm. Scriv. Flor. scripsi *recepit*, quod præsenti tempore hic est significantius. *Oud.*—6 Pith. *illas.* Id.—7 Ms. p̄. *omes.* et post, *nisu rapido.* Colvius.—8 D'Orv. *natem.* Quod non omnino spreverim. Natis enim singulari numero dixere Horatius et alii. Vide Lexica. Dein *recolebam* Fux. *retollebam* D'Orvill. e glossa. L. VII. p. 149. 'Totum corporis pondus in postremos poplites recello:' ubi vide. Nam eadem illic varietas. *Oud.*—9 Abest a Fux. Oxon. Pal. Guelf. pr. Coll. Voss. *Id.*—1 Al. *nixu rapido.* Vid. N. Var.—2 Al. *applicatiore.*—3 Pal. Guelf. sec. *adulterio.* Oud.—4 Ms. *pervigil.* Colvius. Sic et Guelf. sec. *Oud.*—5 Idem, *condito.* Colvius. Et Par. pessime: *cum dicto* Guelf. pr. *Oud.*—6 Oxon. Guelf. pr. *gravanter.* Id.—7 M. *eidemque.* Putean.—8 Vulg. *libid. meæ.* Colvius. Contra Mss. O. et Apuleii ac Luciani mentem. Prave etiam Edd. Scriv. *libidini.* Vide Lucian. tom. II. p. 620. *Oud.*—9 *Illa uxor.* Prior vox deest Guelf. pr. *Id.*—1 Fux. *quæritur.* Roaldus. *Quæritur.* Iidem libri vulg. *acquiritur.* Num, *anquiritur?* Colvius. *Anquiritur.* Sic lego cum Modio et Flor. et Bert. in quibus est *acquiritur.* Elmenhorstius. Immo vero in Florent. exaratur

quæ mecum incoram publicam populi caveam frequentaret. Ejus pæne talem cognoveram fabulam.[3] Maritum habuit, cujus pater peregre proficiscens mandavit uxori suæ,[4] matri ejusdem juvenis,[5] quod enim [6] sarcina prægnationis oneratam eam relinquebat:[7] ut, si sexus sequioris [8] edidisset fœtum,[9] protinus quod esset editum necaretur.[l] At illa, per absentiam [1] mariti, natam puellam [2] [m] insita matribus pietate [3] præventa,[4] descivit ab obsequio mariti;

pretio, ut descenderet mecum in arenam, populo spectante: audiveram ejusmodi ferme historiam narrari de ipsa. Habuit virum, cujus pater suscipiens longinquam profectionem præcepit uxori suæ, matri illius ejusdem juvenis, quam relinquebat gravidam, ut, si peperisset infantem deterioris sexus, continuo curaret interfici suum partum. Illa vero, cum peperisset puellam, absente marito, commota naturali affectu matris, non gessit morem suo conjugi, et tradidit eam nutriendam vicinis

anquiritur. Ultimum reposuit etiam Scriverius. De eo verbo adi ad lib. II. p. 29. 'anquirenti.' In Pith. D'Orv. Fulv. et Edd. Vett. est *acquiritur.* Recte. In Pal. Oxon. Par. Guelf. *quæritur.* Oud.—2 Guelf. pr. Oxon. a m. pr. *addita,* D'Orv. *adjecta.* Adi ad lib. II. p. 40. 111. *Id.*—3 Oxon. Guelf. pr. *cujus.* Est vir doctus, qui legit: *Ej. pœnæ,* sive addictionis ad bestias. Nihil muta. Totam, prout ferme cognoverat, mulieris fabulam, nec tantum pœnæ causam narrat. *Id.*—4 Exulat pronomen a D'Orvill. *Id.*—5 Edd. Ber. Bas. *juvenilis.* Id.—6 Ms. *quod ei;* et *eam,* quod sequitur, in eodem libro non est. *Colv. Ei* quoque Guelf. sec. A Palat. abest *enim.* Sed vide ad lib. IX. p. 184. 'Quod enim rebar.' Mox *eam* facile deesse sinerem. Vide tamen ad Suet. Cæs. c. 7. 'Confusum eum somnio.' *Oud.*—7 Pal. *honoratam.* Oxon. Guelf. pr. *reliquerat.* Id.—8 Pal. Pith. Guelf. sec. *equioris; al. segnioris.* Id. —9 Pith. cum Edd. ante Colv. *fœtus,* ut Martinus Var. Lect. I. 15. *Id.*— 1 Ms. Cod. et Ven. *præ abstinentia.* Colvius. Sic etiam Palat. Pith. Guelf. sec. Fox. D'Orv. cum margine Guelf. pr. Edd. pp. et Bas. In aliis, teste Beroaldo, *per abstinentiam,* quod præfert. Oxon. Guelf. pr. *in absentia.* Oud. —2 Vid. Not. Var.—3 *Insita matri pietate.* Bert. *matris.* Terent. Heautont. Act. v. Sc. 2. 'Matres omnes filiis auxilio in paterna injuria solent esse.' *Elmenh.* B. *insita matribus pietate.* Puteanus. Si in Mss. exaratum esset *matri,* nequaquam id solicitarem, defensum a Cl. Burmanno in Misc. Obs. II. p. 399. satis gnarus, sæpe matrem, patrem sumi pro materno, paternove animo, vel singularem numerum adhiberi de toto genere. Ista enim pietas omnibus matribus communis. Vide supra ad lib. IV. p. 72. 'Immanis ursæ numerum.' Verum Mss. Florent. Pith. Fux. Oxon. Guelf. Palat. D'Orv. Bert. et omnes Edd. Colviana priores præbent *matribus.* Quare pluralem hic restitui. *Oud.*—4 *Præventa.* Lego, *præversa.* Brantius.—5 *Natam necatamque*

NOTÆ

[l] *Necaretur*] Hoc ex consuetudine Veterum, quibus mos erat pro ratione rei familiaris plures paucioresve liberos educare, eos, cum nascerentur, tollere, vel necare, pro arbitrio suo.

[m] *Natam puellam*] Lege *nata puella,* ut sit sensus, quem in interpretatione expressi, aut supple *erga,* vel *in,* et lege *in natam puellam insita matri pietate præventa,* id est, commota materno amore erga puellam, quam pepererat. Alias, si vulgatam lectionem

eamque prodidit viciuis alumnandam. Regressoque jam marito natam necatamque nuntiavit.[5] Sed ubi flos ætatis nuptialem virgini diem flagitabat, nec, ignaro marito, dotare filiam pro natalibus quibat;[6] quod[7] solum potuit, filio suo tacitum secretum[8] aperuit. Nam et oppido verebatur, ne quo casu caloris juvenalis impetu[9] lapsus, nescius nesciam[1] sororem incurreret. Sed pietatis spectatæ[2] juvenis,[n] et matris obsequium, et sororis officium religiose dispensat: et arcanis domus venerabilis silentii custodiam tradidit; plebeiam facie tenus prætendens humanitatem.[o] Sic necessariam[3] sanguinis sui munus ag-

suis. Et postquam maritus rediit, dixit ei se peperisse puellam, eamque esse interfectam. Sed simul ac ætas puellæ jam adulta cœpit poscere ei diem connubii, cumque ipsa non posset dotem dare filiæ convenientem ejus nobilitati, quin maritus sciret; quod solum potuit facere, revelavit filio suo arcanum celatum eatenus. Nam valde etiam timebat, ne ipse, forte peccans impetu ardoris juvenilis, rem haberet ignoranter cum sorore, quæ ignorabat quoque ipsum esse suum fratrem. At juvenis ille insignis pietatis, et religiose morem gerit matri, et præstat sorori debitum officium, et committit secreta domus tutelæ sacri silentii, ostendens vultu tantum vulgarem benevolentiam erga ipsam: sic suscipit præstare officium necessarium suæ

puellam. Hoc (*puellam*) addidimus ex cod. vet. lib. *Colv.* *N. necatam nuntiavit.* Ita Mss. Vulgo, *n. necatamque puellam nuntiabat.* Elmenhorstius. Delevi *τὸ puellam* cum Scriverio et Pricæo, per Colvium ex interlineari Lipsiani codicis glossa temere intrusum contra reliquos Mss. Male vero Scriverius, ab Elmenhorstio deceptus, edidit *necatam nunc.* Nam copulam *que* agnoscunt omnes Codd. Sed recte monitum ab eodem Elm. in suis Mss. esse *nuntiavit;* quod restitui, auctoribus Flor. Pith. D'Orv. Guelf. Oxon. Pal. Bert. et Edd. ante Colvium, qui tacite e Lips. cui consentit Fux. inperfectum tempus reposuit. Est et, qui voluit *denatam,* sine ulla necessitate. Nil not. e Guelf. *Oud.*—6 D'Orv. *querebat,* Guelf. sec. *quiebat.* Id.—7 Oxon. *que,* Guelf. pr. *quæ.* Id.—8 Pronomen non habet Oxon. Ordinem invertunt Pith. et Edd. pp. Ber. Junt. pr. Ald. Col. Bas. *tac. secr. fil. s.* De tacitis secretis, sive tacendis arcanis, vide ad lib. vi. p. 111. *Id.*—9 *Caloris juvenilis impetu.* Idem vet. *juvenili.* Colvius. *Juvenalis.* Sic rescribo ex Flor. In vulgatis est, *c. juvenilis i.* Vide Indicem. *Elmenh.* *Juvenili* etiam in Fux. D'Orv. *juvenali* Oxon. Guelf. pr. Cum Elmenhorstio vero et viro docto in Misc. Obs. vii. p. 399. rescripsi *juvenalis,* ut habent Mss. O. de mundo p. 734. 'pubertate juvenali.' *Oud.*—1 Fux. Reg. *nescientia.* Id.—2 Bert. *spectatæ præteritis.* Sciopp. in Symb. Inepte. *Elmenh.* Ed. Scriv. *sp. piet.* Pith. *pietas.* Oud.—3 Fux. *custodiam.* Roaldus. *Custodiam.* Vulgo, *custodiæ.* Quod jam non sperno. Dein Ms. *S3 nec.* Colv. Bert. *et arcana d. v. s. custodiæ trad.*

NOTÆ

retineas, hiulca est oratio, neque satis videtur quo pertineat illud 'natam puellam.'

[n] *Juvenis*] Maritus nempe hujus, illius frater.

[o] *Plebeiam facie tenus prætendens hu-*

greditur, ut desolatam vicinam puellam parentumque præsidio viduatam, domus suæ tutela[4] receptaret: ac mox[5] arctissimo,[6] multumque[7] sibi dilecto contubernali, largitus de proprio dotem liberalissime, traderet. Sed hæc bene[8] atque optime, plenaque[9] cum sanctimonia disposita, feralem Fortunæ nutum latere non potuerunt.[1] [228] Cujus instinctu, domum juvenis protinus se dixerit[2] sæva rivalitas.[3] Et illico hæc eadem[4] uxor ejus, quæ nunc bestiis propter hæc ipsa[5] fuerat addicta, cœpit puellam, velut æmulam[6] tori, succubamque, primo suspicari, dehinc de-

sorori, ut reciperet eam in domum suam tanquam vicinam aliquam virginem orbam, et destitutam auxilio parentum suorum; et paulo post locaret eam cuidam familiari suo sibi carissimo atque amicissimo, dans ei dotem amplissimam ex propriis suis bonis. Verum hæc constituta bene, immo optime, et cum omni sanctitate, non potuerunt effugere funestum arbitrium Fortunæ, cujus impulsu crudelis zelotypia statim petiit domum ejus. Et continuo hæc eadem ejus conjux, quæ nunc condemnata fuerat ad bestias propter hæc ipsa crimina, cœpit primo suspectam habere illam puellam, ut rivalem sui thalami, et pellicem: deinde summo eam odio prosequi,

Scioppius in Symbola. Lege ex Bertin. *et orcana d. v. s. custodiæ tradidit.* Wowerius. Cum in plerisque Mss. et Edd. ante Colvium legatur *orcanis* (Oxon. *arcani*) et *custodiæ*, satis viderunt quidam librarii, aliquid vitiosi huic periodo inesse, atque hinc nonnulli emendarunt *arcana*, ut Bertin. quem secuti sunt Wower. Scriv. Florid. sicut et Colvius debuerat legere, si *custodiæ* præferret. Alii dederunt *custodiam*, ut Reg. Pal. D'Orv. cum Vulc. Elmenh. quod per hypallagen, ut magis Apuleianum: probavit etiam Pricæus. Verum omnes, ni fallor, male rem egerunt. Non latet vitium in *arcanis*, vel *custodiæ*, sed in verbo *tradidit.* Quod satis patet ex particula *sic*, pro qua in Pal. et Oxon. etiam est *sed*, novam periodum nunc exordiente. Legendus enim ac distinguendus est locus hoc modo: *Et, arcanis d. v. s. custodiæ traditis, pleb. f. t. pr. humanitatem, sic nec.* Quomodo vir doctus aliquis recte suo exemplari ex Colv. edit. alleverat. In Edd. Bas. et Colv. vitiose *plebiam* exhibetur. In Guelf. sec. *sed.* Oud.—4 Oxon. *d. sua t.* Id.—5 Editi cod. ante, *at mox.* Colvius. *Ac* jam est in Ed. Junt. post. *Oud.*—6 *Rarissimo* Gundlingian. tom. x. Diss. 2. § 6. p. 421. *Id.*—7 Oxon. *multoque.* Id.—8 Iidem, *hic bene.* Colvius. *Hoc* Pith. Oxon. In ceteris recte *hæc*, uti et in Ed. Junt. post. et Colvium sequentibus. *Oud.*—9 Copulam non agnoscit Bert. *Id.*—1 Fux. *fortunam.* Edd. ante Colv. excepta Junt. post. *potuere.* Id.—2 Pricæo videbatur excidisse vocula *ad. Protinus* non comparet in D'Orv. *Id.*—3 *Scæva rivalitas.* Hic quoque vulgo, *sæva riv.* Colvius. Quod non temere ita mutari debuerat, Mss. Flor. Fux. Pal. Guelf. Bert. D'Orv. Fux. Coll. Voss. retinentibus *sæva.* Vide supra sæpius. Dein *purilitas* Guelf. pr. *Oud.*—4 Edd. Colvio priores, si Juntinam post. excipias, *hic.* Id.—5 Pith. *hoc i.* Id.—6 Palat. *puella valde;* Edd. Junt. pr. Ald. *æmula.* Id.—7 Fux. Reg. *testari.*

NOTÆ

manitatem] Erga sororem agnitam, quo secretum sibi creditum melius servaret, animo vero fraternum in ipsam affectum gerens.

testari,[7] dehinc crudelissimis laqueis mortis[8] insidiari. Tale denique comminiscitur facinus. Annulo mariti surrepto rus profecta,[9] mittit quendam servulum, sibi quidem fidelem, sed de ipsa Fide[1] pessime merentem, qui puellæ nuntiaret, quod eam juvenis profectus ad villulam vocaret ad sese: addito, ut sola[2] et sine ullo comite quam maturissime perveniret.[3] Et, ne qua[4] forte nasceretur veniendi contatio;[5] tradit annulum[6] marito subtractum, qui monstratus, fidem verbis astipularetur. At illa mandato fratris obsequens,[7] hoc enim sola sciebat,[8] [p] respecto etiam signo ejus, quod offerebatur, gnaviter,[9] ut præceptum fuerat, incomitata festinat. Sed ubi fraudis extremæ lapsa decipulo,[1] [q]

postea tendere ipsi pedicas pessimæ necis. Postremo excogitat ejusmodi scelus. Furata annulum mariti, rus petit, atque inde mittit famulum quendam sibi quidem fidum, attamen prorsus inimicum ipsius fidei, ut diceret puellæ juvenem ivisse in suam villam, illucque eam ad se accersere, adderetque, ut iret quam celerrime sola, et prorsus incomitata; et, ne fortasse aliquo modo dubitaret venire, dat annulum surreptum marito, qui ostensus, fidem faceret dictis. Illa autem obediens jussui fratris (nam ea sola id sciebat), inspecto etiam ejus sigillo quod sibi ostendebatur, strenue properat ire absque comite, quemadmodum mandatum fuerat. Verum statim atque inducta dolo scelestissimæ fallaciæ, devenit in insi-

---

Id.—8 Oxon. Guelf. pr. *crudelissime*, scil. pro *crudelissimæ*. Quod malim. Sicut et 'pessimæ' interpretatur Floridus. Sed eodem res redit. *Id.*—9 Vid. Not. Var.—1 Oxon. *fidem*. Oud.—2 Fux. *solam*. Id.—3 Al. *maturime*. D'Orv. *præveniret*. Id.—4 Oxon. Guelf. pr. *neque*. Oud.—5 Bertin. *veniendi occasio atque contatio*. Forte *causatio atque contatio*, id est, excusatio, sed vix videtur. *Sciopp. in Symb.* Al. *cunctatio* de more. *Oud.*—6 Pith. *annulo*. Id.—7 Idem, *mandatis*. Colvius. Sic et Palat. Oxon. Fux. Guelf. *Oud.*—8 *Hæc enim nomen sola sciebat*. Fux. *hoc enim n.* Roaldus. *Hæc enim sola sc.* Ex eodem Cod. reponendum: *hoc enim nomen sola sciebat*. Wowerius. *Sciopp. in Symb.* et *Susp.* II. 16. Ita et Rom. Vulgo, *hæc en. sola*. Elmenh. In Rom. et Edd. O. ante Colvium editur, *hæc enim nomen sola sciebat*. Sed *nomen* nullus agnoscit Cod. præter Pithœanum et Bertin. quos secuti sunt quoque Elmenh. et Pric. Insuper Scriverius mutavit, *hoc enim nomen solum sciebat*. Sive *nomen* addas, quod malim: sive omittas, præstat certe *hoc*, ut est in Fux. Reg. Bert. Pith. et Oxon. et *sola*. Illa unica, non alia sciebat, eum esse fratrem suum. Si enim rem indicasset maritus puellæ frater uxori, non videtur eam suspicata fuisse tori sui æmulam et pellicem esse. Nil not. e Guelf. *Oud.*—9 Guelf. pr. *naviter*. Id.—1 Al. *decipula*: al. *lapsu decipulo*:

NOTÆ

[p] *Hoc enim sola sciebat*] Eum esse suum fratrem.

[q] *Decipulo*] Ita legendum, non *decipula*. Sic lib. VIII. 'nactus fraudium opportunum decipulum.' Translatio est a feris, quæ incidunt in laqueos, et decipulis capiuntur.

laqueos insidiarum accessit; tunc illa uxor egregia, sororem mariti, libidinosæ Furiæ stimulis efferata, primum quidem nudam flagris ultime verberat:[2] [1] dehinc, quod res erat,[3] clamantem quoque, quod frustra pellicatus indignatione bulliret;[4] fratrisque nomen sæpius iterantem, velut mentitam, atque cuncta fingentem, titione candenti inter media femina[5] detruso,[6] crudelissime necavit. Tunc acerbæ mortis exciti nuntiis[7] frater et maritus, accurrunt: variisque lamentationibus defletam puellam, tradunt sepultu-

dias sibi structas, tum illa conjux egregia exagitata stimulis Zelotypiæ furiosæ, primum quidem despoliat sororem sui mariti, et flagellat eam pæne ad extremam necem: deinde, tametsi illa exponeret rem, ut se habebat, clamaretque eam immerito fervere ira propter opinionem pellicatus, et sæpe repeteret nomen fratris, occidit eam immanissime immisso ardenti torre inter medias coxas ejus, quasi mentita fuisset, et excogitasset illa omnia. Tunc frater et maritus ejus, exciti nuntiis crudelis illius mortis, advolant: et prosecuti puellam multis fletibus

sed vid. Not. Var.—2 Fux. *uberrime.* Utrumque rectum. *Roald.* *Uberrime.* Vulg. *ultime.* Colvius. *Flagellis ultime v.* Vulgo, *flagris uberrime v.* Elmenhorstius. Istud *flagellis* in sola est Bert. *flaris* D'Orv. L. VI. p. 115. 'Psychen misellam flagellis afflictam.' Sed *flagris* non mutandum. L. III. p. 48. 'Omne flagrorum' genus.' L. VIII. p. 173. 'ictuque flagrorum.' et p. 174. 'flagro me verberantes.' At *uberrime*, quod ex mero glossemate dant etiam Palat. Reg. contra reliquos Codd. et Edd. prave receperunt Colv. Vulc. et Wower. *ultime* mere est Apuleianum. Adi Pricæum, et ad l. VII. p. 138. 'Ad ultimam mortem excarnificatum.' Dein in Palat. et Guelf. sec. est *verberabat.* Oud.—3 Fux. Pal. D'Orv. Guelf. uterque, *quoque r. er.* Sed vide ad l. II. p. 42. 'Ut res est.' p. 231. 'suspicata, quod res erat.' *Oud.*—4 Vet. Cod. *bulliens.* Colvius. In hac periodo deest vel abundat aliquid. Nam sensus Auctoris est, puellam clamasse id quod res erat, scil. se sororem esse mariti ipsius, adeoque eam frustra sibi irasci præ suspicione pellicatus. In Oxon. est *queque.* Flor. Pith. Fux. D'Orv. Oxon. Palat. Guelf. carent τῷ *quod.* Optime; si modo legas *quodque.* Clamabat id quod res erat, et quod frustra bulliret. In Pal. D'Orv. Fux. Oxon. Guelf. est itidem *bulliens*, vel *bulligens.* Hinc aliquando cogitaram scribendum: *dehinc, quod res erat, clamantem quoque frustra, pellicatus ind. bulliens, &c. necavit.* Verum nimis multa intercedunt, quam ut id verisimile videatur, eaque verba, *pell. ind. bulliens*, tunc vel superiore vel inferiore loco ponenda fuissent. *Oud.*—5 Fux. *femora.* Roaldus. Idem *femora.* Colvius. In D'Orv. *feminea.* Guelf. pr. *feminam.* Oud.—6 D'Orv. *detonso:* quod capi posset pro *detunso.* Sed nequaquam ulla opus est mutatione. *Id.*—7 Idem, *extinctis nuptiis.* al. *extinctis nuntiis.* Colvius. D'Orv. *nuncii.* Confer notata ad l. VIII. p. 175. 'modulis excitus.' *Oud.*—8 Idem ille liber

NOTÆ

[1] *Ultime verberat*] Sic Beroaldina, et antiquæ editiones. 'Ultime verberare' Græcum est ἐσχάτως μαστιγῶσαι, apud Zozimum, et idem est ac 'verberare ad extremum usque cruciatum.' Male substituit *uberrime* Colvius.

ræ. Nec juvenis sororis suæ mortem tam miseram, et quæ minime, ut par erat, illata est,[8] æquo tolerare quivit[9] animo: sed medullitus dolore commotus, acerrimæque bilis[1] [229] noxio furore perfusus, exin flagrantissimis febribus ardebat; ut ipsi quoque jam medela videretur esse necessaria. Sed uxor, quæ jam pridem nomen uxoris cum fide perdiderat, medicum convenit quendam notæ perfidiæ,[2] qui jam multarum palmarum [a] spectatus præliis, magna dextræ suæ tropæa numerabat,[3] eique protinus quinquaginta promittit[4] sestertia: ut ille quidem[5] momenta-

inhumant eam. At juvenis ille non potuit patienter ferre tam acerbam necem suæ sororis accersitam ipsi ab ea, a qua nequaquam decebat inferri; sed affectus dolore usque ad intimas medullas, totusque plenus rabie nocua bilis ardentissimæ, inde cœpit flagrare febribus ardentissimis: ita ut jam ipse quoque videretur opus habere medicamine. At ejus uxor, quæ jamdudum amiserat nomen et fidem uxoris, adit quendam medicum celebrem sua improbitate, qui jam insignis victoriis multorum certaminum, numerabat permulta tropæa suæ manus. Et pollicetur ei statim quinquaginta sestertia: ut ipse quidem venderet venenum præsentissimum, ipsa

Bertin. *et minime, ut par erat, illatam.* Wowerius. *Elmenh. Et quæ minime par erat illatam.* Sic Bertin. Forte: *et a qua minime par erat.* Scioppius in Symb. et Susp. II. 16. Nihil hic annotatum invenio e Florentinis Codicibus, cunctaque hæc desunt Ed. Junt. post. ac facile illa exulare paterer. Utcumque enim legas, frigent admodum. *Et qua* est in Fux. Scil. corporis parte. In aliis q̄ vel q, id est, *qua. Ut* carent Flor. Bert. Fux. Pith. Lips. D'Orv. Guelf. Pal. Oxon. Par. (in quo *patrare,*) habentque illi *inlatam.* Flor. *illata.* Pro *par erat* in Guelf. pr. *poterat.* Wow. Elmenh. Pric. ediderunt, *et minime ut par erat, illatam.* Scriverius, *eique minime ut par erat illatam.* Florid. *a qua minime par erat, ill.* ut conjecit etiam vir doctus, et exemplari suo allevit. Præfero ego ipsam Fux. Cod. lectionem, *et, qua minime par erat, illatam.* Quamvis et posset, *et, qua minime patiare.* Namque juvenis nesciebat, eam ab uxore sua esse necatam. De particula *qua* vide ad l. I. p. 2. 'prata qua præterit.' *Oud.*—9 Pith. *quit.* Id.—1 *Acerrimoque* Guelf. pr. Coll. Cod. Lips. *aterrimæque.* Quod verum puto. Μελαγχολίαν vehementissimam exprimit, quam a Latinis passim atram bilem dici quis nescit? *Que* deest Regio. *bili* Pal. D'Orv. Guelf. ambo. Dein pro *esse* in Oxon. *circa.* Id.—2 Pal. Guelf. sec. *m. cum venit nocte p.* corruptissime; *nocte* etiam in Pith. *Id.*—3 *Dexteræ.* Sic D'Orv. Edd. pp. Junt. Ald. Elm. Scriv. non *dextræ,* Oxon. *detenere.* Perperam etiam *sua* in Ed. Colv. *Suæ* ascripsit Salm. Male etiam in Mss. nonnullis et Edd. Vett. de more, *trophæa, τροπαῖα.* Adverte autem medicum gladiatori sæpius victori comparatum: *magno* Guelf. pr. *Id.*—4 *Protinus quinq. promittit s.* Prima vox exulat a Pal. Guelf. pr. Oxon. Iidem et Guelf. sec. ac Fux. inverso ordine dant *prom. quinq.* Verbum contra deest Edd. Ber. Bas. pr. in qua corruptissime *semartia.* Id.—5 Ms. itidem, *un ille,*

NOTÆ

[a] *Multarum palmarum, &c.*] Allegoria. Prælia improbi medici intellige propinationes venenorum, quibus vitam hominum aggreditur, palmas au-

rium venenum [t] venderet; illa autem emeret mariti sui mortem. Quo confecto,[6] simulatur necessaria præcordiis leniendis, bilique [7] subtrahendæ illa prænobilis potio,[u] quam sacram doctiores nominant: [8] sed in ejus vice subditur alia, Proserpinæ sacra saluti.[w] Jamque præsenti [9] familia, et nonnullis [1] amicis et affinibus, ægroto medicus poculum probe temperatum [2] manu sua porrigebat. Sed audax illa mulier, ut simul et conscium sceleris [x] amoliretur, et quam desponderat [3] pecuniam lucraretur; coram detento calice: Non prius, inquit, medicorum optime, non prius carissimo mihi marito [4] trades istam potionem, quam de ea bonam partem hauseris ipse. Unde enim scio, an noxium in ea lateat venenum? Quæ res utique te, tam prudentem, tam-

vero emeret necem sui mariti. Quo facto, inter se fingunt opus esse illa excellentissima potione, quam eruditi vocant sacram, ad demulcenda ipsi viscera, et subducendam bilem: sed ejus loco supponunt aliam sacram saluti Proserpinæ. Et jam medicus sua manu offerebat ægro potionem bene dilutam coram ejus familia, et aliquibus ejus amicis, et propinquis. At illa temeraria mulier, ut tolleret de medio participem sui criminis, simulque lucraretur argentum, quod promiserat, retinens poculum coram omnibus: O optime medicorum, ait, non dabis hanc potionem meo dilectissimo conjugi, quin tu ante biberis ipse bonam partem ejus. Nam qui scio num venenum nocuum sit absconditum in ea? Quod sane nullatenus debet tibi

quod est, *unde ille.* Colvius. Pal. Guelf. *ut quidem ille.* Dein Fux. et Guelf. *mortem mar. s.* Oud.—6 Vid. Not. Var.—7 Fux. *bilisque.* Oud.—8 Ms. *sacra.* Colvius. Ascripserat Lindenbrogius. Vide et Beroaldum, et B. Pium t. I. Crit. Thes. p. 449. Tum *doctores* D'Orv. Guelf. pr. et Oxon. cum Edd. nonnullis. Sed perperam. L. VIII. init. 'Quæque merito possent doctiores chartis involvere.' *Oud.*—9 *Præsente.* Edd. Vulc. sec. Elm. Scriv. *præsenti.* Id.—1 Vulg. *et inde nonn. amicis.* Colvius. Edd. Vett. de nihilo non habere videntur *inde.* Junt. post. *in.* An *itidem?* Haud quidem opus est, sed sæpius inserit Apuleius. Vide Ind. Floridi. *Oud.*—2 Male Par. Guelf. pr. *præbens t.* Mox pro *conscium* in Pal. *conscivit*, in D'Orv. *consilium.* Id.—3 Copula carent Edd. Ber. Bas. pr. *disp.* Fux. *Id.*—4 D'Orv. *kar.* Fux. Reg.

NOTÆ

tem, seu victorias, eorum mortes, quæ venenorum haustum sequuntur.

[t] *Momentarium venenum*] Quod momento interficeret. Supra dixit 'præsentarium.'

[u] *Illa prænobilis potio*] Intelligit potionem hellebori, præcipueque nigri: de eo enim sic Plin. lib. XXV. cap. 5. 'trahit alvum, et bilem pituitasque ex aqua: datur ad molliter leniendam alvum,' &c.

[w] *Proserpinæ sacra saluti*] Venenata potio, quæ homines detrudit in Proserpinæ peculium.

[x] *Conscium sceleris*] Medicum nempe.

que doctum[5] virum nequaquam offendit; si religiosa[6] uxor, circa salutem mariti solicita,[7] necessariam affero[8] pietatem. Qua mira desperatione[9] truculentæ fœminæ repente perturbatus[1] medicus, excussusque toto consilio, et ob angustiam temporis, spatio cogitandi privatus, antequam trepidatione aliqua vel contatione ipsa[2] daret malæ conscientiæ suspicionem, indidem de potione gustavit[3] ampliter. Quam fidem[4] secutus adolescens, etiam sumto calice,[5] quod offerebatur [230] hausit. Ad istum modum præsenti transacto negotio, medicus quam celerrime domum remeabat,[6] salutifera potione pestem præcedentis veneni festinans extinguere. Nec eum obstinatione sacrilega,[7] qua semel cœperat, truculenta mulier ungue latius a se discedere passa est prius, quam, inquit,[8] digesta potione, me-

grave esse, viro prudenti, et tam docto, si ego, ut uxor scrupulosa, anxia de salute mei mariti, adhibeo necessarium officium pietatis. Qua desperata audacia sævæ mulieris medicus subito perculsus, et prorsus redactus ad inopiam consilii, et destitutus spatio cogitandi ob brevitatem temporis, bibit multum de potione ex illo calice, priusquam daret ullam suspicionem suæ malæ conscientiæ aliquo tremore, aut ipsa mora. Quo exemplo juvenis inductus, accepit etiam poculum, et bibit quod sibi porrigebatur. Re sic peracta, medicus parabat redire quamcitissime in domum suam, cupiens quamprimum infringere vim mortiferam veneni prioris, sumto antidoto. Sed sæva mulier pergens eadem scelerata pertinacia, qua cœperat semel, non sinit eum discedere a se vel latum unguem, antequam successus medicaminis (ut

meo m. *Te* deest Guelf. pr. *Id.*—5 Bertin. non habet *que.* Id.—6 Exulat *si* a Bert. *Id.*—7 D'Orv. *soluti.* Id.—8 Ms. *offero.* Colv.—9 Reponere conabar *despectione*, vel, quod propius esset ad lectionem vulgatam, *despectatione.* Usus utroque M. Tullius pro comtemptu; quæ clariorem hic efficerent sententiam. Nam 'desperationis' vocabulum in scholis aut officinis suppositum esse non dubito, ut magis tritum. Tandem convenientius rei fore censui *dispectione*, propter tam subitaneum et sagax mulieris commentum, quæ medicum suo sibi veneno vitam eripere cogeret, postquam illius et opera et veneno jam satis usa esset. *Stewech.* Idem Ms. *depperatione.* Colvius.—1 Edd. ante Colv. *perturbatur.* Oud.—2 Palat. addit *aliqua.* Id.—3 *Gustat.* Fux. *gustavit.* Roaldus. *Gustavit.* Vulg. *gustat.* Colvius. Al. *gustat.* Elmenhorstius. Mss. O. præteritum dant, Edd. ante Colv. præsens. *Oud.*—4 Fux. *q. quidem.* Vulgata rectior formula bis petita 'fidem alterius sequi.' *Roald.* —5 Abest *etiam* ab Edd. Juntinis et Aldi. *Oud.*—6 *Medicus quam c. domum remeabat.* Desunt Oxon. et Guelf. pr. in quibus *meabat.* *Modicus* Pith. *domum* exulat a Fux. *Id.*—7 Quidam libri, *ostentatione*, ut mox, *obtestationibus*, pro *obstinationibus.* Wowerius. Ms. unus habet: *ostentatione;* alter, *obtestatione.* Sicut statim pro *obstinationibus* in manuscr. legitur *obtestationibus:* idque rectissime. *Sciopp. in Symb.* Perperam Wower. Scriv. et Pric. Edd. exhibuere *obtestatione;* licet ita det quoque D'Orv. et *obstentatione* Fux. Ea hic nondum habet locum, sed statim. Nunc Apuleius ait, mulierem obstinato animo medico negasse abitum, sed dein tamen precibus et obtestationibus ejus victam, abire illum concessisse. Vide Pric. *Festinatione* Guelf.

dicinæ proventus probatus appareat.[9] Sed ægre, precibus et obtestationibus ejus [1] multum ac diu fatigata, tandem abire concessit. Interdum [2] perniciem cæcam totis visceribus furentem, medullæ penitus attraxerant. Multum denique saucius, et gravedine somnolenta [y] jam demersus,[3] domum pervadit ægerrime. Vixque enarratis cunctis, ad uxorem mandat, saltem [4] promissam mercedem mortis geminatæ [z] deposceret. Sic elisus [5] violenter spectatissimus

aiebat) evidenter esset probatus potione distributa per totum corpus. Sed diu multumque lassata ejus precibus, et pertinacibus instantiis, vix tandem permisit ei, ut abscederet. Interim occulta pestis grassans per cuncta præcordia penetraverat usque ad intimas medullas. Denique difficillime pervenit ad suam domum æger, et jam oppressus dolore capitis soporifero. Et omnibus ægre commemoratis, præcipit uxori suæ, ut saltem flagitaret promissum præmium mortis illius duplicatæ.

pr. Pro *a se* in Oxon. *ab se.* Pro *passa* in Fux. *passuus.* Oud.—8 Vel delendum hoc verbum, sæpe a librariis intrusum, vel præcedens *est*, aut *sic* vel *ut inquit* legendum. *Id.*—9 *Medicinæ eventus probatus adpareat.* *Probatus* abest a libro scripto. Post pro *ægre* idem liber *erga.* Beroald. *ægra.* Colvius. *Probatus.* Flor. *probentur.* Elmenhorstius. *Probentur* etiam Fux. *probetur* D'Orv. *probarius* in membranis Pithœanis. Delenda scil. est vox, et pro *eventus* cum Mss. Lips. Palat. Guelf. Oxon. Ed. Junt. post. scribendum *proventus.* Hoc enim passim apud Nostrum aliosque bonum successum significat. Vide Elmenh. ad Arnob. l. IV. p. 128. Davis. ad Cæs. l. VII. B. G. c. 29. 'secundos rerum proventus;' ubi itidem in Edd. vulgaribus *eventus.* Bentlei. ad Manil. l. I. vs. 410. 'Proventus frugum varios.' Edd. ceteræ *eventus* habent. Martian. Cap. p. 303. 'Auspiciorum proventus.' Quod crebro etiam in *provectus* mutatum. Vide et l. II. p. 28. 'peregrinationis proventus.' L. IV. p. 74. 'Novo proventu.' p. 82. 'Lucrosum prosperumque proventum.' L. IX. p. 204. 'proventus humanior.' L. XI. p. 252. 'In proventum prosperum attonitus.' Dein Flor. Pith. Oxon. Guelf. pr. Edd. pp. D'Orv. *ægra*, Guelf. sec. *erga*, Pal. *erge.* Vere Beroaldus correxit *ægre.* Oud.—1 *Obstinationibus ejus.* Fux. *oblestationibus.* Aldus vero, *observationibus.* Roaldus. *Hoc testationibus.* Pith. *observationibus* Lips. *obsecrationibus* Edd. Junt. utr. Ald. Colin. Sed rectissime, ut supra monitum, in Fux. Urs. D'Orv. Oxon. Guelf. Edd. Wow. Scriv. Pric. Flor. *obtestationibus.* Oud.—2 Et hic reposuerat Beroaldus, *interim.* Colvius. *Interea.* Flor. *interdum.* Istud *interea* est a Vulc. Ed. sec. cum *interdum* recte præbeant pro *interim* Mss. tantum non omnes, et Edd. Colv. Vulc. pr. Wow. Scriv. Pric. Frustra Sopingius conjecit, *interim dum.* Vide ad l. III. p. 43. *Oud.*—3 Codex scriptus, *depressus.* Colvius. E glossa. Vide ad l. IX. p. 183. *dim.* D'Orv. *Oud.*—4 Florent. *mandatos.* Hinc conjecit Lindenbrogius, *m. ut s.* quod tacite et perperam contextui intrusit Elmenhorstius, quem de more secuti sunt Scriv. et Florid. l. VIII. p. 154. 'Mandato, invaderent:' ut ibi legendum; sed hic *mandat*, quod per se patet. *Id.*—5 Parui auctoritati Mss. Florent. Guelf. pr. et

NOTÆ

[y] *Gravedine somnolenta*] Hinc patet venenum illud fuisse soporiferum et ναρκωτικὸν, qualis est cicutæ succus, et opium largius sumtum.

[z] *Mortis geminatæ*] Ægri, et medici.

medicus, effudit spiritum. Nec ille tamen juvenis diutius vitam[6] tenuerat; sed inter fictas mentitasque lacrymas uxoris, pari casu mortis[7] fuerat extinctus. Jamque eo sepulto, paucis interjectis diebus,[a] quis feralia mortuis[8] litantur obsequia, medici uxor[9] pretium geminæ mortis petens aderat.[1] Sed mulier usquequaque sui similis, fidei supprimens faciem, prætendens imaginem,[2] blandicule respondit: et omnia prolixe accumulateque pollicetur, et statutum præmium sine mora se redditnram constituit; modo pauxillum[3] de ea potione largiri sibi vellet, ob incepti negotii persecutionem.[4] Quid pluribus? Laqueis[5] fraudium

Et sic clarissimus ille medicus violenter extinctus efflavit animam. Ille tamen juvenis non diutius potitus fuerat vita, sed sublatus erat simili exitu mortis inter falsas et simulatas lacrymas suæ conjugis. Eoque jam humato, interpositis aliquot diebus, per quos officia funebria persolvuntur mortuis, uxor medici venit postulans mercedem duplicis necis. At mulier semper sibi constans, auferens reipsa fidem, et ostendens tantum ejus simulacrum, respondit ei satis comiter: et promittit omnia liberaliter, et uberrime, et spondet se persoluturam sine contatione pactam mercedem, dummodo vellet sibi dare paululum ex illo pharmaco ad perficiendam rem, quam inceperat. Quod uxor medici illaqueata multis pedicis fraudium scelestissi-

Oxon. ut dederunt quoque Elmenh. Scriv. Floridus. In reliquis Codd. tam scriptis, quam excusis, est *sicque.* Sed confer Notas ad l. II. p. 97. Nisi quis ex isto *que* effingere hic velit *quidem.* D'Orv. *elusus,* Fux. *elisis.* Id.—6 Fux. *vit. diut.* Id.—7 In D'Orv. est, *pari pcussus mortis.* Hinc facilis subiit conjectura, *percussu.* Notatur in quodam exemplari Ed. Colv. servato in Regia Paris. bibliotheca, Salmasium legere, *perculsu mortis,* sine τῷ *pari:* quæ tamen vox omnino est necessaria. Credo, illum offensum locutione *casu mortis* pro calamitoso m. genere. Sed adi ad l. VI. p. 123. 'Libidinis casibus.' Alioquin et *causa* posset legi: quæ sæpius confusa, præsertim ubi 'casus' pro calamitate et malo quodam ponitur. Consule Drakenb. ad Liv. l. XXXVII. 17. *Id.*—8 Idem, *motis.* Colvius. *Mortis* Pal. Oxon. Guelf. *lectantur* Guelf. pr. *Oud.*—9 Pith. Guelf. Edd. ante Colv. *uxor medici,* D'Orv. *uxor mediis.* Id.—1 D'Orv. vitiose, *pectus aderat.* Id.—2 Vid. Not. Var.—3 Ms. *pausillum.* Colvius. D'Orv. *pusillum.* Vulgata lectio apud Plautum quoque et Solin. c. 40. p. 51. 'pauxillum sanguinis.' Mox *velle* Edd. Junt. Ald. *Oud.*—4 Vulc. *ad incepti.* Colvius. Bert. *prosecutionem.* Elmenhorstius. In Bert. etiam *ad.* Pith. Fux. *ab.* Oud.—5 Sic in Bertino est. *Sciopp. Susp. Lect.* II. 16. *et Symbola. Quod pluribus.* Flor. *Quid pluribus?* Elmenhorstius. Neque aliter Pithœanus. Verissime; ut jam reposuerat Scriverius, ac monuit Priceus. Sic igitur cudi curavi. In D'Orv. et Guelf. pr. est *que.* In Ed. Junt. post. *Quod plurimum.* In ceteris, *quod pluribus.* D'Orv. *laqueos.* Oud.—

NOTÆ

[a] *Paucis interjectis diebus*] Novem, per quos inferiæ fiebant mortuorum, et justa persolvebantur, quorum ultimo sacrificium fiebat Novendiale dictum, sed de hoc jam egimus.

pessimarum uxor inducta[6] medici, facile consentit:[7] et quo se gratiorem locupleti fœminæ faceret, properiter domo petita, totam prorsus veneni pyxidem[8] mulieri tradidit. Quæ grandem scelerum nacta [231] materiam,[9] longe lateque cruentas suas manus porrigit. Habebat filiam parvulam[1] de marito, quem nuper necaverat. Huic infantulæ quod leges necessariam[2] patris successionem[b] deferrent, sustinebat ægerrime: inhiansque toto filiæ patrimonio, imminebat et capiti.[3] Ergo certa, defunctorum liberorum

marum, facile promisit se facturam; et, ut se redderet acceptiorem illi opulentæ mulieri, confert se domum celeriter, et dat ipsi totam penitus pyxidem veneni. Quæ, cum haberet magnum instrumentum criminum, exerit longe lateque suas manus sanguinarias. Erat ei parvula filia, quam susceperat ex marito, quem modo extinxerat. Gravissime ferebat, quod leges necessario addicerent huic parvulæ hæreditatem patris. Et concupiscens omne patrimonium suæ filiæ, insidiabatur etiam ejus vitæ. Cum igitur sciret matres adire hæreditates acceleratas filiorum mortuo-

6 Bert. *viduata.* pro *fraudium* Oxon. *fraudum.*—7 Sic edidi, membranarum Medicearum auctoritate, cum Elmenh. et Flor. Vulgo, *consensit.* Oud.—8 Oxon. supra s. *domo potita.* Guelf. pr. *petitu.* Posset legi quoque celeritatem majorem indicante modo, *petitam t. p. v. pyxidem.* Bene autem exponit veneno repletam Pricæus. Adi me ad Suet. Calig. 49. 'Arca ingens, variorum venenorum plena.' Πήρα ἄρτων Suidas in V. Ἕωλα. *Id.*—9 Ms. *materia.* Colv. Oxon. quod. Fux. *nactam.* Tum Ed. Scriv. *materiem,* Guelf. sec. *materia.* In pr. deest *longe.* Oud.—1 *Filiam suam parvulam.* Vulg. duntaxat, *filiam parvulam.* Colv. Delet τὸ *suam* Bert. et Flor. Istud *suam* hausit e Lipsiano Colv. ut l. VIII. p. 175. 'filio suo parvulo consalutato.' Et sic aliquoties nunc additur, nunc omititur. Sed hic plane superfluum non erat admittendum, unius Codicis, cui tamen accedit Guelf. sec. a m. pr. fide. Ceteri omnes Mss. ea voce carent. Quare bene rursus omisere Scriver. et Flor. probavitque illud Pric. Pro *nuper* in Palat. *ante.* Oud.—2 Pith. *necessarias.* sine sensu. Vide Beroald. Briss. de V. Signif. *Id.*—3 Pith. Edd. pp. Ber. Bas. pr. *captu.* Bene correxit Beroald.

NOTÆ

[b] *Necessariam patris successionem*] Successio necessaria est eorum hæredum, qui sui et necessarii sunt, id est, qui omnino, sive velint, sive nolint, tam ab intestato, quam ex testamento hæredes fiunt, quales sunt, ex Lege duodecim Tabularum, filius, et filia, nepos, et neptis, qui modo sub potestate patris, aut avi fuerunt, cum is moreretur, &c. Qui vero sub testatoris jure non sunt, extranei hæredes appellantur, quales fratres, cognati, ceterique ejusmodi. Necessarius item hæres est, licet non suus, servus testamento cum libertate hæres institutus, qui omnino cogitur hæreditatem adire licet onerosam, idque propter ingens bonum libertatis. Suis autem hæredibus in onerosis hæreditatibus Prætor subvenit ex sua jurisdictione, abstentionem eis concedendo. Justinianus beneficium inventarii accommodavit, ut in tantum duntaxat tenerentur creditoribus, quantum esse in bonis paternis ex confecto inventario appareret, ut patet ex Instit. De Hæred. qualitate, et differentia.

matres sceleratas hæreditates [c] excipere, talem parentem præbuit, qualem exhibuerat uxorem.[4] Prandioque commento,[5] pro tempore etiam uxorem medici, simul et suam filiam [6] veneno eodem percutit.[7] Sed parvulæ quidem tenuem spiritum, et delicata ac tenera præcordia conficit protinus [8]

rum, ostendit se talem matrem, qualem se ostenderat conjugem, et simulans se parare prandium ex occasione temporis, ferit eodem veneno et uxorem Medici simul, et suam filiam. At pestiferum illud venenum statim consumit exilem vitam, et delicata te-

Id.—4 *Qualem habuerat uxorem.* Mutarunt in editionibus (ni fallor) ab interprete inducti, *exhibuerat uxorem.* Mihi tamen lectionem priorem sinceram esse, jam fixum est, eo, quod, 'habere,' scio in ore fuisse, pro 'gerere.' Sallustius: 'Instituta domi, militiæque, quo more remp. habuerint, quamnamque reliquerint.' Idem lib. III. Histor. 'Gerant, habeantque suo modo imperia.' *Stewech. Exhibuerat.* Idem Ms. *habuerat.* Colvius. Mss. et Edd. recte præbent *exhibuerat*, nisi quod in Lips. Cod. sit *exhabuerat*, et Ed. Bas. pr. *habuerat*, quod male propugnat Stewech. Adi me ad Sueton. Vitell. c. 17. 'Cum auriganti Caio ministratorem exhiberet:' quo loco me aliquando *celeratas* minus bene prætulisse video. Male in Edd. Scriv. *et uxorem*, ut seq. versu recte. *Oud.*—5 Palat. *commenta.* Id.—6 Lege, *et uxorem.* Elmenhorstius. Sic nempe exaratur in Florent. membranis; item Pith. Fux. Lips. D'Orv. Oxon. Palat. Guelf. ut cum Elmenhorstio edidere Scriv. et Floridus, qui rectius distinxit *simul.* Ibi enim incisionem esse ponendam, multis probatum ivit Cortius ad Plin. l. II. Ep. 17. frustra tamen prius *et* delere conans. Vide ad l. III. p. 48. 'Et formæ simul, et ætatis.' Mox Oxon. habet, *et suam etiam fil.* Ab alio exulat *suam*, teste Wasseo. *Oud.*—7 Ibidem citat vir doctus *perculit.* Sed vulgata elegantior videtur, per metaphoram a ferro ad venenum acre traductam: unde est statim quoque *conficere*, seu *configere.* Id.—8 Legere conabar *configit;* et similem errorem adimebam Apuleio in libro de Philosophia: 'Ita enim dixerim, quæ non extinguit incitamenta irarum, sed ea stupore defigit immobili:' male hactenus vulgatos codices insedit: *stupore deficit immobili.* Stewechius. Stewechii conjecturam egregie firmant Mss. D'Orvill. et Fux. in quibus exaratur *confixit.* Ac millies *c* et *g* confunduntur. Nil tamen contra ceteros Codd. te-

NOTÆ

[c] *Matres scel.* [*celeratas*] *hæreditates, &c.*] Sic emendat Stewechius, pro *matres sceleratas hæreditates*, quod in vulgatis editionibus habetur. Hæreditates, quibus ad parentes liberorum mortuorum bona redeunt optimo epitheto celeratæ dicuntur, quasi dicas immaturas: nam contra debitum naturæ ordinem fit, ut ante parentes moriatur filius, et nimium accelerata est illa hæreditas, quæ ad parentes redit, cum ad venturos nepotes, multis post annis, pervenire debuisset. Ejusmodi hæreditates a Jurisconsultis tristes dicuntur, et luctuosæ. Justin. Imp. Instit. lib. III. tit. 2. de Senatusconsulto Tertulliano: 'Et primus quidem D. Claudius matri ad solatium liberorum amissorum, legitimam eorum detulit hæreditatem. Postea autem Senatusconsulto Tertulliano, quod D. Hadriani temporibus factum est, plenissime de TRISTI SUCCESSIONE matri, non etiam aviæ deferenda cautum est,' &c. Quod si lectionem vulgatam *sceleratas* retinere velis, ad 'matres' refer, non ad 'hæreditates.'

virus infestum. At uxor medici, dum noxiis ambagibus pulmones ejus pererrat tempestas detestabilis potionis;[9] primum[1] suspicata quod res erat, mox urgente[2] spiritu jam certo certior,[3] contendit ad ipsam præsidis domum:[4] magnoque fidem ejus protestata clamore, et populi concitato tumultu, utpote tam immania[5] detectura flagitia, efficit statim, sibi simul et domus et aures præsidis patefierent. Jamque ab ipso exordio[6] crudelissimæ mulieris cunctis atrocitatibus diligenter expositis, repente mentis nubilo turbine correpta,[7] semihiantes[8] adhuc compressit labias: et attritu[9] dentium longo stridore reddito,[1] ante ipsos præsidis pedes exanimis corruit. Nec ille, vir alioquin exercitus,

nellaque viscera infantulæ: verum uxor medici, dum furor execrabilis pharmaci percurrit ejus pulmones circuitibus pestiferis, suspicans primo quod erat, deinde premente anhelitu, facta certissima, pergit ad ipsam domum Præfecti provinciæ, et implorans ejus opem ingenti clamore, atque excitato concursu populi, quippe revelatura scelera tam horrenda, efficit protinus ut ædes, et aures præfecti sibi aperirentur. Cumque narravisset accurate omnia scelera truculentissimæ fœminæ ab ipso usque principio, occupata subito caliginosa vertigine animi, strinxit labra, quæ habebat adhuc semiaperta ad loquendum. Cumque diu crepitasset dentibus, terens eos invicem, cecidit mortua ante ipsos pedes præfecti. At ille, qui aliunde vir erat usu

mere est mutandum. 'Conficere' pro quovis telo vel vi interimere sexcenties dicitur, sive ad mortem usque percutere; Græce διαπράσσειν. unde et gladiatores confectores dicti. Immo est apud Flor. l. III. 7. 5. 'Ut veneno se plerique conficerent.' In D'Orvill. *et ten.* A Palat. abest *protinus.* Oud.—9 Idem Ms. *pererrant.* Colvius. *P. pestis d. pot.* Flor. Rom. et Aldus, *tempestas d. potionis,* Elmenhorstius. Scilicet Vulcan. Ed. sec. e conjectura edidit *pestis,* refragantibus Mss. O. et Edd. *Tempestas veneni, morbi,* &c. occurrit apud alios. Vide Elmenh. Indicem, et Pricæi Notam. 'Ferrea tempestas' de nimbo telorum Silio Ital. l. XV. 630. Immo 'tempestas pretiosa Tagi' Claudiano I. in Ruf. 102. de Tagi inundatione. Si tamen Mss. addicerent, mallem *pestis,* et ex *tem* effingere adjectivum conveniens fœminæ robustæ pulmonibus, qui opponuntur delicatis et teneris puellæ præcordiis. In D'Orv. est *tepestus.* Oud.—1 Palat. *primus.* Id.—2 Fux. *ingenti.* Roaldus. Ac Petrarchæ Cod. *Oud.*—3 Exulat *jam* a Bert. *certa* inepte in D'Orv. *Id.*—4 Bertin. Edd. Elm. Scriv. Flor. *ipsius.* In Pith. *præsideri.* Id.—5 Ed. Bas. pr. *ut poterat immania.* A Bertino abest *tam.* In Ed. Vulc. sec. est *jam.* D'Orv. Ms. *tam inania.* Idem mox male caret τῷ *sibi.* Id.—6 Pith. *ex ipso exordio.* Id.—7 Fux. *correcto,* Oxon. *conjecta,* Guelf. pr. *conjecto,* D'Orv. *correpto.* Id.—8 Palat. Guelf. sec. *seminantes,* Fux. *semihiantis.* Hinc *semianimis* Oxon. quod non displicuit Pricæo. Haud bono judicio. Mulier prius clamavit; tum rem narravit; illico mentis nubilo correpta, labiis fuit semihiantibus, sed et has protinus compressit, at dentium stridorem edidit; et sic exanimis corruit. Adi ad l. v. p. 100. 'semihianti voce:' ubi eadem vulgo regnabat corruptio. *Id.*—9 Fux. *astrita* sine τῷ *et.* Id.—1 Dubitat Pricæus, an *edito* sit scribendum. Ne mutes quicquam. Reddere vocem, clamorem, spiritum, Noster cum aliis frequenter usurpat. Vide Wopkens. Misc. Obs. v. 8. p. 47. Comm. ad Sueton.

tam multiforme [2] facinus execratæ veneficæ [3] dilatione [4] languida passus [5] marcescere, confestim cubiculariis mulieris attractis, vi tormentorum [d] veritatem eruit: atque illam,[6] minus quidem quam merebatur, sed quod dignus cruciatus alius excogitari non poterat, certe bestiis [7] objiciendam pronuntiavit. Talis mulieris publicitus matrimonium [232] confarreaturus,[8] † ingentique angore oppido sus-

peritus, non sinit tot crimina veneficæ illius abominabilis languescere lenta procrastinatione; sed jussit statim cubicularias ancillas mulieris ad se rapi, et cruciatibus extorsit ab eis veritatem: et sententiam tulit adversus illam, leniorem quidem, quam merita erat: sed, (quia non poterat inveniri tormentum aliud ipsa dignum) ut saltem objiceretur feris. * * * * * * *Ego anxius certe magna solicitudine ex-*

Domit. c. 4. *Id.*—2 Fux. *tam m.* et Ald. *Roald.* Bert. *tam m.* Elmenhorstius. *Tam* legas in Mss. O. et Edd. ante Bas. sec. quod idcirco Auctori restitui. *Oud.*—3 Al. *venenatæ.* Conjicit Roald. *venenariæ.* Vid. Not. Var. —4 Bertin. *dilatatione.* Scioppius in Symb. *Elmenh.*—5 Pith. *pansus.* Oud. —6 Pal. Guelf. sec. *illa.* Id.—7 Idem, *et certe bestiis.* Colvius. Hinc Scriverius effinxit ediditque *exerte.* Sed male. De vi τοῦ *certe* adi ad l. vi. p. 110. et alibi. *exerte* hic locum habere nequit. *Oud.*—8 *Matrimonium confarraturus.* Fux. *conferraturus.* Ulpian. L. Reg. Plin. et alii. *Roald.* Flor. et Bert. *confarraturus.* Nuptiæ fiebant farre, usu et coëmtione, sicuti dixi ad Arnobium Fol. 86. *Elmenh.* Abest a D'Orvill. vox *matrimonium*, et cum Guelf. pr. dat *confortaturus.* Oxon. Guelf. sec. *confartaturus*, Pith. et Edd. veteres *confarraturus*, Ed. Colv. *conferreaturus.* Sed recte Palat. cum Edd. Junt. post. Vulc. et seqq. *confarreaturus.* Adi Beroaldum, et notata ad l. vi. p.

NOTÆ

[d] *Confestim cubiculariis mulieris attractis, vi tormentorum, &c.*] Testimonia, ac probationes criminum apud Romanos in tres potissimum partes distributæ sunt, nempe in quæstiones, testes, et tabulas. Tabularum nomine omne genus scripturarum intelligebatur, quo causa confirmari poterat. Testes erant liberi homines, qui testimonium extra tormenta dicebant. Quæstiones vero fuerunt testimonia servorum, in domesticis criminibus, quæ alias vix sciri possunt, vi tormentorum expressa. Itaque Accusator servos Rei in quæstionem postulare solebat, et datos in tormentis habebat, ut veritatem ab eis erueret. Vide Ciceronem Oratt. pro Cluentio, et pro Milone. Idem Cicero, in Oratione pro Deiotaro, et in Partitionibus, ait servos contra dominos torqueri non potuisse, excepta causa incestus, et conjurationis. Attamen Apuleius noster traditas ait tormentis ancillas in hac causa, quæ veneficii erat. Stewechius hunc locum solicitat, sed male.

† *Matrimonium confarreaturus*] Tribus modis apud Antiquos uxor habebatur, ut ait Boëthius in Commentariis Topicorum: usu, farre, coëmtione. Sed confarreatio solis Pontificibus conveniebat. Erat autem solennitas quædam vinculi maritalis, qua novæ nuptæ farreum præferebant; sic enim cibi genus ex farre factum nuncupant, &c. Simpliciter intelligi vult, fœminam publice destinatam quasi uxorem Asino, quæ publico spectaculo cum Asino perinde ac

pensus, expectabam[9] diem muneris: sæpius quidem mortem mihi metu volens consciscere,[1] priusquam scelerosæ ‡ mulieris contagio macularer,[2] vel infamia publici spectaculi depudescerem.[3] Sed privatus humana manu, privatus digitis, ungula[4] rotunda, atque mutila, gladium stringere nequaquam poteram. Plane, ut potui, tenui specula[5] [e] solabar clades ultimas, quod ver[6] in ipso ortu jam gemmulis[7] floridis cuncta depingeret, et jam purpureo[8] nitore prata vestiret: et commodum[9] dirupto spineo tegmine, spirantes cinnameos odores,[1] promicarent rosæ, qui me

*pectabam diem spectaculi: volens quidem sæpe mihi inferre necem propria manu, antequam * * * vel infamarer dedecore spectaculi publici. Sed cum essem destitutus manu humana, destitutus etiam digitis, nullatenus poteram evaginare ensem ungula mea rotunda et trunca. Et tantum recreabam me in meis extremis miseriis, quod ver jam incipiens pingeret omnia flosculis gemmantibus, et jam induceret prata splendore purpurantium florum: et quod rosæ tunc primum aperientes suos caliculos spinosos erumperent exhalantes odores suavissimos, quibus ego resti-*

106. 'Confarreatis nuptiis.' *Oud.*—9 *Angore op. susp. expectabam.* Haud comparent illa in D'Orv. *Id.*—1 *Mortem mihi mea volens manu consc.* Vulg. *metu mortem mihi volens consc.* Colvius. Flor. et Bert. *mihi metu volens mortem c.* Elmenhorstius. Oblitus sui Auctor? Sed *metu* leg. cum Oxon. &c. *Wass.* Immo Oxon. cum Lips. Fux. Reg. Pal. D'Orv. Guelf. habet *mea v. manu*, ut temere omnes Colvium sequentes ediderunt. Quasi nesciret Lucius, sibi manum deesse. Sed *mortem mihi metu volens c.* exhibent Florent. ut reposui. In Pith. et Edd. Vett. hic est ordo, *metu mortem mihi volens c.* Ipse Auctor, ut vides, subdit, se privatum humana manu. *Oud.*—2 Guelf. pr. *macularet.* Id.—3 Ed. Bas. pr. *fama.* D'Orv. *publicitus.* Oxon. *depudescere.* Id.—4 Guelf. pr. *privatus ungula.* Id.—5 *Plane tenui specula.* Fux. *pl. ut potui t. sp.* Roaldus. In Ms. Fulvii, *plane, ut potui, tenui sp.* Wow. Sciopp. in Symb. *Elmenh.* Consentiunt D'Orv. et Reg. ut bene addiderunt Wower. Scriv. et Pricæus, quem vide ad l. III. p. 59. 'Quod solum potui.' Burm. ad Ovid. Ep. VIII. 5. 'Quod potui, renui.' Cic. I. Cat. 7. 'superiora illa, ut potui, tuli.' Auct. de Mundo p. 731. 'Ut possum, breviter absolvam.' Sic enim legendum e Florent. Mss. *Oud.*—6 Pith. *quidem vel.* In Fux. etiam, Guelf. D'Orv. Pal. Oxon. *vel.* Id.—7 Guelf. pr. *ramulis.* Id.—8 Alii *purpurato.*—9 Pith. *commode*, vitiose. *Oud.*—1 Oxon. Guelf. pr. *odore.* *Id.*—2 *Pri-*

NOTÆ

uxor cum marito concumberet. *Beroald.*

‡ *Scelerosæ*] Scelerosus est multorum scelerum, sceleratus unius, &c. Nigidius Figulus homo, juxta M. Varronem, doctissimus; hoc, inquit, inclinamentum in 'osus' significat copiam quandam immodicam rei super qua dicitur: idcirco in culpam cadit: ut 'scelerosus' merito dicatur, qui immodicis multisque sceleribus est coopertus. *Idem.*

[e] *Specula*] Diminutivum a nomine spes, de quo jam monuimus.

priori meo Lucio [2] redderent. Dies ecce muneri destinatus aderat. Ad conseptum caveæ,[3] prosequente populo, pompatico favore deducor.[4] Ac dum ludicris scenicorum choreis primitiæ spectaculi [5] dedicantur; tantisper ante portam constitutus, pabulum lætissimi graminis,[6] quod in ipso germinabat aditu, libens affectabam: subinde curiosos oculos,[7] patente porta, spectaculi prospectu gratissimo reficiens.[8] Nam puelli puellæque virenti florentes ætatula, forma conspicui, veste nitidi, incessu gestuosi,[9] Græcanicam saltantes pyrrhicham,[1] [f] dispositis ordinationibus [2]

tuerer in meam pristinam formam Lucii. Tandem advenerat dies destinatus spectaculo, et ego deducor in arenam cum plausu triumphali, plebe me sequente. Dumque initium spectaculi datur saltationibus facetis histrionum, ego interim collocatus ante portam libenter depascebar gramen virentissimum, quod pullulabat in ipso ingressu: identidem recreans meos oculos curiosos jucundissimo aspectu spectaculi, quia porta erat aperta. Namque pueri virginesque vigentes florida juventa, spectabiles pulchritudine, vestimentis splendentes, gesticulantes inter gradiendum, saltantes Pyrrhicham Græcam, peragebant pulchros circuitus dispositi per ordines:

ori me Lucio. Vulg. *me priori meo L.* Colvius. Flor. *q. me priori meo L.* Elmenhorstius. Pith. Reg. Fux. Lips. Edd. Colv. Vulc. Wow. Pric. *q. priori me L.* vel *qui me priori L.* Sed rectius Mss. reliqui et Edd. ceteræ mecum exhibuerunt: *qui me priori meo Lucio r.* Sic l. III. p. 58. 'Ad meum redibo Lucium.' l. XI. p. 239. 'Redde me meo Lucio.' Contra 'meus asinus,' de quo vide ad l. VII. p. 142. 'honoribusque plurimis asino meo tributis.' ubi itidem turbarunt. *Oud.*—3 Ms. *d.* &c. *erat ad conspectum.* Colvius. Pal. *conspectum c.* Elmenhorstius.—4 Idem, *deducebant.* Colvius. Fux. *conducor.* al. *ded.* Tum D'Orvill. *at dum.* Oud.—5 Oxon. Guelf. pr. *spectaculis.* Id.—6 Fux. *germinis.* Id.—7 Edd. Junt. pr. Ald. *curioso oculo.* Id.—8 Guelf. Oxon. Pal. *speculi.* Edd. Vic. Ven. *prospecto.* Oxon. in marg. al. *prospiciens.* Id.—9 Oxon. *formæ,* et mox a pr. m. *incestuosi.* Guelf. pr. *incestu testuosi.* Non ineleganter dicitur *formæ conspicuus;* de quo Genitivo adjectivis juncto multa multi collegerunt, eoque creberrime utitur Auctor. Vide ad l. I. p. 16. V. p. 90. VIII. p. 153. et alibi sæpe. Nihilominus hic librarii aberrationem censeo. Dein *gratiosi* conjecit Burm. Sec. in Add. ad Catal. t. I. p. 745. Sed Gell. l. I. c. 5. 'manus argutæ et gestuosæ.' *Id.*—1 Idem Ms. *Græcanico s. ipirrica.* Adhibe Cujac. Observat. lib. XIII. cap. 10. *Colv.* Flor. *Græcanica saltatura p.* Elmenhorstius. Palat. etiam et Guelf. dant *Græcanico s. in pirrica.* Fux. Reg. Oxon. Guelf. pr. *Græcanica s. in pirricā.* Pith. *Græcanica saltant ypyrrica.* D'Orv. *Græcanica s. pyrrhica.* Item Edd. aliquot *pyrrhica.* Lateatne quid, nescio. Alioquin Latinissimæ elegantiæ est vulgatum. Suet. Cæs. c. 39. 'Pyrrhicham saltaverunt Asiæ Bithyniæque principum liberi.' Græce Dio Cass. l. LX. p. 680. πυῤῥίχην Ἀσιανοὶ παῖδες ὠρχήσαντο. *Oud.*—2

NOTÆ

[f] *Græcanicam saltantes Pyrrhicham*] Pyrrhi[illegible]a seu Pyrrhiche saltatio erat [illegible]torum, ab auctore Pyrrho quodam Cretensi, ut vult Plinius, aut etiam Pyrrho Achillis filio, quem Aristoteles tradit omnium primum Pyr-

decoros ambitus inerrabant:[3] nunc in orbe rotarum flexuosi,[4] nunc in obliquam seriem[5] connexi;[g] et in quadratum patorem[6] cuneati,[h] et in catervæ discidium[7] separati. At ubi discursus reciproci multimodas ambages[8] tubæ

modo gyrantes in orbem ad instar rotæ, modo cohærentes manibus in ordinem obliquum, postea dispositi in cuneum patentem apertura quadrata. Deinde separati in duas turmas. Sed postquam clangor tubæ finem imponentis solvit multiplices cir-

Fux. *ordinationes*. Id.—3 D'Orv. *inhærebant*. Claudian. in Pyrrhichæ descriptione, VI. Cons. Honorii vs. 624. 'Et pulchras errorum artes jucundaque Martis Cernimus:' ubi nihil fuerat mutandum. *Id.*—4 Repone ex Ful. et Pal. Cod. vocem Apuleio familiarem: *rotatim flexuosi*. Wowerius. Scribo ex Ms. *rotatim*. Scioppius in Symbola. *Rotatim*. Vulgo, *rotatum*. Elmenhorstius. Pal. Guelf. sec. *nunc etiam in, &c.* *Rotatum* in eodem Guelf. sec. Pith. Edd. Juntinis et Aldi. *Rotarum* D'Orv. Guelf. pr. Lips. Fux. Flor. et Edd. Vett. aliæ. Sed haud male *rotatim* exhibuere Wower. et seqq. nisi potius legendum censerem, *in orbem rotatum*. Quem obliquæ seriei opponit. Glomerari, currere, redire et similia in orbem, passim Virgilio, Ovidio, aliis. *Oud.*—5 Fux. *in aliquam s.* Id.—6 Al. *partem*.—7 Al. *dissidium*.—8 *Multimodes ambages*. Sic Ms. Nunc magis placet vulgata lectio, *multinodes*. Colvius. Aldus et Flor. *multinodes a.* Elmenhorstius. De voce 'multinodis' vel 'multinodus' vide ad l. VIII. p. 173. 'sese multinodis commulcat ictibus.' Atque ita Edd. O. ante Colvium. Sed cum hæ ambages non perpetuo connexæ fuerint in nodum; sed et obliquæ in longum, et cuneatæ in quadratum; immo in catervas divisæ, patet clare, hic eam vocem admitti non posse, ac Colv. Vulc. Wow. Pric. rectius edidisse *multimodes*: quod ostentant etiam Pith. Fux. Reg. Guelf. Pal. eoque facit Oxon. *multimodis*. Ipsum enim hoc adverbium recipi huc nequit. De quo alias. Magis vero arridet lectio Ms. D'Orvill. et Ed. Vulc. sec. Elmenh. Scriv. Flor. *multimodas*. Sic enim de Dogm. Plat. p. 577. Ed. Fl. 'Multimoda potestatum coitione.' Apud Claudian. de nuptiis Honorii vs. 103. in Mss. nonnullis, 'Multimodum discrimen:' quod tamen illic non amplector: multo minus in Liv. ex cujus l. XXI. c. 8. citant 'Multimoda arte,' pro Mss. lectione mult

NOTÆ

rhicham saltasse ad rogum Patrocli: sive denique a Pyrrhicho Lacedæmonio quodam, ut volunt Aristoxenus, Strabo, et Solinus.

[g] *Connexi*] Ejusmodi saltantium connexio, quæ per manus fiebat, dicebatur restis; et qui sic connexis ac consertis manibus saltabant, ii restim ductare dicebantur. Terent. Adelphor. Act. IV. Scen. 7. 'Tu inter eas restim ductans saltabis?' Nos diceremus *danser un branle*. Funem revera per manus transmitti solitum in ea saltatione innuere videntur hæc Livii verba Decad. 1. lib. v per manus reste data virgines vocis pulsu pedum modulant serunt.' Græcis κόρδακα tur, et κορδακίζειν.

[h] *Cuneati*] De cuneo natione jam diximus, hic cuneus saltatorius; densus erat, et militur terius refertus; hic v tum constabat saltat qui in angulum coë ciebant, relicta i ore parte vacua e

terminalis[9] [i] cantus explicuit, aulæo subducto[1] et complicitis sipariis, scena disponitur.[2] Erat mons ligneus, ad instar inclyti montis illius, quem vates Homerus Idæum cecinit, sublimi instructus [233] fabrica,[3] consitus viretis et vivis arboribus[4] summo cacumine, de manibus fabri fonte manante, fluviales aquas eliquans.[5] Capellæ pauculæ tondebant herbulas: et, in modum Paridis Phrygii pastoris[6] [k] barbaricis amiculis[l] humeris defluentibus, pul-

cuitus discursionis alternæ; dimoto aulæo, et velis complicatis, repræsentatio Paridis instruitur. Erat mons ligneus factus ad exemplum illius montis celebris, quem poëta Homerus vocavit in suis carminibus Idæum, fabricatus alta structura, plantatus viridariis, et arboribus vivis, evomens undas flumineas ex supremo suo jugo, per fontem fluentem opera artificis. Aliquot capellæ depascebantur gramina: et juvenis quidam egregie vestitus, vestimentis Phrygio opere pictis dependentibus

riam. Vide Drakenb. *Oud.*—9 *Terminalis.* Vet. *terminales.* Colvius.—1 *Alveo subducto. Aulæo* legit Beroaldus ex pag. 60. *Roald. Aulæo.* Flor. 2. et Rom. *albeo s.* male. *Elmenh. Alveo* inepte dant Pith. Fux. Guelf. D'Orv. Pal. Oxon. et Edd. Vett. præter Beroald. Colin. Colv. &c. *Oud.*—2 *Complicitis sipariis Paridis scena disponitur. Paridis* non erat in vulgatis. *Colv.* Τὸ *Paridis* non est in Flor. *Elmenh.* Perperam vocem *Paridis* Colvius cum seqq. intrusit natam vel ex glossa vel ex corrupto *sipariis*, sicut Fux. dat *sypharis Paridis.* Hinc alii ejecerunt *sipariis*, præbentes, *A. subducto et complicito, Paridis s.* ut D'Orv. Pal. Oxon. Guelf. in quorum sec. est *complicato.* Recte Pith. Bertin. cum Edd. Vett. *complicitis sipariis, scena d.* Proprium nomen hic nondum habet locum. Qualis ea scena fuerit, et cujus argumenti, voluit demum Auctor lectori e seqq. apparere. Uncis igitur inclusam ab Elmenh. et Scriverio vocem denuo delevi. Aulæum et siparia eodem modo iunxit Auctor l. I. p. 7. 'Aulæum tragicum dimoveto, et siparium scenicum omplicato.' *Oud.*—3 Pith. *sublimis.* Abest a Palat. *Fabula* Ed. Bas. pr. *Id.* ' *Directis et vivis arbor.* Ald. *Roald.* Ms. *virentis.* Colvius. Pith. Guelf. *irectis* cum Ed. Vicent. hinc *directis* Edd. Junt. Ald. Sed vide ad l. IV. 'lætissima vireta.' *Et viv. arb.* desunt in Oxon. ac Guelf. pr. *Oud.* . Not. Var.—6 Ed. Vicent. *pristygii,* Ven. *phyrii.* Guelf. pr. *frigidi.* *ygii pastoris* uncinulis inclusit Scriverius. Malim ego deleri τὸ *Pari-* glossa insertum, et merum interpretamentum illorum, 'Phrygii pas-

NOTÆ

terminalis] Terminum seu ındi faciendum esse de- Alias Terminalis signifi- ' Deum Terminum perti- ınalia festa, sacra, &c. t agna festis cæsa

ris] Trojani. Phry- minoris regio, in at, et mons Ida

[l] *Barbaricis amiculis*] Festus: 'Barbari dicebantur antiquitus omnes gentes, exceptis Græcis. Unde Plautus Nævium poëtam Latinum, Barbarum dixit. Et de se, cum transferret fabulam ex Græco, dixit: M. Accius vortit barbare.' Hinc Barbarica vocaverunt, quæ extra Græciam essent, aut fierent, ut apud Plautum, Capt. Act. IV. Sc. 2. Barbaricæ vocantur urbes quædam Italæ: et Bar-

chre indusiatus [7] [m] adolescens, aurea tiara [n] contecto capite, pecuarium simulabat magisterium.[8] Adest luculentus puer nudus,[9] nisi quod ephebica chlamyda [1] [o] sinistrum tegebat [2] humerum: flavis crinibus usquequaque [3] conspicuus: et, inter comas, ejus aureæ pinnulæ cognatione simili sociatæ, prominebant,[4] quem caduceum et virgula Mercurium indicabant. Is saltatorie procurrens, malum-

ex humeris, operto capite tiara aurea in formam Paridis pastoris Phrygii, fingebat se esse pastorem pecorum. Ecce venit formosus puer, nudus, præterquam quod chlamys puerilis velabat ipsi lævum humerum; undique spectabilis flavo capillitio: et parvæ alæ aureæ inter se æquales et copulatæ eminebant inter ejus crines, quem puerum caduceum et virga ostendebant esse Mercurium. Hic accurrens ad numeros,

toris.' *Oud.*—7 Vid. Not. Var.—8 Al. *magistrum.*—9 *Nudus* abest Ed. Bas. pr. *Oud.*—1 *Ephebia chlamyda.* Fux. *ephebica chlamyde.* Roaldus. Ms. *chlamyde.* Colvius. *Ephebica chlamide.* Alii, *ephebia c.* Martianus Capella de Nuptiis Philol. p. 3. 'Ac jam pubescentes genæ seminudum eum incedere, chlamydeque indutum parva, invelatumque cetera, humerorum cacumen obnubere sine magno risu Cypridis non sinebant.' *Elmenh.* Edd. Junt. pr. Ald *ephebia,* nec male; si suffragarentur Mss. Dein *chlamyde vel clamide* Fux. F sed frustra. Amat Auctor hanc vocem Latina terminatio[illegible] ex Lib. xi. p. 256. 'Humeris dependebat pone tergum, talorum t[illegible]is, pr[illegible] chlamyda.' Flor. N. 15. 'Chlamyda velat brachium.' Varro [illegible]ad Non. p. 539. Ed. Merc. 'Cubo in chlamyda.' Eam autem videte cum [illegible]iara Paridis Phrygia ceterisque in monumentis supra citatis. Et de ephebica puerili chlamyde plura ad Sueton. Tiber. cap. 6. D'Orvill. ad Charit. lib. iv. c. 3. *Oud.*—2 Guelf. sec. *degebat.* Id.—3 Fux. *usque qm.* Id.—4 Rom. *societate,* male. *Elmenh.* D'Orv. *areæ.* Fux. *premule.* Tum *societate,* licet e Mss. correxerit jam Beroaldus, male cum Edd. primis expressere Junt. utraque, Ald. Bas. *societæ* Pith. *sonate* Guelf. pr. *præminebant* Fux. haud recte. *Oud.*—

NOTÆ

barica amicula hic intellige vestes Phrygias, nempe acu pictas; Phryges enim primi vestes acu pinxerunt: unde etiam ejusmodi vestium artifices vulgo vocati sunt Phrygiones et Barbaricarii, qui ex auro et coloratis filis hominum atque animalium effigies in vestimentis exprimerent.

[m] *Pulchre indusiatus*] Ab indusio, quod est interior tunica, fit 'indusiatus,' quod proprie tunica illa interiori indutum, latius tamen (ut hoc in loco) quavis veste amictum, significat.

[n] *Tiara*] Genus galeri est Trojanis ac Phrygibus usitati. Juvenalis Sat. vi. de Sacerdote Cybeles: 'Et Phrygia vestitur bucca tiara.'

[o] *Ephebica chlamyda*] Nominativus casus est; cum tamen vulgo dicatur *chlamys,* et *chlamyda* sit ejus accusativus ritu Græco. Sic etiam Cassida in recto, pro cassis, dixit Virgil. Æneid. xi. 'Aureus ex humeris sonat arcus, et aurea Vati Cassida.' Ephebica chlamys ea est quam juvenes gestabant, dum erant ephebi. Tempus ephebiæ Censorinus de Die Natali cap. 5. ita distinguit: ut decimo quinto ætatis anno, cum primum pueritiam egressi sumus, dicamur μελλέφηβοι, hoc est, futuri ephebi: decimo sexto ἔφηβοι: decimo septimo ἐξέφηβοι, quasi ephebiam egressi.

que bracteis [5] inauratum dextera [6] gerens, ei, qui [7] Paris videbatur, porrigit: quid mandaret [8] Jupiter, nutu significans,[9] et protinus [1] gradus scitule referens,[2] e conspectu [3] facessit. Insequitur puella vultu honesta, in Deæ Junonis speciem similis. Nam et caput stringebat diadema candida.[4] [p] Ferebat et sceptrum. Irrupit [5] alia, quam putares Minervam, caput contecta [6] fulgenti galea, et oleagi-

et ferens manu dextra malum deauratum bracteis aureis, offert illi, qui videbatur esse Paris, nuntians ei signis, quid Jupiter præciperet: et statim retro ferens decenter vestigia, discedit e conspectu. Puella sequitur decora facie, referens specie Deam Junonem. Habebat enim caput cinctum diademate albo. Gestabat quoque sceptrum. Alia ingressa est, quam crederes esse Palladem, habens caput opertum

5 Al. *blacteis.*—6 D'Orv. Edd. Ber. Col. Bas. *dextra.* Oud.—7 Non comparet *τὸ ei* in Mss. Flor. Pith. D'Orv. Fux. Pal. Oxon. Guelf. *Id.*—8 Pith. *qui,* Edd. ante Colv. *quæ.* Guelf. pr. *manderet.* Id.—9 Oxon. *sacrificans.* Id.—[illegible] Copulam addidi auctoritate Mss. Flor. Pith. Fux. D'Orv. Pal. Guelf. [illegible] et Edd. Vett. Male omissa erat in Colvii editione, quam ceteri per-[illegible]enti. *Id.*—2 Fux. *gradum scitule r.* Roaldus. *Gradus citule.* [illegible] Ms. [illegible]*dum scitule referens,* non male. *Colv.* *Gradum scitule.* Aldus, *gradus citul*[illegible] Elmenhorstius. Pluralem numerum firmare quis posset loco Ovidii lib. [illegible] Fast. vs. 502. 'Retulit ille gradus: horrueruntque comæ.' Sed *gradum* etiam præbent Mss. Flor. D'Orv. Guelf. Oxon. Reg. cum Edd. Elmenh. Scriv. Ac Noster passim cum aliis in hac locutione singularem numerum prætulit. Sic 'celerare, dirigere, tolerare gradum.' Confer Indicem. Mox *citule,* quod est in Edd. pp. item Ber. Junt. Ald. Colv. Vulc. pr. Scriv. malo judicio amplexus est Pricæus contra Mss. qui nunc comparent, omnes; in quibus ceterisque Edd. *scitule:* de qua voce vide ad lib. VII. p. 140. 'Apponit scitule,' i. e. decenter, venuste. Celeritatem Auctor indicavit per vocem 'protinus.' Ad hæc *citule* probabo usquam, si mihi prolatum sit adjectivum 'citulus.' Corruptioni huic ansam dedit lineolæ omissio *graduscitule.* Hinc fecere editores *graduscitule* pro *gradum scit.* Oud.—3 Guelf. sec. *et c.* Id.—4 Non sequor Ms. qui legit, *diadema candidum.* Pomponius Satyra: 'Cujusvis leporis Liber diademam dedit.' Latius de his similibus Priscianus lib. VI. *Colv.* Flor. *d. candidum.* Elmenhorstius. Accedit D'Orvill. Sed vide et Voss. lib. V. Inst. Orat. c. 1. In Pith. hæ voces cum seqq. usque ad *contecta* desunt. Pal. Guelf. sec. *strigebat.* Oud.—5 *Irrupuit.* Fux. *irrupit,* et Ald. *Roald.* Sola Ed. Bas. pr. vitiose *irrupuit.* Oud.

NOTÆ

[p] *Diadema candida*] Observa hic 'diadema' fœminino genere positum. Eodem modo Plautus in Prologo Amphitr. 'schema' usurpavit: 'Nunc ne hunc ornatum vos meum admiremini, Quod ego huc processi sic cum servili schema.' Ubi ex usu communi dicere debuit *schemate.* Quin et 'diademam' reperias in Fragmentis Lucii Pomponii Atellanarum poëtæ. Sic enim habet Fragmentum Satiræ: 'Blanda, fallax, impotens, superba, discordis Cujusvis leporis liber diademam dedit.' De hac forma nominum vide plura apud Priscianum, l. VI.

nea[7] corona tegebatur ipsa galea; clypeum[q] attollens, et hastam[8] quatiens, et qualis illa cum pugnat.[9] Super has[1] introcessit alia visendo decore, et præpollens[2] gratia coloris ambrosii,[3] designans Venerem: qualis fuit Venus, cum fuit virgo,[4] nudo et intecto[5] corpore perfectam formositatem professa; nisi quod tenui pallio bombycino inumbrabat[6] spectabilem pubem. Quam quidem[7] laciniam curiosulus ventus† satis amanter nunc lasciviens reflabat;[8] ut dimota, pareret flos ætatulæ:[9] nunc luxurians[1] aspira-

*casside micanti, et cassis ipsa inumbrabatur corona oleaginea: attollebat scutum, et concutiebat hastam, et talis erat, qualis est illa, quando præliatur. Post has alia intravit præcellens pulchritudine spectabili, repræsentans Venerem decore coloris divini, qualis erat Venus, quando erat virgo, manifeste ostendens pulchritudinem omni ex parte absolutam, corpore nudo, et discooperto, excepto quod tegebat pudenda subtili amiculo serico. * * * Ipse vero color Deæ diversus erat ad*

—6 Ms. *capite cont.* Colvius.—7 Palat. Ed. Ber. Bas. pr. *oleagina*, ut statim *cærulus*. Vide ad lib. III. p. 48. 'ramos oleaginos.' *Oud.*—8 Oxon. *hasta*. Id.—9 Pith. D'Orv. *equalis*. Tum iidem et Pal. *comp.* Id.—1 Abest *has* a Cod. Palat. *Id.*—2 Idem Ms. *de colore.* Colvius. In Palat. *visi.* Guelf. D'Orv. *et præp.* Quod multum præfero, sic distincto loco: *Introcessit alia visendo decore, et præpollens gratia col. amb., designans Venerem.* Eamque lectionem probavit eximius Codicis possessor ad Charitonis initium, 'Ἀφροδίτης παρθένου. Visendo decore est spectabili pulchritudine. In Floridis N. 15. 'Adolescens vivenda pulchritudine.' ac N. 9. 'cultu visendus.' *Oud.*—3 Sic D'Orv. et plures Mss. In aliis et Edd. vulg. *ambrosei*; unde Pricæus hic et ad lib. VI. p. 125. malebat, *col. rosei*, perpetuo Venerei corporis epitheto. Sed consule notata ad p. 226. 'labias ambrosio rore purpurantes.' Si quid mutandum, mallem *corpore*. Lib. VIII. p. 159. 'Odor cinnameus ambrosii corporis.' Verum sequitur 'nudo corpore.' *Id.*—4 Pith. *q. sum.* Suspecta mihi est vox *Venus*. Immo forsan scripserat Auctor modo, *Qualis fuit virgo.* Nihil tamen innovari suadeo. *Id.*—5 Copula deest D'Orvilliano. Cave tamen, ne hinc putes, unam vocem hic e glossa ortam. Sed confer Pric. et scripta ad lib. III. p. 56. 'Intecti atque nudati.' *Id.*—6 *Inumbrabat.* Guelf. pr. *vibrabat.* Id.—7 Palat. Guelf. sec. *et quid.* Guelf. pr. *quæ q.* Id.—8 Ms. cod. *miro lascio. reflebat.* Colvius. Bert. *lassivia.* Elmenhorstius. Palat. *refragnat*, Guelf. sec. *reflagrat.* Perperam. Vide ad lib. II. p. 22. 'Veste reflata.' *Oud.*—9 Idem, *pareret.* Colvius. Alii, *pareret.* Elmenhorstius. Adde Fuxensem et Palatinum, ut tacite ediderunt Wower. et Pricæus. Verissime. Respice ad lib. I. p. 11. 'si mane paruerit.' 'Patere' minus aptum hic est verbum. Quod habet locum, si quando mulier se ultro dare vult, nec coitum renuit. *Præstaret* Guelf. pr. *Oud.*—1 D'Orv. *et nunc l.* Id.—2 Vid. N.

NOTÆ

q *Clypeum*] Ægida intellige, cum Medusæ capite in medio.

† *Curiosulus ventus, &c.*] Non invenuste refert ventum quoque ipsum, quasi amasium, vestis laciniam reflasse, rejecisseque suo spiritu a corpore Veneris, ut flos ille, expetitus omnibus, esset in propatulo, dimota pallii bombycini lacinia. *Beroald.*

bat; ut adhærens pressule, membrorum voluptatem‡ graphice* liciniaret.[2]** Ipse autem[3] color [234] Deæ diversus in speciem:[4] corpus candidum, quod cœlo demeat; amictus cœrulus, quod[5] mari remeat.[r] Jam singulas virgines, quæ Deæ putabantur, sui obibant comites.[6] Junonem quidem Castor et Pollux,[s] quorum capita cassides

visum: nam corpus ejus erat album, quia descendit ex cælo; et velamen cæruleum, quia emergit e mari. Præterea unaquæque puellarum, quæ credebantur esse Deæ, stipata erat suis comitibus. Juno quidem Castore et Polluce, quorum capita

Var.—3 Flor. duo, *ipse tunc*. Oud.—4 *Color deæ divisus in sp.* Sequentia ostendunt emendandum, ut in lib. Fulv. legitur, *diversus in speciem*. Wowerius. Corrige ex Ms. *diversus*. et probant sequentia. *Sciopp. in Symb.* In Ed. Bas. pr. est *Deæ visus*, hinc Stewech. ad lib. XI. p. 252. legit modo, ‘color Dei visus,’ sive ‘c. divisus.’ Verissime emendavit Wower., sequentibus ceteris, et astipulantibus Reg. D'Orv. Pal. Guelf. sec. Pallii color diversus est colori corporis Deæ. Id enim candidum, hic cœrulus. *Oud.*—5 Vid. Not. Var.—6 Absunt hæc, *sui obibant*, a Ms. Cod. *Colv.* *Sui obibant*. Has voces non habent Pal. et Flor. 2. *Elmenh.* Neque legas eas in Pith. Fux. D'Orv. Oxon. Guelf. et Ed. Junt. post. cui vir doctus ascripsit, *sui adsistebant*, videns scilicet, ejus sensus verbum deesse, sive stipabant vel comitabantur: quam significationem non habet τὸ obire. An ob præcedens ‘putabantur’ excidit *continuabantur?* de quo verbo vide me omnino ad lib. v. p. 109. ‘Eam

NOTÆ

‡ *Membrorum voluptatem*] Voluptas sedem habet in membris genitalibus, &c. Scite autem venusteque dixit ‘membrorum voluptatem,’ intelligi volens, genitalium: nam membra, ut supra diximus, genitalia significantur. Unde illud, ‘membrosior æquo,’ &c. *Id.* Pro *voluptatem membrorum* non male *venustatem* legas. *Pricæus.*

* *Graphice*] Decenter, venuste, concinniter, quasi ex picturæ venustate. Verbum Græcum est γράφω, quod significat, pingo et scribo, &c. *Beroald.*

** *Liciniaret* [*laciniaret*] A lacinia ductum verbum, quasi inflexu laciniæ inumbraret. *Id.* Τὸ *laciniaret* formaverunt ex scriptura vett. codd. in quibus *liciniaret* scriptum. Fortasse *linearet*, i. e. exprimeret, scribendum. Tacitus de Germanis: ‘Locupletissimi veste distinguuntur, non fluitante, sed stricta et singulos *artus* exprimente.’ *Linearet* autem pro, delinearet: cujusmodi ἀποκοπαὶ in Glossis sæpissime occurrunt. *Pric.*

[r] *Corpus candidum, quod cælo demeat; amictus cærulus, quod mari remeat*] Sic habet Oxon. Ms. referente Pricæo, item Florent. Bert. et Pal. referente Elmenhorstio. Editio quoque Beroaldi, et aliæ veteres. Colvius ex sua editione sustulit τὸ *amictus*, et pro *cærulus*, legit *cærulum*; quo jure, ipse viderit. Posthabita ejus depravatione, priori lectioni inhærebimus. Apertus sensus est. Puella nempe, Venerem repræsentans, habebat corpus candidum, quo colore cœlestis origo Veneris designatur, amiculum vero cœruleum (qui color est marinus) eoque ostenditur, Venerem ortam esse ex mari.

[s] *Castor et Pollux*] Hi cum sorore Helena fuerunt Jovis et Ledæ filii: vel, ut alii volunt, Pollux et Helena

ovatæ[7] [t] stellarum apicibus insignes contegebant.[8] Sed et isti Castores erant scenici[9] pueri. Hæc[1] puella, va-

operta erant galeis rotundis, quæ conspicuæ erant stellis positis in vertice. Sed hi Castores quoque erant juvenes histriones. Hæc virgo progrediens cum gestu tran-

Juno et Ceres continuabantur.' *Oud.*—7 *Capita cassides æratæ.* Sic Ms. Al. *batæ.* Vulg. *orbatæ.* Alii legunt, *obbatæ.* Colvius. Fulv. Cod. *obbatæ.* Alius, *batæ.* In Pal. *cassides obatæ,* hoc est, ovatæ. Cassides forma ovata. Hæreo, quid potissimum sequar; nisi quod hæc diversitas Pal. libri scripturam veriorem præstet. Tale etiam illud: 'procedens quieta,' &c. ubi in Palat. *præ ceteris quieta.* Wowerius. Ms. *obbatæ,* id est, obbæ instar formatæ. Sic Flor. 2. Bert. et Palat. Rom. *q. c. c. orbatæ.* Vulgo, *æratæ.* Elmenhorst. Ego lego *jubatæ.* Scriptum fuerat *jobatæ:* vel potius *orbitæ:* ut apud Varronem 'motus orbitus' apud Non. Alii legunt *obbatæ.* Brant. Γρ. *ovatæ.* Respicit ova Castoris et Pollucis. *Lindenbrog.* *Obitæ* D'Orv. *obactæ* Oxon. *obatæ* Pith. Fux. Guelf. Certo certior est emendatio Salmasii in Plin. p. 392. cui sublegit Floridus, *ovatæ,* quam in textum recepi, suffragantibus, ad exemplorum suorum marginem, itidem Grutero, Cantero, Wasseo, Tollio, et late illustrante Hemsterhusio ad Lucian. tom. I. p. 281. *Oud.*—8 Fux. *contegebat.* Id.—9 Pith. *sceneci,* D'Orv. *senici.* Oxon. *sceni.* Id.—1 Fux. Reg. *heu* vel

NOTÆ

tantum: Castor vero et Clytemnestra Tyndari, qui Ledæ maritus fuit, quem Castorem ita adamavit frater Pollux, ut immortalitatem ratione suæ divinæ originis sibi debitam, cum ipso ex æquo voluerit participare. Unde Virgil. Æneid. VI. 'Si fratrem Pollux alterna morte redemit, Itque reditque viam toties.' Hi fratres Jasonem in expeditionem Colchicam secuti sunt. Cumque, ingruente maxima tempestate, ac de salute sua jam desperantibus Argonautis, vota Orpheus ad Deos Samothraces fecisset; stellæ duæ supra capita amborum fratrum astiterunt, fuitque sedata tempestas. Hinc est, quod cassides eorum stellarum apicibus insignitas fuisse hic ait Apuleius. Sed non satis dispicio cur eos hic Junoni assignet comites, cum ea Jovis filios ex pellicibus natos solita fuerit summo odio prosequi: nisi ad physicum sensum recurramus, et dicamus Junoni, per quam aër significatur, ideo Castorem et Pollucem comites dari, quia ignes, quos ferunt nautis prospera omnia significare tempestatesque sedare, in aëre gignuntur et conspiciuntur.

[t] *Cassides ovatæ* [*obbatæ*] Veteres editiones, et Ms. Rom. habent *orbatæ.* Mss. Codd. Florentini duo Bert. et Pal. apud Elmenhorstium, *obbatæ.* Colvius introduxit *æratæ,* quod expungendum puto, et alterutram aliarum lectionum substituendam. Si *obbatæ* legas, intellige formatas fuisse illas cassides ad instar obbarum. Erat autem obba genus poculi capacioris: hanc a gravitate sua et fundi capacitate Persius sessilem dicit Satir. v. 'Veientanumque rubellum Exhalet vapida læsum pice sessilis obba.' Quod si *orbatæ* legas, ne a verbo orbo putes derivatum, sed ab orbe, idemque esse *orbatæ* ac *orbiculatæ:* quam vocem etiam nonnulli substituere voluerunt hoc loco, pro *orbatæ,* ut sensus esset planior. Quid si *obatæ* pro *ovatæ* scriptum fuerit mutatione literarum *v* et *b,* satis frequenti? Certe cassides illæ, quibus ornati conspiciuntur in veteribus nu-

rios modulos lasciva[2] concinente tibia, procedens quieta et inaffectata gesticulatione,[3] nutibus honestis pastori pollicetur, si sibi præmium decoris addixisset; et sese[4] regnum totius Asiæ tributuram. At illam, quam cultus armorum Minervam fecerat, duo pueri muniebant, præliaris Deæ comites armigeri, Terror et Metus,[u] nudis insultantes[5] gladiis. At pone tergum tibicen Dorium canebat bellicosum;[6 w] et permiscens bombis gravibus tinnitus acutos,[7] in

quillo et simplici ad cantum tibiæ mollis personantis diversos modulos, promittit pastori modestis gestibus, se ei daturam imperium totius Asiæ, si adjudicasset sibi palmam pulchritudinis. Verum duo pueri, qui referebant Terrorem et Metum comites armigeros Deæ bellicæ, saltantes cum districtis ensibus, circumstabant illam puellam, quam arma, quibus ornata erat, formaverant in Palladem. Tibicen vero pone ipsam modulabatur canticum bellicosum: et admiscens tinnitus acutos gravi-

hen. Id.—2 Al. *lastia.*—3 Pal. *præ cetris.* Elmenhorstius. Atque sic edidit Scriverius, dubitante Wowerio, quid præstet, ad v. 'cassides ovatæ.' Sed inde incertum redditur, cujus partis in corpore gesticulatio intelligatur. Auctor vero de Deæ incessu loquitur. Ut statim p. 235. de Venere: 'cœpit incedere, et tibiarum sono delicatis respondere gestibus:' ubi male *gressibus* reponere tentavit Pricæus, quem ipsum consule supra p. 232. 'Incessu gestuosi.' Dein D'Orvill. *p. eqmota et inaff.* Oxon. Guelf. pr. *inaffectate.* Oud. —4 *Si s. p. d. addixisset, sese, &c.* Flor. *addidisset, et sese.* Elmenhorstius. Τὸ *et* addunt etiam Pith. D'Orv. Fux. Palat. Guelf. Oxon. et Ed. Scriverii. Quos secutus sum. 'Et' valet 'etiam,' 'vicissim.' Neque sane opus, cum viro docto hic per pleonasmum, alibi quamvis occurrentem, inculcare τὸ *ei.* Oud.—5 Bert. *insaltantes.* Elmenhorstius. Sic quoque Pith. Pal. Oxon. Guelf. sec. Vide ad p. 223. *Oud.*—6 *Tibicen hornium canebat b.* Vetus scriptura in membrana, *t' cenorium canebant.* Ro. *tibicen orthyum.* Beroald. *orthrium.* Pro vulgata lectione facit Lucianus de Saltatione: ὁ δὲ ὅρμος ὄρχησίς ἐστι κοινὴ ἐφήβων τε καὶ παρθένων, παρ' ἕνα χορευόντων, καὶ ὡς ἀληθῶς ὅρμῳ ἐοικότων· καὶ ἡγεῖται μὲν ὁ ἔφηβος, τὰ νεανικὰ ὀρχούμενος, καὶ ὅσοις ὕστερον ἐν πολέμῳ χρήσεται. Suam etiam verisimiliter tuetur hic Philippus. *Colv.* Manuscrip. *fædior norium c. b.* Fulvius conjecit *hortium,* ὄρθιον. *Sciopp. in Symb.* Flor. *Orium.* γρ. *Doricum.* Infra p. 302. Vide Athen. Deipnos. lib. XIV. *Lindenbr. Dorium canebat b.* Sic emendavi hunc locum ex Flor. et Pal. in quibus erat, *Orium c. b.* Alii *Orcium* et *Hormium* legunt. In Floridis: 'seu Phrygium religiosum, seu Dorium bellicosum.' Arnobius adversus gentes lib. v. 'Conclamant exterriti ad Dorium Phryges.' Sic hunc locum ex Mstis recte constituunt viri eruditi. *Elmenh. Tubicen* in marg. habet Fux. Sed tunc inepte subderetur, *in modum tubæ. t'cen* Palat. Dein *Hormum* præ-

NOTÆ

mismatis Dioscuri, referunt omnino ovorum, e quibus orti perhibentur, putamina.

[u] *Terror et Metus*] Servius ad Æneid. XI. 'Terror est proprie qui alii infertur, &c. Metus autem quem habent timentes.' Valerius Flaccus eos facit Martis equos lib. III. Argon. versu 98. 'Terrorque, Pavorque Martis equi.'

[w] *Dorium canebat bellicosum*] Dorius modus est musicus, bello aptus.

modum tubæ, saltationis agilis vigorem [8] suscitabat.[9] Hæc inquieto capite, et oculis in aspectu minacibus,[1] citato et intorto genere [x] alacer [2] demonstrabat Paridi, si sibi [3] for-

bus sonis, excitabat vigorem saltationis alacris ad instar tubæ. Hæc agitans caput, et aspiciens oculis minantibus, incedensque celeriter, et flexuose, signifi-

bent Pith. Bertin. cum Edd. Vic. Ber. Junt. pr. Ald. Col. Bas. Colv. Vulc. pr. *Orthium* edidit Vulcan. Ed. sec. quod et placebat Grutero, ex Suida, aliisque. Vide ad Gell. lib. XVI. c. 15. 'Carmen, quod Orthium dicitur.' In Oxon. est *Tritonium* sine voce *tibicen*. Guelf. pr. *tricenonum*, et in marg. a manu recent. *buccinorum*. In ceteris Mss. *tibicen orium* vel *tibicinorium*. Sed *Dorium* jam exhibuit Ed. Junt. post. quod etiam Sopingius, G. Vossius et Wasseus margini alleverunt; et probavit quoque Floridus. Bene. Solet enim sic absolute dici, ut exemplis allatis liquet. Confer etiam dicta ad lib. IV. p. 86. 'sonus tibiæ Zygiæ mutatur in querulum Lydium.' Eratque *Dorium* antiquissimum et grave maxime. Vide omnino Vignolium de Musica Veterum in Nov. Bibl. Germanica tom. X. p. 154. &c. a. 1752. *Oud.*—7 Flor. 2. *innutus*, male. *Elmenh.* Sic etiam prave Fux. Pal. Guelf. D'Orv. *Oud.*—8 Ms. *vigore*. *Colvius*. Item Pith. Frustra Pricæus legi voluit *agilem*. Stat. lib. IV. Silv. 3. 32. 'Cursus agiles.' *Oud.*—9 *Scitebat*. In editione Paris. incitati suasu Beroaldi restituere *vigorem suscitabat*. Tu lege meo periculo, *vigorem citabat*; vel, si mavis, *ciebat*. Similiter enim optimi quique alia frequentarunt, ciere bellum, arma, pugnam. Virgilius sexto Æneid. 'Quo non præstantior alter Ære ciere viros, Martemque accendere cantu.' *Stewech.* Immo vero Mss. et Edd. recte dant *suscitabat*, pro quo vitiose Ed. Beroaldi *scitabat*, et Bas. pr. *scitebat*. Lib. VIII. p. 172. 'Incitante tibiæ cantu lymphaticum tripudium:' et alibi. *Suscitabant* Oxon. *Oud.*—1 *Oculis inspectu minacibus*. Fux. *o. in aspectum m.* ut et supra p. 129. est in Aldo. *Roald.* Apage istud. Repone, *in aspectum minacibus*, omnibus libris jubentibus. *Colv.* Bertin. et Pal. Cod. *oculis in aspectu min.* Wowerius. *In aspectu.* Ita recte Bertin. Et paulo post, *præclare congruebant*. Scioppius in Symbola. *O. in aspectum micacibus*. Sic Flor. Pal. et Bert. *o. i. aspectu*. Vulgo, *o. inspectu minacibus*. Rom. *o. i. a. micantibus*. Elmenhorstius. *In adspectum* vel *in adspectū* habent Mss. tantum non omnes, et Edd. Vett. ac Scriv. Elm. cum Heinsio ad Ovid. lib. XI. Met. 522. Cum Wow. Scioppio, Pricæo, aliisque malim, *in adspectu*. Intelligit enim aspectum ipsius Palladis, non spectatorum, ut habent optimi libri lib. II. p. 21. 'Oculi in aspectu micantes, prorsus aquilini:' ubi vide. *Inspectu* perperam est in Edd. Bas. Colv. Vulc. Flor. Non vero in Mss. est *micacibus*, ut forsan operarum vitio, scripsit Elmenhorstius, eoque Heinsium et me olim decepit. Servant enim *minacibus*. Et recte. Tales enim Palladi Deæ bellicæ jure merito ascribuntur. Sic de canibus lib. II. p. 22. 'His oculi minantur, aures rigent.' De apro lib. VIII. p. 155. 'Oculis aspectu minaci flammeus.' *Oud.*—2 Vid. Not. Var.—3 Ms. *si ei.*

NOTÆ

Noster in Floridis: 'Seu tu velles Æolium simplex, seu Asium varium, seu Lydium querulum, seu Phrygium religiosum, seu Dorium bellicosum.'

[x] *Intorto genere*] Wower. legit, *intorto femore*. Colvius, *gradu*. Hanc posteriorem lectionem in Interpretatione expressi. Si *genere* retineas, supple 'saltationis,' aut 'incessus,' aut aliquid simile.

mæ victoriam tradidisset,[4] fortem, tropæisque[5] bellorum inclytum suis adminiculis futurum.[6] Venus ecce[7] cum magno favore caveæ, in ipso meditullio scenæ, circumfuso populo lætissimorum[8] parvulorum, dulce subridens, constitit amœne.[9] Illos teretes et lacteos puellos[1] diceres tu Cupidines, et Cupidines veros,[2] de cœlo vel mari commodum[3] involasse. Nam et pinnulis et sagittulis[4] et habitu

cabat Paridi gestibus promtis eum suo auxilio futurum strenuum, et clarum trophæis bellicis. Tum Venus stetit decenter in media scena cum magno applausu spectatorum, circumdata turba puerorum hilarissimorum, et suaviter renidens. Diceres illos pueros obesulos et candidos, esse Cupidines, et veros quidem Cupidines, qui modo illuc advolassent ex cælo, aut ex mari. Erant

Colvius. Ita quoque Fux. Pal. Oxon. Guelf. *Oud.*—4 Mss. Pith. D'Orvill. *victoriæ formam*, quod dictum esset pro *forma victrice*, de qua vide ad lib. VI. p. 129. 'Exemplo veritatis.' Sed hoc loco nequaquam admittendum. Quid enim esset 'tradere formam?' *Id.*—5 Edd. Vett. rursus *tropheis*, vel *tropæis*. Id.—6 Guelf. pr. *facturum*. Id.—7 *Venus æque*. Vulgo, *V. ecce*. Elmenhorstius. Sic rescribi jussit Elmenhorstius, eique paruit Scriverius, e solo Cod. Bertiniano. Sed male. Nam de caveæ favore erga Junonem et Minervam nihil dixit Auctor. Locum itaque habere nequit τὸ *æque*. Cum reliquis idcirco *ecce* edidi. Præpositio *cum* exulat a Palat. *Oud.*—8 Casaubonus libri sui oræ ascripsit *circumfusa*. *Populorum* Fux. Pro *lætissimorum* Vulc. margini allevit *lautissimorum*. Id.—9 Fux. *constituta pene*. Roaldus. Idem, *surridens constituta pone*. Colvius. Flor. *constituta pene*. Lege, *constituta pene*. Elmenhorstius. Immo Fux. et Flor. ut in Lipsii libris, item Reg. Pal. Oxon. D'Orv. Guelf. est *pone*: at Lindenbrogius margini addidit, γρ. *pene*. Sic ergo *pone* adverbialiter poneretur, vel locus interpungendus esset, *constitit pone illos teretes et lacteos pueros. Diceres tu Cupid.* ut fere edidit Scriverius. Verum, præterquam quod tunc verbum desit, Venus non potest dici constituta post Cupidines, quorum populo erat circumfusa et cincta. Lindenbrogius, *pæne* legens, videtur intellexisse, Venerem dulce subrisisse, simul ac constituta ibi foret. At nullum mihi dubium est, quin recte se habeat constitit, sive quieta stetit; donec se placide, ut mox subdit Auctor, commovere et leniter ad Paridem incedere cœperit. Variæ mihi subnatæ sunt conjecturæ. Omnium verisimillima, videtur: *At bene illos, &c.* Oud.—1 Nihil muto: quamvis in scripto Fulvii, *teneros et lacteos*, ut sæpe alias Apuleius. *Wower. Terentes* Guelf. pr. Ursini libro consentit D'Orvill. Et sic sæpe cum aliis Auctor, p. 126. 'Tenera et lacte confecta membra.' Sed vide Beroald. ex Horatii Epod. XI. 41. recte excitantis, 'Aut teretis pueri Longam renodantis comam.' Jungit Auctor 'teneras et teretes Cupidinis genas,' l. v. p. 97. Passim confunduntur voces. Vide Salm. ad Solin. p. 502. *Oud.*—2 *Cupidines et Cupidines veros.* Elegans hæc iteratio, quam nunc primum ex vet. lib. reposuimus. *Colv. Et Cupidines* Pal. et Flor. inducunt. *Elmenh.* Is hinc eas voces rursus inclusit lunulis, et Scriverius pejus delevit, exulantes quoque a Pith. Bertin. et Edd. ante Colv. Sed habent eas alter Florent. Pal. Fux. Reg. D'Orv. Oxon. Vide de ista repetitione ad l. VII. p. 141. Si vel semel *Cupidines* respueres, copula tamen *et* magnam vim, suavemque venustatem habet; de qua alibi. Vox *veros* exulat item ab uno Florent. *Vero* in Oxon. *Oud.*—3 Guelf. pr. *commode*. Id.—4 Oxon. Guelf.

cetero formæ præclare [5] congruebant: et, velut nuptiales epulas obituræ,[6] dominæ coruscis prælucebant facibus. Et influunt [7] innuptarum [8] puellarum decoræ soboles.[y] Hinc Gratiæ gratissimæ; inde Horæ [9] pulcherrimæ,[z] quæ jaculis floris serti et soluti [a] [235] Deam suam propitiantes, scitissimum construxerunt chorum,[1] dominæ voluptatis [b] Veneris coma [c] blandientes.[2] Jam tibiæ multiforabiles [3] [d] cantus Lydios [4] [e] dulciter consonant. Quibus spectatorum

enim similes ipsis, parvis alis, parvis sagittis, et reliquo ornatu: ac præferebant tædas lucentes ante suam dominam, quasi ea itura esset ad convivium nuptiale. Et pulcher chorus virginum innuptarum illuc confluit: hinc Charites jucundissimæ, illinc Horæ formosissimæ, quæ litantes Deæ suæ, projectionibus florum contextorum et solutorum, instituerunt choream elegantissimam, abblandientes Deæ voluptatum coma veris. Jam tibiæ cavatæ multis foraminibus suaviter edunt mo-

pr. *pinolis et sagiptis.* Id.—5 Sic Mss. cum Beroaldo, Vulcan. Wow. Scriv. ac Scioppio in Susp. II. 16. In aliis Edd. *præclaræ.* Minus recte, nec clare. *Id.*—6 Vulg. *obituri.* Colvius. Pith. Edd. Vic. Ber. Bas. pr. *nuptialis.* Tum *obituri* est in sola Bas. sec. Ed. In reliquis, ut debet, *obituræ.* Mox in Ed. Flor. *chor. dum.* In Pith. *fascibus.* Guelf. pr. a m. pr. *faucibus.* Oud.—7 Stewechius ad l. IX. p. 190. conjecit: *Ecce infl.* Si quid mutandum, malim, *Et ecce.* Sic enim amat Auctor initio periodi. Vide ad l. IV. p. 78. 'Et ecce plurimi.' *Id.*—8 Pith. Oxon. *innuptiarum.* Id.—9 D'Orv. *oræ.* Id.—1 Ms. *construxerant.* Et post ex eodem scripsimus *Veneris*, pro *veris.* Colv. Inserit Ed. Junt. post. *prop. scite, scit, &c.* In Flor. itidem et Guelf. utroque, *construxerant*, Oxon. *exstruxerant.* D'Orv. *quorum.* Oud.—2 Vid. Not. Var. —3 Al. *Jamque t. multiforatiles.*—4 Pith. *Ludios.* Edd. Ber. Bas. pr. male

NOTÆ

[y] *Innuptarum puellarum decoræ soboles*] Id est, innuptæ puellæ, quæ erant decoræ soboles.

[z] *Horæ pulcherrimæ*] Has poëtæ Gratiis et Veneri adjungunt sæpe comites. Vide supra lib. v. pag. 369.

[a] *Floris serti et soluti*] A serendo serviæ et serta dicta sunt: item serti flores, qui in serta colligati, aut in corollas implexi sunt, opponunturque solutis.

[b] *Dominæ voluptatis* [*voluptatum*] Veneri.

[c] *Veneris* [*Veris*] *coma*] Sic omnino legendum est, non *Veneris coma*, ut male Colvius, aut *veris dono*, ut minus recte Wowerius et Elmenhorstius. Per 'veris comam' quid hic aliud intelligas, nisi herbas et flores? Hac metaphora plena sunt Poëtarum carmina.

[d] *Multiforabiles*] Melius fortasse legas *multiforatiles.* Rudibus adhuc Musicæ sæculis non multiforatiles tibiæ in usu erant, sed simplices, quatuor tantum foraminibus distinctæ. Horatius de Arte Poëtica: 'Tibia non, ut nunc, orichalco juncta, tubæque Æmula: sed tenuis, simplexque foramine pauco,' &c.

[e] *Cantus Lydios*] In Floridis, 'seu Lydium querulum.' Cassiodor. 'Lydius' (modus) 'contra curas animæ tædiaque repertus, remissione reparat, et oblectatione corroborat.' Ly-

pectora suave mulcentibus, longe suavior Venus placide commoveri, contantique lente vestigio,[5] et leviter fluctuante spinula,[6f] et sensim annutante[7] capite cœpit incedere, mollique tibiarum sono[8] delicatis respondere gestibus:[9] et nunc mite conniventibus,[1] nunc acre[2] comminantibus gestire pupulis;[3] et nonnunquam saltare solis oculis. Hæc ut primum ante judicis[g] conspectum facta[h] est, nisu brachiorum[4] polliceri videbatur, si fuisset Deabus ceteris antelata,

dulos Lydios. Quæ dum oblectant jucunde animos spectatorum, Venus multo jucundior cœpit se movere placide, et progredi lento et tardo gradu, et leviter quatiens spinam dorsi, et paululum motans caput, conformare delicatos gestus ad mollem cantum tibiarum: et modo leniter connivere oculis, modo iisdem acriter minari, et aliquando saltare solis oculis. Ubi primum illa pervenit ad conspectum Judicis, videbatur promittere motu brachiorum, se daturam Paridi uxorem præstantem pul-

Lydicos. Oud.—5 Ms. *cantantique.* Colvius. Fux. *cunctatimque.* Mss. alii nonnulli et Edd. Vett. de more, *cunctantique.* Tum D'Orv. *lenti.* Edd. Ber. Bas. pr. *lenta:* quod pro conjectura ad libri sui oram quoque ascripsit vir quispiam eruditus. *Oud.*—6 *Et leviter perfluctuantes pinnulas.* Bert. et editi quidam, *leviter fluctuantes.* Assentior iis, qui conjiciunt: *fluctuante spinula.* Scioppius in Symbola. Recte Scickeradus, *fluctuante spinula.* In Bertino est, *f. primulas.* in Flor. *f. pinnulas.* Elmenhorstius. *Et* deest Palat. Guelf. et Oxon. *Leviter fluctuantes pinnulas* est in Mss. omnibus, et Edd. primis ac Junt. post. vel *pinulas,* sine sensu. Modius aliquid reponendum putavit, quod comas a fronte pendulas denotet, teste Scioppio in Susp. l. II. Ep. 16. Beroaldus, quem plerique secuti sunt, adjecit *per*, et Cupidines intellexit. Vir doctus Ed. Vicent. oræ allevit, *fluctuantibus pinnulis.* Sed sine ullo dubio verissima est Scickeradi emendatio, quam tacite jam receperat Wowerius, cumque eo Scriverius, et Pricæus, recte citans l. II. p. 25. de Fotide: 'Et simul membra sua leniter' (sic et hic legi potest) 'illubricans, lumbis sensim vibrantibus, spinam mobilem quatiens placide, decenter inundabat:' ubi vide plura, et p. 32. Afranius apud Nonium v. 'fluctuatim,' p. 111. Ed. Merc. 'magnifice volo fluctuatim ire ad illum.' Deminutivo *spinula* usi quoque sunt alii. *s* vocis *spinula* perperam adhæsit præcedenti. *Oud.*—7 Al. *admictante.*—8 Fux. *sonorum.* Oud.—9 Male divinavit Pricæus *gressibus.* Vide ad p. 746. *Id.*—1 Idem Ms. *non mire.* Colvius. Bert. *convenientibus.* Elmenhorstius. Palat. quoque et Guelf. sec. *non mire.* Oud.—2 D'Orv. *et nunc ac.* Pal. Guelf. sec. *citre.* Id.—3 *Gestire pupillis.* Vulg. *pupulis:* ut sæpius. *Colvius.* G. *pupulis.* Alii, *g. pupillis.* Elmenhorstius. Cum Mss. Flor. Pith. Pal. D'Orv. Oxon. Guelf. Edd. ante Colvium, item Scriverii prætuli *pupulis.* Adi me ad l. III. p. 57. 'Defrictis pupulis.' *Oud.*—4 Fux.

NOTÆ

dios modos invenisse fertur Amphion.

[f] *Fluctuante spinula*] Lectionem hanc Scickerado debemus, quam esse sinceram ostendit cum ablativus absolutus, qui sequitur, 'et sensim annutante capite,' tum sensus evidentia et elegantia: sic enim optime exprimitur mollis et infractus Veneris incessus.

[g] *Judicis*] Paridis illius scenici.

[h] *Facta*] Græcum est, 'ante Judicis conspectum facta,' pro constituta, vel cum pervenisset.

daturam[5] se nuptam Paridi forma præcipuam,[6] [i] suique consimilem. Tunc animo volenti Phrygius juvenis, malum, quod tenebat, aureum, velut victoriæ calculum, puellæ tradidit. Quid ergo miramini, vilissima capita,[k] immo forensia pecora,[7] immo vero togati vulturii,[8] [l] si toti nunc judices sententias suas pretio nundinantur?[9] cum rerum exordio,[m] inter Deos et homines[1] agitatum judicium corruperit[2] gratia: et originalem[3] sententiam[n] magni Jovis consiliis electus judex, rusticanus et opilio, lucro libidinis

chritudine, et sibi persimilem, si ipsam prætulisset reliquis Deabus. Tunc Phrygius adolescens dedit, libenti animo, virgini malum aureum, quod habebat præ manibus, tanquam suffragium, quo ipsi addicebat victoriam. Quare igitur admiramini, o abjectissimi homines, vel potius pecora forensia, immo vero vultures togati, si omnes Judices nunc vendunt argento suas sententias? Cum primis temporibus favor corruperit judicium agitatum inter Deos et homines, et juvenis agrestis ac pastor, assumtus Judex consiliis supremi Jovis, vendiderit primam omnium senten-

nisi brachiorum. Ald. vero *nixu.* Et Beroald. *nisu.* Roaldus. Immo *nixu* legas in Edd. Ber. Junt. pr. Ald. et Colin. uti in Ms. Oxon. *In sub* Guelf. pr. *Visu* in Edd. Rom. Vic. Bas. sec. Bene *nisu* reposuit Ed. Junt. post. Bas. pr. Colv. &c. *Oud.*—5 Pal. *dituram.* Id.—6 Oxon. *f. præcipua.* Id.—7 Forte, *f. pecua.* Wass. Cur ita voluerit vir doctissimus, non video; nisi quod *pecua* alibi. Vide ad l. II. p. 20. Sed et pecoris pecori, pecoribus est apud Nostrum. Immo hoc ipsum *pecora* in Apolog. p. 548. Ed. Flor. *Oud.*—8 Coll. Voss. *vultarii.* Id.—9 *Non dignantur.* Fux. *nundinantur,* eleganter; quod vidit interpres. *Roald.* In sola Bas. Ed. sec. exprimitur tam vitiose. Vide Salmas. ad jus Att. p. 173. Gron. Obs. l. IV. c. 11. 'jus nundinari' Cic. l. I. in Verr. c. 46. Oxon. *nundinentur.* Oud.—1 Ibid. *Deum.* Colvius. *Deas* in Oxon. *Deum* Pith. et Edd. Colvio prioribus. Beroaldus conjecit *inter Deos* sive Deas tres, *et hominem,* unum Paridem. Locus procul dubio est corruptus. Istud enim judicium non agitatum est *inter Deos et homines,* sed *inter solas Deas,* uti statim 'inter inclytos Achivorum duces.' Quomodo vero sanitati sit restituendus, nescire me fateor; nisi quod inciderit conjectura, *inter Deos non homines,* vel simile: vel *et homines* pro glossa inserta habeas. Per 'rerum exordium' intelligit tempus obscurum et fabulosum. Vide Floridum. *Oud.*—2 Fux. Reg. *corrumpit.* Id.—3 Conjicit Brantius *virgina-*

NOTÆ

[i] *Forma præcipuam*] Ea fuit Helena Menelai uxor.

[k] *Vilissima capita*] Apostrophe ad causidicos, oratoresque forenses.

[l] *Togati vulturii*] A rapacitate.

[m] *Rerum exordio*] Judicium Paridis rerum exordio fuisse Apuleius dicit, cum tamen ex Chronologorum supputatione Trojanum excidium, quod paucis post illud judicium annis contigit, cadat in annum Periodi Julianæ 3530. hoc est, conditi orbis 2800. diluvii Noë 1147. diluvii vero Deucalionei 330. At ideo rerum exordium ad illius judicii tempora refert; quia, quæ excidium Trojanum præcesserunt, tempora parum nota Ethnicis fuere.

[n] *Originalem sententiam*] Judicium quod veluti primum celebratum est.

vendiderit, cum totius etiam suæ stirpis[4] exitio? Sic hercules et aliud sequius[5] judicium,[o] inter inclytos Achivorum duces[6] celebratum:[7] vel cum falsis[8] insimulationibus eruditione doctrinaque præpollens Palamedes[p] proditionis damnatur;[9] vel virtute Martia præpotenti præfertur Ulixes modicus[1 q] Ajaci maximo. Quale autem et illud judicium[2] apud legiferos Athenienses,[r] catos illos[3 s] et omnis scientiæ[4] magistros? Nonne divinæ prudentiæ[5] [236]

tiam pretio libidinis, etiam cum clade totius sui generis? Simili modo profecto aliud judicium posterius redditum est inter claros Imperatores Graiorum: vel quando Palamedes, excellens eruditione et doctrina, condemnatus est falsis accusationibus, quasi proditor: vel cum Ulysses mendicus antepositus est Ajaci maximo præpollenti laude bellica. Cujusmodi autem fuit illud judicium, quod celebratum est apud Athenienses illos legum latores, et prudentes, et doctores universarum disciplinarum? Nonne senex ille præditus prudentia divina, quem Apollo anteposuit

lem, improbante Oud.—4 Exulat pronomen a Fux. *Oud.*—5 *Sic, hercules et al. sequens.* Ms. *s, herc.* Lipsius scribit, *aliud sequius.* Colvius. *Sequius.* Rom. *sequens*, male. *Elmenh.* Verum non solum Ed. Rom. sed Edd. O. ante Vulcanii secundam, quin etiam Mss. O. habent *sequens;* nisi quod forsan in Flor. legatur *sequius*, ut expresserunt cum Vulcanio Elmenh. ac Scriverius, sive pejus magisque perversum. Quod ego quoque lubens præferrem. Immo ea vox in *sequens* abiit quoque per nonnullos librarios lib. IX. p. 197. *Oud.*—6 Palat. Guelf. sec. *Archivorum.* Scripsisset saltem *Argivorum.* Oxon. *judices.* Id.—7 Pal. *celebrantur.* Id.—8 Deest *cum* in Pith. *Id.*—9 Oxon. *damnatui.* Id.—1 Vid. Not. Var.—2 Palat. haud male *istud.* Oud.—3 Recte hic Elmenh. ante *catos* omisit copulam *et*, qua carent Mss. Florent. Guelf. Pith. Fux. D'Orv. Pal. Oxon. quamque idcirco in contextu delevi. *Legaferos* Guelf. sec. *caros* Guelf. pr. *Id.*—4 Pith. *Omniscientiæ.* Id.—5 Al. *providentiæ.*—

NOTÆ

[o] *Aliud sequius* [*sequens*] *judicium*] Duo judicia attingit: alterum, quo Palamedes innocens, Ulyssis artibus, tanquam proditor ad mortem damnatus est a Græcis: alterum, quo mortui Achillis arma, Ajace, cui debebantur, contemto, Ulyssi ab iisdem Græcis delata sunt. Vide Ovid. lib. XIII. Metamorphos.

[p] *Palamedes*] Ovid. lib. XIII. Metam. 'Vellet et infelix Palamedes esse relictus, Viveret, aut certe letum sine crimine haberet, Quem male convicti nimium memor iste furoris Prodere rem Danaum finxit, fictumque probavit Crimen, et ostendit, quod jam præfoderat, aurum.'

[q] *Ulixes modicus* [*Ulysses mendicus*] Plautus Bacchid. Act. IV. Scen. 9. 'Nam illic item audivi Ulyssem, ut ego sum, fuisse et audacem et malum. Dolis ego deprehensus sum: ille mendicans pæne inventus interiit, Dum sibi exquirit fata Iliorum.' Vide Odyss. lib. VIII. et XVII.

[r] *Apud legiferos Athenienses*] Cicero in Oratione pro L. Flacco: 'Adsunt Athenienses, unde humanitas, doctrina, religio, fruges, jura, leges ortæ, atque in omnes terras distributæ putantur.'

senex,[t] quem sapientia prætulit cunctis mortalibus Deus Delphicus,[u] fraude et invidia nequissimæ factionis[w] circumventus,[6] velut corruptor adolescentiæ, quam frænis coërcebat,[7] herbæ pestilentis suco noxio peremtus est, relinquens civibus ignominiæ perpetuæ[8] maculam?[9] cum nunc etiam egregii Philosophi[x] sectam ejus sanctissimam præoptent, et summo beatitudinis studio jurent in ipsius nomen.[1] [y] Sed ne quis indignationis meæ reprehendat[2]

sapientia omnibus hominibus, oppressus dolo atque invidia scelestissimæ conspirationis, quasi esset corruptor juventutis, quam retinebat frænis, extinctus est venenoso succo herbæ mortiferæ, relinquens suis civibus labem æternæ infamiæ? cum etiamnum præstantes Philosophi eligant præ ceteris ejus sectam sanctissimam, et jurent in ipsius nomen ex maximo desiderio felicitatis. Verum ne aliquis vitupe-

6 Guelf. pr. *nequissime circ.* Oud.—7 Relativum non comparet in Pal. *Id.* *Suco.* Sic rursus edidi cum Fux. Guelf. pr. Edd. pp. et Ber. non *succo.* Sopingius et hic volebat *succu.* Id.—8 Guelf. pr. *perpetuam.* Id.—9 Ms. *maculas.* Colvius.—1 Guelf. pr. *et ips. n.* Oud.—2 Fux. Guelf. pr. *reprendat.* Id.

NOTÆ

[s] *Catos illos*] Idem Cicero de Fato: 'Athenis tenue cœlum est, ex quo acutiores etiam putantur Attici.'

[t] *Divinæ prudentiæ senex*] Socrates, qui apud populum Atheniensem accusatus et condemnatus, coactus est cicutam bibere. Cujus mortem ipsi postea Athenienses, qui eum damnaverant, tam graviter tulerunt, tantaque ejus facti pœnitentia eos incessit, ut palæstras ac gymnasia clauderent.

[u] *Quem sapientia prætulit cunctis mortalibus Deus Delphicus*] Respicit ad oraculum, quod Pythia Chærephonti Socratis discipulo se consulenti, Delphis reddidit. Illud autem, teste Laërtio, in Vita Socratis tale erat, Ἀνδρῶν ἁπάντων Σωκράτης σοφώτατος. id est, 'Socrates sapientissimus est omnium hominum.'

[w] *Invidia nequissimæ factionis*] Hujus factionis conspirationisque, ut refert Plato in Apologia, principes erant Anytus, Lycon, et Melitus quorum Anytus quidem opificum, administratorumque reipublicæ partes tuebatur, Lycon vero oratorum, ac denique Melitus poëtarum: quia nimirum eos omnes carpebat Socrates. Accusationem detulit Melytus, quæ erat ejusmodi, referente Laërtio ex Phavorini Metroo: Ἀδικεῖ Σωκράτης, οὓς μὲν ἡ πόλις νομίζει Θεοὺς οὐ νομίζων, ἕτερα δὲ καινὰ δαιμόνια εἰσηγούμενος· ἀδικεῖ δὲ καὶ τοὺς νέους διαφθείρων. τίμημα θάνατος. Id est, 'jus violat Socrates non existimans eos esse Deos, quos civitas tales judicat, sed alia nova dæmonia introducens: jus etiam violat juvenes corrumpendo: pœna illi sit mors.'

[x] *Egregii Philosophi*] Inter illos, qui successerunt Socrati, et appellantur Socratici, nobilissimi sunt Plato, Xenophon, et Antisthenes, teste eodem Laërtio.

[y] *Jurent in ipsius nomen*] Id est, ejus placitis firmissime inhæreant, studio nempe beatitudinis, quam confidunt, ejus præcepta sectando, se consecuturos.

impetum, secum sic reputans:[3] Ecce nunc patiemur philosophantem[4] nobis asinum? rursus,[5] unde discessi,[6] revertar ad fabulam. Postquam finitum est illud[7] Paridis judicium, Juno quidem cum Minerva tristes, et iratis[8] similes e scena redeunt,[9] indignationem[1] repulsæ gestibus professæ: Venus vero[2] gaudens et hilaris, lætitiam suam[3] saltando, toto cum choro,[4] professa est. Tunc de summo montis cacumine, per quandam latentem fistulam,[5] in excelsum prorumpit[6] vino crocus diluta:[7] [z] sparsimque de-

ret hunc impetum meæ indignationis, sic apud se cogitans: An nunc tolerabimus asinum nobis philosophantem? revertar iterum ad narrationem meam, ex qua digressus sum. Postquam illud judicium Paridis peractum fuit, Juno quidem et Pallas discedunt ex theatro mæstæ et indignabundæ, ostendentes suis gestibus iram, quam conceperant ex illa repulsa: at Venus læta et hilaris ostendit gaudium suum saltando cum toto choro. Tunc vinum mixtum croco salit in altum ex supremo vertice montis, per quendam tubum occultum: et decidens in guttas aspergit pluvia

—3 Al. *crepitans.* Vid. Not. Var.—4 D'Orvill. *philosopharem.* Oud.—5 Oxon. *rursum.* Id.—6 Gueif. pr. *decessi.* Id.—7 Palat. *istud.* Id.—8 Pith. *irati.* Id. —9 Vulg. *scena redeunt.* Colvius. Oxon. *cedunt.* Forte simpl. *scena cedunt.* Wassius. In mea coll. est *recedunt.* Nihil muto. Lucius adhuc stabat extra portam caveæ. p. 232. *E* deest Pith. Bert. et Edd. ante Colvium. *Oud.* —1 Oxon. *indignatione.* Id.—2 Fux. *V. ergo.* Roaldus.—3 *Tò suam* deest Vulg. *Colv.* Item Bertin. Pith. neque est necessarium. *Oud.*—4 Palat. *animi ch.* Id.—5 Ms. *fristillam.* Seneca Epistola xc. 'Qui invenit quemadmodum in immensam altitudinem crocum latentibus fistulis exprimat.' *Colv.* D'Orv. *latantem.* Pal. Guelf. sec. *fristillam.* Ridicule. Vide Commentarios ad Lucan. l. IX. 808. 'totis se effundere signis Corycii pressura croci:' ubi est qui *virgis,* alter *lignis,* aut *sinis* legat. *Oud.*—6 Vitiose Edd. Wow. Pric. *in excelsam.* Oxon. Fux. Guelf. pr. *in excelso prorupit.* Id.—7 *Unda croco diluta.* Fux. *vino crocus diluta.* Quam agnoscit Beroaldus, licet non probet. Sed eam sane bene constituit ingeniosissimus Lipsius. *Roald.* *Vino crocus d.* Sic scribo cum amicissimo Lipsio. Vetus impressus, *imo croco:* scriptus, *iuno crocus.* Beroaldus correxerat *unda croco diluta.* Colv. Vid. Not. Var.

NOTÆ

[z] *Vino crocus diluta*] Mos fuit in theatris et spectaculis crocum, dulci vino aut aqua dilutum, per siphones miro artificio exprimere, et scenam pretioso illo imbre conspergere, totum vero theatrum jucundissimo odore perfundere. Plin. lib. XXI. cap. 6. de croco ait: 'Sed vino mire congruit præcipue dulci, tritum ad theatra replenda.' Ejusmodi croceus imber 'sparsio' proprie dicebatur. Propert. lib. IV. Eleg. 1. 'Pulpita solennes non oluere crocos.' Ad quem versum videnda sunt, quæ dicit Scaliger in commentariis suis ad Propertium. Ex Cicilia maxime crocum Romam advehi solitam testantur vel hæc loca duo: alter Lucretii lib. II. 'Et cum scena croco Cilici perfusa recens est.' Alter Martialis, de Spectaculis, Epig. III. 'Et Cilices nimbis hic maduere suis.'

fluens, pascentis circa capellas[8] odoro perpluit imbre;[9] donec in meliorem maculatæ[1] speciem, canitiem propriam luteo colore mutarent. Jamque tota suave fragrante[2] cavea, montem illum ligneum terræ vorago decepit.[3] [a] Ecce quidam miles per mediam plateam dirigit cursum, petiturus populo jam postulante[4] illam de publico carcere mulierem, quam dixi, propter multiforme scelus bestiis esse damnatam, meisque præclaris nuptiis destinatam. Et jam,[5] torus

suave olenti capras circum pascentes, donec, tinctæ in pulchriorem formam, mutarent suam albedinem in colorem croceum. Cumque jam totum theatrum exhalaret jucundum odorem, hiatus terræ absorpsit illum montem ligneum. Tunc quidam miles currit per mediam plateam, ut accerseret ex publica custodia illam fœminam, quam dixi addictam fuisse bestiis sententia præsidis, ob plurima flagitia; quia populus jam poscebat eam. * * * *

—8 *Pascentes circa c.* Edd. Elmenhorstio priores et Pric. *pascentis* cum aliquot Mss. veteri more. *Circa* male deest Edd. Vulc. pr. Wow. Pric. Adverbialiter ponitur, ut passim. *Oud.*—9 Pal. Oxon. Guelf. sec. *odore.* Perperam rursus Edd. Vulc. pr. Wow. Pric. præcedente jam *τῷ defluens*, et contra Mss. O. exhibuere *perfluit.* Crebro 'pluere' cum compositis active sumi docuerunt aliquoties viri docti. Propert. l. II. 16. 3. 'lacrymas depluit:' ubi vide Passerat. et Bronkhus. Ac de confusione 'pluo' et 'fluo' vide quos collegit Heyn. ad Tib. I. 10. f. 'perpluat et pomis:' ubi etiam Mss. 6. a me visi *perfluat* vel *profluat*; et certe *sinui* ibi melius convenit *τὸ fluere*, quam *pluere.* Id.—1 Scil. capellæ. Vitiose in iisdem Edd. *maculata.* Pro *luteo* in Pal. Guelf. *lucteo.* Id.—2 Flor. et Rom. *flagrante*, male. *Elmenh.* Necnon Edd. Vic. Junt. Ald. ex perpetua confusione. *Oud.*—3 *Montem terræ vorago decerpit.* Fux. *decepit*, et Aldus. *Roald.* *Decepit.* Sic Ms. Ven. Ald. Alii, *decerpit.* Nobiscum sentit hic Lips. *Colv.* *Decipit.* alii, *decerpit.* Elmenhorstius. Forte *decipit* vel *depressit* vel *deperdit*, vel *cœperit.* Nihil tamen horum affirmo. Viderint, quibus abunde et ingenii et otii et verborum est. *Brant.* In mea Oxon. Cod. Coll. non est *recepit*; sed consonat ceteris Mss. et Edd. Vett. item Junt. ac Groslotius notavit in V. C. Giselini optime legi, *decepit*, atque a Lipsio conjici *recepit.* Furto ac citissime abstulit et depressit montem. *Oud.*—4 Sic melius Lips. D'Orv. Pith. et Edd. ante Colvium, quam *jam pop.* in Ed. Bas. pr. *p. j. populante.* Id.—

NOTÆ

Id est, crocea sparsione, quam nimbum eleganter vocat. Beroaldus legebat hîc *unda croco diluta*, quæ lectio ferri potest. Sic enim Seneca lib. II. Natural. Quæst. c. 9. 'Aqua autem sine spiritu quemadmodum posset intendi? Numquid dubitas quin sparsio illa, quæ ex fundamentis mediæ arenæ crescens, in summam altitudinem amphitheatri pervenit, cum intensione aquæ fiat?' Glossæ: 'sparsio, *κρόκος ὁ ῥαινόμενος*.' Vide Lips. De Amphith.

[a] *Decepit*] Absorpsit, Ms. Oxon. teste Pricæo, habet *recepit*, melius, meo quidem judicio. Male Beroaldina editio, et quædam aliæ *decerpit.* Laus est machinatoris, qui montem illum ligneum tali artificio disposuerat, ut, peracta fabula, veluti repentino terræ hiatu absorberetur.

genialis scilicet noster[6] futurus,[7] accuratissime disternebatur[8] lectus, Indica testudine perlucidus,[9] plumea congerie tumidus,[1] veste serica floridus. At ego, præter pudorem obeundi publice[2] concubitus, præter contagium scelestæ[3] [237] pollutæque fœminæ, metu etiam mortis cruciabar maxime,[4] sic ipse mecum[5] reputans: Quod, in amplexu Venereo scilicet nobis cohærentibus,[6] quæcumque ad exitium mulieris bestia fuisset immissa, non adeo vel prudentia solers, vel artificio docta, vel abstinentia frugi, posset provenire:[7] ut adjacentem lateri meo laceraret mulierem; mihi vero, quasi indemnato[8] et innoxio, parceret. Ergo[9] igitur non de pudore[1] jam, sed de salute ipsa solicitus, dum magister meus lectulo probe coaptando districtus[2] inservit; tota familia[3] partim ministerio vena-

*Ego vero maxime torquebar quoque timore mortis, sic apud me cogitans: Quod * * quæcumque fera immissa fuisset ad necem mulieris, non futura esset ita prudens ac solers, aut ita erudita arte, aut tam frugalis, ac temperans, ut dilaniaret mulierem positam juxta me, mihi autem ignosceret ut innocenti et indemnato. Igitur ego tunc anxius non de verecundia mea, sed de ipsa vita, dum dabatur mihi libertas exequendi quæ cogitaveram, hero meo incumbente toro apte sternendo, servis omni-*

5 Vulg. *et*, τῷ *jam* omisso. *Colv.* Omittunt etiam Bert. Pith. Fux. D'Orv. *Oud.*—6 Guelf. pr. *noster scil.* Id.—7 D'Orv. *refuturus.* Id.—8 *Desternebatur.* Sic Ms. Cod. Vulg. *discernebatur.* Malim, *disternebatur*, ut supra lib. II. 'Humi quam procul distratum fuerat.' *Colv.* *Disternebatur.* Bert. *discerrebatur*: male. Vide Notas ad Arnob. lib. II. f. 63. *Elmenh.* Pith. *diffetebatur*, D'Orv. Guelf. pr. cum Edd. Vett. *discern.* Palat. Guelf. sec. cum Edd. Colv. Vulc. Wow. Pric. *destern.* In ceteris Codd. et Edd. ut debet, *disterneb.* Vide ad l. II. p. 80. *Oud.*—9 Pal. Oxon. a m. pr. *perlucida.* Ambo Guelf. *perlucide.* Id.—1 Palat. *tumide*, Guelf. pr. *tumidus*, sec. *tumidis.* Id.—2 Al. *publico.*—3 Bertin. *scelerosæ.*—4 Bert. *præ maxime.* Lege, *permaxime.* Elmenhorstius. Scriv. *permaxime* edidit. De quo adi Falsterum Supplem. L. Lat. Ita 'perdiu' in Florid. N. 9. valet 'valde diu.' ubi Brantius et Pricæus p. 599. male legunt *perdius.* Præco enim, de quo illic agitur, non perstat per totum diem. Nullus addicit codex. Sed Pith. Fux. D'Orv. Guelf. ordinem invertunt *maxime cruc.* Vox *mortis* exulat ab Edd. Junt. Ald. *Oud.*—5 Male deest Fux. Vide supra. *Id.*—6 *Coëuntibus.* Vulgo, *cohærentibus.* Colvius. *Cohærentibus.* Vulgo, *coëuntibus.* Elmenhorstius. Bene vetustiorum Colvio Editionum lectionem revocavit Elmenhorstius, confirmatam Mss. ceteris, excepto Palat. et Guelf. sec. In Pith. est *c̄bentibus.* Adi Pricæum, et nos ad l. I. p. 6. 'ab unico connexu.' In D'Orv. *Venerio.* Oud.—7 *Vel artificio, &c. provenire.*' Desunt hæc omnia Ms. codici. *Colv.* Item a Pal. et Oxon. ac Guelf. utroque. Pro *frugi* in D'Orv. *frigidi.* Oud.—8 D'Orv. *indamnato.* de quo alibi. *Id.*—9 Male Casaub. *ego.* Vide Pric. et me ad l. I. p. 4. *Id.*—1 Exulat *de* a Pith. *Id.*—2 Ms. (Urs.) *districtius.* Scioppius in Symb. D'Orv. *discretus*, Edd. Junt. Ald. *destrictus.* Sed inspice Beroaldum, et me ad l. IX. p. 188. 'lanificio districtam.' Deest hoc participium Fuxensi. *Oud.*—3 Mss. Florent. Pith. Bert. Fux. D'Orv.

tionis occupata, partim voluptario spectaculo attonita,[4] meis[5] cogitationibus liberum tribuebatur arbitrium. Nec magnopere[6] quisquam custodiendum tam mansuetum putabat asinum. Paulatim fugitivum pedem proferens, porta, quæ proxima est, potitus,[7] jam cursu me celerrimo proripio: sexque totis passuum[8] millibus perniciter[9] confectis, Cenchreas[1] [b] pervado: quod oppidum audit quidem [c] nobilissimæ coloniæ[2] Corinthiensium, alluitur autem Æ-

bus partim districtis ministerio venationis, partim intentis jucundo spectaculo: neque ullus credebat tam mitem asinum esse valde custodiendum. Paulatim me subducens occulta fuga, cum pervenissem ad portam proximam, jam aufugio cursu citatissimo: cumque velociter emensus fuissem sex solida millia passuum, pervenio Cenchreas: quæ quidem urbs dicitur esse nobilissima colonia Corinthiorum: adjacet

Oxon. Palat. item Edd. ante Colv. uti et Elmenhorstii ac Scriv. præbent, *et tota*. Colvius scilicet delevit; quia putavit casum esse Ablativum, nec vidit *tribuebatur* potius mutandum fuisse in *tribuebat;* ut recte ascripsit suo exemplari Salmas. et patet fere e sequenti 'putabat.' Nil not. e Guelf. *Id.* —4 *Spectaculo attenta.* Vulg. *attonita.* excepto Ald. *Colv.* Alii, *attonita.* Elmenhorstius. In meo Ald. Ed. exemplo, ut in ceteris Edd. Vett. est *adtonita*, confirmaturque a Mss. Pith. Fux. D'Orv. Pal. Oxon. Guelf. pr. Coll. Voss. ac bene revocari jussit Pricæus; ut feci. Eum consule, et notata ad l. IV. p. 79. 'Huic me operi adtonitum,' i. e. unice attentum, et quasi ad cetera stupidum. *Oud.*—5 Pith. *nostris.* Id.—6 Oxon. Guelf. pr. *magno opere.* Vide ad l. II. p. 32. *Id.*—7 Al. *petitus.*—8 Guelf. pr. *passum.* Oud.—9 Palat. Guelf. sec. *perniciem.* Id.—1 Idem vet. *Erycheas.* Ald. *Cenchreas.* Basil. *Cenchras.* Adi Beroaldum. *Colv.* Flor. *Cencheas*, male. Est portus Corinthi. Lactantius ad IV. Thebaidos Statii. Pausanias lib. II. f. 86. et 88. Fit et ejus mentio Actor. XVIII. vs. 18. Rom. XVI. vs. 1. *Elmenh.* Inepte quoque D'Orv. et Edd. Junt. *Conchreas*, Guelf. pr. *conchureas.* Vide ad Liv. l. XXVIII. 8. XXXII. 17. 'Cenchreas, Corinthiorum emporium petierunt.' Hic vero Ægyptiorum numina, de quibus lib. seq. culta fuisse, ex Pausania constat. Vide Ampl. Cuper. in Harpocr. p. 130. *Oud.*—2 *Quod oppidum advenit.* Fux. *quod oppidum est.* Roaldus. *Adeunt q. nobilissimæ coloniæ.* Loquendi genus rarum: *adeunt* pro *accolunt.* Bertin. *audit.* Wowerius. *Audit q. nobilissima colonia.* Ita rectissime ex Bertin. correxi. *Audit*, id est, celebratur, dicitur, cluit. *Sciopp. in Symb.* et *Susp.* II. 16. *Adeunt.* Flor. 2. Pal. Ald. et Bert. *audit q.* recte. Vide Indicem. *Elmenh.* *Q. o. est* legas quoque in Oxon. D'Orv. Guelf. Reg. Petr. Coll. Voss. et marg. Flor. e glossa pro *audit:* quod servatur item a Pithœano: ut edidere jam Elmenh. Scriv. Flor.

NOTÆ

[b] *Cenchreas*] Cenchreæ portus est Corinthiorum, ad sinum Saronicum, sicut et Lecheæ alter portus ad sinum Crissæum sive Corinthiacum, qui portus Isthmum hinc atque illinc claudunt.

[c] *Quod oppidum audit quidem, &c.*] Ita plane legendum est, ex fide Ms. Codd. Florr. 2. Pal. Ald. et Bert. referente Elmenhorstio, non autem *adeunt*, ut vulgatæ pleræque editiones Beroald. Est autem hic 'audire' idem quod 'esse,' aut 'dici esse.' Scriveriana editio habet sensu adhuc apertiore: *quod oppidum audit quidem nobilissima Colonia Corinthiensium.*

gæo et Saronico[3] mari.[d] Ubi portus etiam,[4] tutissimum navium receptaculum,[5] magno frequentatur populo. Vitatis ergo turbulis,[6] et electo [7] secreto littore,[8] prope ipsas fluctuum aspergines, in quodam mollissimo arenæ gremio [9] lassum corpus [1] porrectus [2] refoveo. Nam et ultimam diei metam curriculum Solis deflexerat: et vespertinæ me quieti traditum dulcis somnus oppressit.[3]

vero mari Ægæo et Saronico: ubi etiam portus est, tutissimum receptaculum navium, et celebratur magna populi frequentia. Fugiens ergo cœtus hominum, eligo littus solitarium prope ipsas eluviones fluctuum, et reficio corpus fessum, recubans in molissimo strato arenæ: currus enim Solis declinaverat ad extremum terminum diei: et cum me dedissem quieti vespertinæ, gratus sopor me corripuerat.

atque ita aliquoties Noster adhibuit verbum illud.' Vide ad l. II. p. 26. 'Ornata possit audire.' A Palat. exulat. *Audient* Edd. Ber. Bas. pr. *advenit* Ed. Bas. sec. In ceteris *adeunt*. Sed insuper Scioppius in Susp. ait, in Bertin. esse *nobilissima colonia;* et sic margini allevit Salm. expressitque Scriverius. Verum cum ceteri codices retineant Genitivum, nihil hic temere muto. 'Cenchreæ audit oppidum coloniæ.' i. e. censetur esse oppidum colonorum Corinthiensium. *Oud.*—3 Oxon. Guelf. pr. *alluditur*. Palat. *at ego at S.* Guelf. sec. *at Sar.* Id. Pal. et Rom. *Sardonico;* male. Vide Beroaldum. *Elmenh.* *Sardonico* Ed. Vic. *Scionico* Par. *Oud.*—4 Haud male Pricæo præplacuit *ibi;* ut alibi. *Etiam* deest Pithœano. *Id.*—5 Ms. Cod. *tutissimus*. Colvius. Ms. *munitissimum*. Sciopp. in Symbola. Alii, *munitissimum*. Elmenhorstius. *Cunctissimus* Guelf. pr. *tutissimus* etiam D'Orv. Fux. Palat. Oxon. ut referas ad 'portus.' Ursiniani Cod. lectionem firmes ex Hirtii B. Afric. c. 9. 'Oppida ad classium receptacula munire.' Sic enim legendum. Hic vero nihil muta. Confer Pricæum. *Oud.*—6 Reg. *igitur*. Pith. *turbillis*, Palat. Guelf. Oxon. a m. pr. *tribulis*. Vide ad l. III. p. 62. *Id.*—7 Guelf. pr. *elemento*. Id.—8 Pith. *securo l.* frustra. *Id.*—9 Bert. *mobilissimo*. Elmenhorstius. Sic et Pal. Guelf. sec. Perperam. *Oud.*—1 D'Orv. Guelf. pr. *lapsum:* et mox *foveo;* quod et habet Pith. *Id.*—2 Par. Pith. Guelf. pr. *porrectum*. Malim vero, si Mss. addicerent, *projectus*. Vide tamen ad l. V. p. 101. 'Jamque in lecto porrectus.' *Id.*—3 *Me quieti traditum somnus obpreserat.* Vulg. *oppressit*. Ms. *oppresserat*. Al. *obrepserat*. Colvius. *Oppressit*. Vulgo, *oppresserat*. Elmenhorstius. *Me* exulat a Fux. Dein Coll. Voss. *obrepsat*. Somno proprium esse obrepere, vide ad l. II. p. 35. Sed Auctor voluit significare, se protinus simulac se in molli arena deposuerat, somno captum vinctumque fuisse. Passim autem somnus aliquem ejusque oculos premere dicitur a poëtis. Ac præsertim opprimere dicitur celerrime invadens. Consule Comm. ad l. IV. p. 79. 'Huic me operi attonitum clara lux oppressit.' L. XI. p. 236. 'Rursus animum sopor circumfusus oppressit.' Ceterum in solo Bertin. et Edd. ante Colv. est *oppressit*, quod revocaverunt Elmenh. et Scriverius, et ego quoque malim. Relictumne est ab Auctore, *oppressit*. *At circa, &c.* Oud.

NOTÆ

[d] *Ægæo et Saronico mari*] Nisi, sub nomine Ægæi maris, ipsum quoque Saronicum sinum comprehendas, qui revera ipsius est quasi quædam παρέγχυσις, seu effusio; non potest dici Cenchreas allui Ægæo mari. Hoc enim oppidum in extremo sinu Saronico situm est.

APULEII MADAURENSIS

METAMORPHOSEON

LIBER XI.

[238] CIRCA primam [1] ferme noctis vigiliam experrectus pavore subito, video præmicantis [2] Lunæ candore nimio completum orbem, commodum marinis emergentem fluctibus. Nactusque opacæ noctis silentiosa secreta, certus etiam [3] summatem Deam [4] [a] præcipua majestate pollere, resque prorsus humanas ipsius regi providentia: [5] nec tantum pecuina [b] et ferina, verum inanima etiam divino [6] ejus

Expergefactus repentino metu circiter primam vigiliam noctis, conspicor plenum discum Lunæ splendentis miro fulgore, exeuntem tunc ex undis maris. Oblataque tacita solitudine noctis umbrosæ, cum etiam scirem illam primariam Deam valere numine præcellenti, et res humanas omnino gubernari ejus providentia; neque solum pecora et feras corroborari divina potentia lucis, et divinitatis ejus, sed etiam

1 *Circa primam.* Ab his verbis incipit liber x. in Ms. Fux. *Roald.* Et Regio. *Oud.*—2 Fux. *primic.* Guelf. pr. *præmicante.* Id.—3 Guelf. pr. *in.* Id. —4 Ms. lib. *summatam D.* Colvius. Pal. et Flor. *summatam D.* Elmenhorstius. Sic quoque Pith. Fux. Oxon. Guelf. pr. prave. Vide Ind. Flor. et Elmenh. l. IV. p. 79. 'summatem ejus regionis puellam.' *Oud.*—5 Idem, *humana.* Colvius. Cum Palat. et Guelf. sec. Dein *ipsi* Pith. *ipsim* Fux. cum D'Orv. *regis* Ed. Junt. pr. *rei.* Tandem Palat. *prudentia.* Vide ad l. x. p. 235. *Oud.*—6 Bert. *inanima et divina.* Elmenhorstius. D'Orv. *etiam inanima.* Edd.

NOTÆ

[a] *Summatem Deam*] Lunam, quæ et Hecate et Isis est, atque (ut patet ex iis quæ infra dicit Noster) omnia fœminina numina continet, quemadmodum Osiris omnia masculina. Unde eam summatem Deam vocat.

[b] *Pecuina*] Ab antiquo, pecu.

luminis numinisque [7] nutu vegetari: ipsa etiam corpora terra,[8] cœlo, marique, nunc incrementis consequenter [9] augeri; nunc decrementis [c] obsequenter imminui,[1] Fato scilicet jam meis [2] tot tantisque cladibus satiato, et spem salutis,[3] licet tardam, subministrante, augustum specimen Deæ præsentis [4] statui deprecari. Confestimque discussa pigra quiete, alacer exsurgo: meque protinus, purificandi studio, marino lavacro trado: [d] septiesque [5] submerso fluc-

res inanimatas: ipsa quoque corpora quæ sunt in terra, in cœlo, et in mari, modo crescere, ipsa crescente; modo decrescere, ipsa decrescente, ei obsequendo: decrevi orare venerandam faciem Deæ præsentis, Fortuna nempe jam satiata tot ac tantis meis calamitatibus, et offerente spem salutis, quamvis seram. Excussoque statim sopore inerti, surgo promtus: et confestim eo me ablutum aqua maris, cupiens me purgare: et capite immerso aquæ septies, quia divinus ille Pythagoras

Vic. Ven. *jam jam et.* Oud.—7 A Vulcanii Ed. p. abest *numinisque.* Male. Vide ad p. 241. *Id.*—8 D'Orv. *corpus.* Oxon. Guelf. pr. *terrea.* Id.—9 Oxon. *consequanter.* Id.—1 Idem, *detrementis.* Colvius. Bert. et Flor. *detrimentis.* Elmenhorstius. Vide Firmicum. *Idem in Add. Absequenter.* Flor. et Pal. *obsequenter.* Id. Nec aliter ceteri Mss. et omnes Edd. ut debent, præter Ed. Vulc. sec. operarum errore. Res obsequuntur et obediunt auctui vel decremento Lunæ. *Obsequanter* Oxon. *Oud.*—2 Alii libri legunt insuper, *jam meis, &c.* Sciopp. in Symb. Intelligit Ms. Ursini. *tam* Pith. In Ed. Floridi *etiam*, male. *Oud.*—3 Rom. *speciem s.* Elmenhorstius. Sic et Vicent. Ven. vel *specie.* Sed vere emendavit Beroaldus. Perpetua harum vocum confusio. Vide ad l. III. p. 74. *Oud.*—4 *Speciem d. præsentis.* Guelf. sec. *crimen.* Palat. *sæpecrimam.* Oxon. Guelf. pr. *præsenti.* Id.—5 Abest *que*

NOTÆ

[c] *Nunc incrementis consequenter augeri; nunc decrementis, &c.*] Plin. lib. II. Natural. Hist. cap. 41. 'Jam quidem Lunari potestate ostrearum, conchyliorumque, et concharum omnium corpora, augeri ac rursus minui, quin et soricum fibras respondere numero Lunæ exquisivere diligentiores,' &c. Manilius Astron. lib. II. 'Sic, submersa fretis, concharum et carcere clausa Ad Lunæ motum variant animalia corpus.' Medullas quoque animalium in ossibus augeri minuive ad incrementa et decrementa Lunæ, sicut et humorem in arboribus, a Veteribus proditum est, atque hac etiam nostra ætate vulgo creditur: observanturque ea de causa a rusticis Lunæ tempora tum in serendis oleribus, tum in putandis, inserendis, et inoculandis arboribus, ceterisque id genus agricolationis muniis obeundis. Quanquam permulti, rerum naturæ studiosi, multis accuratisque experimentis deprehenderint ejusmodi incrementa ac decrementa ostreorum medullarumque absque ullis certis legibus, modo crescente, modo decrescente Luna fieri: jamque apud omnes fere doctos constat illos effectus aliosque innumeros, qui Lunæ tribuebantur, in alias singulares causas esse refundendos: Lunaresque illæ observationes in serendis seminibus, putandisque arboribus, ut vanæ et inutiles ab iis repudiantur.

[d] *Meque protinus purificandi studio, marino lavacro trado*] In more fuit

tibus capite,[e] quod eum[6] numerum præcipue religionibus aptissimum[7] [f] divinus ille Pythagoras[g] prodidit, lætus et

memoriæ tradidit illum præsertim numerum convenientissimum esse religioni,

ab Editionibus Ber. Bas. pr. *Id.*—6 Guelf. sec. *quid cum.* Id.—7 *Religionis uptissimum.* Fux. *religionibus.* Roaldus. *Religioni apt.* Ms. *regionibus aptissimum.* Et post: *divinitus ille Pyth.* Colvius. Flor. et Bert. *religionibus.* Pal. *divinitus.* Elmenhorstius. In Editionibus Bas. sec. Colv. Vulc. sec. *religionis.* Bas. pr. Vulc. pr. Wow. Pric. *religioni.* Sed Mss. O. et Edd. reliquæ dant *religionibus.* Quod operarum errore male depravatum est. Amant sexcenties Antiqui eam vocem in plurali efferre. Cic. v. Verr. 13. 'divinæ et humanæ religiones.' Suet. Cæs. c. 86. 'Quæ religiones monerent.' Drak. ad Liv. l. v. 55. 'Quæ ad religiones pertinebat.' Noster in Apol. p. 446. Ed. Flor. 'leges cærimoniarum, fas sacrorum, jus religionum.' Et sæpe. *Artissimum* Guelf. pr. Mox Pith. *diutius,* Guelf. pr.

NOTÆ

apud populos fere omnes cujusvis religionis, ut, antequam sacris darent operam, aut templa ingrederentur, aqua se abluerent purgarentque. Liber Leviticus et traditiones Judæorum innumerabiles habent ejusmodi baptismos. De Ægyptiis idem refert Herodotus in Euterpe. Romanos idem fecisse ostendat vel hic locus Persii Satyr. II. 'Hæc sancte ut poscas, Tyberino in gurgite mergis Mane caput bis terque, et noctem flumine purgas.' Mahumetani quoque nunc, Indi, aliæque barbaræ nationes ablutionibus se purificant, priusquam sacris suis vacent. Quin et Christianos quoque, antequam templum ingrederentur, aquam manibus lavandis sumsisse Tertull. in Apologetico, aliique Patres docent; quem morem etiam nunc aliquatenus servamus, dum, templa ingredientes, digitum aquæ lustrali intingimus, frontique allinimus. Purificationibus illis aquam de flumine vivo hauriebant, aut de mari. Aquæ enim marinæ maximam ad purgandum inesse vim, ob salsam et igneam portionem, crediderunt. Unde fluxit hæc parœmia: Θάλασσα κλύζει πάντα τἀνθρώπων κακὰ, 'Mare universa proluit hominum mala.'

[e] *Septiesque submerso fluctibus capite*] Sic lib. 4. Regum qui Hebræis secundus est Melachim cap. V. Elizæus Propheta Naamani Syro leproso per nuntium dicit: 'Vade, et lavabis te septem vicibus in Jordane.' Persius loco supra citato 'ter' tantum habet, sicut et Juvenalis: 'Ter matutino Tiberi mergetur, et ipsis Verticibus timidum caput abluet.'

[f] *Religionibus aptissimum*] Sic legendum est ex Codd. Flor. et Berth. non autem *religionis*, ut habent vulgatæ editiones. Septenarii dotes et mysteria fuse recenset Macrob. lib. II. in somnium Scipionis, toto capite 5. et, ut ex multis aliquid huc afferam, hunc numerum ait naturæ hominis in primis convenire: constare enim ex ternario et quaternario; quorum hic ad corpus pertinet, utpote constans quatuor elementis; ille vero ad animam tribus suis partibus absolutam: quarum prima est ratio, quam λογιστικὸν appellant: secunda animositas (philosophi nostri appetitum irascibilem dicerent) quam θυμικὸν vocant: tertia cupiditas (appetitus concupiscibilis) quæ ἐπιθυμητικὸν nuncupatur. Sed et Pythagoreos ait quaternarium, quem τετρακτὺν vocant, ad animæ quoque perfectionem pertinere putasse, eumque inter arcana fuisse veneratos, ita ut ex eo et jurisjurandi

alacer, Deam præpotentem lacrymoso vultu [8] [h] sic apprecabar: 'REGINA cœli, sive tu Ceres, alma [i] frugum [239] parens originalis, quæ repertu [9] lætata filiæ, vetustæ [1] glandis ferino remoto pabulo,[k] miti commonstrato cibo,[l] nunc Eleusiniam glebam [2] percolis: [m] seu tu cœlestis Ve-

hilaris et impiger sic orabam Deam potentissimam facie lacrymis madente: Regina *cœli, sive tu sis alma Ceres, primordialis parens frugum, quæ, exhilarata inventione tuæ filiæ, sustulisti belluinum cibum priscæ glandis, et ostendisti alimentum mitius, et nunc habitas agros Eleusinios: sive tu sis Venus cœlestis, quæ*

divinitus. Oud.—8 Pith. *letam p.* Pal. Oxon. Guelf. ambo, *alacrissimo v.* Id. —9 Pal. Guelf. sec. *reperta.* Id.—1 Al. *vesculæ:* sed vid. Not. Var.—2 Vulg. *Eleusinam.* Colvius. *Eleusinea.* Ald. *Eleusiniam.* Elmenhorstius. Quid velit sibi istud *Eleusinea,* nescio. In Mss. plurimis, Edd. primis, Colv. &c. *Eleusiniam.* Paræan. *elemissimam.* Guelf. pr. a m. s. *Eleusiam.* Sed Ms. D'Orv. a m. pr. *Eleusinis,* a m. sec. *Eleusinam,* cum Edd. Ber. Junt. Ald.

NOTÆ

religionem sibi fecerint: Οὐ μὰ τὸν ἁμετέρᾳ ψυχᾷ παραδόντα τετρακτὺν, 'non, per eum, qui dat animæ nostræ quaternarium numerum.' Hoc est, per Deum, qui dat animæ nostræ suas quatuor perfectiones, puta fortasse intellectum, voluntatem, memoriam, et imaginationem. Sed de septenario satis. Plura vide apud eundem Macrob.

[g] *Divinus ille Pythagoras*] Cui ideo impositum Pythagoræ nomen Diogenes Laërtius in ejus Vita ex Aristippo Cyrenæo refert, quod veritatem perinde ac Pythius ipse loqueretur: ὅτι τὴν ἀλήθειαν ἠγόρευεν οὐχ ἧττον τοῦ Πυθίου. Unde merito eum Noster divinum appellat.

[h] *Lætus et alacer, Deam præpotentem lacrymoso vultu, &c.*] Mirum sane mihi videtur, quod, quamvis lætus esset et alacer, lacrymoso tamen vultu Deam precaretur. Quid enim lætitiæ et alacritati cum lacrymis? fortasse, lætitiam suam corde premens, faciem componebat ad fletum, quo facilius Deam sibi propitiaret. Notum supplicis orationem lacrymæ quantum adjuvent, et quam usitatum apud Veteres, Deos humano more credere externis signis capi, nec pervadere intima cordium.

[i] *Sive tu Ceres, alma*] Observandum (quod jam monuimus, cum de Dea Syria ageremus) secundum abstrusioris Veterum theologiæ peritos, non esse nisi unum Deum et unam Deam, quæ pro ratione officiorum diversorum diversis nominibus appellatur. Hinc est quod eundem Solem, eundem Liberum, eundem Apollinem, Osirim et Serapin vocant. Item Lunam eandem Cererem appellant, eandem Dianam, eandem Junonem, eandem Proserpinam, Isidem, &c. Virgil. lib. I. Georgic. 'Vos, o clarissima mundi Lumina, labentem cœlo quæ ducitis annum, Liber et alma Ceres.' Vide Macrob. Saturn. lib. I. cap. 18.

[k] *Vetustæ glandis ferino remoto pabulo, &c.*] Virgil. eodem loco: 'Vestro si munere tellus Chaoniam pingui glandem mutavit arista,' &c.

[l] *Miti commonstrato cibo*] Frumento.

[m] *Eleusiniam glebam percolis*] Solum Eleusinium. Est autem Eleusin Straboni l. IX. urbs, in qua templum

nus,[n] quæ primis rerum exordiis,[3] sexuum diversitatem generato amore sociasti,[4] et æterna sobole humano genere[5] propagato, nunc circumfluo Paphi sacrario[o] coleris:[6] seu Phœbi soror, quæ[p] partu fœtarum[7][q] medelis lenientibus[8]

initio mundi conjunxisti diversos sexus, producto in eis amore, et propagato genere humano prole perpetua, nunc adoraris in delubro Paphio, quod circumalluitur mari: sive sis soror Apollinis, quæ, levato partu gravidarum mulierum remediis mulcenti-

Colin. Bas. Atque ita Virg. l. I. Georg. 163. 'Eleusina mater.' Lactant. l. I. c. 21. 'Eleusina Ceres.' Vide me ad Sueton. Claud. c. 25. 'sacra Eleusinia.' *Oud.*—3 Ms. *p'us rer.* Colvius. Est qui hinc *prius* vel *parvis* conjecit. Male. Vide Pric. et ad l. II. p. 28. *Oud.*—4 Guelf. pr. *satiasti.* Id.—5 Pal. *generi.* Id.—6 *Circumflui, &c. coleris.* Par. Guelf. pr. *circumfuso colens.* Id.—7 *Partu ferarum.* Omnino legendum cum Beroaldo: *partu fœtarum.* Glossæ veteres: fœta, ἐγκύμων, πλήρης. Varro: 'Mensæ apponebantur cum culigna et vino: quo, quæ veniebant ad fœtam amicæ gratulatum, Diis mactabant.' Arnobius lib. III. 'Puerperiis Juno præposita est, et auxiliatur genitricibus fœtis.' *Colv.* *Fœtarum.* Ald. et Rom. *ferarum.* Male. *Elmenh.* *Ferarum* habent Mss. Lips. Pal. Guelf. Oxon. Par. Pith. Bertin. cum Edd. O. ante Vulc. sec. unde suspicari possis, scriptum fuisse *fēiarum*, et hinc corrigendum *feminarum.* Sicut inde 'feræ' et 'feminæ' sunt alibi confusæ. Adi ad Cæs. l. I. B. Civ. c. 84. 'pæne ut feras, circummunitos.' Sil. Ital. l. I. 569. 'Saucia dum castris clausa est fera.' In D'Orvill. vix discerni potest, *ferarum*, an *fetarum* scribatur; sicut opinor in reliquis, Flor. Fux. Reg. qui *fetarum* circumferre creduntur. Quod cum Viris doctis quoque amplector. *Oud.*—8 Bert. *medelis lenicibus.* Scioppius in Symb. et Susp. II. 12. Bert. *lenicibus.* Rom. *lenientibus*, inepte. *Elmenh.* J. Isacius Pont. Anal. l. II. c. 15. *elicibus* (ex Nonio et Festo) F. *delenificis*, quod Plautinum est. *Soping.* Bertin. Codex tanti mihi non est, ut ideo ceterorum Codd. probam lectionem solicitari velim. Sol. l. v. p. 104. 'permulcet verbis lenientibus.'

NOTÆ

est Eleusiniæ Cereris, et mysticum delubrum, turbæ, quanta in Theatro solet esse, capax, opus Ictini, qui etiam Parthenonem Minervæ in arce fecit, Pericle operum procurationem sustinente; quam urbem in demis seu pagis curiisve Atticis numerari quoque ait.

[n] *Cœlestis Venus*] Uranie. Macrob. Saturnal. lib. I. cap. 7. 'Philochorus quoque in Atthide eandem [Venerem] affirmat esse Lunam,' &c.

[o] *Nunc circumfluo Paphi sacrario, &c.*] Vide quæ diximus lib. IV. ad hæc verba 'Paphum nemo.' Ideo autem circumfluum vocat Paphi sacrarium, quia Paphos in Insula Cypro sita est, quæ mari undique alluitur.

[p] *Seu Phœbi soror, quæ, &c.*] Juno Lucina. Macrob. Saturnal. lib. VII. cap. ultimo: 'Hinc est quod Diana, quæ Luna est, Ἄρτεμις dicitur quasi ἀερότεμις, hoc est, aërem secans. Lucina a parturientibus invocatur; quia proprium ejus munus est distendere rimas corporis, et meatibus viam dare, quod est ad celerandos partus salutare,' &c. seu potius Lucina dicitur, eo quod fœtus ope ejus in lucem edatur: Ilithyia vero Εἰλείθυια, quia præsto adest parturientibus, ἀπὸ τοῦ ἐλθεῖν.

[q] *Partu fœtarum*] Ita legendum est,

recreato, populos[9] tantos educasti, præclarisque nunc veneraris[r] delubris Ephesi:[s] seu nocturnis ululatibus horrenda Proserpina, triformi facie[t] larvales[1] impetus comprimens,[u] terræque claustra cohibens,[2] lucos diversos inerrans,[3][w] vario cultu propitiaris:[4] ista luce fœminea[x] collustrans cuncta mœnia, et udis[5] ignibus nutriens læta semina, et Solis ambagibus dispensans[6] incerta lumina:[y]

bus, edidisti in lucem tot populos, et nunc coleris in pulcherrimo templo Ephesi: sive tu sis Hecate, formidabilis ululatibus nocturnis, quæ sub triplici vultu cohibes furores larvarum, et claudis septa telluris, ac discurrens per varia nemora coleris diversis ritibus: illuminans omnes urbes tuo fulgore muliebri, et alens germina virentia tuo lumine humido, et effundens lucem instabilem propter cursum solis: sub

Ac passim de remediis, apud omnes. Ipsa Lucina seu Ilithyia ubivis lenis et mitis audit. *Oud.*—9 Pal. *populi*, Guelf. sec. *populo.* Id.—1 *Annalis* Guelf. pr. a m. sec. *Id.*—2 Par. *cohiberis.* Id.—3 Oxon. Guelf. *inerras.* Id.—4 Par. Guelf. pr. *propinaris.* Id.—5 Al. *nudis.* Vid. N. Var.—6 Ms. Palat. Guelf.

NOTÆ

non autem *ferarum*, ut habent quædam exemplaria.

[r] *Veneraris*] Passive, ut apud Virgil. 'Venerata Sacerdos.'

[s] *Delubris Ephesi*] Celebratissimum fuit templum Dianæ Ephesi, quæ urbs erat Ioniæ primaria, ab Amazonibus condita, ut refert Strabo lib. XI. vel, ut idem ait initio lib. XIV. ab Androclo, Codri Atheniensium regis filio, qui dux erat coloniæ Ionum. Templum illud Ephesinum inter septem mundi miracula numeratum est. In eo faciendo tota Asia (Minorem intellige) per ducentos et viginti annos insudavit. At mirum illud duorum sæculorum opus temerarius Herostratus, nominis immortalitatem ex sacrilegio quærens, incendit eadem nocte, qua natus est Alexander Magnus; quæ fuit anno primo centesimæ sextæ Olympiadis secundum Petavium.

[t] *Triformi facie*] Virg. Æneid. IV. 'Tergeminamque Hecaten, tria virginis ora Dianæ.' Chariclides poëta quidam apud Athenæum lib. VII. Δέσποιν' Ἑκάτη τριοδῖτι, τρίμορφε, τριπρόσωπε, τρίγλαις κηλευμένη· Domina Hecate trivia, triformis, tres habens vultus, quæ propitiaris triglis; (pisces sunt, mulli dicti) sed propitiabatur etiam canibus, unde canicida et canivora dicta est. Sacra ejus noctu fiebant, cum ululatibus, ad imitandam Cererem, quæ raptam Proserpinam in triviis clamans requirebat.

[u] *Larvales impetus comprimens, &c.*] Dea enim Inferorum et Manium erat, Larvasque ac phantasmata pro arbitrio suo coërcebat, aut immittebat.

[w] *Lucos diversos inerrans*] Virgil. Æneid. lib. VI. 'Jam subeunt Triviæ lucos,' &c. Eodem libro: 'Sed me cum lucis Hecate præfecit Avernis.'

[x] *Ista luce fœminea*] Plin. lib. II. cap. 100. 'Itaque solis ardore siccatur liquor, et hoc esse masculum sidus accepimus, torrens cuncta, sorbensque.' Et cap. 101. 'E contrario ferunt Lunæ fœmineum ac molle sidus atque nocturnum solvere humorem,' &c.

[y] *Solis ambagibus dispensans incerta*

quoquo nomine, quoquo ritu, quaqua facie[7] te fas est invocare; tu meis jam nunc extremis ærumnis subsiste, tu fortunam[8] collapsam affirma; tu sævis exantlatis casibus[9] pausam pacemque tribue. Sit satis laborum, sit satis periculorum. Depelle quadrupedis[1] diram faciem. Redde me conspectui meorum; redde me meo Lucio.[2] Ac si quod[3] offensum numen inexorabili me sævitia[4] premit; mori[5] saltem liceat, si non licet vivere.' Ad istum modum fusis precibus, et astructis miseris lamentationibus,[6] rursus mihi marcentem animum in eodem illo[7] cubili[z] sopor circumfusus oppressit. Nec dum satis connixeram:[8][a] et ecce pelago[b]

quocumque nomine, sub quibuscumque cærimoniis, sub quacumque forma licet te invocare; tu nunc succurre meis gravissimis miseriis; tu fulci meam fortunam, quæ corruit; tu jam concede mihi requiem et tranquillitatem post superatos tot duros casus. Sit satis ærumnarum, sit satis periculorum. Remove a me funestam formam asini; restitue me aspectui meorum; reforma me in meum pristinum Lucium. Et, si aliquis Deus a me violatus persequitur me crudelitate implacabili; saltem concedatur mihi mori, si non conceditur aliter vivere. Ejusmodi facta oratione, et adjectis insuper lamentationibus miserandis, somnus offusus sopivit iterum mihi in eodem toro arenæ animum mærore languentem. Vix clauseram oculos, cum di-

sec. Edd. Vic. Ber. Bas. pr. *dispensas*. Oud.—7 Lips. Pith. Fux. Guelf. Oxon. cum Edd. ante Bas. sec. *quaque*. Male. *Id.*—8 Perperam *tu* hinc abest in Oxon. Guelf. pr. *Id.*—9 Fux. *exanclatis* cum Edd. Vett. ut supra sæpe. Pal. Guelf. sec. *exinclatis*, D'Orv. *exhaudatis*. An *exhauritis* pro *exhaustis?* Vix puto. *Id.*—1 Guelf. sec. *quadripedis*. Id.—2 Fux. *Lucio meo*. Id.—3 D'Orv. non male, *At si*. Pith. *Ac si quod est*. Id.—4 Contra mentem Apuleii *exorabili* Palat. *Sautia* Oxon. *Id.*—5 Guelf. pr. *morti*. Id.—6 *Adstructis lamentationibus*. Fux. *a miseris l.* Roaldus. *Miseris* addidimus. In nullo ante vulgatorum erat. *Colv.* Τὸ *miseris* abest a Flor. et Romano et Veneto. *Elmenh.* Immo vero legitur in Florent. et hinc jam in Ed. Junt. post. uti et in ceteris Mss. O. Bene eam vocem inseruit Colvius. *Oud.*—7 Oxon. *marocatem*. Guelf. pr. a m. s. *merocantem*. Pith. *illi*. Id.—8 *Conpresseram*. Hæc lectio Beroaldi est. Ante eum editi, *compseram* Ms. Cod. *,pseram*. etiam quidam e vulg. *consoperam*. Tentavi olim, *consopiveram*. Lucret. lib. II. 'Nidore offendit nares, consopit ibidem.' *Colv.* *Connipseram*. Sic Flor. Rom.

NOTÆ

lumina] Ex diversitate cursus solaris et lunaris, fit ut Luna aliquando pleno orbe fulgeat, aliquando dimidiato, aliquando falcato tantum: atque hæ vulgo dicuntur Lunæ phases, Nostro incerta lumina.

[z] *In eodem illo cubili*] Molli scilicet arenæ gremio.

[a] *Connixeram* [*Conniveram*] Elmenhorstius habet ex Ms. Florent. *connipseram*, Rom. *compseram*: unde Beroaldus formaverat *compresseram*; supple, palpebras. At ex *connipseram* melius conjicias *conniveram*, nisi tamen retinere malis ipsum *connipseram*, tanquam præteritum plusquam perfectum antiquum verbi 'conniveo.'

medio[9] venerandos Diis etiam vultus attollens,[1] emergit divina facies. Ac dehinc[2] paulatim toto corpore prælucidum simulacrum,[3] excusso pelago, ante me constitisse visum est.[4] Ejus mirandam speciem[5] ad vos etiam referre [240] connitar;[6] si tamen mihi disserendi tribuerit facultatem[7] paupertas oris humani: vel ipsum numen ejus dapsilem copiam[c] elocutilis facundiæ[8] subministraverit. Jam pri-

vina forma prodit e medio mari extollens faciem, venerabilem ipsis etiam Diis. Deindeque imago splendidissima toto corpore visa est stare coram me, mari paulatim superato. Conabor etiam vobis exponere admirabilem ejus formam: si tamen egestas humani eloquii mihi fecerit copiam narrandi: aut ipsa ejus divinitas mihi suppeditaverit largam ubertatem eloquentiæ. Et primum quidem capilli den-

compseram. Bert. *conseram.* Pal. et Aldus, *compresseram.* Male. *Elmenh.* Non primus Floridus *conniveram* conjecit. Sic jam tacite ediderant Wower. Scriv. et Pric. Atque ita sæpe Auctor. Vide ad lib. IV. p. 80. 'Commodum conniverat,' vel *conquierat:* ut ibi videtur rectius. Certe hoc loco aliud legendum suadent Mss. omnes. In plerisque est *cōpseram*, vel *compseram*, vel *compseram;* ut Fux. Reg. Pal. D'Orv. Edd. pp. *conseram* Bert. Oxon. Guelf. pr. Conjecturam Beroaldi, quam adoptarunt Edd. Junt. pr. Ald. Colin. Bas. refellit ellipsis, quæ hic durior statui deberet. Eadem ratio est cur spernenda sit Colvii conjectura, ascita ab Ed. Vulc. sec. *consopiveram.* Ex lectione marginali Ed. Bas. pr. *consoperam.* In Flor. est *conipseram.* Forsan latet vetus *conquexeram*, sive caput inclinaram, ex Varrone apud Prisc. p. 885. Verum tum rectius dictum fuisset *vix dum satis*, quam *nec dum satis.* Congruum magis fore videtur *conquieram.* At nequaquam spernenda lectio Edd. Junt. post. *connixeram.* A 'niveo' enim non venit 'nipsi,' sed 'nixi;' unde 'nictus,' non 'niptus.' Immo Turpilius ait, 'dum ego connixi somno,' teste Prisciano p. 866. lib. IX. Obstat tamen litera *p* in omnib. Codd. quorum Pithœanus habet *corrupseram.* Sed *x* et *ps* fuere confusa. Vide ad lib. III. p. 57. in f. *Oud.*—9 Oxon. *meo.* Id.—1 *Venerandos Diis et vultus.* Emendare conati alii: *Diis etiam;* metuo, et formido male, ne ponere debuerint, *venerandos, et dios vultus attollens.* Testimonia Virgil. Horatii, aliorum adderem; sed pueris sat nota. *Stewech.* *Diis etiam.* Ms. *Deæ etiam.* Colvius. Istud *et* vitiose exaratur in solis Edd. Bas. ex quo male refingere tentat Stewechius vulgatam lectionem, quæ bene se habet. Hecates enim faciem venerantur Dii. 'Divina facies' et 'dii vultus' esset unum idemque. Pal. dat *dis*, Oxon. D'Orv. Fux. *dei*, Pith. *dei is.* Olim scil. fuerat *deis.* Oud.—2 Vulg. *at dehinc.* Colv. Omnes Mss. confirmant *ac.* Oud.—3 Vid. N. Var. —4 Verbum non comparet in Bertin. *Oud.*—5 Vet. Cod. *qui mir. sp.* Colvius. Vir clarissimus, *qui mirandam:* lego, *quam mirandam.* Brantius. In Palat. et Guelf. utroque itidem est *qui.* Hinc G. Vossius conjecit *quin.* Sed Fux. Reg. Oxon. D'Orv. *qui ejus.* Scripseratne Auctor, *Quojus* sive *cujus mir. spec.?* Oud.—6 Guelf. pr. *conitur.* Oxon. *enitar.* Id.—7 Guelf. pr. *deserendi.* Malebat Pricæus *edisserendi.* Sed adi ad l. VII. p. 134. *Tribuit* Pith. *tribuerunt* Bertin. *Id.*—8 Idem, *loquutilis.* Colv. Oxon. *dasilem.* In eodem, Guelf. pr.

NOTÆ

[b] *Et ecce pelago*] Somnium narrat. δαψιλὴς, abundans.

[c] *Dapsilem copiam*] Græcum est

mum[9] crines uberrimi[1] prolixique, et sensim[2] intorti, per divina colla[3] passive dispersi,[4] molliter defluebant.[5] Corona multiformis,[6] variis floribus sublimem distrinxerat[7] verticem: cujus media quidem super frontem plana rotunditas, in modum speculi, vel immo argumentum Lunæ, candidum lumen emicabat.[8][d] Dextra lævaque sulcis insurgentium viperarum cohibita,[e] spicis etiam Cerealibus desuper porrectis. Multicolor, bysso tenui pertexta;[9] nunc albo candore[f] lucida;[1] nunc croceo flore lutea; nunc

si, at longi, paulatim cincinnati, temere sparsi per divinam cervicem, erant molliter promissi. Corona diversæ formæ ex variis floribus circumdabat summum ejus caput: quæ habebat quidem in media fronte orbem planum instar speculi, vel potius lumen candidum refulgens, quod argumento erat eam esse lunam. Viperæ insurgentes in modum sulcorum coërcebant eam a dextra et sinistra, et aristæ Cereales extendebantur etiam desuper. Erat ei vestis multicolor ex lino subtili, nunc refulgenti albedine candens, nunc flava flore croci, nunc ardens rubore roseo:

et Pal. *loquitulis*, vel *loquitilis*, D'Orv. *locuturis*. Oud.—9 *Jamque pr.* Vulg. *Jam primum*. Colv. Eum secuti sunt Vulc. Wower. et Pric. de more, sed ultimus recte monet, rursus legendum, *jam primum;* ut est in Mss. omnibus, excepto Lipsiano, ceterisque Edd. *Oud.*—1 Fux. *uberrime*. Id.—2 D'Orvill. *ut et sensim*. Id.—3 Ms. Lips. *devia*. Id.—4 *Passim dispersi*. Fux. *passive;* ut et Ald. et Beroald. *Roald.* Nescio quomodo hic me fugerit reponere ex notæ melioris libris, *passive dispersi*, ut et in Ms. est. *Colv.* Omnes libri, *passive dispersi*, voce Apuleiana. *Wower.* *Passive*. Alii, *passim*. Elmenhorstius. Istud *passim* non videas, nisi in Edd. Bas. Colv. Vulc. Vide ad lib. VI. p. 116. 'passivam congeriem.' *Oud.*—5 Al. *diffluebant*.—6 D'Orv. *c. multiformiter*. Oud.—7 Al. *distinxerat*.—8 Vid. Not. Var.—9 Conjicit Soping. *prætexta*.—1 Abest a scripto libro. *Colv.* Item ab Oxon. Palat. Fux. et

NOTÆ

[d] *Vel immo argumentum Lunæ, candidum lumen emicabat*] Codex Ursin. habet, *vel in modum semestris Lunæ*, &c. quod non probatur a doctis, cum præsertim adeo discrepet ab aliorum omnium lectione. Omissis Pricæi conjecturis, nihil in textu muto; sed virgulam expungo, quæ inter 'candidum' et 'lumen' posita est; atque hæc verba 'argumentum Lunæ' duabus virgulis includo, quæ vicem præstent parentheseos, ut sit sensus quem in interpretatione expressi.

[e] *Sulcis insurgentium viperarum cohibita*] Isidi, quæ et Luna est, et Proserpina, et Ceres, viperas circa caput addit Apuleius; sive quod sulci interdum tortuosi viperas imitentur, sive quod frænatis curruique admotis serpentibus Ceres sulcavit cœlum, et per aëra vecta est. Minucius in Octavio serpentem Cereri dat pro cingulo: 'Ceres facibus accensis et serpente circumdata.' Quid si hic pro *sulcis* legas *fulcris?* ex Pignorio in Mensæ Isiacæ Expositione pag. 10.

[f] *Nunc albo candore, &c.*] His coloribus vestis designantur varii Lunæ colores. Cum enim exoritur, rubra videtur ob interpositos vapores:

roseo rubore flammida. Et, quæ longe longeque [2] etiam meum confutabat obtutum, palla nigerrima,[3] splendescens atro nitore: [g] quæ circumcirca remeans,[4] et sub dextrum latus ad humerum lævum recurrens, umbonis vicem,[5] [h] dejecta parte laciniæ, multiplici contabulatione [6] [i] depen-

et palla nigerrima, fulgens nitore atro, quæ perstringebat quoque aciem meorum oculorum, quæ circumcirca rediens, et transiens sub dextrum latus, ascendensque ad humerum sinistrum, loco umbonis demissa parte vestis pendente in multas rugas,

Guelf. utroque. *Oud.*—2 D'Orvill. *l. lateque.* Male. Vide ad lib. II. p. 42. Gell. lib. XII. 1. XIII. 28. 'Longe longeque esse amplius.' *Id.*—3 Ms. lib. *pelta nig.* Plutarchus de Iside et Osiride: *Τὴν δὲ Ἶσιν οὐχ ἑτέραν τῆς σελήνης ἀποφαίνοντες, ἐν καὶ τῶν ἀγαλμάτων αὐτῆς, τὰ δὲ κερασφόρα τοῦ μηνοειδοῦς γεγονέναι μιμήματα, τοῖς δὲ μελανοστόλοις ἐμφαίνουσι τὰς κρύψεις καὶ τοὺς περισκιασμοὺς, ἐν οἷς διώκει ποθοῦσα τὸν ἥλιον.* Bene igitur vulgatum, *palla nigerrima.* Colvius. Ineptissime *pelta* exaratur quoque in Oxon. et Pal. et Guelferb. Sed in primo tantum a m. recentiore. *Oud.*—4 Pith. *qui c. r.* Oxon. *quod c. r.* Tum *dexterum* Edd. Scriv. *Id.*—5 *Umbonis vice.* Aldus, *umbonis vicem.* Elmenhorstius, et in Add. *Umbonis vicem dejecta parte laciniæ.* Sic legendus est hic locus, sublata distinctione post *vicem*, uti rectissime præbent Pith. et Edd. omnes ante Basil. sec. cum Scriveriana. Unde vitiose etiam *partem* dant idem et D'Orvill. cum nescio qua editione apud Ruben. lib. II. de re Vest. c. 11. *parte* emendantem. Sed quod est in ceteris Mss. et omnibus, quas vidi, Editionibus, ni fallor. De 'vice,' 'vicem,' 'in vicem,' vide ad lib. I. p. 9. In Pal. corrupte, *ut bonis vite.* Oudendorpius.

NOTÆ

cum jam aliquantum supra finitorem ascendit, crocea apparet: denique, cum cœlum medium tenet, terrenis jam liberata vaporibus, candidum lumen refundit.

[g] *Palla nigerrima, splendescens atro nitore*] Quædam corpora tametsi nigra, ob lævorem tamen superficiecularum, quibus extima eorum superficies contexta est, splendicant: qualia sunt marmor nigrum, et ebenum, cum polita sunt: vestes etiam nonnullæ sericæ. At raro admodum videas ejusmodi nigrorum corporum nitore perstringi oculorum aciem (quod de palla Deæ illius Noster hic ait). Julianus tamen, in Cæsaribus, id affirmat de ebeno lecti Saturni. Plutarchus de Iside et Osiride sic nigras Isidis vestes explicat, ut designari illis velit occultationes Lunæ, et obumbrationes, quibus Solem, desiderans, sectatur.

[h] *Umbonis vicem* [*vice*] Umbo proprie clypei centrum est, reliquo clypeo magis prominens, aliquando in acumen desinens. Propter hujus similitudinem, centrum rugarum seu plicarum collectarum in toga, umbo dictus est.

[i] *Multiplici contabulatione*] Ne de hujus vocis sincera lectione dubitem, facit Tertulliani locus, de Pallio, c. 5. 'Adeo nec artifice necesse est, qui pridie rugas ab exordio formet, et inde deducat in tilias, totumque contracti umbonis figmentum custodibus forcipibus assignet; dehinc diluculo, tunica prius cingulo correpta, quam præstabat, moderatiorem texuisse, recognito rursus umbone, et, si quid exorbitavit, reformato, partem qui-

dula, ad ultimas oras nodulis fimbriarum decoriter confluctuabat.[7] Per intextam extremitatem,[8] [k] et in ipsa ejus planitie, stellæ dispersæ coruscabant: earumque media semestris Luna [9] [l] flammeos spirabat ignes. Quaqua tamen [1]

habebat parvos nodos fimbriarum pulchre fluctuantes in suis extremitatibus. Stellæ fulgebant sparsæ per oram ejus intextam, et per totum ejus campum. Et Luna plena, posita in medio earum, emittebat splendorem flammeum. Quacumque tamen

—6 Al. *contubulatione.*—7 *Nodulum f. d. confluctuabat.* Fux. *nodulis fimbr.* Aldus vero, *modulis fimbr.* Roaldus. *Modulis fimbr.* Rom. *nodulis fimb.* Elmenhorstius. Ut debet. Nam prave Edd. Junt. pr. Ald. Bas. pr. dedere *modulis* contra Mss. O. et Apuleii mentem. Intelligit fimbrias cirratas, et distinctas nodulis, ne fila dissolverentur, et carperentur, aut effluerent, 'Nodos fimbriarum,' sed in alia re, sive flagella talis pecuinis distincta, vide lib. VIII. p. 173. De vestium fimbriis adi, quos laudant ad Phædri lib. II. f. 5. Dein in Oxon. *decenter*, Palat. et Guelf. Coll. Voss. *confluctabat*. Oud. —8 *P. intectam e.* Ald. *Roald.* Ms. Cod. *intestam.* Ven. *intectam.* Colvius. *P. i. e. et in ipsa ejus planitie.* Non temere discedo a vulgatis, neque tamen prorsus negligam recensere, quæ aut meliora in manu exaratis, aut ad meliora viam aperiunt. Legitur autem in Cod. Bertin. *per injunctam extremitatem, et in ipsa oris planitie.* Limbum pallæ describit. Ea prætexta erat, ideoque malim *intextam*, quam *injunctam*. Legendum vero, *et in ipsa oræ planicie.* Wowerius. *P. injunctam ex. in ipsa oris planit.* Sic Bertin. *Sciopp. in Symbola.* Flor. *intectam.* Bert. *per interjectam e. e. i. i. oris planicie.* Bene. *Elmenh.* Venetus, *per intectam.* Idem in Add. *Inrectam* Guelf. pr. *intectam* præbent Pith. Palat. et Edd. primæ cum Junt. et Ald. sive apertam et oculis obviam. Sed præstat multum *intextam*, quod jam in quibusdam legi monuit Beroaldus, ac de nostris servarunt Fux. D'Orvill. sive limbum floribus et stellis intextis, (non acu pictis, ut interpretatur quoque Floridus) distinctum ac variegatum, ut mox p. 241. 'Soleæ felicibus palmæ foliis intextæ.' Sil. Ital. lib. x. 571. 'auro Intextam chlamydem.' Dein *oræ* in contextum e conjectura receperunt Wower. Scriver. et Pric. Sed *ejus* servant Mss. ceteri. Ac res eodem redit. Elmenhorstii nota nullius est assis. *Oud.*—9 Flor. *semenstris Luna*, male. *Elmenh.* Vera est scriptura Flor. Cod. *semenstris.* Glossæ: 'semenstre, ἐμμήνιον.' Glossæ Isidori: 'Luna semenstris, Luna medii mensis.' *Idem in Add.* Rursus Pricæus legi voluit *media.* Frustra. Luna inter stellas erat media. De scriptura *semenstris* adi me ad Sueton. Cæs. c. 80. 'Trimenstrique consule.' *Oud.*—1 Fux. *quanquam tamen.* Roaldus. Sic et Pith. Lips. Pal. Guelf. sec. de more. Vide ad lib. II. p. 22.

NOTÆ

dem de læva promittat: ambitum vero ejus, ex quo sinus nascitur, jam, deficientibus TABULIS, retrahat a scapulis, et exclusa dextera, in lævam adhuc congerat, cum alio pari TABULATO in terga demoto, atque ita hominem sarcina vestiat.' Ubi vides 'tabularum,' et 'tabulati' nomine significari strias vestis, quæ ex umbone, oras versus extenduntur, sibique mutuo insident, quemadmodum domorum tabulata seu contignationes.

[k] *Per intextam extremitatem*] Per oram vestis, quæ erat picta, aut opere Phrygio, id est, acu, aut opere textorio.

[l] *Semestris Luna*] Luna plena, qualis est post dimidium mensem, a sua conjunctione cum Sole: itaque 'se-

insignis illius pallæ perfluebat ambitus, individuo nexu corona totis floribus, totisque constructa pomis,[2] adhærebat. Jam gestamina longe diversa. Nam dextera[3] quidem ferebat æreum crepitaculum:[m] cujus per angustam laminam in modum baltei recurvatam,[4] trajectæ mediæ paucæ virgulæ,[5] crispante brachio trigeminos[6] jactus,[n] reddebant argutum sonorem.[7] Læva vero cymbium[o] dependebat[8] aureum: cujus ansulæ,[9] qua parte [241] conspicua est, insurgebat aspis,[p] caput extollens[1] arduum, cervicibus late[2] tumescentibus. Pedes ambrosios tege-

ora illius præclaræ pallæ circumferebatur, corona facta ex floribus et fructibus omnis generis adhærebat ei connexione indivisa. Ea vero quæ gestabat multum varia erant. Nam manus ejus dextra gestabat quidem sistrum æneum: per cujus mediam laminam angustam, inflexam instar baltei, aliquot virgæ transmissæ edebant sonum acutum, dum brachium ejus vibraret triplices jactationes. Scaphium vero aureum pendebat ex ejus sinistra: super cujus ansa, ea parte, qua eminet, surgebat aspis attollens erectum caput, collo valde intumescente. Calcei intexti ex foliis

Tum Guelf. pr. *Oud.*—2 Ms. (Urs.) *constricta.* Scioppius in Symbola. Sic D'Orv. Guelf. pr. Pith. Oxon. male, uti a Fux. prave abest *totisque.* Oud.—3 Abest *nam* ab Oxon. Guelf. pr. Tum D'Orv. et Edd. ante Colv. *dextra.* Id.—4 Fux. *curvatam.* Id.—5 Bertin. *ungulæ.* Scioppius in Symbola. Bert. et Rom. *ungulæ.* Elmenhorstius. Venetus, *ungulæ.* Idem in Addendis. Oxon. *transjectæ.* D'Orv. *medio.* Lips. *pauculæ;* ut alibi. Ed. Vic. etiam *ungulæ.* In aliis *undulæ.* Sed recte cum Mss. ceteris Beroaldus emendavit *virgulæ,* sive sistri fila. *Oud.*—6 Al. *tergeminos.*—7 *Arg. sonum.* Fux. *a. sonorem.* ἀρχαϊσμὸς, ut 'canor,' et alia. *Roald. Sonorem.* Vulgo, *sonum.* Florid. III. (N. 17.) 'Mutorum animalium immeditatos sonores.' *Colv.* Bertin. Rom. et Ald. *sonum,* male. Flor. *anim. inmed. sonores.* Elmenhorstius. *Sonorem* in Mss. præter Bert. omnibus, item in Ed. Junt. post. ut bene restituit Colvius. De Dogm. Plat. lib. I. p. 587. 'Percipere sonores.' Sic et Lucret. Virg. alii. *Oud.*—8 Vid. N. Var.—9 Ms. Cod. *anxulæ.* Colvius. Sic et Palat. *ampsulæ* Oxon. *Oud.*—1 Al. *attollens.*—2 Ridicule Lips. Pal. Guelf. sec.

NOTÆ

mestris' hic, non, ut fere semper, a sex mensibus, formatum est, sed a semimense.

[m] *Æreum crepitaculum*] Describit sistrum, cujus figuram et explicationem ex Plutarcho, vide supra, sub finem libri II.

[n] *Crispante brachio trigeminos jactus*] Id est, brachio tres illas virgulas, quæ in sistro erant mobiles, agitante; sicque tribus ictibus tres sonos, licet unica jactatione, exprimente. Hac sistri jactatione significari voluerunt Nili accessus et recessus.

[o] *Cymbium*] Vasculum oblongum in modum cymbæ, quod ex mysticis Ægyptiorum cærimoniis, Isidi tribuitur, ad fluentiam lacunarum, et inundationem Nili significandam, juxta Plutarchum, lib. de Iside et Osiride.

[p] *Aspis*] In pompa Isidis Ovidius lib. IX. Metamorphos. serpentem etiam ponit: 'Plenaque somniferis serpens peregrina venenis.'

bant soleæ, palmæ victricis foliis intextæ.[3] [q] Talis ac tanta[4] spirans Arabiæ felicia germina,[5] [r] divina me voce dignata[6] est: En[7] adsum, tuis commota, Luci, precibus,[8] rerum Natura[9] parens,[s] elementorum omnium[1] domina, sæculo-

palmæ, quæ insigne victorum est, operiebant pedes ejus immortales. Talis, ac tanta Dea exhalans odorem plantarum Arabiæ Felicis, dignata est me alloqui voce divina: Ecce ego permota tuis precibus, o Luci, adsum tibi Natura mater rerum omnium, Domina universorum elementorum, primordialis soboles temporum, suprema

lucte, e vitioso librariorum more, *c* ante *t* scribentium, de quo alibi dixi. *Ambroseos* mox D'Orv. Pith. Fux. *Oud.*—3 Fux. *palmæ victricibus foliis.* Roaldus. Idem Ms. *tegebant sole palmæ victricibus f.* Colvius. *Palmæ teg.* Lips. Pal. Guelf. *sole* etiam in Pal. Guelf. et D'Orv. *palmeæ soleæ* Oxon. Tum *victricibus* legas etiam in Reg. Oxon. Guelf. pr. Par. D'Orv. Quod Apuleii sapit stylum, ut videbimus pluribus statim. In Par. Cod. *intectæ*, male. *Oud.*—4 *Tales ac tanta.* *Talis ac tanta* Ald. *Roald.* *Ac* deest Lips. Guelf. sec. *Oud.*—5 *Spirans Arabiæ felicis germina.* Fux. *felicia germ.* Roaldus. Pauciora in eodem Vet. Cod. *Talis tanta spirans felicia germina.* Colvius. Flor. et Bert. *Ar. felicia.* Elmenhorstius. Exulant *τὰ Arabiæ felicis* ab Oxon. D'Orv. et utroque Guelferb. sed *felicia* exaratum quoque est in Pith. Reg. Edd. pp. et Junt. post. quod male mutarunt alii e conjectura Beroaldi. Sic 'glebæ felices' lib. I. init. Licet vero intelligat Auctor Arabiæ Felicis odores, nihilominus per quandam hypallages speciem ipsi amatam alteri Substantivo junxit Adjectivum, ut modo habuimus 'palmæ victricia folia.' p. 242. 'reliqua vitæ tuæ curricula,' non *reliquæ*, ut quidam volunt. Vide ad lib. I. p. 15. 'Amnis vicinia sempiterna.' Lib. IX. p. 189. 'cohibita equorum curuli rabie,' non *curulium.* Infr. p. 253. 'sobriæ religionis observatio.' *Oud.* —6 Idem, *vocare.* Colvius. *Vocare* etiam D'Orv. Guelf. pr. Pal. Oxon. *vocante* Guelf. sec. *d. voce me vocare d.* Fux. Forte e var. lect. *ore* hoc natum. *Dignatus* Palat. Guelf. sec. *Oud.*—7 Guelf. pr. *Hem.* Id.—8 Pith. Oxon. Guelf. pr. *tui.* A Fux. Reg. abest *Luci.* Guelf. pr. *pretium.* Id.—9 Al. *Naturæ.*—1 Idem, *elementorum et omnium.* Forte, *elementorum etiam omnium.* Colvius. *Et* inserunt quoque Fux. D'Orv. Oxon. Pal. Guelf. Sed, excepto

NOTÆ

[q] *Soleæ, palmæ victricis foliis intextæ*] Lib. II. 'Et cum dicto juvenem quempiam linteis amiculis intectum, pedesque palmeis baxeis indutum, et adusque deraso capite, producit in medium.' Ubi vides palmea calceamenta Isiaco Prophetæ assignari, quemadmodum et hic ipsi Isidi. Vocat autem 'palmam victricem;' quia victoriæ est symbolum, et victorum gestamen.

[r] *Arabiæ felicia* [*felicis*] *germina*] Gratos odores atque aromata, quæ nascuntur in Arabia Felici. Celebrata est Arabiæ divisio in Felicem, quæ εὐδαίμων, ἀρωματοφόρος, et λιβανοφόρος dicitur: Petræam, quæ πετρώδης, a Petra vetustissimo oppido: et Desertam, quæ ἔρημος, quam incolunt scenitæ Arabes in tentoriis degentes.

[s] *Rerum Natura parens*] Macrob. Saturnal. lib. I. cap. 20. 'Isis juncta religione' (cum Serapide scilicet) 'celebratur: quæ est vel terra, vel natura rerum subjacens Soli. Hinc est, quod continuatis uberibus corpus Deæ omne densetur; quia vel terræ, vel rerum naturæ alimento nutritur universitas.'

rum progenies initialis, summa numinum, regina Manium, prima cœlitum,[2] Deorum Dearumque facies uniformis:[3] [t] quæ cœli luminosa culmina, maris salubria flamina,[4] [u] Inferorum [5] deplorata silentia,[w] nutibus [6] meis dispenso. Cujus numen unicum, multiformi [7] specie, ritu vario, nomine multijugo totus[8] veneratur [9] orbis. Me primigenii [1] Phry-

Deorum, regina Umbrarum, prima cœlicolarum, repræsentans in me una Deos Deasque omnes: ego, quæ rego meo arbitrio lucida cacumina cœli, salubres ventos maris, et defleta silentia Inferorum: cujus universus orbis terrarum colit divinitatem unicam sub forma multiplici, diversis cærimoniis, et plurimis nominibus.

D'Orvilliano, illi omiserunt male *domina*. Forsan et aliis Mss. exciderat vox *originum*. Sopingius emendabat itidem *etiam*, obvia conjectura. *Oud.*—2 Vid. Not. Var.—3 Τὸ *Deorum* delet Bert. *Elmenh.* *In Pithœano exaratur *Dearum, Dearumque.* Mihi nullum est dubium, quin *Deorum* inrepserit e glossa vocis *cœlitum*, cum qua Edd. primæ male *Deorum* construxerunt. Isis ipsa in seqq. nominat 'omnes Deas,' quarum nominibus et facie ipsa sola intelligatur, at 'nullum Deorum,' qui comprehenduntur sub Osiride. Non opus ergo hic est refugere ad ἀρσενοθήλεις Deos; ut vulgo fit. *Oudendorp.*—4 M. *maris salubria flumina.* Puteanus.—5 Idem Manuscriptus, *i'florum.* Vulgo, *inferum.* Colvius. Pal. *inferum.* Elmenhorstius. *Inferum* legas quoque in Pith. Fux. Oxon. D'Orv. Guelf. pr. et Edd. prioribus Colvio, qui male innovavit. Amat hanc syncopen Auctor. Supra habuimus 'nummum,' 'denarium,' passim 'Deum.' Infra 'pastophorum' p. 250. 262. 'ariolum' de Deo Socratis p. 676. Ed. Flor. Immo p. 246. h. libri: 'ille Superum commeator et Inferum,' p. 254. 'Inferum claustra.' Tum *deploratu* Guelf. sec. *Oud.*—6 Al. *motibus.*—7 Al. *multiforme.*—8 Guelf. pr. *totas.* Oud.—9 Par. Ms. *verebatur.* Id.—1 Vulgo, *Inde primig.* Colvius. Bert.

NOTÆ

[t] *Deorum Dearumque facies uniformis*] Hinc manifeste apparet unicum esse Deum rerum omnium conditorem, qui variis Deorum Dearumque nominibus appelletur: quin et prisci Deos omnes ἀρσενοθήλεις esse, id est, masculo-fœminas, et utrumque sexum participantes, putaverunt. Unde Calvus 'pollentem Deum Venerem' dixit. Apud Virgilium Æneid. II. Æneas: 'Descendo, ac, ducente Deo, flammam inter et hostes Expedior.' Ubi per 'Deum' intelligenda est Venus, quæ modo ipsi apparuerat, monueratque ut domum rediret, suam ei pollicens opem, 'nusquam abero, et patrio te limine sistam.' Ms. Bert. apud Elmenhorstium delet τὸ *Deorum*, et habet tantum *Dearumque facies uniformis*, et hoc quidem melius ad mentem Auctoris nostri, qui videtur fœminina tantum nomina et numina Isidi attribuere, cum contra masculum Deum faciat Deorum regnatorem Osirin, cujus sacra peragebant Isidis ministri: sed initiationem ejus teletamque diversam facit ab Isidis teleta, ut infra patebit.

[u] *Maris salubria flamina*] Meursius in Exercit. Criticis legit *aëris*, non *maris*.

[w] *Inferorum deplorata silentia*] Id est, umbras silentes, in Inferis degentes, quæ jam apud homines defletæ sunt.

ges [x] Pessinunticam nominant Deum matrem; [2] [y] hinc Autochthones Attici [z] Cecropiam [3] Minervam; [a] illinc [4] fluctu-

Phryges, qui primogeniti sunt mortalium, vocant me Pessinunticam matrem Deorum: hinc Athenienses indigenæ suæ patriæ, nominant me Palladem Cecropiam;

Inde p. p. Vide Herodotum lib. II. num. 2. *Elmenh.* *Inde* etiam in Pith. et Edd. ante Colv. *Oud.*—2 *Pessinunticam nominant domini matrem.* Fux. *Pess. n. dom. matrem,* id est, *Deum m.* probat Beroald. et est in ll. Aldi. *Roald. Nominant* Ms. al. *vocant.* Colvius. Bert. *Bessinunticam.* Elmenhorstius. Mss. habent *pescimum, pesinum, pessimum, pessimon, pessim, pessi,* et pro *nominant* Pal. Oxon. Guelf. ambo, *numitant,* Fux. *mittant,* Lips. *mittunt* a m. pr. Hinc suspiceris, verbum hoc, quod ignorant Pith. Pal. Guelf. sec. insititium esse, et casum referendum, ut ceterorum, ad seq. 'appellant.' Vel legendum potius verbo Lucretiano *nominitant.* Quis vero præter Nostrum hoc gentile extulerit per *cus, Pessinunticus,* nescio. Certe si Manuscripti addicerent, mallem cum Wowerii et Pricæi Editionibus. *Pessinuntiam.* Herodian. lib. I. cap. 11. ἡ Πεσσινουντία θεός. Inepte vero Edd. pp. et Bas. *domini* pro *Deum* formarunt. *Deam* Guelf. pr. Vide ad Obs. c. 104. Drak. ad Liv. l. XXXVI. c. 36. Phil. a Turre de Taurobolio t. III. Th. Salengr. p. 858. *Oud.*—3 Pal. Fux. D'Orv. Edd. ante Colv. *Cecropejam.* In Par. *Athiothenes* pro *Autochthones,* Guelf. pr. *Antracthones.*

NOTÆ

[x] *Primigenii Phryges*] Herodotus lib. II. num. 2. refert Psammetichum Ægypti Regem, cum scire cuperet quinam primi hominum extitissent, pueros duos recens natos pastori educandos tradidisse, et vetuisse ne quis ullam coram eis vocem ederet: jussisse præterea, ut diligenter observaretur, quam vocem primam pronuntiarent. Biennio itaque elapso, pastore ad casam, in qua caprino lacte alebantur, accedente, et aperiente januam, ambos pueros clamare cœpisse Becchus, eamque vocem sæpius iterasse: quod cum ad Regem pastor retulisset, ipseque Rex accersitos eos coram audiisset illam vocem pronuntiantes, et inquiri jussisset quinam homines aliquid hoc nomine Becchus vocarent; compertum fuisse Phrygas sic panem appellare. Quo argumento Phrygas primigenitos, primosque hominum, Ægyptiisque priores, agnitos esse: cum antea Ægyptii primos se mortalium dicerent: qua etiam in opinione manens Lucianus ait: Αἰγύπτιοι λέγονται πρῶτοι τῶν ἀνθρώπων. Hanc Psammetichi historiam tangit Claudianus lib. II. in Eutropium: 'Dat cuncta vetustas Principium Phrygibus, nec Rex Ægyptius ultra Restitit, humani postquam puer uberis expers In Phrygiam primum laxavit murmura vocem.'

[y] *Pessinunticam nominant Deum matrem*] A Pessinunte, oppido Phrygiæ, in quo Templum habuit maximum. Ex eo oppido simulacrum Deæ bello Punico secundo Romam translatum est ex Sibyllæ oraculo, et hospitio receptum per Scipionem Nasicam, qui optimus a Senatu est judicatus.

[z] *Autochthones Attici*] Αὐτοχθόνες, qui dicuntur etiam ἰθαγένεις, Latine Aborigines, Solino, cap. 15. 'genuini terræ,' a pronomine αὐτὸς ipse, et nomine χθὼν, quod terram significat, quasi dicas, ex ipsa terra, seu regione natos. Epitheton est perpetuum Atheniensium, eo quod non aliunde in Atticam, quam incolunt, advenisse, ut multi alii populi, sed in ea semper fuisse dicantur. Euripides in Ione, ἐλθὼν λαὸν εἰς αὐτόχθονα Κλεινῶν Ἀθη-

antes Cyprii[5] [b] Paphiam Venerem;[6] Cretes sagittiferi[7] [c] Dictyanam Dianam;[d] Siculi trilingues[e] Stygiam Proserpinam; Eleusinii[8] vetustam Deam Cererem:[9] Junonem alii,[f] Bellonam alii, Hecatam[g] isti,[1] Rhamnusiam illi;[h]

alia ex parte Cyprii siti in medio mari, Venerem Paphiam; Cretenses sagittarii Dianam Dictynnam: Siculi tribus linguis loquentes Proserpinam infernalem: Eleusinii antiquam Deam Cererem: alii Junonem, alii Bellonam, alii Hecaten, alii

Id.—4 Pith. Fux. D'Orv. *illic.* Id.—5 Pal. *Cyprum.* Id.—6 Idem, *Paphynam.* al. *Palaphiam.* Colvius. *Phalaphia* Pith. Fux. *Phlaphiam* Guelf. sec. *Phalphiam* pr. *Paphiaphicam* D'Orv. *Oud.*—7 *Sagitteferi* D'Orv. *Id.*—8 Edd. Ber. Bas. pr. præmittunt τὸ *nam,* e præcedentis vocis syllaba repetitum. Pith. D'Orv. *Eleusuli,* Guelf. pr. Edd. ante Colv. *Eleusini,* ut p. 239. *Id.* —9 Scriverius rursus edidit, *vesculam D. Cer.* Vide ibidem. *Id.*—1 *Junonem alii, alii Bellonam, Alii Hecatem, Rhamnusiam alii.* Fux. *Junonem alii, Bellonam alii, Hecatem misti* (forte *mystæ*) *Rhamnusiam illi.* Roaldus. Idem, *Thramisiam.* al. *rahumusiam.* Colvius. Lege ex Flor. *Hecatam alii, R. isti.* Elmenhorstius. *Hecatam* Flor. ut Arnob. p. 94. Plaut. Cist. I. 1. 50. *Wass.* Mss. Flor. Fux. Reg. Pith. Guelf. Pal. D'Orv. Oxon. Lips. carent semel τῷ *alii* ante *Bellonam,* iidemque præbent, *B. alii, Hec. isti, Rham. illi.* Optime, uti jam edidit Elmenhorstius. Nam prave hinc Scriverius retinuit ubique *alii,* et omnibus postposuit. Vide ad l. x. p. 212. 'Modo istud, modo illud.' Ad hæc Palat. D'Orv. Fux. Guelf. etiam clare habent *Hecatam.* Verissime. Adi ad l. II. p. 23. Totum igitur locum expressi hoc modo: *Junonem alii, Bello-*

NOTÆ

νῶν. 'Cum venisset in populum indigenam inclytarum Athenarum.'

[a] *Cecropiam Minervam*] Attica ipsa Cecropia quoque regio dicta est, a Cecrope rege, qui Athenas instauravit, et de Minervæ nomine, quæ Græce Ἀθήνη dicitur, appellavit.

[b] *Fluctuantes Cyprii*] Quia Cyprus insula Mediterraneo in Mari sita, eo undique alluitur.

[c] *Cretes sagittiferi*] Pomp. Mela lib. II. 'Celebrantur arte sagittandi Cydon, Gortyna, et Gnossus Cretæ urbes.' Lucan. lib. III. Pharsal. 'Jam dilecta Jovi centenis venit in arma Creta vetus populis, Gnossusque agitare pharetras Docta, nec Eois pejor Gortyna sagittis.'

[d] *Dictynnam Dianam*] Eo quod Diana retia invenerit, quæ Græce δίκτυα vocantur. Diodorus tamen, lib. VI. Bibliothecæ, Dictynnam aliam facit a Diana, aitque eam ex Jove genitam in Creta, consuetudine Dianæ familiarissime usam esse; quæ res causam præbuit, ut quidam Dictynnam et Dianam eandem esse existimarent. Illi Dictynnæ nomen fuit Britomartis, ferturque Gortynia fuisse, et matrem habuisse Charmen.

[e] *Siculi trilingues*] Cœlius Rhodiginus, antiq. lect. lib. III. cap. 32. 'Siculos ab Apuleio dici trilingues animadverto, quod barbare' (Sicula nimirum Lingua) 'initio sint locuti; Græce mox; postremo etiam Latine.'

[f] *Junonem alii*] Ut Samii, qui Junonem singulari cultu prosequebantur.

[g] *Bellonam alii, Hecatam isti*] De ... diximus.

[h] *Rhamnusiam illi* [*alii*] Erat hæc Nemesis, Rhamnusia dicta a Rhamnunte Atticæ pago, in quo templum

et, qui [2] nascentis Dei Solis inchoantibus illustrantur radiis Æthiopes,[i] Ariique,[3 k] priscaque doctrina pollentes [4] Ægyptii,[l] cærimoniis me propriis percolentes,[5] appellant vero

Nemesin: et Æthiopes, qui collustrantur primis radiis Dei Solis exorientis, Ariique, et Ægyptii periti doctrinæ antiquæ, nominant me vero meo nomine Reginam

nam alii, Hecatam isti, Rhamnusiam illi. In D'Orv. *Thammisionem*, Palat. Guelf. sec. *Thramisian*, pr. *Travusiam*. Oud.—2 In Ms. est, *Illi quique*. Colvius. *Illi* scil. ut dixi, pertinet ad superiora. Copula *et* deest D'Orv. Fux. Reg. Guelf. et Palat. Vide Fabri Semestr. l. III. 44. *Oud.*—3 Vid. Not. Var.—4 *Priscam d. pollentem* Pith. *Oud.*—5 *Cærimoniis me prorsus propriis perc.* *Prorsus* jam primum ex eodem Ms. additum. *Colv.* Τὸ *prorsus* recte delent Bert. et Flor. *Elmenh.* *Prorsus* abest ab aliis, at jam primum ex Cod. manusc. addidit Colvius. Forte scriptum, *propriis propitiis*, ut illud alterum sit glossema. Vide notata ad lib. v. si tamen tanti. *Brant.* Credat, qui volet, *propitiis*que capiat pro *propriis*. Innuit Brantius, verba, 'Dei propitia tela,' l. v. p. 103. Verisimilius conjiceres τὸ *prorsus*, quod agnoscit itidem Palat. et Guelf. sec. natum esse ex voce *privis*, ut ejus glossa fuerit *propriis*, pro quo etiam *privis* divinavit legendum Sopingius. Sed vide ad l. VIII. p. 173. 'Quod semiviris illis proprium gestamen est.' Quicquid sit, auctoribus reliquis Mss. expunxi rursus istud *prorsus*. In Fux. *cærimoniisque propriis p.* A Guelf. pr. exulat quoque *me*, isque habet *præcellentes*. Oud.—

NOTÆ

habuit, et simulacrum egregium, Agoracriti, Phidiæ discipuli, manu elaboratum. Credita est Nemesis ultrix scelerum, præmiatrix bonorum, arbitra rerum, Justitiæ filia, ex abdita quadam æternitate, terrena omnia despectans. Pinnas ei tribuerunt Antiqui, item gubernaculum, et rotam, ut summa velocitate eam singulis adesse, cunctaque ejus numine regi significarent. Martianus Nemesin putat eandem esse ac Fortunam.

[i] *Æthiopes*] Orientales intellige. Videtur hic Apuleius ex priscorum sententia loqui, qui, teste Strabone lib. I. Geograph. Æthiopiam vocabant regiones omnes illas Meridionali Oceano adjacentes ab ortu hyberno ad hybernum occasum, quales sunt Mogoli Imperium, Persis, Arabia, et ea, quam Æthiopiam nunc dicimus, cum Mauritaniæ parte: ita ut sinus Arabicus Orientalem Æthiopiam, secundum mentem Veterum, dirimat ab Occidentali. Eodem modo regiones omnes Septemtrionales Scythiæ nomine a Veteribus fuisse appellatas, idem Strabo refert. Ad veterem illam Æthiopiæ acceptionem et divisionem respexisse videtur Apuleius, et Æthiopum nomine intellexisse Indos.

[k] *Ariique*] Arianæ incolæ. Ariana autem secundum Eratosthenem, referente et probante Strabone, lib. Geogr. XV. regio est, quæ, ab Oriente, Indo fluvio terminatur: ab Austro, mari magno: ab Aquilone, Paropamisso, aliisque Caucasi rupibus usque in Caspias portas: ab Occidente iisdem finibus, (vel montibus: scripti enim codices, ut ad marginem annotavit Casaubonus, habent ὄρεσι, cum vulgata editio præ se ferat ὅροις) quibus Parthia a Media, Carmania a Parætacena et Perside distinguitur.

[l] *Priscaque doctrina pollentes Ægyptii*] Herodotus, lib. II. num. 121. et 160. sapientissimos mortalium eos vocat. Vide quæ diximus lib. II. pag.

nomine Reginam Isidem.[6] Adsum tuos miserata casus, adsum favens et propitia. Mitte jam fletus, et lamentationes omitte:[7] depelle mœrorem. Jam tibi providentia mea illucescit[8] dies salutaris. Ergo igitur imperiis istis meis animum intende[9] solicitum. Diem, qui dies ex ista nocte nascetur, æterna mihi nuncupavit[1] religio: quo sedatis hybernis tempestatibus, et lenitis maris procellosis fluctibus,[2] navigabili jam pelago,[m] [242] rudem dedicantes carinam,[n] primitias commeatus[o] libant mei sacerdotes. Id sacrum[3] nec solicita, nec profana mente debebis ope-

Isidem, colentes me ritibus plane propriis. Ecce me affectam miseratione tuarum calamitatum, ecce me tibi benevolam et propitiam. Missas nunc facito lacrymas, et lamenta: abige tristitiam. Mox dies salutaris illucebit tibi mea providentia. Præbe igitur animum attentum his meis mandatis. Perpetuo cultu consecratus est mihi dies, qui orietur post hanc noctem: quo die mei Sacerdotes mihi offerunt primitias navigationis, dedicantes mihi novam navem, cum jam procellæ hyemales pacatæ sunt, et undæ tempestuosæ pelagi sunt compositæ, ipsumque mare jam factum est navigabile. Debebis expectare illud sacrum animo neque anxio, neque irreligioso.

6 *Esidem* Pal. et Guelf. sec. *Id.*—7 *Mitte j. flet. et lament., omitte.* Hæc non habet idem vetus codex. *Colv. Obmitte* Guelf. sec. *Oud.*—8 *Illucescet.* Vulg. *illucescit.* Colvius. Flor. *illucescit.* Elmenhorstius. Præsens tempus, quod futuri beneficii certitudinem magis indicat, retinuerunt quoque Mss. Pith. Bertin. D'Orv. Fux. Oxon. veterumque Edd. scripturam revocarunt jam Elmenh. et Scriver. *Oud.*—9 Ms. *animum impende.* Colvius. Palat. *impende.* Elmenhorstius. Sic etiam Guelf. sec. Acute et nervose dictum foret *impende*, sive toto animo incumbe in meorum imperiorum observationem. Belg. *zyn gemoed besteeden.* 'Preces impensæ' in Apol. fine. Haud tamen temere vulgata, quæ multo usitatior et magis Apuleiana est, et ab optimis Codd. confirmatur, est solicitanda. *Oud.*—1 Pal. D'Orv. Oxon. Guelf. *nuncupabit.* Id. —2 Vox *fluctibus* non est in Bertin. 'procellosa maris' eleganter. *Sciopp. in Symb.* et *Susp.* II. 12. Tò *fluctibus* abest a Bert. *Elmenh.* Sic ejus varietatis mentionem faciendo sat declaravit Elmenh. eam sibi haud placere. Abrupta illa non conveniunt luxurioso et florido Apuleii stylo. *Oud.*—3 Bert. *ad*

NOTÆ

62. ad hæc verba: 'Zachlas adest Ægyptius.'

[m] *Navigabili jam pelago*] Verno tempore, cum jam elapsa est hyems, et sedatæ tempestates. 'Ver' (ait Plinius) 'aperit navigantibus maria, quæ hyberno tempore hyemant, et sævitia tempestatum concluduntur.'

[n] *Rudem dedicantes carinam*] Novam, et mare nondum expertam. Fortassis hæc navis dedicabatur a Corinthiis in Isidis memoriam, quam navigio in Ægyptum vectam esse constat, non autem tranavisse. Hoc sacrum tangit Lactantius lib. I. his verbis: 'Certus dies habetur in festis, in quo Isidis navigium celebratur.'

[o] *Primitias commeatus*] Navigationis. Sic Cæsar: 'Duobus commeatibus exercitum reportare constituit.' Alias 'commeatus' sumitur pro frumento, aliisque cibariis, quæ in castra ad milites comportantur: item et pro abeundi venia, *congé.*

riri.[4] Nam meo monitu sacerdos, in ipso procinctu pompæ,[5] roseam manu dextra sistro[6] cohærentem gestabit coronam.[7] Incontanter ergo, dimotis turbulis, alacer continuare pompam meam, volentia fretus:[8] et de proximo clementer,[9] velut manum sacerdotis deosculabundus,[1] rosis decerptis,[2] pessimæ mihique detestabilis jam dudum[3] belluæ istius corio te protinus exue.[4] Nec quicquam rerum earum[5] reformides,[6] ut arduum. Nam hoc eodem momento, quo tibi venio,[7] simul et tibi præsens,[8] quæ sunt consequentia,[9] sacerdoti meo per quietem facienda præci-

Sacerdos enim admonitus a me, feret coronam roseam in manu dextra adhærentem sistro in ipso apparatu pompæ. Sequere igitur sine mora pompam dispulsis turbis, confisus mea benevolentia; et cum ad Sacerdotem accesseris, decerpe rosas leniter, quasi volens osculari manum ejus, ac protinus exue pellem pessimæ istius belluæ, et mihi jam pridem odiosæ. Neque pertimescas quicquam mearum rerum tanquam difficile. Nam hoc ipso puncto temporis, quo ad te venio, simul etiam illic præsens, impero meo sacerdoti per somnum ea, quæ debet facere posthac. Densæ turbæ

-----

sacrum. Hic autem deficit Guelferb. prim. *Id.*—4 *Opperiri.* Flor. *operiri.* Elmenhorstius. B. *operam.* M. *operari.* Puteanus. Unico *p* in Mss. habetur, non significans expectare, ut interpretatur Floridus, sed attente conspicari. Adi me ad l. I. p. 14. *Oud.*—5 Bert. *protractu*, id est, dum protrahitur, dum procedit pompa. *Sciopp. in Symb.* et *Susp.* II. 12. *Elmenh.* Probarunt id Scriverius et Pricæus, qui insuper malebat legi *illo.* Nil ego mutem, et eum Beroaldo ac Schegkio ad Vellei. l. II. c. 5. ipsum pompæ apparatum intelligam. *Oud.*—6 Edd. Junt. post. Scriv. *dextera*, Pith. Ms. *dextrum.* Pro *sistro* inepte *sinistra* Par. Ed. Bas. pr. *Id.*—7 Pith. Pal. Guelf. sec. *gestabat.* Salm. hinc legit *gestat.* Id.—8 Rectius legas, *continuare pompam, mea volentia fretus.* Colvius. Scribe, *pompam, mea volentia fretus.* Wowerius. *Pompam, mea v. f.* Sic Modius hunc locum recte distinguit. Msti et Editi legunt *continuare pompam meam v. f.* Elmenhorstius. In Mss. O. est *meam* vel *meā.* Nihilominus *volentia*, pro quo pessime *violentia* exaratur in 6 Mss. de more (Vide Salm. ad Solin. c. 36. 'ad promtam residendi volentiam') requirit illud possessivum. Forte scripserat Auctor, *c. p. meam: mea vol. fr.* In Oxon. *fletus.* Oud.—9 Palat. Oxon. Guelf. sec. *et proxima.* Vide l. IX. p. 206. *elementis* Fux. *Id.*—1 *Manum s. osculabundus.* Palat. *osculabundis.* Sed adi ad l. IV. p. 74. In Pith. D'Orvill. exaratur *deoscul.* Quod verum existimo, et mere Apuleianum. Consule notata ad l. IV. p. 71. 'Gladium deosculatum.' *Id.*—2 Bert. *rosis vel dec.* Id.—3 Fux. *jam det. dudum.* Id.—4 Vulg. *exuo.* Ut vetus noster, sic etiam legendum conjecerat Beroaldus. *Colv.* Imperativum habent cum Ed. Junt. post. et Edd. post Colvium vere Mss. O. nisi quod in Oxon. pro var. lect. sit *exuet.* Oud.—5 *Rerum mearum.* Quid hic faciat τὸ *mearum*, non video. Scriverius optime, ut reor, edidit *rerum earum*, quas jubebat fieri. *M* adhæsit e præc. voce. *Id.*—6 Abest præpositio a D'Orv. Cod. Utroque 'formidare' et 'reformidare' usus est Auctor. *Id.*—7 Ed. Bas. pr. *q. ubi v.* Id.—8 Scribo, *simul et ibi, præsens quæ sunt conseq.* &c. Ms. *sequentia.* Colvius. *Tibi* mordicus retinent Mss. et Edd. si excipias Vulc. Wower. Pric. Flor. quas tamen non secutus sum. Τὸ *ibi* enim otiosum et languidum foret. *Oud.*—9 Τὸ *sunt* non est in Flor. Colv. *sequentia.* Elmenhorstius. Scaberrima hæc sunt, nec sana, ut opinor. In D'Orv. est *quæ subse-*

pio. Meo jussu tibi constricti comitatus decedent populi.[1] Nec inter hilares cærimonias et festiva spectacula,[2] quisquam deformem istam, quam geris,[3] faciem perhorrescet: vel figuram tuam repente mutatam,[4] sequius interpretatus[p] aliquis,[5] maligne criminabitur. Plane memineris, et penita mente conditum[6] semper tenebis, mihi reliqua vitæ tuæ curricula[7] adusque terminos ultimi spiritus vadata. Nec injurium,[8] cujus beneficio[9] redieris ad homines, ei totum debere, quod vives. Vives autem beatus,[1] vives in mea tutela gloriosus: et cum spatium sæculi tui permensus ad Inferos demearis, ibi quoque in ipso subterraneo semirotundo,[q] me, quam vides Acherontis tenebris interlucentem,

populi dabunt tibi spatium ad transeundum, meo jussu. Et per læta illa sacra, et festiva spectacula, nemo odio habebit turpem istam formam, quam geris: neque quisquam te maligne accusabit, explicans in deteriorem partem subitam mutationem tuæ formæ. Memento tantum, et habe semper repositum in intimis præcordiis, reliquum vitæ tuæ cursum mihi esse obstrictum ad extremum usque spiritum. Neque iniquum est te debere totam tuam vitam ei Deæ, cujus ope reversus fueris inter homines. Porro vives felix, vives gloriosus sub mea protectione: et cum, peracto ævi tui tempore, descenderis ad Inferos; ibi etiam in ipso hemisphærio subterraneo, tu ipse, habitans in campis Elysiis, me, quam nunc cernis, sæpe veneraberis fulgentem

quentia, in Fux. Pal. Oxon. Guelf. *quæ sunt sequentia*. Oud. Vid. Not. Var. —1 Fulvius conjicit: *t. constipati comiter decedent populi.* In Bertin. pro *comitatus* est *commeatus*. Scioppius in Symb. et Susp. II. 12. *Elmenh.* Malim, *constricte commeatus d. populus*, i. e. dense congregatus. Sic Sisenna apud Nonium, 'populus conventus.' Sic 'limite transmeato,' l. VI. p. 98. Ed. Colv. *Soping.* Est etiam qui legat, *constricti commeatu.* In Pith. est *commeatus descendent.* Omnia incassum. Comitatus constricti populi sunt turbæ et conjuncta frequentia populi condensi et constipati; ut bene explicat Sciopp. in Suspectis, cum Beroaldo et Pricæo. P. 244. 'Qua sacer incedebat comitatus:' ubi *sacri incedebant* in nonnullis. Passim Cæsar in plurali dixit ita *comitatus*. Vide ad Hirt. B. G. l. VIII. 30. quo loco nunc tamen *commeatus* præfero. Creberrime enim hæ voces confunduntur. Vide ibid. et supra ad l. VIII. 165. In Pith. quoque *descendent*. Oud.—2 Flor. *festina sp.* Elmenh.—3 Pal. *gerio*. Oud.—4 Id. *mutuatam*. Id.—5 Bert. Pith. *aliquid*. Id.—6 *Conditum*. Idem, al. *cognitum*. Colvius. D'Orv. *penica*. Item Fux. et D'Orv. *cognitum*. Oud.—7 Bert. *reliquæ v.* Elmenhorstius. Id placuit viro docto in Misc. Obs. Vol. II. p. 399. Sed perperam; ut vidimus ad p. 241. 'Arabiæ felicia germina.' Sic æque mox pro *terminos ultimi spiritus*, possis scribere *ultimos*. Abest *mihi* a Pith. *Oud.*—8 Bert. *mirum*. Id.—9 Exulat τὸ *cujus* ab Oxon. Pal. Guelf. *Id.*—1 Idem Ms. *beate*. Colvius. Edd.

NOTÆ

p *Sequius interpretatus*] Quasi tu sis magus, magicisque artibus te in asinum mutaveris ad aliqua flagitia perpetranda.

q *In ipso subterraneo semirotundo*] In hemisphærio inferiori, in quo habitant Antipodes, quodque Inferis assignabatur ab Antiquis.

Stygiisque penetralibus regnantem, campos Elysios[r] incolens ipse, tibi propitiam[2] frequens adorabis. Quod si sedulis obsequiis[3] et religiosis ministeriis, et tenacibus[4] castimoniis numen nostrum promerueris,[5] scies ultra statuta Fato [243] tuo spatia,[s] vitam quoque tibi prorogare mihi tantum licere.[6] Sic oraculi venerabilis fine prolato,[7] numen invictum[8] in se recessit.[t] Nec mora, cum somno protinus absolutus,[9] pavore et gaudio, ac dein sudore nimio[1] permixtus[2] exsurgo: summeque[3] miratus Deæ potentis[4] tam claram præsentiam,[5] marino rore respersus, magnisque im-

inter tenebras Averni, et regnantem in secretioribus usque Inferni locis, ac tibi faventem. Quod si tibi devinxeris meam gratiam tuis accuratis obsequiis et ministeriis religiosis, et castitate inviolabili ; noveris me solam posse quoque tibi extendere vitam ultra tempus decretum tuis fatis. Sic finito venerando oraculo, potentissima Dea recondidit se in seipsam. Statimque ego expergefactus surgo correptus timore, et lætitia, ac deinde multo sudore : et maxime admirans tam manifestam præsentiam Deæ potentis, abluo me aqua maris, et attendens ad magna ejus jussa,

Vic. Ven. *vivere.* Oud.—2 Bert. *ipsi t.* Elmenhorstius. Ed. Vic. *prospiciam,* de qua voce vide ad l. VI. p. 122. 'Turris illa propitia.' *Oud.*—3 Oxon. *sedulus,* Guelf. *desulis.* Id.—4 Edd. Junt. Ald. carent τῷ *et.* Id.—5 D'Orv. *promeruis.* Id.—6 Bert. *mihi enim vero l.* Elmenhorstius. 'Tantum' valet mihi solummodo, et non alii, ut siderum reginæ. Adi Pricæum. Notabilis tamen hic est Bert. Cod. lectio *enimvero ;* ut capiamus pro *omnino.* Confer Misc. Obs. V. II. p. 400. Sic Flor. N. 20. 'Enimvero universas.' De Mundo p. 742. Ed. Flor. 'Enimvero ad suum locum quæque properabunt.' *Oud.*—7 Bert. *f. perlito.* Elmenhorstius. Immo *perlato,* ut Pith. Utrumque bene. De iis aliquoties supra. *Oud.*—8 Al. *invisum.*—9 Fux. *absolus.* Id.—1 Idem, *dein,* id est, *deinde.* Colvius. Pal. quoque *deinde.* Par. *s. mutuo.* Oud.—2 Edd. Vic. Ber. Bas. pr. *promixtus.* Sed vide lib. IX. p. 191. *Id.*—3 Edd. Vett. *summæque.* Id.—4 Bert. *præsentis.* Id.—5 *Tam præclaram præsentiam.* Flor. Rom. et Ald. *tam claram pr.* Elmenhorstius. In Pith. etiam aliisque Mss. cunctisque ante Colvium Edd. cum Elm. Scriv. Pric. modo exhibetur, *tam claram.* Sed D'Orv. Fux. Lips. Pal. Bert. Reg. *præ* agnoscunt; quam et ego expungi malim. Vide ad lib. X. p. 225. 'præclara micantes luce.' *Oud.*

NOTÆ

[r] *Campos Elysios*] 'Ηλύσιον πεδίον Græcis, ἀπὸ τῆς λύσεως, a solutione curarum.

[s] *Ultra statuta Fato tuo spatia, &c.*] Infra in Oratione ad eandem Isidem : 'Et depulsis vitæ procellis, salutarem porrigas dexteram, qua Fatorum etiam inexplicabiliter contorta retractas licia, &c.'

[t] *Numen invictum in se recessit*] Cum enim hæc Dea sit 'rerum natura parens,' ut supra dixit, nusquam poterat recedere nisi in seipsam. Ovidius, lib. Metamorphos. II. de Tellure. 'Suumque Retulit os in se.'

periis intentus, monitionis[6] ordinem recolebam. Nec mora, cum noctis atræ fugato nubilo, Sol exsurgit aureus: et ecce[7] discursu religioso, ac prorsus triumphali, turbulæ complent totas plateas. Tantaque hilaritudine præter peculiarem meam[8] gestire mihi cuncta videbantur, ut pecua etiam cujuscemodi,[9] et totas domos, et ipsum diem serena facie gaudere sentirem. Nam et pruinam pridianam[1] dies apricus ac placidus[2] repente fuerat insecutus: ut canoræ etiam aviculæ,[u] prolectante[3] verno vapore, concentus suaves assonarent, matrem siderum, parentem temporum,[w] orbisque[4] totius dominam blando mulcentes[5] affamine.

revolvebam animo seriem mandatorum ejus. Et paulo post Sol aureus exoritur, discussa caligine noctis obscuræ, continuoque turbæ populi implent omnes vias incessu religioso, ac penitus triumphali. Et omnia mihi videbantur exultare tanta lætitia præter eam, quam ego apud me peculiariter sentiebam, ut existimarem pecora etiam omnis generis, et omnes domos, ipsumque diem lætari vultu sereno. Dies enim clarus et tranquillus exceperat subito gelu diei præcedentis: ita ut aves etiam vocales ederent dulces concentus, tepore veris eas invitante: suavibus suis cantibus abblandientes matri stellarum, parenti sæculorum, et dominæ universi mundi. Quid? quod ipsæ etiam

—6 *Monitionis ejus.* *Ejus* non est in eodem Vet. lib. *Colv.* Τὸ *ejus* non est in Flor. *Elmenh.* Apage istam ingratam τοῦ *ejus* repetitionem. Induxit jam Ed. Junt. post. nec comparet in Mss. Pal. Oxon. Petrarchæ. Uncis inclusit Scriverius. Delevi ego. *Oud.*—7 Abest *et* a Flor. et Fux. male. Vide Indicem. *Id.*—8 Scil. hilaritudinem. Vitiose erat in Edd. Wow. Pric. *eam*, ut monuit de sua Pricæus. *Id.*—9 Vulg. *hujuscemodi.* Jam notavimus supra ad lib. IX. *Colv.* *Ut* non legas in D'Orv. qui male dat *hujuscemodi* cum Pith. et Edd. Vett. *ejusmodi* Oxon. Intelligit enim omnis generis pecua. Vide ad lib. VIII. p. 164. *Oud.*—1 *Pridianam* non est in Edd. Junt. pr. Ald. *Id.*—2 Coll. Lips. *apertus.* Oxon. *placitus.* Id.—3 Fux. *prolectate v. v.* Lego, *prolectatæ.* Roaldus.—4 Coll. Lips. *orbisque par. temp.* Oud.—5 Pith. *mulcens.*

NOTÆ

[u] *Ut canoræ etiam aviculæ, &c. matrem siderum, &c. blando mulcentes affamine*] Lucret. lib. I. de rerum Natura. ad Venerem, quæ hic Isis est: 'Te, Dea, te fugiunt venti, te nubila cœli, Adventumque tuum: tibi suaves Dædala tellus Summittit flores: tibi rident æquora ponti, Placatumque nitet, diffuso lumine, cœlum. Nam simul ac species patefacta est verna diei, Et reserata viget genitabilis aura Favonî: Aëriæ primum volucres te, Diva, tuumque Significant initum perculsæ corda tua vi,' &c.

[w] *Parentem temporum*] At supra se vocat ipsa Isis 'sæculorum progeniem initialem,' quod sane primogenitam filiam temporum, non autem matrem videtur significare: nisi 'progeniem,' quæ vox vulgo passive sumitur pro eo quod gignitur, active eo loco sumamus pro eo quod gignit.

Quid? quod arbores[6] etiam, quæ[7] pomifera sobole fecundæ, quæque earum tantum umbra contentæ,[8] et steriles, austrinis laxatæ flatibus,[9] germine foliorum renidentes,[1] clementi motu brachiorum dulces strepitus obsibilabant. Magnoque procellarum sedâto fragore,[2] ac turbido fluctuum tumore posito, mare quietas alluvies[3] temperabat: cœlum autem, nubilosa caligine disjecta, nudo sudoque[4] luminis proprii splendore candebat. Ecce pompæ magnæ paulatim procedunt anteludia,[5] votivis cujusque studiis[6] exornata pulcherrime. Hic incinctus balteo militem gerebat; illum succinctum chlamyde copides[x] et venabula[7] vena-

arbores, tum quæ ferunt poma, tum quæ ex illis steriles sunt, et tantum umbram fundunt, resolutæ flatibus Noti, lætæ germine frondium, obstrepunt jucundis sibilis leni agitatione ramorum: et mare, jam pacato ingenti murmure tempestatum, et depressa turbulenta tumiditate undarum, leniter alluebat littus: cœlum vero nitebat claro et sereno fulgore suæ lucis, fugata obscuritate nubium. Tunc præludia magnæ pompæ sensim progrediuntur, ornata decentissime secundum vota et studia uniuscujusque. Hic cinctus balteo repræsentabat militem; ille indutus chlamyde, et

Id.—6 Al. *aures, arbores.*—7 Coll. Lips. *et* Palat. caret τῷ *quæ*. Oud.—8 *Tantum umbra contentæ steriles.* Ms. *quæque ear. tant. umbr. contecta est, heriles austr. laxare flat.* Colvius. Pal. *tantam.* Ed. Aldi, *et umbra.* Guelf. *umbra contecta est st.* D'Orv. *umb. cont. tantum steriles*, sine copula ante *steriles*, quæ deerat omnibus ante Colvium Edd. *Contenta est heriles* in Oxon. Fux. *contectæ steriles* in Pith. *Oud.*—9 Ed. Vicent. *austerinis.* Fux. *lassatæ*, Oxon. *laxata.* Oud.—1 *Germine fol. renitentes.* Sic Pal. Alii, *germ. fol. revidentes.* Elmenhorstius. Pal. *filiorum.* dein *renitentes* itidem in Guelf. D'Orv. Edd. Elmenh. et Scriv. pravo judicio. Adi me ad lib. IV. p. 63. 'rosarum niveus color renidebat.' *Oud.*—2 Pal. Guelf. *flagore.* Id.—3 Idem, *adlubias.* Colvius. Probabat Lipsius, ut pallacias. Pal. Guelf. *allubies.* Oud.—4 Idem, *suo deque.* Colvius. Pith. *desita.* *Nudo* deest Oxon. *Oud.*—5 Bert. *præcedunt.* Elmenhorstius. Item Edd. Vic. Ber. Colin. Bas. prave. *Antelucida* inepte Pith. *Oud.*—6 *Vocibus cujusque studiis.* Non sana hæc lectio. Forte reponendum, *ōibus cujusque stud.*, id est, *omnibus*: unde natus error videri possit. *Colv.* F. *votitis*, vel etiam *votivis.* Brantius. Prima vox male exulat ab Edd. Wow. et Pricæi. In Mss. omnibus est *vocibus.* Hinc Schikeradus conjecit, *vocibus cujusque studii.* Verum *voces* hic minime conveniunt. Anteludia hæc erant adornata vario apparatu secundum studia cujusque, adeoque et *vota.* Hinc verissime ex Brantii, ut et Vulcanii, divinatione Scriverius et Floridus edidere *votivis.* Scriptum erat *votihis*, hinc degeneravit in *vocibus.* Auctoris mentem unice illustrant sequentia. Utramque vocem junxit Tib. lib. I. 3. 29. 'votivas persolvat Delia voces.' ubi male contra Mss. reposuere *noctes.* Voces votivæ sunt vota, ut 'voces precantes' apud Poëtas sunt preces. *Oud.* Gruterus Suspic. Ined. XV. cap. 4. pro *vocibus*, vel, ut nunc legitur, *votivis*, conjicit *vestibus cujusque studii*, ut sensus sit, vestibus

NOTÆ

[x] *Copides*] Gladii venatorii. Q. Curtius lib. VIII. 'Copides vocant gladios leniter curvatos, falcibus similes, quibus appetebant belluarum

torem fecerant: [244] alius soccis obauratis,[y] indutus serica veste,[8] mundoque [9] pretioso, et attextis [1] capite crinibus, incessu perfluo [2] fœminam [3] mentiebatur. Porro alium ocreis, scuto,[4] galea, ferroque insignem, e ludo putares gladiatorio procedere.[5] Nec ille deerat,[6] qui magistratum fascibus [7] purpuraque luderet: nec qui pallio, baculoque,[8]

gestans copides, et spicula, ornatus erat in morem venatoris: alius calceatus soccis deauratis, amictus veste serica, et pretioso ornatu muliebri, et affixis capillis capiti, simulabat mulierem gressu molli: alius autem spectabilis erat ocreis, clypeo, casside et gladio, et eum diceres exire e schola gladiatoria. Erat quoque qui magistratum referret fascibus virgarum et veste purpurata; et qui repræsentaret philosophum pal-

quemque indutum fuisse, quæ conveniebant iis personis, quas repræsentabant, quod sequitur apud Apul. *Idem in Addend.*—7 Quidam, *crepidæ et venabula.* Ms. Ven. Rom. *crepides.* Rectissima est, quam expressimus, scripti codicis Beroaldini lectio. Copidas venatori attribuit etiam Oppianus lib. I. *Colv.* Flor. Pal. et Rom. *crepides.* Alii, *crepida*, male. Vide Indicem. *Elmenh.* Mss. O. et Edd. pp. *crepides*, Edd. Junt. Ald. Colin. Bas. *crepidæ.* Sed hæ minime venatoriæ. Quare cum Beroaldo, Lips. Colv. ceterisque *copides* seu cultros incurvos servo, distinctos a venabulis. Confer omnino Commentarios Ulitii aliorumque ad Gratii Cyneg. vs. 338. 'tegat imas fascia suras, Sit famulis vitulina tuis aut tergore fulvo Mantica, curta chlamys, canaque e Mele galeri: Ima Toletano præcingant ilia cultro: Terribilemque manu vibrata falarica dextra Det sonitum,' &c. *Oud.*—8 Flor. *inductus serica v.* Elmenhorstius. In Pith. *abaur.* In Oxon. quoque *inductus.* Recte, si jungas, 'soccis obaur. inductus, ser. v.' Respice dicta ad l. II. p. 39. 'palmeis baxeis inductum.' Pal. *vesta.* Oud.—9 Pal. Guelf. *nudoque.* Id.—1 Palat. *a dextris*, Guelf. *addexteris.* Vide Pric. *Id.*—2 Ambigo, an præferenda quorundam librorum scriptura, *incessu superfluo fœminam ment.* Wowerius. *Superfluo* in nullis est libris, sed conjectura J. Isacii Pontani l. III. Anal. c. 10. quam unice infirmat nota Des. Heraldi ad Arnob. l. VI. p. 197. 'Liquoris fœminei dissolutissimus laxitate:' cui addas Pricæum, ac Beroaldum. In D'Orv. *profluo.* Oud.—3 Pal. Guelf. *fœminata.* Id.—4 D'Orv. *scato.* Id.—5 Fux. *e dolo p. g. præcedere.* Vulgata antestat. Ceterum in hoc ludi verbo corrigendi loci in Glossis Philoxeni col. 25. Auctoratus, *αὐθαίρετος εἰς λοῦδον ἑαυτὸν βάλλων, καὶ μονόμαχος.* et col. 542. *μισθὸς εἰς λοῦδον*, auctoramentum. Col. enim 129. lanista interpretatur *λουδότροφος.* Vulgo, his locis legitur, *εἰς δοῦλον*, perperam. *Roald.* *Me ludo* Guelf. *Oud.*—6 Ed. Junt. post. *n. iste d.* Id.—7 Flor. *facibus*, male. *Elmenh.* Sic et Guelf. *Oud.*—8 Palat. *perallia bac.* An *pera, pallio, b.* Cur enim *peram* hic omittit, maximum philosophorum, certe Cynicorum insigne? quod iis tribuit sæpius in Apolog. et Flor. N. 14. 'Peramque cum baculo et pallium humi

NOTÆ

manus,' id est, elephantorum proboscides. Suidæ *κοπὶς* machæra est. Pollux vero *κοπίδα* accenset culinario instrumento. Noster hic ornatus varios recenset, quibus personati histriones ludicra pompæ præludia obibant.

[y] *Soccis obauratis*] Soccos hic accipe pro fœminarum calceamentis. Alias sunt calcei Comœdorum.

et baxeis,[9] et hircino [1] barbitio [z] philosophum fingeret: nec qui, diversis harundinibus, alter aucupem cum visco, alter piscatorem cum hamo indueret.[2] Vidi et ursam [3] mansuem,[a] quæ cultu matronali, sel la vehebatur;[4] et simiam pileo textili, crocotisque Phrygiis,[5] [b] catamiti pastoris specie,[c] aureum [6] gestantem poculum: et asinum pinnis agglutinatis [7] adambulantem cuidam seni debili: ut illum [8] quidem Bellerophontem,[9] hunc autem diceres [1] Pegasum; tamen

lio, baculo, et crepidis, ac barba caprina. Erant quoque qui cum dissimilibus arundinibus repræsenturent, hic aucupem cum visco, ille piscatorem cum hamo. Vidi etiam ursam cicurem, quæ gestabatur in sella, ornatu matronæ: et simiam indutam pileo textili, et veste Phrygia crocei coloris, ferentem calicem aureum sub forma Ganymedis pastoris: et asinum, cui alæ erant affixæ, incedentem juxta quendam senem infirmum: ita ut diceres hunc quidem esse Bellerophontem, illum vero Pega-

posuisset.' Vide et Auson. Ep. 53. ac passim alios. *Id.*—9 Inepte quidam sui libri margini allevit *buxeis*, sive poculis e buxo. Fux. *baxiis.* Id.—1 Pal. Guelf. *hircine.* Id.—2 *Induceret.* Legi aliquando, *indueret.* Colvius. *Indueret.* Flor. *induceret.* Elmenhorstius. Mss. O. cum Edd. O. si excipias Vulc. sec., mordicus retinent *induceret;* scilicet in pompam, et hancce scenam. Multo tamen elegantior est Colvii conjectura, merito per Pricæum probata. L. III. p. 58. 'cum avem induero.' Vide me ad l. II. p. 41. 'Materiam indueret.' Idem ait, quod Ovid. l. VIII. Met. vs. 854. 'Induit et cultus piscem capientibus aptos.' *Oud.*—3 Abest *et* Ed. Junt. pr. *Id.*—4 Τὸ *quæ* non agnoscit Bertinus. *Elmenh.* Relativum pronomen non comparet quoque in Mss. Pith. D'Orvill. nec Edd. Vicent. Beroald. Juntinis, Aldi, aliisque. Verissime, quasi per parenthesin. Atque ita sæpe cum optimis loquitur Auctor; sed hic illic a novatoribus intrusum pronomen docui jam ad l. I. p. 18. 'Demonstro seniculum. In angulo sedebat.' In D'Orv. exaratum est, *celsa veh.* Guelf. *vexabatur.* Oud. Male alii, *cultu matrimoniali.* Vide Brissonium Selectar. Antiquit. lib. I. cap. 4. *Colv.*—5 *Croceisque Phryg.* Ald. *Roald.* Sic recte *crocotisque* scribi etiam censet Beroald. Non repeto, quæ supra scripsi. *Colv.* Alii, *crocotiisque.* Vide indicem. *Elmenh. Simeam* Fux. *piloo* D'Orv. *ociisque* Fux. *crocotiisque* Pal. Guelf. Edd. pp. Ber. Bas. *croceisque* Junt. Ald. Colin. e glossa. Vide ad l. VIII. p. 172. 'mitellis et crocotis et carbasinis et bombycinis injecti.' De Catamito seu Ganymede adi Comment. ad Catal. p. 547. Ed. B. *Oud.*—6 Fux. *aurum.* Id.—7 Fux. *agglutinatum.* Id.—8 *Ut illumq.* D'Orv. *et illumq.* Pith. *illi.* Id.—9 D'Orv. Guelf. *Belloroph.* Id.—1 Pith. *dicens.*

NOTÆ

[z] *Pallio, baculoque, et baxeis, et hircino barbitio*] Ornatus Philosophorum describitur, maximeque Cynicorum, quibus pallium, pera, et sacculus erat omnis supellex.

[a] *Mansuem*] Antique pro 'mansuetam.' Festus ex Catone, et ex Varrone Nonius.

[b] *Crocotisque Phrygiis*] Crocotæ, et per diminutionem crocotulæ, sunt vestes crocei coloris, quarum infectores dicuntur infectores crocotarii Plauto in Aulularia.

[c] *Catamiti pastoris specie*] Vide lib. I. Notas, pag. 76.

rideres[2] utrumque. Inter has oblectationes[3] ludicras popularium,[4] quæ passim vagabantur, jam sospitatricis Deæ peculiaris pompa moliebatur.[5] Mulieres candido splendentes amicimine, vario lætantes[6] gestamine, verno florentes coronamine, quæ de gremio per viam, qua sacer incedebat comitatus,[7] solum sternebant flosculis: aliæque[8] nitentibus speculis pone tergum reversis, venienti Deæ obvium commonstrarent obsequium:[9] [d] et quæ pectines eburneos[1] ferentes, gestu brachiorum,[e] flexuque digitorum, ornatum atque oppexum crinium regalium fingerent: illæ etiam, quæ ceteris unguentis et geniali balsamo guttatim excusso, conspergebant[2] plateas. Magnus præterea[3] sexus utriusque numerus,[4] lucernis, tædis, cereis, et alio ge-

sum; et tamen ambos derideres. Inter hujusmodi ridicula oblectamenta plebis, quæ huc illuc discurrebant, jam pompa singularis Deæ conservatricis progrediebatur. Mulieres nitentes amictu albo, exultantes variis gestibus, ornatæ coronis intextis floribus vernis, quæ spargebant humum floribus eductis e suo gremio, per iter, quo sacra turba incedebat: aliæ erant, quæ, positis post tergum suum speculis, ostendebant Deæ turbam illam obsequiosam, quasi veniret ipsi obviam: erant etiam quæ gestantes pectines eburneos, imitabantur ornatum, et pectinationem comarum regiarum motu brachiorum, et inflexione digitorum: aliæ quoque erant, quæ conspergebant vias balsamo suavi, quod excutiebant stillatim, et aliis unguentis. Præterea ingens erat multitudo virorum, ac mulierum, qui supplicabant Deæ filiæ astro-

Id.—2 D'Orv. *cum r.* Pith. Pal. *t. ridens.* Id.—3 Edd. Ber. Bas. pr. *obligationes.* Id.—4 Guelf. *populorum.* Id.—5 Vid. Not. Var.—6 Palat. Guelf. *latantes.* Oud.—7 Palat. *quam:* ut et hic 'incedere viam' dicatur. *Sacer* deest Fux. *sacri incedebant* bene exaratum est in Coll. Voss. Lips. v. p. 242. 'Constricti comitatus decedent populi.' *Id.*—8 Ed. Flor. *aliæ quæ:* ut conjecit Sal. in marg. *Id.* —9 Flor. *obium o.* male. *Elmenh.* Sic passim ea vox scribitur in Mss. Suetonii Memmiano et Mediceis, et aliis auctoribus. *Oud.*—1 *Oburnos* Guelf. *Id.*—2 In Pith. et D'Orv. *conspargebant.* De hoc etiam supra dictum. *Id.*— 3 Oxon. *prætamen.* Id.—4 Pith. *meis.* Id.—5 *Et alio genere ficti lumini.* Fux.

NOTÆ

[d] *Aliæque* [*Aliæ, quæ*] *nitentibus speculis, &c. venienti Deæ obvium commonstrarent obsequium*] Hoc sic fiebat. Mulieres specula pone tergum gestantes priores incedebant, in quibus speculis tota subsequentium pompa cernebatur, vultibus ad Deam conversis: ita ut qui ante eam revera incedebant, obviam ipsi venire in illis speculis viderentur.

[e] *Gestu brachiorum, &c.*] Seneca lib. contra superstitiones: 'Sunt quæ Junoni ac Minervæ capillos disponant: longe a templo, non tantum a simulachro stantes, digitos movent ornantium modo: sunt quæ speculum teneant,' &c.

nere factum, lumine [5] siderum cœlestium stirpem [f] propitiantes. Symphoniæ [6] dehinc suaves, fistulæ [245] tibiæque [7] modulis dulcissimis personabant.[8] Eas amœnus lectissimæ juventutis [9] veste nivea et cataclista [1 g] prænitens sequebatur chorus, carmen venustum [2] iterantes : quod Camœnarum favore solers poëta modulatus, edixerat : [3] quod argumentum referebat interim majorum antecantamenta votorum.[4 h] Ibant et dicati magno Serapi [i] tibicines : [5] qui

rum cœlestium, lucernis, tædis, cereis, et alio genere lucis artificialis. Deinde dulces concentus resonabant suavissimis modulationibus fistularum, et tibiarum. Pulcher chorus exquisitissimorum juvenum splendentium veste alba, et undique clausa, eas sequebatur, canens sæpius lepidum carmen, quod poëta ingeniosus musarum ope composuerat, quod explicabat argumentum pompæ. Inter cantica prævia majorum votorum ibant etiam tibicines consecrati magno Serapi, qui canebant modulationem con-

et alio genere facium, lumine. quod probo. *Roaldus. Facium, lumine.* Vulg. *ficti luminis.* Colvius. Bert. Rom. et Venet. *a. g. ficti luminis.* Elmenhorstius.—6 *Symphonæ.* Fux. *symphoniæ.* et Aldus. *Roaldus.* Solæ Edd. Ber. Bas. *symphonæ.* Oudend.—7 Negligentia operarum vox *tibiæ* excidit Edd. Elmenhorst. Scriv. Flor. quam O. Mss. ceteræque Edd. præbent. *Id.*—8 Ms. *personabata.* Colvius. Rescribendum, nisi animi fallor, *personitabant.* Brantius. Guelf. *personabantque.* Oxon. D'Orv. *personabatque,* sine seq. *eas.* Fux. *Is parabat.* An *atque* excidit? *Oud.*—9 Flor. Bert. Pal. *lætissimæ j.* Elmenhorstius. Nec aliter Pith. Fux. D'Orv. Guelf. perpetua fere variatione. *Juvenis* Pal. Guelf. D'Orv. Oxon. Lips. *Oud.*—1 Forte, *cataclita.* Tertullianus de Pallio : 'Quanquam et pavo pluma vestis et quidem de cataclitis.' Nec dum tamen definire nobis est, quid vestis cataclita. *Colv.* Vide Indicem. *Elmenh.* Oxon. *catacrista,* Fux. D'Orv. Guelf. *cathaclista.* Oud.—2 F. *vetustum.* Wass. Verum vulgatum esse sanum, clamant seqq. *Oud.*—3 Vid. N. Var.—4 *Majorum antecantamina* v. Vulg. *antecantamenta.* Colvius.

NOTÆ

[f] *Alio genere facium, lumine* [*ficti luminis*] *siderum cœlestium stirpem, &c.*] Per fictum lumen intellige artificiale, quale est cereorum, tædarum, &c. quod diversum facit a naturali, id est, Solis et siderum. Porro quemadmodum lib. IV. dicit de Psyche, quam, ut novam Venerem colebant homines : 'vel certe rursum novo cœlestium stellarum germine, non maria, sed terras Venerem aliam virginali flore præditam pullulasse.' Quia fabulantur Venerem ex Cœli genitalibus præcisis, et in mare projectis, natam fuisse : ita hic Isidem (quæ eadem Venus est) siderum cœlestium stirpem appellat.

[g] *Et cataclista*] Beroaldus exponit cataclistam 'vestem undique clausam' κατακλειστὸν, a Græco verbo κατακλείω, quod est claudo. Vel, ex mente aliorum, 'vestem mutilam, et sine manicis,' quæ et *colobium* dicitur. Colvius *cataclita* fortasse legendum ait, firmatque conjecturam suam hoc Tertulliani loco, in de Pallio : 'Quanquam et pavo pluma vestis, et quidem de cataclitis.' Nec tamen definit quid sit *cataclita,* sicut nec qui post Colvium scripsit Elmenhorstius. Malim primæ expositioni stare.

[h] *Interim majorum antecantamenta* [*antecantamina*] *votorum. Ibant et,*

per obliquum calamum[k] ad aurem porrectum dextram,[6]

suctam Dei illius et us templi, tibia obliqua extensa ad aurem dextram. Erant ac-

Antecantamenta. Alii, *antecantamina.* Elmenhorstius. Solus Ms. Lips. et Edd. Colv. Vulc. Wow. Pric. dant *antecantamina.* Quare alterum restitui. In Ms. D'Orv. *malorum antecunctamenta.* Guelf. quoque *malorum.* Pith. *cantamenta ante.* Oud.—5 Ms. *edicati.* Num *dedicati.* Sed parum refert, utro modo legas. Lucianus de Dea Syria: Ἔστι δὲ καὶ ἄλλο πλῆθος ἀνθρώπων ἱρῶν, αὐλητέων τε καὶ συριστέων, καὶ Γάλλων, &c. *Colv.* D'Orv. Pal. Guelf. *edicati.* Nil muta. *Et* valet *etiam*, ut passim. Dein Guelf. *sarapti*, Oxon. *sarapidi*, D'Orv. *satrapi.* Græci semper Σάραπις, sed Latine æque Serapis ac Sarapis: ut docent innumeræ inscriptiones. *Sarapis* etiam Mss. aliquot p. 261. Hi tibicines dicti quoque sunt Σαραπίωνες. Vide Ezech. Spanhem. de Præst. Numism. t. II. p. 63. D'Orv. *tibucines.* Oud.—6 Oxon. *porrectam.*

NOTÆ

&c.] Alia exemplaria habent *antecatamenta*, sed idem est. Locus hic corruptus est proculdubio. Recte mihi videtur eum emendavisse Stewechius: cum ipso igitur repono *Inter majorum antecantamenta* (vel *antecantamina*) *votorum ibant et dicati magno Serapi, &c.* Sublata interpunctione, quæ vulgo ponitur inter has voces *votorum*, et *ibant;* quo facto, sensus est apertus. Per 'antecantamina' quid intelligas aliud, nisi carmen illud, quod a choro canebatur? Quid per 'majora vota,' nisi ea vota quæ postea Deæ nuncupata sunt, pro novi commeatus prospera navigatione, cum novum navigium pelago redditum est? ut infra dicet.

[i] *Magno Serapi*] Serapis vocatus etiam fuit Apis, et Osiris, et a Persis Mithra, qui Sol erat Ægyptiis, ut testatur Macrobius, lib. I. Saturnal. c. 20. supra laudato. Verba ejus sunt: 'Accipe nunc quid de Sole vel Serapi pronuntietur oraculo. Nam Serapis, quem Ægyptii Deum maximum prodiderunt, oratus a Nicocreonte Cypriorum rege, quis Deorum haberetur, his versibus solicitam religionem regis instruxit: Εἰμὶ θεὸς τοιόσδε μαθεῖν, οἷον κ' ἐγὼ εἴπω. Οὐράνιος κόσμος κεφαλή, γαστὴρ δὲ θάλασσα, Γαῖα δέ μοι πόδες εἰσί, τὰ δ' οὔατ' ἐν αἰθέρι κεῖται. Ὄμμα τε τηλαυγές, λαμπρὸν φάος ἠελίοιο. Ex his apparet Serapis et Solis unam et individuam esse naturam:' hactenus Macrobius. Sed tamen, ex relatis ab ipso oraculi versibus, Serapis videtur fuisse non tantum Sol, sed tota rerum omnium universitas. Eorum enim sensum sic Latine reddas: 'Deus sum talis cognitu, qualem me dico esse. Mundus cœlestis mihi caput est, mare autem venter, terra vero pedes: at aures meæ sunt in æthere, et oculus meus late lucidus est clarum jubar Solis.' Diodorus, Eusebius, et alii multi aiunt Solem quidem Osirim, Lunam vero Isin significare. 'Hinc' (inquit Macrob. lib. I. cap. 21.) 'Osirin Ægyptii, ut Solem esse asserant, quoties hieroglyphicis literis suis exprimere volunt, insculpunt sceptrum: inque eo speciem oculi exprimunt, et hoc signo Osirin monstrant; significantes hunc Deum Solem esse, regalique potestate sublimem cuncta despicere.' Quidam tamen Osirin esse Jovem dixerunt, quibus assentiri videtur Noster infra, alii Nili Genium. Sed hæc de Osiri satis sint: nunquam profecto finem scribendi fecerim, si omnes Ægyptiorum de Osiri et Iside Fabulas persequi velim.

familiarem templi Deique modulum frequentabant:[7] et plerique,[l] qui[8] facilem sacris viam dari prædicarent.[9] Tunc influunt turbæ sacris divinis initiatæ,[1] viri fœminæque omnis dignitatis et omnis ætatis,[2] linteæ vestis candore[3] puro luminosi: illæ limpido tegmine[4] crines madidos[5] obvolutæ; hi[6] capillum derasi[7] funditus, vertice prænitentes:[8] [m]

censi, qui clamabant, ut daretur iter commodum sacris. Tunc turbæ initiatæ sacris Deæ incedunt, viri et mulieres omnis gradus atque omnis ætatis, micantes nitido candore linei vestimenti: hæ habebant capillos unctos, involutos tegmine pellucido; illi erant crinibus penitus rasis, et capite splendicanti, et illa astra terrestria magnæ

D'Orv. et Edd. quædam *dexteram.* Id.—7 Pith. *frequentarent.* Id.—8 Elegantissimus Dousa legendum putat: *Et præciæ, qui:* argute et acute. *Colv.* *Præcium.* Ita Dousa. In Mss. et vulgatis est, *plerique.* Vide Festum in 'præcia.' *Elmenh.* Malebat Dousa, quem vide ad Plaut. l. II. c. 24. expuncto *et* legere *præciæque;* in Edd. Vulc. sec. et Elmenh. sine sensu legas, *et præciam.* Constantissime Mss. retinent *Et plerique* corrupte; nec tamen *præciæque* verum puto. *Oud.*—9 Bert. *viam præpararent.* Pal. *viam præmandarent.* Elmenhorstius. Minus accurate Elmenh. enotavit horum Codicum varias lectiones. Nam in Bertin. erat *sacris præmandarent,* in Pal. *perfacilem s. mandari prædic.* In Guelf. itidem *sacris mandari.* Ceterum rationem nullam video, cur hic subjunctivus modus *prædicarent* adhibeatur: cum cetera omnia præcedentia, et subsequentia indicativo modo enarrentur. An ergo scripsit Auctor, *frequentabant,* ut plerisque, *perfacilem sacris viam dari, prædicarent:* vel simile quid? *Oud.*—1 *Initiatæ* Bert. *mitratæ.* Elmenh.—2 Guelf. *ætatis omnis.* Oud.—3 D'Orv. *candec.* Id.—4 Ed. Vic. *lympico.* Ms. Reg. *linteo t.* al. *limpido tegimine.* Id.—5 Pith. *matidos.* Id.—6 Ms. *hic.* Colvius. Item Pith. Guelf. Pal. D'Orv. Oxon. *hinc* Fux. *Oud.*—7 Fux. *detersi.* Roaldus. Ms. *cap. detersi.* Colvius. Vide Notata ad Minut. fol. 30. *Elmenh.* Oxon. etiam, Guelf. et Palat. *detersi,* perperam. Vide Rigalt. ad Artemidor. Oneirocr. l. I. c. 23. et Comm. ad l. II. p. 39. 'Linteis amiculis intectum, adusque deraso capite.' *Oud.*—8 Pal.

NOTÆ

[k] *Per obliquum calamum*] Tales sunt fistulæ, quas Germanicas dicimus, quæ non extrema sui parte ori admoventur, sed foramen habent ad latus, ad quod tibicen os admovet.

[l] *Et plerique* [*præciæ*] Vulgo *plerique* legitur: sed absurdum plerosque illius pompæ clamavisse, ut facilis via sacris daretur: cum illud paucorum munus esse debuerit. Sic tamen Mss. et editiones omnes. Dousa legebat *præciæ*, cui accesserunt editiones Scriveriana et Elmenhorstiana. Ego quoque libens accedo. Sic enim Festus: 'Præcias dicebant, qui a Flaminibus præmittebantur, ut denuntiarent opificibus, manus abstinere ab opere: ne, si vidisset sacerdos facientem opus, sacra polluerentur.' Idem Festus eos 'Præciamitatores' vocat: vel potius (ut habet Paulus Diaconus) 'Præclamitatores.' Ego 'accensos' exposui in interpretatione: hi tamen ab acciendo dicti sunt, teste Varrone, illi vero, ut ipsum vocabulum præ se fert, a præciendo.

[m] *Hi capillum derasi funditus, vertice prænitentes*] Isiacos rasisse verticem, et lineis vestibus fuisse amictos jam

magnæ religionis terrena sidera,[n] æreis et argenteis, immo vero aureis etiam sistris argutum tinnitum constrepentes. Sed et antistites sacrorum, proceres illi,[9] candido linteamine[1] cinctum pectoralem,[2] [o] adusque vestigia,[3] strictim intecti,[4] potentissimorum Deûm[5] proferebant insignes exuvias.[6] [p] Quorum primus lucernam claro præmicantem [q]

religionis edebant sonitum acutum sistris æneis, et argenteis, atque etiam aureis. At primarii illi viri, præsules sacrorum, qui induti erant stricta veste pectorali ex lino albo, pendente usque ad imos pedes, gestabant inclyta spolia Deorum potentissimorum. Atque horum primus ostendebat lampadem præfulgentem claro lumine, non

verticem pr. Elmenhorstius. *Verticem* malo ob varietatem syntaxeos. *Wass.* Sic etiam Pith. Fux. D'Orv. Oxon. Edd. Vic. Ald. Junt. utr. Colin. Adi ad l. VIII. p. 170. 'Faciem pigmento deliti.' In Pith. *præmittes.* Oud.—9 *Sed antistites sacrorum, proceres illi.* Vulg. *Et antistites.* Colvius. *Et* præbent Pith. Bert. Fux. cum Edd. Vett. *sed* Mss. plurimi cum Ed. Junt. post. et recentioribus. Verissime D'Orvill. *sed et.* Quod rescripsi. *Antistes* prave D'Orv. et Ed. Bas. pr. Perperam etiam quædam Edd. jungunt *sacrorum proceres.* Sacrorum antistites et præsules erant Corinthii proceres et magistratus; ut bene advertit Pricæus. *Oud.*—1 Par. *luciamine.* Id.—2 Al. *pectorale.* Vid. Not. Var.—3 D'Orv. *vestia.* Oud.—4 Al. *injecti.*—5 *Potentissimorum domini.* Fux. *p. dm.* i. e. Deum. Quod probat Beroald. et est apud Ald. *Roald.* Oxon. *potissimorum.* Ineptissime rursus Edd. pp. et Bas. *domini:* ut sæpissime supra. Vide Ber. *Oud.*—6 Bert. *præferebant.* Elmenhorstius. Malebat Pricæus, *progerebant*, ex l. IV. p. 85. 'Sub oculis dominæ speculum prægerit.' Nam illic in nonnullis est *progerit;* ut l. VI. p. 128. 'sinu serico progestans nucleos.' Infra p. 250. 'Carbasus literas votivas progerebat:' et mox: 'sacerdos maximus, quique divinas effigies progerebant.' Ego tamen præfero scripturam Bert. Pal. Coll. Lips. *præferebant,* verbo pompæ et sacrorum processui proprio. Vide Virg. Æn. XI. 249. Cæs. l. II. B. Civ. c. 39. Liv. l. VII. 27. Suet. Cæs. c. 84. Tib. c. 44. 'Præferens acerram minister.' Vide plura apud Cl. Burm. ad Gratii Cyneg. vs. 488. 'viridi fumantia liba feretro Præveniunt.' et me ad Hirt. B. Alex. c. 32. 'Sacrisque omnibus prælatis.' ubi eadem, ut passim, confusio, et supra ad l. VI. p. 113. 'Adventum Deæ prænuntiant.' Item Drakenb. ad Sil. l. XVII. 56. In D'Orv. *proferebat.* Fux. D'Orv. Ed. Vic. *insignis.* Iidem Mss. et

NOTÆ

observavimus, lib. II. ubi de Zachla Ægyptio. Dicit autem eos vertice prænitentes fuisse, quia nimirum glabri erant, neque capillorum color nativam verticis albedinem obtegebat. Sic Valerius Maximus de Æschylo poëta: 'Elusa' (aquila) 'splendore capitis (erat enim capillis vacuum) perinde atque lapidi illisit' (testam scilicet testudinis.)

[n] *Magnæ religionis terrena sidera*] Sic Isiacos honoris et religionis causa vocat.

[o] *Cinctum pectoralem* [*pectorale*] Vestem lineam talarem intellige, quæ pectus arcte circumdaret.

[p] *Insignes exuvias*] Symbola peculiaria Deorum.

[q] *Lucernam præmicantem*] Hæc vel symbolum erat Vulcani, ignis inventoris, quem primum in Ægypto regnasse affirmant Ægyptii sacerdotes:

porrigebat lumine,[7] non adeo nostris illis consimilem,[8] quæ vespertinas illuminant epulas;[9] sed aureum cymbium[1] medio sui patore[2] flammulam suscitans largiorem.[3] Secundus, vestitu[4] quidem similis, sed manibus ambabus gerebat altaria, id est, auxilia:[5] [r] quibus nomen[6] dedit proprium Deæ summatis auxiliaris[7] providentia. Ibat

similem illis nostris, quæ lucent in nocturnis conviviis; sed erat aureum scaphium, quod emittebat flammam satis magnam ex media apertura. Secundus erat quidem vestitus eodem modo, sed ferebat utraque manu aras (hoc est, auxilia,) quibus providentia opitulatrix supremæ Deæ imposuit hoc primum nomen. Tertius incedebat

Guelf. Pal. Coll. Lips. *excubias.* Oud.—7 *Lucernam præmicantem porrigebat lumen.* Fux. *l. claro pr. p. lumine:* et Ald. quod probo. *Roald.* Ms. *prænitentem.* Colvius. Repone ex Bertin. et Palat. *præmicantem claro porrigebat lumine.* Quanquam in Palat. *prænitentem.* Wowerius. *Claro p. lumine.* Sic Bertin. et statim, *medio sui pectoris flammulam factitans largiorem.* Scioppius in Symb. et Susp. II. 12. *Claro præm. por. lumine.* Ita Bertin. A Flor. vox *porrigebat* abest. Palat. autem pro *præmicantem, prænitentem* legit. *Elmenh.* Mss. ad unum omnes, item Edd. primæ, Junt. Ald. Colin. *lucernam claro pr. p. lumine.* ut restituere Wower. et seqq. Vitiosissima Colv. Vulc. lectio, *luc. præm. porr. lumen,* profluxit ex corruptis Beroaldi et Bas. Editionibus. Male tamen posteriores τὸ *claro* postposuerunt suo participio. *Prænitentem* extat item in Fux. Reg. Par. Guelf. Oxon. Sed confer Pricæum, et l. v. p. 101. 'lucernamque claro lumine præmicantem subde.' Sic putem legendum in Ausonio c. IV. parent. cognatorum vs. 26. 'Amissum flesti post trina decennia natum Saucius, o! (vel *ac*) claro lumine cassus eras.' In vetustissimo Cod. *ocleuro.* Varia hic tentarunt viri docti. Inspice Comment. ac N. Heins. Advers. p. 601. *Oud.*—8 Ab Oxon. Edd. Junt. Ald. exulat τὸ *illis.* Pith. *consimiles.* Id.—9 Fux. *quod v. i. e.* Ald. vero *qua.* Ego vero *qui.* Roaldus. Edd. quoque Junt. *qua.* Nil mutandum. In Flor. est *vespertina.* An *Vespertino,* sc. tempore, vesperi? De quo alibi. Sed haud opus. *Oud.*—1 Pith. *cybium,* Flor. *tymbium.* Id.—2 Bert. *in medio sui pectoris.* Elmenhorstius. Præpositionem addunt O. Edd. Colvio priores; sed a Mss. meis O. abest. Dein *pectore* Pith. et Edd. ante Beroald. qui bene rescripsit Apuleianam vocem *patore.* Nam nimis Bertiniano Cod. obsecutus Scriverius temere innovavit *patoris.* Apuleianum stylum magis sapit *sui pator.* Vide ad l. v. p. 89. 'sui fatigationem diluit.' *Oud.*—3 Bert. *flammulas largiores.* Elmenh. Id rursus arripuit Scriverius, refragantibus Mss. et Edd. reliquis. Oxon. *famulam.* Bert. *factitans.* Oud.—4 Pith. *vestitus.* Id.—5 *Altaria, idem auxilia. Alt. id est, auxilia,* Ald. recte. Quod vidit etiam Beroald. eoque modo sæpe erratum in libris. *Roaldus.* Glossæ H. Stephani: *Auxilia,* Ἱερέων. λύτρα. *Colv.* In plerisque, *idem auxilia.* Fortasse, *item ancilia.* Wow. Vid. N. Var. —6 Ms. *nihilominus.* Colv.—7 Reg. *auxilians.* Oud.—8 Pal. *Mercuriale cadu-*

NOTÆ

vel symbolum Osiridis, qui Sol est, et recte per ardentem lucernam repræsentatur.

[r] *Altaria, id est, auxilia*] Altaria hæc symbola erant auxilii Isidis: unde etiam 'auxilia' appellata fuisse Noster ait.

tertius, attollens palmam auro subtiliter foliatam,[s] necnon Mercurialem etiam caduceum.[8] Quartus Æquitatis ostendebat indicium,[9] deformatam manum sinistram porrecta palmula: quæ genuina pigritia,[1] [246] nulla calliditate, nulla solertia prædita, videbatur æquitati magis aptior[2] quam dextera. Idem gerebat et[3] aureum vasculum, in modum papillæ rotundatum,[4t] de quo lacte libabat.[u] Quintus[5] auream vannum[6w] aureis congestam ramulis:[7] et alius ferebat amphoram.[x] Nec mora, cum Dei, dignati pedibus humanis incedere,[y] prodeunt; hic, horrendum! ille Supe-

sustollens palmam auream, cujus folia solerter ducta erant, atque una caduceum Mercurii. Quartus ostendebat symbolum Justitiæ, manum nempe sinistram effictam cum expansa vola: quæ videbatur magis conveniens justitiæ, quam dextra; quia nempe a natura pigra est, et caret omni industria. Idem gestabat etiam vas aureum rotundum instar mammillæ, ex quo effundebat lac. Quintus ferebat vannum auream plenam ramulis aureis: et alius amphoram. Et post hos statim Dii progrediuntur, non dedignantes incedere pedibus hominum; hic horrendo modo extol-

ceum. Elmenhorst. *Mercuriale* habent quoque D'Orv. Fux. Oxon. Par. Guelf. Nec male. Sic enim ipse Auctor lib. x. p. 233. 'Quem caduceum et virgula Mercurium indicabant.' Gell. lib. x. c. 27. 'Caduceum et hastæ simulacra fuere incisa.' De similibus vide ad lib. I. p. 4. 'caseum recens.' *Oud.*—9 Pal. Guelf. *equitalis.* Edd. Scriv. *judicium,* male. *Id.*—1 Pal. Guelf. *palmeaque gemutia p.* Pith. *gemina.* Id.—2 Fux. *æquitate.* Pal. Guelf. *magis actor.* Tum Edd. quædam, *dextra.* Id.—3 Male τὸ *et* exulat ab Ed. Floridi. *Id.*—4 Idem Ms. *rudundatum.* Colvius. D'Orv. *rotundum,* Guelf. *nidundatam.* Oud.—5 Pal. Guelf. *cunctis* corrupte e *quinctus.* Id.—6 Palat. Guelf. Coll. Voss. sive Lips. *manum.* Hinc conjecit G. Vossius *mannam.* Quod non intelligo. Vannus Osiridis et Bacchi mystica notissima est. Hinc et p. 250. 'Vannos onustas aromatis.' *Id.*—7 Vid. Not. Var.—8 *Hic horrendum, ille Superum*

NOTÆ

[s] *Palmam auro subtiliter foliatam*] Symbolum victoriæ, et argumentum palmiferæ regionis: magna enim palmarum in Ægypto est copia.

[t] *In modum papillæ rotundatum*] Vas illud symbolum erat ubertatis naturæ (quæ, ut jam dixi, Isis est) aut etiam Niloticæ fœcunditatis.

[u] *Lacte libabat*] 'Lacte' accusativus casus est. A veteri recto 'lacte' de quo jam pag. 552.

[w] *Auream vannum*] Virg. Georg. 'Et mystica vannus Iacchi.' Hæc vannus significabat sacris Liberi patris (qui et Osiris est, omnia masculina numina in se complectens) animos hominum purgari, quemadmodum vannis frumenta purgantur. Potest etiam hæc vannus ad illam fabulam pertinere, qua ferunt dilaniati Osiridis membra, ab Iside post diutinam investigationem reperta, vanno seu cribro fuisse superposita. Vide Plutarchum, de Iside et Osiride.

[x] *Amphoram*] Amphora hæc fortasse symbolum fuerit augmentorum Nili, et ejus exundationis in Ægyptios agros.

[y] *Dei, dignati pedibus humanis incedere*] Intellige Deorum effigies ab

rum commeator et Inferum,[8 z] nunc, atra[9] nunc aurea facie sublimis, attollens canis cervices arduas,[1 a] læva[2] caduceum gerens, dextera[3] palmam virentem quatiens. Hujus[4] vestigium continuum[5] sequebatur bos, in erectum levata sta-

lens altum caput caninum; ille nuntius Superorum et Inferorum, erectum habens vultum partim nigrum, partim aureum, gestans manu sinistra caduceum, et concutiens manu dextra palmam viridem: cujus gressibus bos erecta in pedes mox insis-

commeator et Inferum. Hæc loco suo mota substituenda illis verbis: *attollens canis cervices arduas: ille superum, &c.* Wowerius.—9 Pro *atra* in Guelf. *auri.* Ms. Palat. Edd. Juntinæ, Aldi haud agnoscunt voces, *nunc atra*, pessime. Cum enim commeat Mercurius, seu Anubis, ad Superos, aurea facie, cum ad Inferos descendit, furva facie est visendus: ut bene exponunt Interpretes. Qualia itidem de Hecate tradi, notum est. Dubitem vero, an non rectius τὸ 'sublimis' referas ad seqq. 'attollens,' &c. Vide de hoc loco Paul. Ern. Jablonskium Epist. Lacrozian. t. I. p. 169. *Oud.*—1 Sic Aldus. Vulg. *canes cervices arduas Anubis.* Et certe τὸ *Anubis* glossematium videtur fuisse τοῦ 'canis.' *Colv. Att. c. carius ardua anulis.* Sic Bertin. *Sciopp. in Symbola.* Pal. et Flor. *a. c. c. a. Anubis.* Bert. *c. ardua anulis*, male. *Elmenh.* Ms. etiam Pithœanus cum omnibus Edd. ante Colvium addunt vocem *Anubis*, nec dubium est Cel. Wesselingio, quin ita scripserit Auctor, ad Diod. Sicul. lib. I. § 87. Τοῖς Ἰσείοις προπορεύεσθαι τοὺς κύνας. Mihi secus videtur. Ex insignibus enim satis patet, quis Deus intelligatur, sicut etiam non dixit mox 'bos Isis,' sed e descriptione eam intelligendam dedit. Errat quoque Elmenh. cum scribit in Palat. esse *Anubis.* Ab eo, sicut a Fux. Florent. altero, D'Orv. Oxon. Guelf. abest. E vitiosa Bertin. Codicis scriptura divinavit vir doctus: *alt. canis capita ardua Anubis.* Oud.—2 Palat. *læve*, Fux. *levem læva.* Id.—3 Sic Mss. et Edd. pleræque, non *dextra*, ut in Ed. Floridi. *Id.*—4 *Quatiens, &c.* Hæc usque ad finem periodi desunt Codd. Pal. Oxon. Par. nisi quod agnoscunt participium *levata*, vel *levatam*, ut est in Oxon. Guelf. Par. *Id.*—5 *Cujus vestigium continuum.* Flor. *hujus vest.* Elmenhorstius. Sic quoque Fux. Reg. quod cum Scriverio prætuli. Dein *continuum* exulat a Coll. Voss. Pro eo Wower. tacite reposuit *continuo*, sequentibus eum Edd.

NOTÆ

Isiacis sacerdotibus gestatas, non autem homines Deorum habitu incedentes, ut Beroaldus, qui sane non respexit ad hunc Apuleii locum, lib. IV. 'Consequi vestigio me pedibus fugientem alienis,' ubi sermo est de puella rapta, atque asportata latronum humeris.

[z] *Ille Superum commeator et Inferum*] Mercurius, qui eam ob rem ab Ægyptiis fingebatur facie partim atra seu cœrulea partim aurea et clara, ut per atrum colorem Inferorum commeator, per aureum vero Superorum nuntius declararetur.

[a] *Attollens canis cervices arduas*] Hic erat Anubidis simulacrum. Ovidius 'Latratorem' eum vocat lib. IX. Metamorphos. 'Inachis ante torum pompa comitata sacrorum Aut stetit, aut visa est: inerant lunaria fronti Cornua, cum spicis nitido flaventibus auro, Et regale decus: cum qua latrator Anubis,' &c. Item Virgilius, Æneid. VIII. 'Omnigenumque Deum monstra, et latrator Anubis.' Hunc Osiridis et Nephthyos filium e furtivo concubitu facit Plutarchus, eumque ait apud Ægyptios eam obtinere vim, quam apud Græcos obtinet Hecate,

tum, et bos,[6] omniparentis[7] Deæ[b] fœcundum simulacrum:[8] quod residens humeris suis, proferebat[9] unus e ministerio beato,[1] gressu gestuoso. Ferebatur ab alio[2] cista secretorum capax,[3] [c] penitus celans[4] operta magnificæ religionis.

tebat. Illa bos erat effigies fœcunda Deæ omnium rerum matris, quam unus e sacro famulitio gestabat impositum suis humeris, gesticulans inter incedendum. Alius ferebat canistrum, quod continebat arcana, et tegebat sacra admirandæ religionis

Pric. et Floridi. *Oud.*—6 *Bos in rectum levata statum, bos.* Fux. *b. in erectum l. s. erat et bos.* et Ald. recte. *Roald.* Liber Vet. et Rom. *in erectum:* quod reponendum puto. *Colv.* *Bos in rectum l. s. bos omniparientis Deæ.* Ita idem Bertin. *Sciopp. in Symbola.* *In erectum l. s. Erat et bos.* Vulgo, *in rectum l. s.* Plinius Natur. Histor. lib. VII. cap. 46. *Elmenh.* *Erectum* constanter dant Mss. et Edd. O. præter Bas. Colv. et Vulc. lib. IV. p. 63. ' de jumenti incurvo gradu erectus in hominem, resurgerem :' ubi vide. Inf. p. 247. ' In erecta porriguntur officia.' Dein Colvius cum Vulc. Elm. Scriv. edidit: *statum. Erat et bos.* Atque ita citat Doct. Jablonskius in Misc. Nov. Lips. vol. VI. p. 90. intelligens Venerem Athor. Quasi alia hæc esset bos, quam quæ præcesserat, et hæc *lata* sit, illa ipsa pedibus iverit. Atque ita habent aliquot Mss. sed male. Describitur enim una eademque. Idque perspiciens Wowerius tacite exhibuit: *Erat ea bos.* atque ita dederunt quoque Pric. et Flor. Sed optimi Codd. Florentini, Bertin. Pith. et Edd. Colvio priores non agnoscunt τὰ *Erat et.* Rectissime per elegantem epizeuxin, quam amat Noster. Vide ad lib. IX. p. 182. Merito itaque id probavit Sciopp. in Susp. lib. II. ep. 12. Si quis tamen omnino retinere velit, ita distinguat; *sequebatur bos. In erectum levata statum erat et bos* sive *etiam*, scilicet ut præcedens Anubis. *Oud.*—7 Ms. et vulg. *omnia parentis.* Illud prius a Beroaldo est. *Colv.* Flor. et Bert. *omnia parientis*, male. *Elmenh.* *Omniaparentis*, non *parientis* habent Flor. Pith. Fux. Pal. D'Orv. Guelf. Oxon. &c. et Edd. primæ cum Basil. Atque ita Mss. et Edd. Vett. exhibent de Mundo p. 734. ' Omniaparentis mundi.' Sciopp. l. II. Susp. ep. 12. ait in Bertin. esse, probatque, *omniparientis.* Beroaldum cum ceteris sequi malo. Alibi ' Jupiter, terra omniparens' apud Poëtas, et in Glossis. *Oud.*—8 Vitiose Parean. Edd. Wow. Pric. *secundum s.* Id.—9 In Fux. *ferebat.* Id.—1 Bert. *mysterio.* Elmenhorstius. In D'Orvill. *beatus.* Oud.—2 Pal. Guelf. *illo.* Id.—3 Fux. *s. caput.* Roald.—4 D'Orv. *celos.* Oud.—5 *Summi numinis.* Ita Mss. Flor. Lips. Fux.

NOTÆ

numen scilicet terrestre et cœleste. Sed vide plura apud eundem Plutarchum supra laudato opusculo, de Iside et Osiride.

[b] *Et [erat ea] bos omniparentis Deæ, &c.*] Isidis, quæ prius Io fuit, mutataque in bovem, cui Argus præpositus custos, deindeque, cum in Ægyptum tranasset, humanæ formæ restituta, sub Isidis nomine adorata est. Potuit nihilominus esse simulacrum Apis, seu Osiridis, quem sub bovis figura venerabantur; quin et vivum bovem Apim habebant, quibusdam notis distinctum, quem, post certos vitæ annos, in sacerdotum fonte mersum necabant, quæsituri cum luctu ac mœrore alium, quem ei substituerent. De Api bove, vide Plin. lib. VIII. cap. 46.

[c] *Cista secretorum capax*] Hæc cista sacra occultabat Cereris, quæ et Isis est. Supra lib. VI. Psyche Cererem orat ' per tacita sacra cistarum :' ad quem locum vide quæ annotavimus pag. 379.

Gerebat alius felici suo gremio summi sui numinis[5] venerandam effigiem,[d] non pecoris, non avis, non feræ, ac ne hominis quidem ipsius consimilem;[6] sed solerti repertu, etiam ipsa novitate reverendam,[7] altioris utcumque[8] et magno silentio tegendæ religionis argumentum[9] ineffabile; sed et[1] ad istum plane modum fulgente auro figuratum. Urnula faberrime cavata,[2] [e] fundo quam rotundo,[3] miris extrinsecus

interius abscondita. Alius portabat in suo beato gremio reverendum simulacrum supremi Dei, quod non erat simile pecudi, neque volucri, neque feræ, ac ne homini quidem; sed venerandum subtili sua inventione, et novitate, quod certe erat argumentum omni sermone majus religionis sublimioris, et celandæ magna taciturnitate: sed erat hæc effigies hoc prorsus modo formata: erat parva urna ex auro splendente, solertissime excavata, fundo rotundissimo, insculpta exterius admirandis imaginibus

Pal. D'Orv. Guelf. Oxon. et Edd. Junt. post. Elm. Scriv. Flor. Alii inserunt sui. Id.—6 Vulg. quid. *consimile*. Colvius. Nempe Edd. Ber. Colin. Bas. *Ac ne h. quidem* desunt Ed. Ber. *Oud.*—7 *Solerti repertum e. i. n. reverendum.* Fux. *s. repertu et ipsa n. reverenda.* et est in lib. Ald. *Roald.* *Repertum* vitiose Edd. pp. et Bas. cum Ms. Pith. *reperta* D'Orv. Adi Indicem. Tunc malim et cum Palat. Guelf. Oxon. Edd. Juntinis et Aldi. *Reverenda* Coll. Lips. *Oud.*—8 Ms. et Bas. 1. *utrumque*. Colvius. Item Pal. Pith. inepte. *Oud.*—9 Pal. et Flor. *tegente*. Elmenhorstius. *Tegentem* Oxon. recte. *Wass.* Itemque Guelferb. Eodem modo legit Pricæus, quo facit omnino plurimorum Codd. in quibus et Fux. D'Orv. Lips., et primarum Edd. scriptura, *tegente*. Verum sic et constructio et sensus loci redduntur intricatissima. Quare ceteris Edd. accedo, qui Beroaldinam emendationem admiserunt, præsertim cum ea confirmetur a Mss. Pith. et Bert. Effigies illa non texit tantum et abscondit per invisitatam suam figuram religionis argumentum seu μυστήριον; sed illa ipsa tam mira fuit argumentum ineffabile religionis altioris et summo silentio tegendæ. *Oud.*—1 Copula *et* deest Mss. Pith. Fux. D'Orv. Edd. ante Colvium. *Id.*—2 Scribe et distingue ex Palat. *figurata urnula, faberrime cavata.* Wowerius. Accedit Oxon. Guelf. cum Edd. Elmenh. Scriv. Pric. Floridi, qui tamen post *figurata* plenam ponit distinctionem, explicans, 'sed erat hæc effigies ita formata. Erat parva urnula.' In ceteris Mss. et Edd. est *figuratum*, scil. argumentum. Malim tamen *figuratam*, sc. effigiem. In Fux. est *fulgentem*. Oud.—3 Scribe, ut supra ex emendatione mea: *fundo ultra quam rot.* Brantius. Inepte: nec bene Pith. Fux. *fundoque*. Auget significationem τὸ *quam*, docetque poni pro *rotundissimo*; ut bene observavit Beroald. Vide me ad lib. III. p. 46. In Coll. Voss. modo erat *fabrerrime*. Dein Oxon. *por-*

NOTÆ

[d] *Summi sui numinis venerandam effigiem*] Simulacrum aliquod Isidis, aut Osiridis, sed μυστικώτερον, et arcani abstrusiorisque significatus, qualis erat hæc urna, quam mox describit, per quam fortasse exundationem Nili, fluentiamque omnium lacunarum significabant, quam, ut maximum Ægypti bonum, magno suo numini, Isidi nempe, aut Osiridi, acceptam referebant.

[e] *Urnula faberrime cavata*] Insolita sane hæc erat numinis facies: sed et Quintus Curtius tradit Jovis Ammonis effigiem umbilico similem fuisse. Et Tacitus simulacrum Veneris Pa-

simulacris Ægyptiorum [f] effigiata. Ejus orificium non altiuscule levatum, in canalem porrectum, longo rivulo prominebat. Ex alia vero parte [4] multum recedens spatiosa dilatione,[5] adhærebat ansa:[6] quam contorto nodulo [7] supersedebat aspis, squameæ cervicis striato [8] tumore sublimis. Et ecce præsentissimi numinis promissa nobis accedunt beneficia, et fata: salutemque ipsam [247] meam gerens sacerdos appropinquat, ad ipsum præscriptum divinæ promissionis ornatum,[9] dextera proferens sistrum Deæ, mihi coronam, et hercules coronam consequenter;[g] quod [1]

Ægyptiorum. Os ejus, non multum elevatum, porrigebatur longo rivulo in tubulum protensum. Ex altera autem parte ansa adhærebat recedens ab ipsa urna dilatatione ampla: cui aspis erigens collum squammeum, rugosum, et tumidum, insidebat, ipsam complectens uno sui corporis volumine. Et ecce beneficia, et fata, quæ potentissima Dea mihi pollicita erat, appropinquant: et sacerdos accedit portans meam ipsam salutem, prorsus ornatus, ut mihi Dea promiserat, gestans manu dextra sistrum Deæ, mihi vero coronam: et jure quidem coronam; quia maximæ Deæ provi-

---

rectam. Oud.—4 Edd. Vic. Ber. Junt. pr. Ald. Colin. Bas. pr. *ex alia parte vero.* Id.—5 Al. *recens .... dilatatione.*—6 Oxon. *ampsa.* al. *ansula.* Oud.—7 Pal. Reg. Guelf. *cum t.* D'Orv. *modulo*, pessime. Vide ad lib. v. p. 99. *Id.*—8 Al. *stricto.*—9 Male in plerisque editionibus post *ornatum* ponitur major quædam distinctio. Dein *dextera* edidi cum Mss. et Edd. melioribus, non *dextra.* Oud.—1 *Sistrum Deæ coronam, mihi etiam hercules coronam conseq. quod.* Ms. *coronam et hercules coronam, nts.* Colvius. Mendosa hæc sunt, et restituenda ex Fulv. Cod. hoc modo: *sistrum Deæ, mihi coronam; et coronam hercules consequenter: quod tot ac tantis exantlatis laboribus sævissimam Fortunam superaram.* Vere, inquit, mihi coronam, post tam grave tot laborum et periculorum certamen. *Wower.* Mendum huic loco inhærere, non est dubium. Quomodo enim sistrum est Deæ corona? Rescribo manuscripti secutus ductum: *sistrum Deæ, mihi coronam, et coronam hercules consequenter quod, &c.* Et probabit lector intelligens. Sciopp. in Symbola. *Mihi coronam et coronam h. conseq.* Sic locus iste ex Mss. legendus. *Elmenh. Deæ, mihi coronam, et hercules coronam* præbent Mss. Urs. Florent. Pal. D'Orv. Oxon. Pith. Fux. Guelf. et Ed. Junt. post. Quare nescio, cur Elm. et ceteri *coronam* postposuerint. Pro *etiam* jam *et* legas in Ed. pr. Junt. immo *τὸ et* abest quoque a Flor. et Bert. Putem idcirco verius, hoc ordine voces constituendas, *proferens sistrum Deæ, et coronam; mihi hercules coron.* Nam *corona* non soli Lucio proprie proferebatur, sed Isidi quoque et æque ac sistrum, verum nunc præcipue in

NOTÆ

phiæ non humana fuisse forma, sed orbem continuum latiore initio tenuem, in ambitum metæ modo exsurgentem. Cujus rei rationem in obscuro esse dicit.

[f] *Simulacris Ægyptiorum*] Characteribus et hieroglyphicis.

[g] *Mihi coronam, et hercules coronam consequenter, &c.*] Sic reponit Elmenhorst. ex fide Mss. *mihi coronam, &c.* coronam ex rosis quas ederem, quæ corona mihi vere erat, qui, post tot tantosque exantlatos labores, totque pericula superata, videbar tunc tem-

tot ac tantis [2] exantlatis [3] laboribus, tot emensis periculis,[4] Deæ maximæ providentia, alluctantem mihi sævissime [5] Fortunam superarem. Nec tamen gaudio subitario commotus, inclementi me [6] cursu proripui, verens scilicet, ne repentino quadrupedis [7] impetu, religionis quietus turbaretur ordo: sed placido ac prorsus [8] humano gradu cunctabundus, paulatim obliquato corpore, sane divinitus decedente populo, sensim irrepo.[9] At sacerdos, ut reapse [1] cognoscere potui, nocturni commonefactus oraculi,[2] miratusque congruentiam mandati muneris, confestim restitit: [3] et ultro porrecta dextera,[4] ob os ipsum meum coronam exhibuit.[5] Tunc ego trepidans, assiduo pulsu micanti [6]

dentia vincebam crudelissimam fortunam contra me pugnantem, post tot labores superatos, et tot pericula evitata. Neque tamen cucurri cursu violento, quamvis percitus essem repentina lætitia: timebam enim ne tranquilla series sacrorum turbaretur cursu subitario asini: sed paulatim me penetro gressu quieto, ac penitus humano, hæsitans, et obliquans tantillum corpus, cum plebs mihi viam daret, nutu Deæ proculdubio. Sacerdos vero, (quemadmodum revera potui advertere,) recordatus oraculi nocturni, et admirans convenientiam officii sibi commissi, substitit statim: et extendens manum sponte sua obtulit ipsi meo ori coronam. Tunc igitur

Lucii utilitatem. In Bert. *consequentem, quæ.* Oud.—2 Pith. D'Orv. *tot et t.* Id.—3 Rursus aliquot Mss. et Edd. Vett. *exanclatis,* D'Orv. *exhaudatis,* ut supra, et paulo infra bis vitiose. *Id.*—4 *Emersis periculis.* Idem Ms. *ēmsis periculis.* Quod esse potest, *emensis.* Colvius. Sic vere rescripsit Vulcan. Ed. sec. et sequentes. Confirmatur enim *emensis* a Flor. Guelf. Pal. Bert. D'Orv. Ox. Petr. V. l. I. p. 2. 'post globosa camporum emensa.'—5 *A. m. sævissimam F.* Idem, *sævissime.* Colvius. *Sævissime.* Ita Ms. Vulgo, *sævissimam.* Elmenh. Expressit Auctor rursus, quamvis nunc in malam partem, τὸ προσπαλαίειν, ut in bonam vel ludicram l. x. p. 223. Sicut et Græcum verbum utroque sensu adhibetur. Glossæ: Allucto, προσπαλαίω. *Sævissime* firmant Flor. Fux. Guelf. Reg. Pal. Oxon. Ed. Junt. post. Elm. Scriv. Ceterum male in Edd. Vulc. pr. Merc. Wow. sequentibus excusum est *superaram* contra Msstos et Edd. Vett. mentemque Auctoris. Nondum enim superarat Lucius Fortunam: sed mox superaret, simulac rosas gustavisset. *Oud.*—6 Fux. *inclementissime.* Roald. Idem, *inclementissime.* Colvius. Sic quoque D'Orvill. *incrementi me* Bertin. *incl. viæ* Palat. Guelf. Omnes perperam. *Oud.*—7 Guelf. *quadrip.* Id.—8 D'Orv. *aut pr.* Id.—9 Idem, *irrepto,* et pro *at, ac:* quod sequitur. *Colvius.* Accedunt Pal. Guelf. Oxon. idque frequentativum *irrepto* bis apud Statium occurrere docuit Falsterus. Ac talia amat Madaurensis. *Ac s.* Pith. Guelf. *Oud.*—1 Oxon. *rease,* Guelf. Edd. primæ *reabse.* Ad marg. Ed. Vic. *re ipsa,* male. Vide ad l. I. p. 9. *Id.*— Vid. Not. Var.—3 Idem, *restituit.* Colvius. Cum Fuxensi. *Oud.*—4 Sic rursus Mss. meliores, non *dextra.* Id.—5 Exulat ab Oxon. in quo mox, *Tunc ergo tr.* Id.—6 Al. *mutanti* et *nutanti.*—7 Idem,

NOTÆ

poris ipsam Fortunam superare adversus me certantem.

corde, coronam, quæ rosis amœnis intexta fulgurabat,[7] avido ore susceptam, cupidus cupidissime[8] devoravi. Nec me fefellit cœleste promissum. Protinus mihi delabitur[9] deformis et ferina facies. Ac primo quidem squalens pilus defluit, ac dehinc cutis crassa[1] tenuatur; venter obesus residet, pedum plantæ per ungulas[2] in digitos exeunt. Manus non jam[3] pedes sunt, sed in erecta[4] porriguntur officia; cervix procera cohibetur; os et caput rotundantur;[5] aures enormes repetunt parvitatem pristinam;[6] dentes saxei[7] redeunt ad humanam minutiem: et, quæ me potissimum[8] cruciabat ante, cauda nusquam comparuit.[9] Populi

ego tremens, corde saliente continua palpitatione, cepi ore cupido coronam, quæ micabat, implexa rosis jucundis, et avidus voravi ipsam avidissime. Nec promissio divina me decepit: turpis, et belluina forma statim mihi excidit: et primum quidem villi sordidi mihi cadunt, postea crassum corium attenuatur; lata alvus arctatur; plantæ pedum extenduntur in digitos per ungulas. Manus desinunt esse pedes; sed extenduntur, et eriguntur ad ministeria sua: collum longum breviatur; facies et caput contrahuntur in orbem; vastæ aures redeunt ad suam priorem brevitatem; dentes lapidei fiunt minutiores, et quales sunt hominum; et cauda, quæ antea me angebat maxime, prorsus evanuit. Populi admirantur, pii adorant tam

coronamque roseis. Colvius. Oxon. *in dextere f.* Fux. *fulgorabat.* Oud.—8 Idem, al. *cupidus promissi.* Colvius. Τὸ *cupidissime* ignorat Flor. *Elmenh.* Altera harum vocum, præcedenti jam *avido ore*, sine ullo sensus aut elegantiæ detrimento abesse posset; ac *cupidus* tunc excludere mallem. Ea enim vox, non sequens, comparet in vetustissimo Florentino: quam etiam uncis circumsepsit Scriverius. At Palat. Oxon. Par. Guelf. Ed. Junt. post. dant *cupidus promissi:* sed subjicitur *cœleste promissum:* quæ rursus exulant a Palat. Immo, quia similia nonnunquam per pleonasticum paregmenon usurpavit Auctor, nihil novare, tutius est. Sic p. 250. 'navem quam purissime purificatam.' L. IV. p. 71. 'nulli nostrum parricidium suadens persuadere possit.' L. VIII. p. 169. 'fugiens aufugere:' et alia. Forte p. 262. 'disseminationes serebat.' Quin et Plaut. Cas. II. 3. 49. 'cupide cupere.' *Oud.*—9 Fux. D'Orv. Guelf. Palat. *dilab.* Id.—1 Fux. *cr. cut.* Id.—2 An *pro ungulis?* Id. —3 D'Orv. *jam non.* Id.—4 D'Orv. Fux. Reg. Par. male *in erepta.* Id.—5 *Rotundatur.* Pith. Pal. *rotundantur.* Bene. *Id.*—6 Pith. D'Orv. Fux. Guelf. *prist. parv.* Id.—7 Offendit hæc locutio Piccartum, in Peric. Crit. c. 16. conjicientem *maximi.* Sed perperam omnino. Dentes intelligit saxorum magnitudinem habentes. L. x. p. 226. 'labiasque modicas tam amplo ore tamque enormi et saxeis dentibus deformi saviari.' *Id.*—8 *Et quæ potiss.* Fux. *q. me p.* et Ald. *Roald.* A solis Edd. Bas. *me* prave abest.—9 Verbum *comparuit* in Bertiniano Codice non comparet. Recte, velut apud Florum lib. IV. cap. 2. 'Primum de Gallia triumphum t Rhenus, Rhodanus, et Oceanus: alterum Nilus, Arsinoë, et Pharus: tertius de Pharnace currus et Ponto: quartus Jubam et Mauros, et his subactam ostendebat Hispaniam. Pharsalia et Thapsus et Munda nusquam. Et quanto majora erant, de quibus non triumphat!' *Sciopp. in Symb. et Susp.* II. 12. *Comparuit* non est in Flor. et Bert. *Elmenh.* Neque etiam in Pithœano. Uncinulis quoque inclusit Scriverius. Neque nego, elegans esse abruptum istud loquendi genus.

mirantur, religiosi venerantur tam evidentem maximi numinis potentiam, et consimilem nocturnis imaginibus [248] magnificentiam, et facilitatem reformationis: claraque et consona [1] voce, cœlo manus attendentes, testantur [2] tam [3] illustre Deæ beneficium.[4] At ego, stupore nimio defixus, tacitus hærebam, animo meo tam repentinum tamque [5] magnum non capiente gaudium: quid potissimum præfarer primarium, unde [6] novæ vocis exordium caperem, quo sermonem, nunc renata lingua, felicius auspicarer,[7] quibus quantisque verbis tantæ Deæ gratias agerem. Sed sacerdos, utcumque divino monitu cognitis ab origine cunctis cladibus meis, quanquam et ipse insigni permotus miraculo, nutu [8] significato prius præcepit, tegendo mihi linteam dari laciniam.[9] Nam me cum primum nefasto tegmine [1] despoliaverat [2] asinus; compressis in arctum [3] feminibus, et superstrictis accurate manibus,[4] quantum nudo licebat, ve-

manifestam potentiam supremæ Deæ, et miraculum simile somniis nocturnis, et facilitatem meæ immutationis; et tendentes manus ad cœlum, prædicant voce clara et unanimi tam insigne beneficium Deæ. Ego vero supra modum attonitus silebam, cum non possem capere animo tantam, et tam subitam lætitiam, dubitans quid præsertim, ac primum dicerem, unde sumerem initium novi sermonis, unde felicius auspicarer orationem, lingua jam mihi reddita, quibus, et quam magnificis verbis grates agerem tantæ Deæ. At sacerdos, qui nempe monitione Deæ cognoverat omnes meas calamitates ab initio, quamvis ipse quoque percitus esset illo insigni miraculo, signo ante per nutum facto, jubet dari mihi vestem lineam ad me cooperiendum. Statim enim atque exutus fueram turpi velamine asininæ formæ, pulchre me contexeram tegmine naturali, quantum nudus poteram, coarctatis coxis et manibus

Verum Auctori nostro est insolens, qui sæpius cum aliis 'nusquam comparere' conjunxit: unde etiam Apuleio hic vindicavit Pricæus, quem et vide ad l. VIII. p. 167. 'Nec usquam senem comparere.' *Oud.*—1 Fux. *clara consonaque.* Id.—2 *Testatur* Oxon. Guelf. *Id.*—3 Deest *tam* in Pith. *Id.*—4 Guelf. *benef. Deæ.* Id.—5 Ms. *quamque.* Colv. Et Pal. ac Guelf. *Oud.*—6 Idem, *quod potiss.* Colvius. Est qui distinguat, *præfarer, primarum unde, &c.* Oud. —7 Al. *sermone* et *auspicarem.*—8 Exulat vox *nutu* a Palat. *Oud.*—9 *Præcipit.* Pith. D'Orv. Flor. Edd. Vulc. sec. Elm. Scriv. *præcepit.* Petr. *lineam.* Oxon. *dare.* Pith. *liciniam.* Id.—1 *Nefando tegmine.* Fux. *nefasto.* Roaldus. Ms. *nefasto.* Sciopp. in Symbola. Pal. et Flor. *nefasto t.* Elmenhorstius. Sic et Pith. Pal. Reg. D'Orv. Guelf. Oxon. verissime, pro nefario, infausto. Consule Fabri Thes. et Pric. Rursus quoque *tegimine.* Reg. *Oud.*—2 D'Orv. *dispol.* Id.—3 Alii *in altum.* Pricæus malebat *multum.*—4 *Et superstrictis acc. manibus.* Desunt hæc Paræano. Edd. Vic. Ber. Junt. Ald. Bas. *superstrictus:* unde pronum est reponere, *superstructis,* quod Pricæo præplacebat. Sed minus eleganter, ut arbitror. Non tantum vult indicare Auctor, se pudendis superinjecisse manus; verum etiam illas arte complicavisse et connexas habuisse. Vide de 'strictis' vel 'substrictis manibus' plura ad l. VII.

lamento me naturali probe [5] muniveram. Tunc e cohorte religionis unus, impigre superiorem exutus tunicam, supertexit me celerrime. Quo facto, sacerdos vultu geniali,[6] et hercules perhumano in aspectum meum attonitus,[7] [h] sic affatur: [8] Multis et variis [9] exantlatis [1] laboribus, magnisque Fortunæ tempestatibus et maximis actus procellis, ad por-

studiose superinjectis. Tunc unus ex turba sacerdotum, exuta promte veste superiore, operuit me ea velocissime. Quo facto, sacerdos hilari facie, et certe stupens, quod me videret jam esse humana forma, sic loquitur: O Luci, venisti tandem ad portum quietis, et aram Misericordiæ, superatis plurimis et diversis ærumnis, et

p. 151. 'subsertis manibus:' ac Pricæum ad l. III. init. 'Palmulas super genua connexas.' Hinc vincula passim 'astringere manus, palmas' a Poëtis dicuntur. *Oud.*—5 Al. *propere.*—6 Pith. *gen. vul.* Oud.—7 Malo ex Bertin. *in aspectu meo attonitus.* Wower. Bertin. *in humano.* Malim *in aspectu meo,* more Apuleiano. *Sciopp. in Symb.* Bert. et Flor. *inhumano,* probe. Vide Indicem. *Elmenh. Inhumano* pro cœlesti, ut inquit Elmenh. Nugæ. Sed recte divisim, *in humano m. aspectu.* ut lib. IV. 'In aspectu alioquin attonitum.' *Wass.* Variis modis hic falluntur viri docti, aliosque fefellerunt. Constans Mss. et Edd. lectio usque ad Wowerium hæc est: *perhumano in aspectum meum attonitus.* Nisi quod in uno Florent. tantum sit *humano,* et in Bertino ac Pith. *inhumano,* quod Sciopp. l. II. Susp. Ep. 12. exponit per 'valde humanum.' Malim certe tunc intelligere divinum, cœlestem vultum. Vide ad lib. v. p. 93. 'Inhumanæ mensæ.' Errat vero Wowerius, et cum eo Pricæus ceterique scribentes, in Cod. Bertin. esse *in humano aspectu meo,* et tamen edentes *perhumano in aspectu meo.* Nam *in aspectu meo* est mera Scioppii conjectura, ut *in* abundet Apuleiano more. Neque etiam huc facit locus, male citatus a Pricæo, quem haud inspecto loco secuti sunt alii, lib. IV. p. 72. 'In prospectu alioquin attonitum,' i. e. intentum prospiciendo, ut sæpe vox 'attonitus' Nostro usurpatur. Vide ad lib. IV. p. 79. 'Operi attonitum.' Nec magis valet locus, quem affert Scioppius e lib. x. in f. p. 234. 'Oculis in aspectu minacibus.' Ibi enim *aspectus* est Palladis, active. Hic passive sumi debet, ac significat, stupens ad aspectum meum quod me videret hominem. Vide ad l. III. p. 57. 'In amentiam attonitus.' Quare si quid mutandum est, malim simpliciter legere, *humanum in aspectum meum.* Sed obstant præcedentes voculæ *et hercules:* quæ suadent ceterorum Codd. lectionem retinere, ut *perhumano* ad Sacerdotis vultum referatur. Interpolate nimis edidit Scriverius et ex eo Flor. *in humano jam as. meo.* Fux. *inde aspectum.* Oud.—8 Al. *effatur.* Vid. Not. Var.—9 *Et variis.* Desunt Pal. Oxon. Guelf. *Oud.*—1 *Exanclatis.* Fux. *exantlatis:* et ita fere semper scriptum observavi. *Roald.* Bene, ut supra sæpissime *t* restituit Colvius. In Pith. Pal. Guelf. et aliis, ac Vett. Edd. *exanclatis.* D'Orv. rursus, ut p. 246. *exhauda-*

NOTÆ

[h] *Et hercules perhumano in aspectum meum* [*in humano jam aspectu meo*] *attonitus*] Ita excudatur ex fide et Ms. Bert. et editione Scriverii. Similiter dixit l. IV. 'et in aspectu alioquin attonitum.' Quodsi legas, ut vulgatæ habent editiones, *perhumano in aspectum meum attonitus,* interpunge post vocem *perhumano,* eamque refer ad verba præcedentia, ut sit, *vultu geniali, et Hercules perhumano.*

tum quietis et aram Misericordiæ [2] [i] tandem, Luci, venisti. Nec tibi natales,[3] ac ne dignitas [4] quidem, vel ipsa, qua flores, usquam doctrina profuit: sed lubrico virentis ætatulæ,[5] ad serviles delapsus [6] voluptates,[k] curiositatis improsperæ sinistrum præmium [l] reportasti. Sed utcumque Fortunæ cæcitas, dum te pessimis periculis discruciat, ad religiosam istam beatitudinem [7] [m] improvida produxit malitia.[8] Eat nunc, et summo [9] furore sæviat, et crudelitati [249] suæ materiam quærat aliam.[1] Nam [2] in eos, quorum sibi vitas servitium [3] Deæ nostræ majestas vindicavit,[4]

jactatus magnis Fortunæ turbidinibus, et maximis tempestatibus: neque nobilitas tui generis, ac ne dignitas quidem tua, aut ipsa scientia, qua polles, ullo modo tibi profuit: sed collapsus in libidinosos amores ancillæ, propensione viridis juventæ, retulisti infaustum mercedem tuæ infelicis curiositatis. Verum cæcitas Fortunæ, dum te vexat difficillimis periculis, deduxit te utique sua imprudenti malignitate ad hunc religiosum statum. Eat nunc, et sæviat maxima rabie, et quærat aliam materiam suæ sævitiæ. Adversa enim fortuna nihil potest adversus eos, quorum vi-

-----

tis. Oud.—2 Male *misericordiæ* abest Oxon. Par. qui præbet *nunc tandem.* Pith. D'Orv. et Edd. Vett. *M. Luci, tandem.* Id.—3 Fux. *natali.* Id.—4 Membranaceus liber, *dignitatis.* Colvius. Item Palat. *Oud.*—5 Flor. *florentis æt.* Elmenhorstius. Receperunt *flor.* Elmenh. et Scriv. Temere nimis. Natum enim videtur e præcedenti, 'qua flores.' De flore ætatis passim in usu est τὸ *virere.* Auctor noster lib. x. p. 232. 'virenti florentes ætatula.' Claud. Cons. Prob. et Olyb. vs. 63. 'Prima cum parte viresceret ævi.' *Oud.*—6 Pal. *delapsu.* Id.—7 *Ad rel. ist. habitudinem.* Vulg. *beatitudinem.* Colvius. Rom. Ald. et Flor. *beatitudinem.* Elmenhorstius. Non tantum iste codex, eæque Edd. sed et Pith. Fux. Reg. D'Orv. et omnes Edd. Colvio priores exhibent *beatitudinem,* seu felicitatem. Quam vocem male loco cedere jussit Colvius pro *habitudinem,* sive statum et conditionem, ut alibi. Recte Elmenh. et Scriver. veterem scripturam restituerunt. *Oud.*—8 Leg. ex Pal. *perduxit.* Wowerius. Pal. *perduxit.* Elmenhorstius. Atque ita Fux. D'Orv. et Edd. Woweriana posteriores. *Oud.*—9 Ms. *Eat, et nummo.* Colvius. D'Orv. *ea.* Abest *nunc* a Fux. Pal. Guelf. Oxon. *Oud.*—1 Flor. *materiem.* Elmenhorstius. Sic quoque Fux. Oxon. Guelf. ut bene ediderunt Elmenhorstius ac Scriverius: ut in Thuan. ac Fulv. Mss. de dogm. Plat. p. 574. Ed. Flor. et passim alibi. In Pith. *alias.* Oud.—2 Pith. *nemo.* Id.—3 *In eos, q. sibi vita.* Fux. *quorum sibi vitas consuetudo jam fecit.* et est in libro Aldi. *Roald.* *Vitas servitium.* Sic script. Cod. et Ven. Alii, *vita servi-*

NOTÆ

[i] *Aram Misericordiæ*] Alludit ad ἐλέου βωμὸν, misericordiæ aram, quam Heraclidæ, impetrato ab Atheniensibus adversus Eurystheum auxilio, Athenis consecrarunt: quæ miserorum erat perfugium. De hoc vide Statium, libro ultimo Thebaidos.

[k] *Ad serviles voluptates*] Amorem scilicet Fotidis Milonis ancillæ.

[l] *Sinistrum præmium*] Funestam in Asinum Metamorphosin.

[m] *Beatitudinem* [*Habitudinem*] Exposui, statum. Quid, si legas, cum quibusdam editionibus, *beatitudinem?*

non habet locum casus infestus. Quid latrones, quid feræ, quid servitium, quid asperrimorum[5] itinerum ambages reciprocæ, quid metus mortis quotidianæ nefariæ Fortunæ profuit? In tutelam jam receptus[6] es Fortunæ, sed videntis:[7 n] quæ suæ lucis splendore ceteros etiam Deos illuminat. Sume jam vultum[8] lætiorem, candido isto habitu tuo[9] congruentem: comitare pompam Deæ sospitatricis, in ovanti gradu.[1] Videant irreligiosi;[o] videant,[2] et

tam, et famulatum nostra veneranda Dea sibi mancipavit. Quid prædones, quid feræ, quid servitus tua, quid varii anfractus viarum difficillimarum, quid timor mortis, quo afficiebaris quotidie, profuit Fortunæ injustæ? nunc receptus es in protectionem Fortunæ, sed Fortunæ oculatæ: quæ etiam collustrat reliquos Deos fulgore sui luminis. Nunc indue faciem hilariorem, convenientem isti tuæ vesti albæ. Comitare gressu triumphanti pompam Deæ servatricis tuæ. Videant impii; videant, et agnoscant

---

tium. Unde legebam, *ita servitium.* Lipsius ex scriptura veteri, *vitas servitio.* Colvius. *Vitas sibi et servitium.* Sic lego cum Flor. Alii, *in eorum vitas, quorum q. s. serv.* Elmenhorstius. *In eos quorum sibi vitas servitium.* Hæc constans est Msstorum et Edd. Vett. lectio, (nisi quod in Edd. Colin. et Bas. sit *vita*) ut *servitium* durissime dicatur per appositionem pro in servitium aut servitio. Nam quid sibi velit Roaldus, nescio; et errat Elmenhorstius, asserens in Florentino interponi *et*, ut edidit Scriverius; et amplecterer quoque, si verum foret. Audacissime Vulc. Ed. sec. cum Wow. Pric. Flor. exhibent, *in eorum vitas, quorum sibi servitium,* ac negligentissime Elmenh. in sua Ed. omisit *vitas.* Existimo, *servitium,* quod salvo sensu abesse potest, huc irrepsisse ex seq. versu 'quid servitium,' vel legend. *servientum.* Oud.—4 In Pith. est *manifestas.* Palat. Guelf. *m. indicavit.* Id.—5 Guelf. *asperrimum.* Id.—6 Deest τὸ *jam* Oxon. *Id.*—7 Bert. *s. sævientis.* Elmenhorstius. Oxon. *sevidentis,* Par. *sementis,* Pith. *sevientis.* Ineptissime. Vide Macrob. I. s. 19. citatum a Beroaldo. *Oud.*—8 Ed. Ber. *multum.* Id.—9 Vulgariter vulgati, *c. isti.* Colvius. Immo *isti* non est nisi in Ed. Bas. sec. De hac forma dativi *isto* vide supra. A D'Orv. et Pith. abest *tuo.* Oud.—1 *Inovanti gradu.* Sic scripsi, una dictione. Vet. *inovandi.* Vulgo, *in ovanti,* quod Beroaldi est. *Colv.* Ms. *in novando gradu.* Scioppius in Symbola. Flor. *in novanti gr.* Beroald. *in ovanti g.* Alii, *inovando g.* Bertin. *in oanti gradi indece.* Inepte. *Elmenh.* Palat. Fux. Guelf. Reg. *in novandi,* D'Orv. Oxon. *in ovandi,* Pith. Ed. Vicent. *innovanti,* sive instaurato. Quia nunc iterum inciperet Lucius ingredi more humano. Non cepisse tamen librarios locutionem puto *in ovanti gradu,* sive lætissimo, et ut solet victor ovans. Ita enim malo cum Beroaldo et Editoribus eum secutis per solitum Apuleio pleonasmum τοῦ *in,* quam cum vulgaribus post Colvium junctim *inovanti,* seu valde ovanti. Adi ad p. 239. 'In udis ignibus nutriens semina.' *Oud.*—2 Bert. *indeceat.* Id.—

NOTÆ

[n] *Fortunæ, sed videntis*] Macrob. Saturn. lib. I. cap. 19. 'Luna' (quæ Isis est) 'τύχη,' (nascentium,) 'quia corporum præsul est, quæ fortuitorum varietate jactantur.' Isis igitur Fortuna est, non cæca illa, quam vulgo homines colunt, sed videns, et bona malaque hominibus secundum merita dispensans.

[o] *Videant irreligiosi*] Te magnæ Isidis providentia et beneficio asininæ formæ ereptum, et humanæ restitutum.

errorem suum[p] recognoscant. En ecce[3] pristinis ærumnis absolutus,[4] Isidis magnæ providentia gaudens,[5] Lucius de sua Fortuna[6] triumphat. Quo tibi tamen tutior sis,[7] atque munitior, da nomen huic sanctæ militiæ,[q] cujus non olim sacramento etiam rogabaris:[8][r] teque jam nunc obsequio[9] religionis nostræ dedica,[1] et ministerii jugum subi[2] voluntarium. Nam, cum cœperis Deæ servire, tunc magis senties fructum tuæ libertatis. Ad istum modum vaticinatus sacerdos egregius, fatigatos anhelitus trahens,[s] conticuit. Exinde[3] permixtus agmini religioso procedens,

suum errorem. Ecce nunc Lucius liberatus suis prioribus miseriis, gaudens providentia magnæ Deæ Isidis, triumphat de sua fortuna. Ut tamen sis securior, et melius protectus, amplectere hanc sanctam militiam, quam gaudebis aliquando te esse amplexum: et consecra te nunc jam obsequio nostræ religionis, et subde te sponte tua jugo hujus famulatus. Cum enim inceperis servire Deæ, tum maxime frueris tua libertate. Sic effatus præclarus ille sacerdos, ducens fessos suspiritus, tacuit. Ego postea incedens permixtus turbæ religiosæ, comitabar sacram pom-

3 Ms. *et ecce.* Colvius.—4 Fux. *primis ær. absolutis.* Roaldus.—5 Ms. item: *Isidiis magnæ prudentia.* Colvius. *Providentia.* Bert. *prudentia.* Elmenhorstius. Sic ejus nota est legenda. Vulgo corrupte concipitur. *Prudentia* est quoque in Pith. Fux. Pal. D'Orv. Oxon. et Edd. ante Beroaldum, perpetua fere variatione. Sed vide ad l. x. p. 735. Sæpius hoc libro: 'Deæ maximæ providentia.' In marg. Ed. Bas. pr. *prudentiæ,* Junt. post. *providentiæ,* ut 'gaudere voti' lib. I. p. 18. Sed alia ibi res est. *Insidiis m.* Pith. *Is magæ* Guelf. *Oud.*—6 Fux. *de fort. sua.* Oxon. *de sua forma.* Male. Considerat enim Lucium tota hac periodo, ut victorem sævæ, sed cæcæ et improvidæ Fortunæ. *Id.*—7 *Quo t. tutior sit.* Fux. *t. sis.* et Ald. *Roald.* *Quo tibi t. tutior.* Τὸ *tibi* in nullo vulgatorum est. *Colv.* Dele τὸ *tibi* ex Florent. et Bert. *Elmenh.* Colvium secuti sunt Vulc. Wow. Pric. Sed voculam *tibi* in Mstorum nullo, si Lipsianum excipias, inveni. Pro *sis atque* in Edd. Ber. Bas. pr. *sisque.* Oud.—8 *Et. rogaberis.* Ms. *rogabaris* cum aliquot vulg. *Colv.* Flor. *rogabaris.* Elmenhorstius. Vid. inf. et Not. Var.—9 Pal. Guelf. *obsequium.* Oud.—1 Pith. *dicata.* Id.—2 Vitiose Fux. *ministerium j. sibi.* Id.—3

NOTÆ

p *Errorem suum*] Quo putant nullos esse Deos: aut, si sint, res humanas non curare.

q *Da nomen huic sanctæ militiæ*] Id est, initiare his sacris. Metaphora est a re militari ducta: quasi sacerdotalis vita militiæ genus sit.

r *Cujus non o . . . rogabaris* [*cujus olim sacramento etiam lætaberis*] Sic habet Pricæana editio, quam lectionem in interpretatione expressi. Aliæ habent, *cujus non olim sacramento etiam rogabaris:* quas sequi si velis, 'non olim,' expone 'haud ita pridem:' nempe nocte superiore, qua Isis, ut supra habetur, Lucium in somnis sic affata erat: 'Plane memineris, et penita mente conditum semper tenebis, mihi reliqua vitæ tuæ curricula adusque terminos ultimi spiritus vadata,' &c.

s *Fatigatos anhelitus trahens*] Ejusmodi impostores se anhelos simulabant, ut divino spiritu afflati vide-

comitabar sacrarium:[t] totæ civitati[4] [u] notus ac conspicuus; digitis hominum nutibusque notabilis. Omnes[5] in me populi fabulabantur.[6] Hunc omnipotentis hodie Deæ numen augustum reformavit ad homines.[7] Felix hercules, et ter beatus![8] qui vitæ scilicet præcedentis innocentia fideque meruerit[9] tam præclarum de cœlo patrocinium; ut renatus quodammodo, statim sacrorum obsequio desponderetur.[1] Inter hæc, et festorum votorum tumultum,[2] paulatim progressi, jam ripam maris [250] proximamus: atque ad ipsum illum locum,[3] quo pridie meus stabulaverat[4]

pam: notus, et spectabilis toti civitati, designatus digitis, et capitis gestibus hominum: tota plebs de me loquebatur, dicens: Venerabile numen Deæ omnipotentis restituit hunc formæ humanæ. Profecto ille felix est, et ter beatus, qui nempe meruerit innocentia, et probitate suæ anteactæ vitæ, tam insignem protectionem cœlitus: ut quadam ratione renatus, illico assumeretur ad ministerium sacrorum. Dum hæc dicuntur, et populus perstrepit, vota læta nuncupando, sensim procedentes, jam accedimus ad littus maris: et pervenimus ad eum ipsum locum, in quo ego pridie ja-

Pith. Fux. Oxon. Edd. ante Colvium *exin*, ut alibi. *Id.*—4 Flor. *toti c.* Elmenhorstius. *Toti* quoque Fux. Reg. D'Orv. cum Ed. Scriv. Sed supra sic ἀρχαϊκῶς *isto.* Infra p. 251. 'Equiti totoque R. populo.' ubi vide. Mss. multi in Auct. ad Herenn. IV. 48. 'res tota totæ rei similis.' *Oud.*—5 Expiscari nequeo, cur et unde Scriverianæ Edd. habeant, *d. omnium n. n. Cuncti.* In Pal. Fux. Guelf. Oxon. *nutisque.* Id.—6 *Fabulantur.* Ante ubique, *fabulabantur.* Colvius. Flor. *fabulabantur.* Elmenhorstius. Præsens est in Pal. Pith. Lips. D'Orv. et Edd. Colv. Vulc. Wow. Pric. Ceteri servant imperfectum; cujus mutandi nulla erat causa. Præcedit 'comitabar.' *Oud.*—7 Oxon. *deform.* D'Orv. *ad hominem.* Sed p. 243. 'Cujus beneficio redieris ad homines:' et alibi. *Id.*—8 *Et tibi beatus.* Fux. *et ter beatus:* quod agnovit Beroald. vere. *Roald. Ter.* Vulgo, *tibi b.* Beroald. *sibi b.* Colvius. *Ter.* Alii, *Et tibi b.* Elmenhorstius. Abest *et* a D'Orv. Cod. *Ter* recte conjecit Beroaldus, ut servarunt Mss. O. et jam Ed. Junt. post. *tibi*, quod vitiose edebatur in Edd. primis, male secuti sunt Junt. pr. Ald. Bas. sec. *sibi*, quæ fuit altera Beroaldi conjectura, adoptaverunt Colin. Bas. pr. *Oud.* —9 Pal. D'Orv. *meruit.* Id.—1 Ms. Cod. *responderetur.* Colvius. Item Guelf. Fux. Pal. *redderetur* Oxon. Par. male. *Oud.*—2 D'Orv. *confestorum vot. tum.* Id.—3 Pith. D'Orv. *loc. ill.* Id.—4 Ed. Junt. pr. *stabularat.* Id.—

NOTÆ

rentur. De iis Tertullianus in Apologetico: 'Ructando conantur, anhelando profantur.' Sic lib. VIII. Gallorum Deæ Syriæ antistes 'crebros anhelitus referens simulabat sanciam vecordiam.'

[t] *Sacrarium*] Pompam sacrorum. Alias sacrarium est adytum, locus nempe secretior, in quo sacra reconduntur.

[u] *Totæ civitati*] Veteres 'toto' et 'totæ,' 'solo' et 'solæ,' et similia in dativo dixerunt, pro toti, soli, &c. sic Terent. Eunucho: 'mihi solæ ridiculo fuit.' Infra Noster: 'totoque populo Romano.'

asinus, pervenimus. Ibi Deum simulacris [w] rite dispositis,[5] navem faberrime factam, picturis miris [x] Ægyptiorum circumsecus variegatam,[6] summus sacerdos tæda lucida, et ovo, et sulfure,[y] solennissimas preces de casto præfatus ore, quam purissime purificatam, Deæ nuncupavit, dedicavitque. Hujus felicis alvei nitens carbasus,[7] littore votum ingestans progerebat. Ecce literæ [z] votum instaurabant,[a] de novi commeatus prospera navigatione. Jam malus insurgit, pinus rotunda, splendore sublimis, insigni carchesio conspicua:[8] et puppis, intorta chenisco,[9] [b] bracteis aureis vestita,

cueram, dum adhuc essem asinus. Imaginibus ibidem collocatis ex more, sacrorum antistes dedicavit, et consecravit Deæ navem artificiosissime fabricatam, varie ornatam undique mirabilibus picturis Ægyptiorum, mundissime purificatam tæda ardente, et ovo, et sulfure, prolatis suo sancto ore precibus valde solennibus. Velum nitidum hujus beati navigii gestabat votum scriptum magnis characteribus. Ii characteres renovabant votum, pro fausto eventu novæ navigationis. Jam malus illius navigii erigitur, qui erat pinus rotunda, excelsa, et splendens, insignis carchesio spectabili. Et puppis insignita ansere, cui collum intortum erat, micabat ob-

5 *Ibidem simulacris rite disp.* Idem cod. *ricte.* Colvius. *Ibi simulacris Deum r. d.* Ita malim ex Bertin. *Sciopp. Susp.* II. 4. *et Symb.* Flor. *ibidum.* Bert. *s. Deum r. d.* recte. *Elmenh.* Edd. Scriv. *Ibi dum s. Deum r. disp.* Sed vacat τὸ *dum.* Verissime Pithœanus, ut edidi: *Ibi Deum sim. r. disp.* Oud.—6 Al. *circumseptus.* Vid. Not. Var.—7 Hoc ordine voces hæ locantur in Mss. Pith. Fux. D'Orv. Palat. Ed. Junt. post. Vulgo *alv. fel.* Palat. Guelf. *abaci.* D'Orv. *nitens.* Oud.—8 *S. s. insignis, carchesio conspicua.* Lege, *insigni.* Wowerius. *Sublimis.* Vulgo, *sublimi.* Elmenhorstius. Nempe Vulcan. Ed. sec. *sublimi* ediderat: quia scil. videbat, rem quampiam non posse dici sublimem esse splendore. Quid enim splendor facit ad sublimitatem? Hinc etiam vir doctus ascripserat: ἴσως *spl. sublimi, insigni carch.* In Flor. N. 22. 'procero malo, insigni carchesio, splendentibus velis:' aliusque ad Lucian.

NOTÆ

[w] *Simulacris*] Quibus onusti erant Isiaci Sacerdotes.

[x] *Picturis miris*] Hieroglyphicis.

[y] *Tæda lucida, et ovo, et sulfure*] Hæc lustrationibus et purificationibus adhiberi solita testantur Servius ad Æneid. VI. 'Lustratio a circumlatione dicta est, vel tædæ, vel sulfuris.' Ovid. Metamorphos. lib. VII. 'Terque senem flamma, ter aqua, ter sulfure lustrat.' Idem in libris de Arte Amandi: 'Et veniat, quæ lustret anus lectumque locumque, Præferat et tremula sulfur et ova manu.'

[z] *Carbasus, littore v. ingestans p. Ecce l.* [*C. literis v. ingentibus p. Eæ literæ, &c.*] Sic emendavit ex vetustorum codicum vestigiis Priceus: ait scilicet votum pro novi commeatus prospera navigatione magnis characteribus in velo navis fuisse scriptum.

[a] *Votum instaurabant*] Quia jam a sacerdotibus in littore factum, priusquam navis mari redderetur, et carbasus, patefaciente vento illud sibi inscriptum ostendendo, renovare videbatur.

fulgurabat:[1] omnisque[2] prorsus carina citro limpido[3] perpolita florebat. Tunc cuncti[4] populi, tam religiosi, quam profani, vannos onustas[5] aromatis et cujuscemodi suppliciis[6] [c] certatim congerunt; et insuper fluctus libant[d] intritum lacte confectum;[e] donec muneribus largis, et devotionibus faustis completa navis, absoluta strophiis[7] anchoralibus,[f] peculiari[8] serenoque flatu, pelago redderetur.[9]

ducta bracteis aureis: et carina tota omnino fabricata ex citro nitente splendebat. Tunc omnis plebs, tam religiosi, quam profani, injiciunt certatim vannos plenas aromatibus, et omnis generis rebus ad supplicationes pertinentibus, et infundunt in mare intritum factum ex lacte, donec navis repleta copiosis donis et faustis precationibus, solveretur funibus anchorarum, et in mare impelleretur vento singulari et

tom. III. p. 253. emendavit: *splendore sublimi insignis, carchesio consp.* sive splendens in sublimitate seu cacumine. *Insigni* Salm. ascripsit quasi e Pith. Ego malim insuper vocum ordinem invertere, *splendore insignis, sublimi carchesio consp.* Est enim carchesium in summitate mali. Vide Lucan. lib. v. 428. 'summi carchesia mali.' et Scheffer. de Re Navali p. 144. et 330. *Oud.*—9 *Cerucho* legit Beroald. quod etiam est in Ald: *Roald.* Sic Ven. et Bas. 1. Ms. *chenasco*, al. *thenisco.* Beroaldus reposuit *cerucho.* Lipsius, *tæniis cum.* Sed postea etiam nihil verius lectione, quam vulgavimus, se anteferre indicavit. *Colv.* Cælius Rhodigin. Antiq. Lect. lib. xxx. c. 1. *cherucho* legit. Lipsius Elect. II. c. 21. *puppis intorta tæniis cum bracteis aureis.* Sed vulgatam retinet, et recte explicat Gyraldus de navigiis fol. 597. *Elmenh.* Oxon. *cherusco*, Edd. Junt. Ald. Col. Bas. *cerucho.* *Schænisco* Groslot. prave. *Oud.*—1 Alii *fulgebat.*—2 Abest *que* a D'Orv. *Oud.*—3 Fux. Reg. *citro limpida.* sc. arbore, haud male. Plin. lib. XIII. c. 5. 'laudatissimam fert citrum.' Oxon. inepte *atro.* Adi Beroald. *Id.*—4 Exulat a Pith. *Id.*—5 D'Orv. *bannos.* Pal. Guelf. *onustos.* Id.—6 *Et hujuscemodi suppliciis.* Lego, *cujuscemodi*, ut alibi, hoc ipso lib. 'pecua etiam cujuscemodi,' pro quo vulgo, *hujuscemodi.* Brantius. Sic et Pric. aliique recte. Vide ad lib. VIII. p. 164. Oxon. *hujusmodi.* Tum *suppliciis* Fux. Pal. Oxon. *Oud.*—7 Vid. Not. Var.—8 Quis ille *peculiaris* sive singularis ventus fuerit vel esse potuerit, non percipio.

NOTÆ

[b] *Intorta chenisco*] Cheniscus χηνίσκος Bayfio pars est proræ unde anchoræ dependent. At videtur potius fuisse anser insigne navis hujus in puppe pictum aut sculptum, intorto collo, ut vulgo pinguntur anseres; χὴν enim Græcis est anser: unde diminutivum χηνίσκος. Ejusmodi porro anser sæpissime navibus pro insigni erat: unde Lucianus in veris narrationibus: ὅ, τε γὰρ ἐν τῇ πρύμνῃ χηνίσκος ἄφνω ἐπτερύξατο καὶ ἀνεβόησε, 'qui enim erat in puppe anser repente cœpit alas quatere, et clamare.' Huc accedit quod navem Isidi dedicatam maxime decuerit pro insigni habere anserem, quæ ales est Isidi sacra. Unde Ovidius: 'Nec defensa juvant Capitolia, quominus anser Det jecur in lances, Inachi lauta, tuas.'

[c] *Suppliciis*] Rebus sacrificalibus, et supplicationibus Deorum accommodatum. Alias 'supplicium' pœnam significat.

[d] *Libant*] Effundunt sacrificii ergo.

[e] *Intritum lacte confectum*] Genus aliquod pultis, aut condimenti lactei.

[f] *Strophiis anchoralibus*] Strophium

Quæ postquam cursus spatio prospectum sui nobis incertat,[1] sacrorum geruli, sumtis rursum, quæ quisque detulerant,[2] alacres ad fanum reditum capessunt similis ritu pompæ[3] decori. At cum[4] ad ipsum jam templum pervenimus; sacerdos maximus, quique divinas effigies progerebant,[5] ei qui venerandis penetralibus pridem fuerant initiati, intra cubiculum Deæ recepti, disponunt rite simulacra spirantia.[6] [g] Tunc ex his unus, quem cuncti Grammatea di-

sereno. Quæ postquam tam longe processit, ut dubius jam nobis esset ejus aspectus, qui sacra gestabant, resumunt singuli quæ attulerant, et incipiunt redire alacriter ad templum decenter, eodem ordine pompæ, quo venerant. Ubi autem jam pervenimus ad ipsum delubrum, antistites sacrorum, et qui ferebant divina simulacra, quique jam dudum initiati erant arcanis cærimoniis, ingressi sacrarium Deæ, reponunt ordine effigies illas faberrime factas in suis locis. Tunc unus ex illis, quem omnes

---

Nec magis tamen intelligo, quis sit ἄνεμος ἀγνευτικὸς, seu *piacularis;* quomodo hic corrigendum existimat acutissimus Markland. in Epist. Crit. p. 59. *Oud.*—9 Pal. *redderent.* Sed cur redderetur navis pelago, quæ nunquam navigarat, nec mari commissa fuerat.' Malim itaque *crederetur.* Passim poëtæ aiunt, 'credere navem mari, ventis,' sexcentis locis. *Id.*—1 Palat. Guelf. *in nobis inc.* Id.—2 Fux. Pal. D'Orv. *detulerat*, minus eleganter. Vide ad lib. IV. p. 70. 'Quisque decurrunt.' *Id.*—3 *Simili ritu pompæ.* Fux. *s. strictu p.* Roaldus. *Simili structu p.* Bertin. *servili ritu pompæ dec.* Scioppius in Symbola. Scribe: *similis ritu pompæ dec.* Wowerius. Flor. *simili strictu p. decor.* at Bert. *servili ritu p.* Wowerius. *similis ritu p.* recte. *Elmenh.* Ista Wowerii emendatio, quam præceperunt Elm. Scriv. Pric. multum adjuvatur istis codicibus, qui habent *simili strictu*, in quibus sunt Palat. Guelf. Millies enim a librariis *c* præpositum fuisse τῷ *t*, crebro monitum. Supra hoc ipsum *rictu* pro *ritu* in Cod. Lips. et alibi. Infra, 'sacrorum ritu vetusto.' Pith D'Orv. et alii cum Edd. Vett. ac Floridi, *simili ritu.* Nequaquam tamen spernenda fuerat Lipsiani codicis lectio, quam contra consuetudinem tacite recepit Colvius, *structu*, sequente eum Vulcanio. Nam eadem est in Oxon. ac Paræano, et Reg. pro apparatu, sive instructu, ut optimi quoque loquuntur. Non raro 'struere' pro 'instruere' occurrit. Vide ad lib. VI. p. 112. 121. 'Strictus' et 'structus' passim confunduntur. Vide ad Liv. lib. III. 60. Alio tamen exemplo destituitur simplicis nominis hæc declinatio, seu structura. *Oud.*—4 *Ac cum.* Vulg. *at cum.* Colvius. *At* multum præfero, confirmatum a Pith. Fux. Pal. Oxon. et Edd. Vett. *Oud.*—5 Ms. *progerebat.* Colvius. Bert. *effigias.* Elmenhorst. Glossæ: *effigium*, ἀποτύπωμα. *Effigia* non legitur. *Wass.* Dictum esset, ut rabia, scabia, et similia supra in Mss. nonnullis. Vide Misc. Obs. V. II. p. 396. At puto librariis ascribendum: hinc in aliquot est Codicibus lib. de Deo Socr. pag. 685. et Ms. Harlem. Val. Max. lib. II. cap. 10. Ext. 1. *Progerebat* etiam Fux. *prægerebat* Reg. Vide ad pag. 245. *Diversas* in D'Orv. *divitias*

NOTÆ

vulgo fascia est pectoralis, qua mulieres papillas cohibebant: at hic nihil aliud sunt strophia quam vincula, seu rudentes, quibus navis ad ancheras erat alligata. στρόφιον Suidæ est στρογγύλον ζωνάριον, zona teres.

[g] *Simulacra spirantia*] Imagines illas Deorum, quæ tanta arte erant

cebant, pro foribus[7] assistens, cœtu Pastophorum,[h] quod sacrosancti collegii nomen est,[8] velut in [251] concionem vocato, indidem de sublimi suggestu, de libro, de literis[9] fausta vota[1] præfatus: PRINCIPI MAGNO, SENATUIQUE, ET EQUITI, TOTOQUE[2] ROMANO POPULO, nauticis, navibus,[3] quæque sub imperio mundi nostratis[i] reguntur,[4] renuntiat, sermone rituque Græciensi,[5] ita, *ΛΑΟΙΣ ἌΦΕΣΙΣ*.[6][k] Qua voce,[7] feliciter cunctis evenire,[l] signavit[8]

vocabant scribam, stans ante fores, advocato veluti in concionem grege Pastophorum, quod nomen est cœtus illius sacrosancti, cum inde ex alta cathedra pronuntiasset vota prospera ex libro, in quo scripta erant: Pro magno Imperatore, Senatuque, et Equestri Ordine, universoque Populo Romano, *navibus nauticis, et iis omnibus, quæ reguntur sub imperio hujus nostri mundi, ita pronuntiat lingua, et more Græco:* Λαοῖς ἄφεσις, *missio populis. Quam vocem clamor populi*

Guelf. *Oudendorp.*—6 Pith. *spiranda.* Id.—7 Fux. D'Orv. *præ foribus*, male. Vide ad l. IX. p. 190. 'pro limine.' *Id.*—8 Pith. *quo.* Si per Mss. liceret, mallem et hic deleri istud prænomen. Adi ad l. I. p. 18. In Flor. N. 6. 'Est præterea genus præstabile.' Gymnosophistæ vocantur. Substantivo verbo caret D'Orvillianus. *Id.*—9 Pith. *de libro, de libris.* Id.—1 In Ms. (Fulv.) vox *vota* non legitur. *Sciopp. in Symb.*—2 Al. *totique.*—3 *Nauticis navibus.* Vulgo male hæ voces sine distinctione junguntur; cum nullæ sint naves, nisi nauticæ, quas 'pinus nauticas' poëtice dixeris cum Virg. Ecl. IV. 38. Recte igitur Edd. Vulc. sec. Elm. Scriv. exhibuere *nauticis, navibus.* Nautici sunt tum navium gubernatores, tum omnes socii navales. Vide ad Liv. l. XXX. 25. 'Jussus e nauticis unus:' et passim. Neque nauticæ naves diversæ sunt ab iis, quæ sub Imperio Rom. reguntur. Quare insuper puto legendum, *n. navibusque, quæ sub imp.* In Oxon. e glossa *nautis:* uti sæpe hæ voces variantur. Adi Stewech. ad Veget. l. V. 13. 14. 'Ignorantibus nauticis.' Mss. 2. *nautis.* In D'Orv. *n. manibus.* Oud.—4 Pal. *quoque.* D'Orv. *imperiis*, non male. Doct. Jablonskius in Misc. Berol. vol. VII. p. 441. legi vult *vehuntur*, sive iter maritimum faciunt. Mutandi nullam video causam. Passim occurrit 'regere navem,' unde 'navis rector' crebro de gubernatore. Pueri sciunt. *Id.*—5 Palat. D'Orv. Guelf. *Græcensi.* Vide ad l. III. p. 48. 'ritu Græciensi.' Ed. Vic. *Gratiensi.* Id.—6 Vid. Not. Var. *Quam vocem feliciter c. evenire.* Fux. *qua voce.* Roald. *Qua voce.* Vulg. *quam vocem.* Colv.—7 Al. *quam vocem.*—8 Ms. *significavit.* Colv.—9 Fux. *cl. pop.* Ab

NOTÆ

elaboratæ, ut vivere ac spirare viderentur. Arnob. lib. VI. 'Spirantia hæc signa, quorum plantas et genua contingitis,' &c.

[h] *Cœtu Pastophorum*] Pastophori, παστοφόροι, sacerdotes erant ferentes sacerdotale pallium in pompis publicis: et παστοφορεῖον, tabernaculum pastophororum, thalamus, in quo habitat templi præpositus. Venus etiam dicta est παστοφόρος, thalamifera.

[i] *Mundi nostratis*] Ad distinctionem Inferorum, quod 'subterraneum semirotundum' supra dixit.

[k] *Λαοῖς ἄφεσις*] Michaël Ritius, lib. II. de Regibus Francorum, pag. 539. 'Antiquitus, in illa vana Deorum superstitione, peracta re divina, conversus ad plebem sacerdos, dicebat: λαοῖς ἄφεσις, id est, populis mis-

populi clamor[9] insecutus. Exin[1] gaudio delibuti populares, thallos, verbenas,[m] corollas[2] ferentes, exosculatis vestigiis Deæ, quæ gradibus hærebat argento formata,[3] ad suos discedunt[4] lares. Nec tamen sinebat me animus[5] ungue latius indidem digredi;[6] sed intentans Deæ specimen[7] pristinos casus meos recordabar. Nec tamen Fama

subsequens significavit jucunde accidere omnibus. Postea populus perfusus lætitia, ferens ramos oleæ, verbenas, et corollas, osculatur vestigia Deæ, quæ adhærebant gradibus facta ex argento, et singuli abeunt in suas domos. Neque tamen animus meus patiebatur me discedere ex illo loco vel latum unguem; sed attentus ad simulacrum Deæ recogitabam meas priores fortunas. Attamen fama velox non cessa-

Oxon. et Guelf. exulat *populi*. Oud.—1 Pal. D'Orv. Guelf. *exinde*, frequentissima variatione. *Id.*—2 Vulg. *tulos*. In Fux. Reg. *corallos*. Id.—3 *Quæ gradibus hærebant*. Vulg. *hærebat*. Colvius. Lege, *hærebat*. Elmenh. Satis inepte Colvius e Lips. Cod. reposuit pluralem numerum, quasi soli Deæ pedes hæsissent templi gradibus argento formatæ, et non tota ibi stetisset vel sedisset Dea, ut patet e seqq. 'Intentus in Deæ specimen.' Ceteri scripti et Edd. præter Vulc. Wow. dant *hærebat*. Oxon. *quæque h.* Guelf. a m. pr. *formatus*. Oud.—4 *Descendunt*. Fux. *discedunt*. et Ald. *Roald.*—5 Fux. D'Orv. Guelf. *n. t. me sin.* melius. Coll. Voss. *n. me t. s.* Oud.—6 Ms. *utique ne latius*. Colvius. Hinc Sopingius conjecit, *utique hoc latius*. Sed frustra. L. II. p. 32. 'Invita quod a se ungue latius degrederer.' L. X. p. 230. 'Nec eum ungue latius a se discedere passa est.' Alii 'unguem latum, transversum discedere' aiebant. Vide Manut. ad Cic. l. VII. ad F. Ep. 25. Oxon. *ididem*. Fux. *disgredi*. Oud.—7 *Intentus Deæ specimen*. Ms. *intentans*. Forte, *intuitans*. Colvius. Plerique scripti, *intentans*. Emendabis, *intentus in Deæ speciem*. Wowerius. Manusc. Fulvii et Colvii, *intentans*. Scioppius in Symbola. *Intentus in Deæ speciem*. Ita Mss. Vulgo, *intuitus d. s.* Elmenhorstius. Fallitur vir doctus et cum eo N. Heins. ad Valer. Flacc. l. VII. vs. 114. putans exhiberi in Mss. quod ex mera Wowerii conjectura in textum recepta, ibi remansit. Mss. O. et Edd. priores carent τῷ *in*. Sed Fux. Reg. D'Orv. Pal. Oxon. Petr. cum reliquis, per eruditos citatis, exhibent *inten-*

NOTÆ

sio, ut est apud Apuleium: quo verbo potestatem faciebat abeundi volentibus.' Simile habemus exemplum in solenni hoc versiculo, quem sacerdotes nostri post peractum sacrum ad plebem conversi dicere solent: 'Ite: missa est:' ubi 'missa' est missio, ἄφεσις, quemadmodum et sanctus Cyprianus 'remissa' pro 'remissione' dixit l. ad Fortunatum, de exhortatione martyrii: 'In aquæ baptismo percipitur peccatorum remissa.'

[l] *Qua voce*, [*Quam vocem*,] *feliciter cunctis evenire, &c.*] Alii legunt, *qua voce*, sed parum interest utro modo legas: utroque enim significatur, hac voce fausta et læta omnia omnibus portendi, quod nempe Dea Isis per suum scribam renuntiaret unicuique jam licere domum reverti, sacris rite peractis, quibus fuerat propitiata.

[m] *Thallos, verbenas, &c.*] Θαλλοὶ rami sunt, ac præsertim oleaginei, aut palmei. 'Verbenas' (inquit Servius ad Æneid. XII.) 'abusive vocamus omnes frondes sacratas: ut est laurus, oliva, vel myrtus.'

volucris pigra pinnarum[8] tarditate cessaverat: sed protinus in patria Deæ providentis adorabile beneficium, meamque ipsius Fortunam memorabilem[n] narraverat passim. Confestim denique[9] familiares ac vernulæ, quique mihi proximo nexu[1] sanguinis cohærebant, luctu deposito, quem de[2] meæ mortis falso nuntio susceperant, repentino lætati gaudio,[3] varie[4] quisque munerabundi, ad meum festinant illico divinum[5] reducemque ab Inferis conspectum.

verat lenta desidia suarum alarum: sed illico narraverat ubique in mea patria adorandum beneficium Deæ providæ, et meos celebrandos casus. Denique domestici, et servuli mei, et ii, qui mihi conjuncti erant proximo vinculo consanguinitatis, posito statim mœrore, quem conceperant ex falsa relatione meæ mortis, exhilarati subita lætitia accurrunt protinus ad videndum me, qui servatus eram divinitus, et quasi reductus ab Inferis, afferentes mihi singuli varia munera. Quorum inspe-

tans, quod exponit quidam frequentative 'crebro inspiciens.' Male. Rectius Colvius *intuitans*, vel Vulcan. Ed. sec. *intuitus* conjecerunt. Neque enim credo, quenquam in sententiam Pricæi iturum, qui emendabat *specimini:* quia vox *intentus* tum Nostro, tum aliis sæpe Dativo jungitur. Hoc non verisimile est ita corrupturos fuisse librarios. Vide, num legi possit: *intentus, Deæ specimen, et pr. m. casus recordabar;* sensusque sit, eum attente cum pristinis casibus suis recordatum 'augustum specimen Deæ,' quod ipsi in somnio apparuerat p. 238. et hoc, quod in templi gradibus erat, bene contemplatum, inter se comparasse. *Intentas* certe aliquoties absolute sine adjuncto casu ponitur. Vide Burm. ad Sueton. Cæs. c. 65. 'paratum et intentum.' et Virg. l. v. Æn. 137. 'Intenti expectant signum.' Infra p. 254. 'Intentus miti quiete, &c. obibam ministerium.' Immo et verbum 'intendere' plus semel casu destitutum adhibuit, ut jam monuit N. Heinsius d. l. Pessime vero a Wowerio conjectum esse *speciem*, advertit Pricæus, ex allatis Auctoris verbis p. 238. Adde Heins. et Burm. ad Valer. Flacc. l. VI. 58. 'Insuper auratos collegerat ipse dracones Matris Horæ specimen.' Auson. Parent. XXIII. 2. 'Amissi specimen qui genitoris eras.' *Oud.*—8 D'Orv. *pennarum.* Vide supra. *Id.*—9 Abest a Coll. Voss. *Id.*—1 Pith. *quæque.* Pal. Guelf. *quinque m. proxime.* Ed. Bas. pr. *sexu,* quam typothetarum mendam turpiter pro ipsa Apuleii manu admisit Stewech. ad Arnobii l. VII. p. 149. Ed. Lugd. *Id.*—2 Idem cod. *quæ de.* Colvius.—3 *Lætali g.* Fux. *lætati g.* Roaldus. Sic Mss. et Edd. O. ut debent, præter Bas. *Oud.*—4 Bert. *vere.* Scioppius in Symbola. Haud vere. *Elmenh.* item Pith. *Munerabundi*, Pal. Guelf. *minerabundi.* Oud.—5 *Diutinum.* Fux. *diuturnum.* Roaldus. *Divinum* Venet. et Bas. I. Rom. *diurnum.* Colon. *diutinum.* Ms. *durinum.* Colvius. Bertin. *diurnum*, id est, in diem lucemque, ut Modius interpretatur. *Sciopp. in Symb. et Susp.* II. 4. *Diurnum.* Ita Mss. omnes. Vulgo, *divinum.* Modius, *d. in lucem.* Elmenhorstius. *Divinum.* Quidam *Diutinum*, alii *diurnum.* Manusc. *durinum.* Mihi accuratius sententiam expendenti placet *redivivum:* quam veram esse lectionem cum quovis mortalium pignus ausim dare. Lucem hæc capient ab iis, quæ affert Joseph. Scaliger ad Fest. actio *postliminium.* Brantius. *Divinum*, sive dono divinitus datum, maxime mihi arri-

NOTÆ

[n] *Fortunam memorabilem*] Reditum nempe ex asinina forma ad humanam.

Quorum desperata ipse etiam[6] facie recreatus, oblationes honestas æqui bonique facio: quippe cum mihi familiares, quoad cultum sumtumque largiter succederet,[7] deferre prospicue curassent.[8] Affatis itaque[9] ex officio singulis, narratisque meis pristinis[1] ærumnis, et præsentibus gaudiis, me rursum ad Deæ gratissimum mihi refero[2] conspectum: ædibusque[3] conductis, intra conseptum[4] templi,[o] larem temporarium mihi constituo:[5] Deæ ministeriis adhuc [252] privatis[6] appositus,[7] contuberniisque sacerdotum in-

rato aspectu ego etiam exhilaratus, gratias ago ipsis de suis honestis muneribus: quia mei domestici provide dederant operam, ut mihi afferrent quod abundanter sufficeret ad ornatum meum, et impensam in victum. Appellato igitur unoquoque, prout debebam, memoratisque meis laboribus præcedentibus, et lætitia præsenti, redeo iterum ad conspectum Deæ mihi jucundissimum: et, conducta mercede domo, constituo mihi habitationem ad aliquod tempus intra conseptum templi: adhibitus adhuc privatis ministeriis Deæ, inseparabilis a societate sacerdotum, et adorator

deret æque ac Colv. Vulc. Wow. Pric. Flor. vel, ut exponit Burmannus, quasi more Deorum de cœlo missum. Sed in nullo est Codice. Constanter mei codd. cum Edd. primis, Beroald. Junt. post. Elm. et Scriv. habent *diurnum*, quod me haud intelligere fateor, nisi significet conspectum, quod mihi, ut homini, diem rursus videre liceat. Sed exemplum quæro. Nec placet *diuturnum*, quod est in Petr. Cod. nec *diutinum*, quod edidere Junt. pr. Ald. Colin. Bas. pr. Naturalis maxime et facillimi sensus est optima Brantii conjectura *redivivum*, sive N. Heinsii *recidivum* ad Ovidii Fastos l. IV. 45. 'ille dedit Capyi recidiva vocabula Trojæ:' et quos laudat Burm. ad Virg. Æn. IV. 344. Supra l. X. p. 218. 'remeare in diem lucidam' de mortuo credito dixit. *Oud.*—6 Coll. Lips. *ipso et.* Ed. Bas. pr. *ipsa et.* Id.—7 Vid. Not. Var.—8 *Perspicue curassent.* Pal. Oxon. Guelf. Pith. Fux. Ed. Scriv. *prospicue*, ut legendum monuit Pricæus. Verissime. Vide ad l. I. 16. 'Prospicue in me consuluit.' Apage igitur Stewechii conjecturam *percurassent.* Oxon. *curassem.* Oud.—9 Ms. *ita.* Colvius. Pal. Guelf. *affatisque ita.* Oud. —1 Fux. *m. et pr.* Roaldus. Primo loco per polysyndeton, Nostro frequentissimum, addidi *et*, auctoritate Codd. Florent. Fux. D'Orv. Pal. Oxon. Coll. Voss. Vide ad l. I. p. 16. 'Et cujatis sit, et quibus deversetur ædibus.' *Oud.* —2 Fux. *me ref.* Roaldus. D'Orv. *inde r.* non male. *Oud.*—3 Copula male abest Oxon. *Id.*—4 Inepte D'Orv. Oxon. Edd. Ber. Bas. pr. *conspectum*, Junt. pr. Ald. *consumtum*, Fux. Cod. *coceptum.* Confer Curtii descriptionem templi Hammoniaci. De Pastophorio et Pastophoris agam ad p. 261. *Id.*—5 Pal. *tempolarum.* Oxon. Guelf. *temporalium.* Iidem cum Fux. et Ed. Bas. pr. *constituto.* Id.—6 Ed. Bas. pr. *mysteriis.* Junt. pr. Ald. *privatus.* Id.—7 Idem Cod.

NOTÆ

[o] *Intra conseptum templi*] Ruffinus Historiæ Ecclesiasticæ lib. II. c. 23. in descriptione templi Dei Serapidis: 'Jam vero in superioribus extrema totius ambitus spatia occupant exhedræ, et pastophoria, domusque in excelsum porrectæ: in quibus vel Æditui, vel hi, quos appellant ἁγνεύοντας, id est, qui se castificant,' (talis erat noster Lucius,) 'commanere soliti erant.'

dividuus, et numinis magni cultor inseparabilis. Nec fuit nox una, vel quies aliqua,[8] visu Deæ monituque jejuna;[9] sed crebris imperiis, sacris suis me jam dudum destinatum, nunc saltem censebat initiari. At ego,[1] quanquam cupienti voluntate præditus, tamen religiosa formidine retrahebar;[2] quod enim[3] sedulo percontaveram,[4] difficile religionis obsequium, et castimoniorum abstinentiam[5] satis arduam, cautoque circumspectu[6] vitam, quæ multis casibus subjacet, esse muniendam.[7] Hæc identidem[8] mecum re-

individuus magnæ Deæ. Neque transegi ullam noctem, aut ullum somnum expertem visionis et monitionis Deæ: sed præcipiebat illa mihi frequentibus mandatis, ut nunc certe initiarer suis sacris, quibus jam pridem fueram destinatus. Ego vero, quamvis id ardenter cuperem, cohibebar nihilominus pio timore: quia nimirum studiose sciscitando cognoveram ministerium religionis esse difficile, et observationem castitatis valde difficilem, et vitam, quæ exposita est plurimis eventibus, defendendam esse prudenti circumspectione: revolvens sæpe ista apud me, procrastina-

infixus. Colvius. Coll. Voss. Guelf. *contuberniique.* Palat. *indivisus.* Oud.—8 *Nox una vel dies aliqua.* Alii, *n. u. v. requies.* Elmenhorstius.—9 Idem, *ei, una.* Colvius. Lege cum Ms. Fulv. *jussu Deæ.* Scioppius in Symbola. Ful. *jussu Deæ.* Flor. *ejus una.* male. *Elmenhorstius.* Fortassean *vana* aut *vaciva.* Utrum mavis, elige. Floccum non interduim. *Brant.* Perperam omnino Sciopplus præfert *jussu.* Is nihil differt a *monitu* et *imperiis.* Sed optime *visu;* quia in somnio et quiete sæpe illam videbat, hinc maxime lætatus. Confer seqq. Tum in Pal. etiam et Oxon. a m. pr. *eiuna;* quales librariorum aberrationes non debent Criticum inducere, ut aliam tentet substituere vocem pro vulgata et bona. *Oud.*—1 D'Orv. prave *ac, ego.* Id.—2 *Formidine renitebar.* Idem, *recreabar.* Colvius. Colvii Ms. *recreabar.* Fulvianus, *retardabar.* Lego *retinebar,* transpositis literis. *Sciopp. in Symb.* Pal. et Flor. *retubar.* Scribe ex Fulvii libro *retardabar.* Elmenhorstius. Forte *refragabar.* Brantius. Scioppii conjecturam *retinebar* tacite expresserunt Wower. et Pric. *Retardabar,* ut est etiam in Cod. Inc. amplexi sunt Elmenh. et Scriv. ut p. 260. 'sumtuum tenuitate contra votum meum retardabar.' Sed in D'Orv. est *renitebat,* in Fux. quoque ac Guelf. *retabar,* Oxon. et Par. *retrahebar:* quod mihi præ omnibus placet maxime. Sic passim optimi quique loquuntur. Idemque, quod alioquin aiunt, *revocabar.* Certe *renitebar,* quod repetiit Floridus, hic in Lucio, 'cupienti voluntate prædito,' locum habere nequit. *Oud.*—3 Pith. *quid enim.* Male. Non cepit etiam hanc locutionem Pricæus, postea supplendum censens *inaudiveram* vel *vidiceram.* Sequentia cuncta pendent a verbo *percontaveram.* Ex stylo Apuleii *quod enim* nihil est, nisi quoniam, si quidem, quippe qui. Adi ad lib. IX. p. 184. 'Quod enim rebar.' Minor distinctio ponatur post *retrahebar.* Id.—4 Al. *percunctaveram.*—5 Idem, *absentiam.* Colvius. Cum Pal. et Guelf. In Ed. Flor. est *castimoniarum,* ut solet alibi Auctor, sed hic contra Mss. O. et Glossas. Verum an abstinentia castitatis est difficilis? Immo ejus seu castimoniarum observatio est ardua: ut interpretatur Floridus. Debuerat ergo dixisse, *castim. tenacitatem.* ut p. 242. 'Sedulis obsequiis et religiosis ministeriis, et tenacibus castimoniis.' Puto igitur voces *et castim.* esse trajectas, ac legendum, *diff. religionis et castimoniorum obsequium, abstinentiam satis arduam.* vel corrig. *castam morum abstin.* Sed illam *continentiam* rectius vocasset. *Oud.*—6 Ed. Bert. *tantoque circumvectu.* Id.—7 Vid. Not. Var.—8 *Indi-*

putans, nescio quomodo,[9] quanquam festinans, differebam.[1] Nocte quadam plenum gremium suum visus est mihi summus sacerdos offerre: ac requirenti,[2] quid utique istud? respondisse, partes illas [3] [p] de Thessalia mihi missas; servum etiam meum [4] indidem supervenisse, nomine Candidum. Hanc experrectus imaginem diu diuque apud cogitationes meas revolvebam, quid rei portenderet; [5] præsertim cum nullum unquam habuisse me servum isto nomine nuncupatum certus essem. Ut ut tamen [6] sese præsagium somni [7] porrigeret, lucrum certum modis omnibus [8] significari partium oblatione [9] crederam. Sic anxius, et in proventum prosperiorem attonitus,[1] templi matutinas aper-

bam, nescio qua ratione, quamvis avide cuperem. Quadam nocte videre mihi visus sum supremum sacerdotem mihi offerentem suum gremium plenum: et cum interrogarem eum, quidnam esset istud, respondisse mihi illa esse frusta ad me missa ex Thessalia; famulum etiam meum, nomine Candidum, advenisse ex eadem provincia. Postquam evigilavi, agitabam animo diu multumque quid rei visio illa mihi præsagiret; præcipue, quia certo sciebam me nullum unquam habuisse servum vocitatum hoc nomine. Existimabam tamen quæstum haud dubium prorsus designari per oblationem frustorum, quoquo modo præsagium somni se explicaret. Sic solicitus, et intentus illi abundantiori lucro, expectabam templi apertionem, quæ mane fiebat.

dem Ald. *Roald.* Male. *Elmenh.* f et Junt. pr. *Oud.*—9 Exulat *modo* a Reg. *Id.*—1 D'Orv. *deffer.* Edd. Vu. Wow. Pric. *disser.* vitiose. *Id.*—2 Edd. ante Colv. cum Ms. D'Orv. *ut req.* Id.—3 D'Orv. 'a. Id.—4 Attendi meretur, in optimis membranis Florentinis ac P hœanis exarari contra constructionis legem, *servus etiam meus.* Hinc suspicor, ab Apuleio hoc vel simili modo relictum: *servos etiam meos indidem supervenisse*, et *in iis*, vel *unum, nomine Candidum.* Nam p. 253. subdit: 'superveniunt de patria, quos ibi reliqueram cognatos scilicet famulos meos, nec non et equum illum meum colore Candidum reducentes.' In Edd. Junt. Ald. *servum et meum.* Id.—5 Fux. *hac experrectus imagine.* Roaldus. *Hac exp. imagine.* Vulg. *Hanc exp. imaginem.* Colvius. *Hanc exp. imaginem.* Vulgo, *Hac exp. imagine.* Bertin. *q. r. protenderet*, male. *Elmenh.* Ablativum sane cum Lips. et Fux. Cod. ostentant Pal. D'Orv. Reg. cum Edd. Colv. Vulc. Wow. Pric. Sed rectius Elmenhorstius revocavit priorem lectionem accusativi, ut dant Flor. Bert. Pith. alii. Jungit priori verbo *revolvebat imaginem*, per syllepsin. Subintelligitur enim rursus, *quid rer. portenderet* hæc imago. Sic solent passim politissimi scriptores. Consule, quos laudavi ad Hirt. de B. Afric. c. 20. 'Sagittas, uti fierent, curare.' Dein Palat. *pertenderet*, et Oxon. *certus esse.* Oud.—6 *Ut tamen.* Ed. Bas. pr. *ait t.* Reposui autem ex certissima Pricæi, alteriusque viri docti ad marg. Ed. Colv. conjectura: *Ut ut tamen*, sive *quoquo modo.* Passim 'ut ut sit,' et similia. *Id.*—7 Al. *somnii.*—8 Petr. Ms. *luctum.* Edd. Junt. Aldi carent τῷ *omnibus.* Oud.—9 Ms. lib. *patriam.* Ven.

NOTÆ

[p] *Partes illas*] Quas nimirum in gremio suo habebat.

[q] *Attonitus*] Idem hic est atque attentus, quemadmodum et in hoc Ju-

tiones opperiebar. Ac, dum velis candentibus[r] reductis in diversum, Deæ [2] venerabilem conspectum [3] apprecamur, et per dispositas aras circumiens sacerdos [4] rem divinam procurat [5] supplicamentis solennibus, de penetrali fonte petitum [s] spondeo [t] libat.[6] Rebus jam rite consummatis, inchoatæ lucis salutationibus,[u] religiosi primam nuntiantes[w]

Et, dum retractis in contrarias partes albis sipariis, oramus venerandam faciem Deæ, sacerdos circumiens altaria ordine disposita, dat in iis operam sacro: et cum solitis precibus effundit vase aquam haustam ex fonte, qui in penetralibus templi erat. Sacro illo jam debite peracto, religiosi strepitum edunt, adoratio-

patrium. Colv. Guelf. *patrium,* Pal. *patrum,* Edd. ante Ber. *patrium.* Guelf. *oblationem.* Oud.—1 Al. *attentus.* Vid. Not. Var.—2 *Velis reductis, in diversum Deæ, &c.* Distingue; *reductis in diversum, Deæ ven. &c.* Wower. Bertin. *dum valvis,* male. Vela erant ante aras, quæ adduci solita et reduci. Artemidorus Oneirocrit. c. 262. Lipsius loco prænominato, et Colvius in notis. *Elmenh.* A Lipsio optime *velis* emendante et lib. II. Elect. cap. 10. explicante Colvium sua pleraque hausisse crediderim. *Brant.* *De ullis* Pith. *du valvis velis* Ed. Junt. post. lectiones sic jungens varias. Nam in ceteris Edd. ante Colv. *dum valvis candentibus,* ineptissime. *Oud.*—3 *Deo* D'Orvill. *complexum* Palat. *complectum* Guelf. *Idem.*—4 *Et dispositas aras circumiens s.* Vulg. *et per dispos.* Colvius. Præpositione carent Mss. Lips. Guelf. Pal. et Florent. ut videtur, cum Edd. Colvii, Vulc. Wow. Pric. Sed Pith. Fux. D'Orv. Reg. Oxon. et Edd. priores, item Elmenh. Scriv. Flor. eam agnoscunt. Nec causam aut rationem video eam abjiciendi. Non enim jungenda sunt *circumiens,* vel *circuiens,* (ut pro more in nonnullis est Codd.) *aras dispositas,* sed *procurat supplicamentis solennibus* (Non enim distinguendum erat post *procurat.* p. 254. 'quantoque sumtu d. procurare supplicamentis.') *rem divinam per dispositas aras.* Virgil. lib. II. Æn. 501. 'per aras Sanguine fœdantem, quos ipse sacraverat, ignes.' IV. 56. 'pacemque per aras Exquirunt.' Codices illi non debuerant omisisse *per,* sed copulam *et,* quæ non comparet in Edd. Elmenh. Scriv. Flor. Bene, si quidem eam reponas post *solennibus,* vel *deque* potius, ut videbimus, legas: alioquin enim hiat, nec cohæret oratio. Dum apprecabatur Lucius Deam, Sacerdos procuravit rem divinam, et libavit fontem spondeo. *Oud.*—5 Palat. *proturat.* Id.—6 Vid.

NOTÆ

venalis loco. Satir. VII. 'Magnæ mentis opus, nec de lodice paranda Attonitæ,' &c. id est, attentæ, aut solicitæ. Alias 'attonitus' mirabundum significat, et veluti tonitru stupefactum.

[r] *Velis candentibus*] Quibus Deæ simulacrum a profanorum aspectu arcebatur.

[s] *Petitum*] Subintellige liquorem.

[t] *Spondeo*] Spondeum vas erat sacrificale, quo aquam aliosve liquores libabant. Hesychius Σπονδεῖον, ἀγγεῖον ἐν ᾧ τοῖς εἰδώλοις οἶνον ἐπέσπενδον.

[u] *Inchoatæ lucis salutationibus*] Adorationibus, quas prima luce faciebant. Seneca epist. 95. 'Vetemus salutationibus matutinis fungi, et foribus assidere templorum. Humana ambitio istis officiis capitur: Deum colit, qui novit.'

[w] *Nuntiantes*] Strepitu suo significantes? an conceptis verbis horam

horam perstrepunt. Et ecce [253] superveniunt[7] de patria, quos ibi reliqueram famulos;[8] cum me Fotis[9] malis incapistrasset erroribus. Cognitis scilicet famulis meis, nec non et equum quoque illum meum reducentibus,[1] quem diverse distractum[2] notæ dorsualis agnitione[3] recuperave-

nibus matutinis Deæ, annuntiantes primam horam diei. Et subito adveniunt ex mea patria servi, quos ibi reliqueram, postquam Fotis me ad capistrum adegisset improbo suo errore; meis nempe cognatis reducentibus meos servos, atque etiam meum illum equum, quem agnitum ex macula, quam habebat in dorso, recuperaverant, postquam venditus fuisset variis emtoribus: quapropter tunc maxime admira-

Not. Var.—7 Oxon. *veniunt.* Oud.—8 Vulg. *famuli.* Colvius. In solo Bertin. est *famuli.* In ceteris Mss. *famulos*, ut omnes post Colvium reposuerunt, per elegantem nominis constructionem cum Relativo, cui postponitur, de quo et dixi ad lib. v. p. 122. 'data, quam reservaveras stipem.' Verum neutrum horum hic est admittendum, et construendum eadem syntaxi, ut statim patebit: *q. ibi rel. cognatos scilicet.* Oud.—9 Mss. Pith. Fux. D'Orv. *Fotidis.* An excidit *pyxis*, vel scrib. *Fotis pyxidis.* Nam respicit ad pyxidis errorem, quo pro ave factus erat asinus, lib. III. p. 59. 'Incapistrare' invenias quoque in Glossis. *Idem.*—1 Fux. *reducentis.* Roaldus. Ms. Cod. *reducentes.* Scribe, *cognatis scil. famulos meos.* Wowerius. *Cognatis sc. famulos meos.* Vulgo, *cognitis scil. famulis meis*, male. Bert. et Flor. *reducentes.* Elmenhorstius. Emendationem Wowerii, vel potius Schickeradi, cui non nominato illa est sublecta, receperunt omnes Editores, meliorem certe, quam quæ ante vulgabatur, *cognitis scil. famulis meis*, et circumfertur ab omnibus Mss. nisi quod in Palat. sit *cognitio.* Sed quod Mss. a viris doctis laudati, quibus adde Pith. Oxon. Reg. Pal. D'Orv. et, ut puto, omnes dent *reducentes*, debuerat eos admonuisse, veram non posse esse lectionem istam, *cognatis reducentibus.* Omnino legi debet, ut dixi, *cognatos scil. famulos meos reducentes:* ut 'cognatos' jungamus cum 'reliqueram,' deleto illic *famulos.* Vel etiam simplicius, *Cognati sc.* nempe superveniunt. Facillime enim *s* e seq. vocula vel litera *s* huic voci adhæsit. Immo jam video ita emendasse, nescio quem virum doctum, forte Salmas. qui Cod. Pithœanum consuluit, in quo etiam primum *famulos* non comparere videtur. *Oud.* Gruterus Suspic. Ined. lib. xv. c. 10. legit: *Cognitis scilicet f. m. n. n. equo quoque illo meo...quem diverse distractum n. d. a. recuperabam.* Idem in Addend.—2 Fux. *districtum.* Roald. Edd. quædd. pessime *diversæ.* Oud.—3 *Notæ dorsualis cognitione.* Fux. *agnitione.* Roaldus. *Agitatione.* Vulgo, *cognitione.* Colvius. Lege cum scripto Fulvii, *agnitione.* Wowerius. *Diversæ d. n. d. agitatione.* Hæc Colviana est lectio, in qua neque pes, neque caput. Lege cum Ms. *quem diverse distractum n. d. agnitione recuperaverant.* Lege locum integrum, et assenties. *Sciopp. in Symb.* Bertin. *n. d. cognitione.* Elmenhorstius. Ex *agitatione* fecerim *agnitione*, ut et in Manuscrip. legi, ex eodem Scioppio postea didici. *Brant.* Pal. Guelf. *nocte.* Pith. D'Orv. cum vulgaribus Edd. ante Colv. *cognitione*, quæ vox sæpissime intrusa est pro *agnitione*, et contra. Hic ultimum præstat, servatum a reliquis Mss. immo et Edd. Junt. post. ac Vulc. sec. quod itaque posteriores sibi arrogare haud debuerant. p. 259. 'Ut agnitionem mihi scilicet certo aliquo sui signo subministraret.' Ridiculum est Colv. et Vulc. pr. *agitatione* e Lips. Cod. Ceterum notam hanc dorsualem

NOTÆ

diei primam esse declarantes, ex aliqua consuetudine, quæ inter ipsos vigeret?

rant:[4] quare solertiam somni tum[5] mirabar vel maxime; quod præter[6] congruentiam lucrosæ[7] pollicitationis, argumento servi Candidi, equum mihi reddidisset[8] colore candidum. Quo facto idem solicitus[9] sedulum colendi frequentabam ministerium, spe futura beneficiis præsentibus[x] pignerata.[1] Nec minus indies mihi magis magisque accipiendorum sacrorum cupido gliscebat. Summisque precibus primarium[2] sacerdotem sæpissime conveneram, petens, ut me noctis sacratæ[y] tandem arcanis initiaret.[3] At

bar acumen mei somnii, quod præter convenientiam quæstus, quem mihi promiserat, restituisset mihi equum albi coloris sub designatione servi Candidi. Quo facto, ego eidem curæ semper intentus fungebar assidue officio colendi Deam, videns spem, quam conceperam de futuris bonis, jam confirmatam esse, præsentibus beneficiis, tanquam pignore. Nec eo secius desiderium suscipiendorum sacrorum mihi augebatur quotidie magis ac magis. Et sæpius adiveram antistitem sacrorum, flagitans instantissimis precibus, ut tandem me initiaret mysteriis noctis sacræ. Sed

Beroaldus existimat fuisse *naturalem*, Pricæus vero *factitiam*, et inustum scilicet characterem; quod et mihi præplacet. Consulendus est uterque, et Comm. ad Auson. de Cl. Urb. III. 41. 'Qualis inusta solet generis nota certa.' Scalig. ad Varr. de L. L. p. 100. De simili equi redditione, Xenophonti facta, adi eum in Ἀναβ. Κύρου. lib. VII. p. 425. *Oud.*—4 *Recuperaverunt.* Fux. *recuperaverant.* Roaldus. Sic Mss. et Edd. O. præter Ber. et Bas. *Oud.*—5 Abest a Pal. *tamen* Bert. *Id.*—6 Exulat a Fux. *propter* D'Orv. *Id.* —7 Al. *lucrosque.*—8 Oxon. *reddidissent*, Pal. Guelf. *respondissent*, Bert. *respondissentque.* Oud.—9 Bert. *solicito.* Vera videtur Pricæi aliorumque conjectura *solicitius*, ut in Apol. p. 403. Ed. Flor. 'solicitius cavet.' *Id.*—1 Ex eodem libro Fulv. recte emendabis, *spe futuri.* Wowerius. Lege cum Ms. *futuri.* Scioppius in Symbola. Præivit jam eos Ed. Bas. pr. ex monitione Beroaldi; ac ceteri paruerunt. In reliquis Mss. et Edd. Vett. *futura.* A Fux. Reg. abest *præsentibus.* D'Orv. *pignorata.* Sed vide ad lib. III. p. 51. *Oud.*—2 Bert. *summarium.* Elmenh.—3 *Noctis societate, t. arcanis init.* Vulg. *noctis sacræ.* Colvius. Hæc ita exhibuerunt recentiores Apuleii editiones. Vulgo: *Ut me noctis sacræ tandem arcanis initiaret.* Pal. *noctis sociatæ.* Sequenda est scriptura antiqua: *ut me noctis societate tandem sacris arcanis initiaret.* Wowerius. Hæc a Colvio sunt, cujus acumen haud raro delirare video. Vulgo legitur: *ut me noctis sacræ tandem arcanis initiaret.* Ms. *ut me noctis arcanæ tandem sacratis* (Fulvius *sacris*) *initiaret.* Scioppius in Symbola. *Noctis opacitate* fuisse ab Auctore scriptum, aliquis suspicari posset. *Brant.* *N. sacratæ.* Ita Flor. In Rom. et Ald. Bert. *n. sacræ t.* Pal. Guelf. *n. sociatæ.*

NOTÆ

[x] *Beneficiis præsentibus*] Adventu scilicet cognatorum, et recuperatione servorum et equi: quæ omnia tanquam Isidis beneficia reputabat.

[y] *Noctis sacratæ*] Ita lege ex fide plurimorum Mss. non: *noctis societate*, ut male habet Colviana editio. 'Nox sacrata' ea est, per quam infra dicit 'se a sacerdote ad sacrarii penetralia deductum accessisse confinium mortis: et calcato Proserpinæ limine, per omnia vectum ele-

ille, vir alioquin gravis, et sobriæ[4] religionis observatione famosus, clementer ac comiter,[5] et, ut solent parentes immaturis liberorum desideriis modificari, meam differens instantiam,[6] spei melioris solatiis[7] alioquin anxium, mihi permulcebat animum. Nam et diem, quo quisque[8] possit initiari, Deæ nutu demonstrari, et sacerdotem, qui sacra debeat ministrare, ejusdem providentia deligi:[9] sumtus etiam, cærimoniis necessarios, simili præcepto destinari.[1] Quæ cuncta nos quoque observabili patientia sustinere censebat: quippe cum[2] aviditati contumaciæque summe cavere,[3] et utramque culpam vitare,[4] ac neque[5] vocatus morari, nec non jussus festinare deberem.[6] Nec tamen esse quenquam de suo numero[7] tam perditæ mentis, vel[8] immo desti-

ille, qui ceterum vir erat severus, et inclytus observatione religionis illius abstinentis, procrastinans meum postulatum mansuete, et leniter, atque eo modo, quo patres solent moderari desideria intempestiva suorum filiorum, deliniebat meum animum aliunde solicitum solamine spei melioris. Dicebat enim diem, quo unusquisque potest initiari, designari voluntate Deæ, et providentia ipsius eligi sacerdotem, quem oporteat sacra facere: impensas quoque necessarias cærimoniis designari mandato ejusdem. Quæ omnia suadebat, ut nos etiam expectaremus patientia obsequiosa: cum scilicet deberem magnopere mihi cavere a nimia cupiditate, et pertinacia, et neque esse in mora, cum vocarer, neque properare, nisi mihi imperaretur: neque tamen ullum esse ex numero suorum tam profligati animi, aut potius

Vulgati, *n. societate.* Fulvius, *n. arcanæ sacris.* Elmenhorstius. Verissime Elmenh. cum Scriv. et Flor. restituit, *n. sacratæ.* Sic enim habent quoque Pith. Fux. Reg. D'Orv. Oxon. Eam noctem vide p. 256. ut recte monet Floridus. E ceteris Mss. et Edd. ante Colv. in quibus *sacræ*, facile videre est, cur exciderit syllaba. *societate* prave edidere Colv. Vulc. *n. arcanæ sacris* Wow. et Pric. *Oud.*—4 Malit Piccart. Per. Crit. c. 16, *sobria.* Sed vide ad p. 241. *Id.*—5 Oxon. *communiter*; solita variatione. *Id.*—6 *Meam differens* exulant a Palat. et Guelferb. Par. *in eam d. inst.* Id.—7 Pal. *solatus.* Id.—8 D'Orv. *quisquis.* Eodem redit. *Id.*—9 Alii, *dirigi.* Elmenhorstius. Pal. Guelf. male *dirigi*, Pith. *diligi.* Sed adi ad lib. VII. p. 143. *Oud.*—1 D'Orv. Pith. *sumtis.* Pith. *destinaret.* Id.—2 *Censebat, quippe cum.* Sive suadebat cum auctoritate; ut passim Apuleio. Tres hæ voces exciderunt Edd. Bas. pr. *Id.*—3 Alii, *contumaciæque summæ.* Colvius. Flor. *aviditate*, male. *Elmenh.* In eodem *contumacie.* Scilicet vel elapsa est præpositio *ab*, vel lineola pro *m.* Vulgata enim Latina nego. Consule omnino notata ad lib. VIII. p. 165. 'Qua potissimum caveremus clade.' In Guelf. et Pal. est *adjudicati.* Mox male in Edd. Bas. sec. Scriv. *summæ.* Vide Indic. *Oud.*—4 Pal. Guelf. *irritare.* Id.—5 D'Orv. Fux. *ne.* Vide ad lib. I. p. 12. et alibi. *Id.*—6 Edd. Junt. Ald. *debere.* Id.—7 Oxon. *quisquam.* Ed. pr. *quamq.* In Pith. deest *numero.* Id.—8 D'Orv. caret perperam τῷ *vel.* Id.—9 Forte potius, *jubente*

NOTÆ

menta, remeavisse: nocte media Solem vidisse candido coruscantem lumine,' &c.

natæ mortis, qui non sibi quoque seorsum jubente domina,[9] temerarium atque [254] sacrilegum[1] audeat ministerium subire, noxamque letalem contrahere. Nam et Inferum claustra, et Salutis tutelam in Deæ manu posita,[2] ipsamque traditionem[z] ad instar voluntariæ[3] mortis et precariæ salutis celebrari: quippe cum transactis vitæ temporibus, jam in ipso finitæ lucis limine constitutos,[4] quis tamen tuto possint[5] magna religionis committi silentia,[a] numen Deæ soleat elicere,[6] et sua[7] providentia quodammodo renatos ad novæ reponere rursus Salutis curricula. Ergo igitur me quoque oportere cœleste sustinere præceptum, quanquam perspicua evidentique[8] magni numinis dignatione, jam dudum felici ministerio[9] nuncupatum destinatumque: nec secus quam cul-

tam addictum morti, qui audeat temere et impie suscipere ministerium, sicque committere culpam morte dignam, nisi etiam Dea ipsi peculiariter imperaverit. Valvas enim Inferni, et custodiam vitæ esse positas in manu Deæ, et ipsam traditionem sacrorum peragi ad exemplum mortis spontaneæ, et vitæ precario recuperatæ: quia nempe Dea solet eligere viros peracto jam ævo positos in extremo termino suæ vitæ, quibus tamen magna arcana religionis possint secure credi, et eos restituere stadio novæ vitæ, quodam modo renatos sua providentia. Oportere igitur ut ego etiam expectarem mandatum cœleste, quamvis jam pridem destinatus essem, et dedicatus beato ministerio, dignatione clara et manifesta mag-

---

dea. Compendio scriptum erat *doia.* Colv. Vid. N. Var.—1 Ms. *sacrilegium.* Colv.—2 Idem, *tutela.* Colv. Fux. Reg. Pal. Oxon. Guelf. quoque *tutela*, prave. Contra in Pith. est *positam*, non male. Sed perinde est. *Oud.*—3 Oxon. *voluptariæ.* Id.—4 Fux. *f. l. lumine.* Aldus vero, *numine.* Utrumque parum rectum præ vulgato. *Roald.* Flor. et Ald. *l. lumine.* Elmenhorstius. *Lumine* exhibent insuper Pal. Oxon. Guelf. Edd. primæ, Junt. pr. et Scriv. Ed. sec. sive Blaviana. Quæ pravo judicio hic Beroaldinæ emendationi, ac ceteris Mss. prætulit Pricæus. *Oud.*—5 V. L. *post sunt*: unde genuinam lectionem puto, *potessunt.* De qua voce adeundus Lipsius lib. I. Var. cap. 14. *Brant.* Oxon. *tam.* Pith. Fux. D'Orv. *possit.* Edd. pp. *post sint.* Nil rursus muta: licet restent *potestur, potesse, &c.* Oud.—6 Al. *eligere.*—7 Abest *et* a Fux. Reg. *Oud.*—8 Fux. *præcipua.* Roaldus. Bert. et Pal. *prospicua.* Elmenh. In Pal. æque ac Reg. Oxon. Coll. Voss. et Ed. Junt. post. est *præcipua.* Utrumque hic male. Vide ad lib. IV. p. 85. 'perspicua pulchritudine,' et de synonymorum copula frequenter Apuleio amata ad lib. I. p. 13. V. p. 93. Pro *dignatione* in Guelf. a m. pr. *indignatione.* Oud.—9 Vulg. *felicis ministerio.* Colvius. *Felicis* in Pith. et omnibus Edd. ante Colvium. Rursusne *s.* signi-

NOTÆ

[z] *Traditionem*] Sacrorum.

[a] *Quis tamen tuto possint magna religionis committi silentia*] Id est, qui

tamen non sint adeo decrepiti, ut delirent, et commissa suæ fidei arca-

tores ceteri, cibis[1] profanis ac nefariis[b] jam nunc temperare; quo rectius ad arcana purissimæ religionis secreta pervaderem. Dixerat sacerdos: nec impatientia[2] corrumpebatur obsequium meum: sed intentus[3] miti quiete, et probabili taciturnitate, sedulum quot dies obibam culturæ sacrorum ministerium.[4] Nec me fefellit, nec longi temporis prolatione[5] cruciavit potentis Deæ[6] benignitas salutaris, sed noctis obscuræ non obscuris imperiis[7][c] evidenter monuit,[8] advenisse diem mihi semper optabilem, quo me maximi voti compotiret.[9] Quantoque sumtu deberem procurare supplicamentis, ipsumque Mithram[1][d] illum suum

næ Deæ: et ut jam tunc abstinerem a cibis profanis et vetitis, perinde ac ceteri Religiosi; ut melius pervenirem ad secretiora arcana sanctissimæ religionis. Cum sacerdos hæc mihi dixisset, obedientia mea non infringebatur impatientia, sed ego attente fungebar quotidie sedulo officio colendorum sacrorum, cum leni tranquillitate, et silentio laudabili. Et bonitas salutaris potentis Deæ non me decepit, neque cruciavit dilatione diuturni temporis: sed me aperte monuit claris præceptis, mihi per noctis obscuræ quietem datis, diem advenisse a me semper expetitum, quo me faceret compotem maximi voti. Et constituit quanta impensa mihi instruendus esset apparatus sacrorum, et simul designat mihi pro ministro sacrorum illum ipsum Mi-

ficat *scilicet?* de quo supra sæpius. *Oud.*—1 Pal. *ceteris*, Guelf. *Cereris*. Fux. *cibi*. Id.—2 Al. *imparientia*. Vid. Not. Var.—3 Pith. Edd. pp. Junt. pr. Ald. *intentis*. Oud.—4 Fux. D'Orv. *ministeriorum*. Id.—5 Fux. *vel l. t.* Roaldus. Ms. *vel longi*. Colvius. Ms. Fulvianus et Colvianus, *vel longi t.* Scioppius in Symbola. Pal. Guelf. D'Orv. Oxon. *vel*. Bene. Sæpe enim Noster, cum aliis, præcedenti *nec* subjicit *vel*. Vide me ad lib. III. p. 50. 'Neque tuæ dignitatis, vel etiam,' &c. *Probatione* in Reg. *Oud.*—6 Inverso ordine Pith. Pal. Fux. D'Orv. Edd. Vic. Junt. post. Ald. *Id.*—7 Homines librarios nosti, cum in autographo invenissent, *obscuris indeiciis*, perpetua lege, id est, consuetudine inveterata usi. *Stewech.* Nequaquam mutari oportet *imperiis*. Passim ita et præcepta vocari Deorum monita, quem latet? Sæpissime in hac ipsa narratione occurrit. Vide p. 252. Insana talis est innovandi prurigo. *Oud.*—8 Pal. *admonuit*. Id.—9 Al. *competeret*. Vid. Not. Var.—1 Ms. cod. *Mitham*. Colvius. Oxon. *Mirthium*. Edd. Wow. Pric. *Mithiam*, pessime, ut p. 258. Vide Beroaldum. Ac nomen hoc non solum de Persarum Deo Sole seu Ægyptiorum Osiride vel Serapide, sed etiam ut proprium hominis nomen in Inscriptionibus occurrit apud Fabrettum et alibi. *Oud.*—

NOTÆ

[b] *Cibis profanis ac nefariis*] Ciborum delectus non modo apud Judæos locum habuit, sed et apud Ethnicos. Tertull. adversus Psychicos: 'Quales castimoniæ Apim, Isidem, et magnam matrem certorum eduliorum exceptione purificant.'

[c] *Noctis obscuræ non obscuris imperiis*] Somnio, quo clare et evidenter me monebat, quamvis per obscuram noctem.

[d] *Ipsumque Mithram*] Nomen est Sacerdotis, quo nomine etiam Persæ appellant Solem ipsum, qui Osiris est, seu Serapis Ægyptiorum.

sacerdotem [2] præcipuum, divino quodam stellarum consortio, ut aiebat,[3] mihi conjunctum,[e] sacrorum ministrum decernit.[4] Quibus[5] et ceteris benivolis præceptis summatis Deæ recreatus animi,[6] nec dum[7] satis luce lucida discussa quiete, protinus ad receptaculum sacerdotis contendo: atque [255] eum, cubiculo suo commodum prodeuntem continuatus,[8] saluto. Solito constantius[9] destinaveram jam, velut debitum sacris obsequium, flagitare. At ille, statim ut me conspexit, prior: O mi quidem Luci, inquit,[1] te felicem, te beatum, quem propitia voluntate numen augustum tanto opere[2] dignatur! Et quid, inquit, jam nunc stas otiosus, teque ipsum demoraris?[3] Adest[4] tibi dies votis assi-

thram suum primarium sacerdotem, quem dicebat mihi esse conjunctum cælesti quodam consensu astrorum. Quibus dictis, et reliquis benignis jussis supremæ Deæ, ego refectus animo, expergefactus die nondum bene claro, confestim pergo ad domicilium sacerdotis; et assecutus eum tunc exeuntem e suo cubiculo, saluto illum. Jam decreveram postulare pertinacius solito ministerium sacrorum, velut mihi debitum. Verum ille simul ac me vidit, sic quidem cœpit prior: O mi Luci, quam felix es, quam fortunatus! siquidem veneranda Dea adeo te honorat benigno suo favore. Et quare, ait, nunc cessas, et tibi ipsi in mora es? Advenit tibi dies expetitus continuis desi-

2 Deest *suum* Pithœano. *Id.*—3 *Ut aiebat.* Desunt D'Orv. Oxon. Guelf. nec Auctoris videntur. *Id.*—4 Idem, *ministerium.* Colvius. Bert. *ministerium.* Elmenhorstius. Neque aliter exaratur in Pith. Pal. Guelf. Oxon. Fux. D'Orv. *Ministerium* tamen, ut alibi, pro *ministro* hic sumi non placet. In Flor. N. 9. 'Præconis vox garrula ministerium est.' Salmas. margini ascripsit *ministerio.* Vide, num scripserit Auctor, *sacrorum in ministerium.* Cernis enim, Lector, quam facile *in* potuerit absorberi. *Oud.*—5 Pith. D'Orv. et Edd. ante Colv. *quîs,* ut alibi sæpe, et p. 256. *Id.*—6 Oxon. *recreatius an.* D'Orv. *recreaticum.* Vide ad lib. II. p. 27. 'Recreabar animi.' *Id.*—7 Pal. Fux. Guelf. *nec.* Id.—8 Pith. *concinatus,* Ed. Bas. pr. *concinnatus.* Vide ad lib. v. p. 109. 'Eam Ceres et Juno continuantur.' *Id.*—9 Alii, *contantius.* Elmenh. Ita scil. est in Florent. male. Hæc verba et præcedens *saluto* desunt Oxon. et Par. *Oud.*—1 Aberant hæc *mi quidem* a vulgatis editionibus. *Colv.* *O Luci.* Ita Mss. Vulgo, *O mi quidem Luci.* Elmenhorstius. Absunt *mi quidem* ab omnibus meis, si Florent. forte excipias, et ab Edd. Vett. In Palat. Guelf. est *Ōi ꝗe Luci,* hoc est, *O, inquit, Luci.* sicut est in margine Guelf. et quo ordine dant Pith. Fux. D'Orv. Oxon. Sicut in Lips. etiam est, *o mi quidem inquit Luci.* Elmenh. cum Scriv. et Flor. edidit: *O, mi Luci, inquit.* Frequenter occurrit apud Nostrum 'O Luci.' Vide ad lib. II. p. 21. *Oud.*—2 *Tantopere.* Oxon. *tanto opere.* Bene. Vide ad lib. II. p. 32. *Id.*—3 *Atque ipsum demoraris.* Corrige meo suasu, *atque ipsum te moraris.* Com-

NOTÆ

[e] *Divino quodam stellarum consortio, ut aiebat, mihi conjunctum*] Persius, ad Cornutum præceptorem suum, Satir. v. 'Non equidem hoc dubites, amborum fœdere certo Consentire dies, et ab uno sidere duci,' &c.

duis exoptatus, quo Deæ multinominis [5] [f] divinis imperiis, per istas meas manus piissimis sacrorum arcanis insinueris. Et, injecta dextera, senex comissimus [6] ducit me protinus [7] ad ipsas fores [8] ædis amplissimæ: rituque solenni [9] apertionis celebrato ministerio, [1] ac matutino peracto sacrificio, de opertis adyti [2] profert quosdam libros, literis ignorabilibus [g] prænotatos: partim figuris cujuscemodi animalium, [3] [h] concepti sermonis [4] compendiosa verba suggerentes: partim nodosis, et in modum [5] rotæ tortuosis, capreolatim-

deriis, quo initieris religiosissimis arcanis sacrorum, his meis manibus, jussu divino Deæ multinominis. Et senex humanissimus apprehensum me manu ducit statim ad ipsas valvas amplissimi templi: et peracto officio apertionis secundum morem solennem, et celebrato sacrificio matutino, depromit ex intimis sacrarii penetralibus quosdam libros scriptos characteribus incognitis, exhibentes verba orationis in eis contentæ, partim abbreviata figuris animalium omnis generis, partim defensa adversus curiosam lectionem profanorum, accentibus nodosis, et intortis in orbem, atque etiam implicatis inter sese instar capreolorum. Ex illis libris mihi declarat quænam

memini quidem, Auctorem hunc libro septimo dicere: 'plusculis diebus ibidem demoratus.' Nihilominus tamen id verbi hic usum, nondum persuaderi mi potuit. *Stewech.* *Teque ipsum demoraris.* Vulg. *atque ips. dem.* Unde ante inspectum veterem codicem legebam: *atq. ips. te moraris.* Plautus Menæchmis: 'Te morare, mihi cum obloquere.' Pseudolo: 'Me nunc commoror, cum has fores ferio.' *Colv.* *Atque* in solis est Pith. ac Bert. Codd. *moraris* in Fux. Reg. Ceteri Mss. cum Edd. Colvium secutis recte, *teque i. demoraris*, præbent. Trita est locutio 'demorari aliquem.' *Oud.*—4 D'Orv. *adesto.* Id.—5 Pal. Fux. *multimois.* Vide ad p. 239. *Id.*—6 Oxon. *commissus.* Id.—7 Τὸ *protinus* delet Bert. *Elmenh.* qui cum Scriverio hinc male uncis inclusit. *Oud.*—8 In Guelf. non est *ipsas.* Id.—9 Fux. *solempnii.* Id.—1 Alii, *a. c. mysterio.* Vide quæ Casaubonus notat ad Athenæum. *Elmenh.* *Apertioni* Oxon. *Oud.*—2 Pal. Oxon. Guelf. *adyto*, Coll. Voss. *aditu*, D'Orv. *apertis editi.* Id.—3 Vulgo, *hujuscemodi.* Colvius. Abest ab Oxon. Guelf. Pal. *huj.* Pith. D'Orv. et Edd. ante Colv. Voss. Coll. *et cujuscem.* Vide supra sæpe, et Ind. Not. Item Rittersh. et Piccart. Per. Crit. c. 13. *Oud.*—4 Bertin. *conceptis.* D'Orv. *accepti.* Male. *Id.*—5 Ms. *etiam in modum.* Colvius.—

NOTÆ

[f] *Deæ multinominis*] Hujus libri initio, pag. 748. ipsa Dea, de se: 'Me primigenii Phryges,' &c. Vide totum locum.

[g] *Literis ignorabilibus*] Eæ erant hieroglyphicæ literæ. Martianus Capella, lib. XI. 'Erantque quidam libri sacra nigredine colorati, quorum literæ animantium credebantur effigies,' &c.

[h] *Partim figuris cujuscemodi animalium*] Sic per figuram apis mella conficientis Ægyptii Regem designabant, cum jucunditate imperantem: picto dracone caudam suam mordente, annum indicabant in seipsum redeuntem, &c.

que[6] [i] condensis apicibus, a curiositate profanorum lectione munita.[7] Indidem mihi prædicat, quæ forent ad usum teletæ[8] [k] necessario præparanda. Ea protinus gnaviter,[9] et aliquanto liberalius partim ipse, partim per meos socios coëmenda procuro.[1] Jamque tempore, ut aiebat sacerdos, id postulante, stipatum me religiosa cohorte deducit[2] ad proximas balneas; et prius sueto lavacro traditum, præfatus Deum veniam,[3] purissime circumrorans[4] abluit: rursumque ad templum reductum,[5] jam duabus[6] diei partibus transactis, ante ipsa Deæ vestigia constituit: secretoque

oporteret a me præparari necessario ad usum initiationis. Ego confestim strenue efficio, ut ea, atque etiam aliquanto largiora compararentur, partim per me ipsum, partim per meos socios. Cumque tempus (ut aiebat sacerdos) id flagitaret, ducit me ad lavacrum proximum cinctum caterva religiosorum: et cum me collocasset in balneo solito, ipse, oratis prius Diis, abluit me, aspergens aqua mundissime; iterumque reducit ad templum, atque ibi me collocat ante ipsa vestigia Deæ, transactis

6 Fux. *campolatimque.* Sed mendose. *Roald.* Idem, *capitulatimque.* Rom. *campolatimque.* Colvius. Bertin. *campolatimque.* Scioppius in Symbola. Male. *Elmenh.* In Ed. Beroaldi etiam est *campolatimque:* deductum a 'campolis,' cincinnis seu claviculis vitineis, ex Varrone. Verum apud eum lib. I. R. R. c. 31. § 4. 'capreoli' dicuntur, ut debet. Sed quos Itali vulgo *campolos* vocant. Huc pertinent Glossæ: Capriolus, *συνστάτης*, *πρότονος*. *Oud.*—7 Sic recte præbent Mss. et Edd. pleræque. Constructio enim est, Lectione munita a curiositate prof. In Edd. Elmenh. Scriv. Flor. exhibetur *curiosa*, ut *munita* foret Accusativus, respondens *τοῖς verba:* sed rectius tum legeretur *munitos*, sc. libros. Verum typothetarum videtur error *curiosa*. Edd. Vic. Junt. Ald. *ac cur.* Id.—8 Bertin. *ad u. cælestem*, male. *Elmenh.* Oxon. *foret.* Pith. *celatæ*. Ed. Floridi *tutelæ*. Inepte. Τελετὴ Gr. p. 257. 'teletæ legitima consummatio.' p. 259. 'Teletæ discrimen maximum.' 261. 'tertiam quoque teletam suscipere.' p. 262. 'instructum teletæ comparo.' *Oud.*—9 Fux. *Et p.* Guelf. *naviter.* Id.—1 Τὸ *coëmenda* delet Modius. *Elmenh.* Perperam. Nam initiandus sumtus facere et impensas teletæ ferre debebat. Vide omnino p. 260. et Cuperum in Epist. ad Dalenum p. 550. *Oud.*—2 D'Orv. *deduxit.* Id.—3 *Domini veniam.* Fux. *Deum veniam.* Quod etiam notat Beroald. *Roald.* De more scil. Edd. pp. Junt. Ald. Basil. dant *domini:* ut aliquoties id vitii inest istis Edd. *Oud.*—4 Mendose Edd. Beroaldi (non in notis) Junt. utr. Ald. *circumrotans.* Id.—5 Ms. cod. *deductum.* Colvius.—6 Palat. *dubiis.*

NOTÆ

[i] *Capreolatim*] Instar capreolorum. Sunt autem capreoli claviculæ, seu manus, quibus vitis adminicula apprehendit.

[k] *Ad usum teletæ*] Τελετὴ Græce est expiatio, initiatio, atque initiationis hostia; quo postremo sensu hic sumitur. Significat etiam religionem et sacerdotium. Hostia autem, seu sacrificium illud quod ab initiandis fiebat, ideo teleta dicebatur, quod magnæ esset impensæ; τελεῖν enim, præter multa alia, sumtus facere significat.

mandatis[7] quibusdam, quæ voce meliora[8] sunt,[l] illud plane[9] cunctis arbitris præcipit,[1] decem[2] continuis illis diebus cibariam voluptatem[3] [256] coërcerem, neque ullum animal essem, et invinius[4] essem.[m] Quibus[5] venerabili continentia rite servatis, jam dies aderat[6] divino destinatus vadimonio:[n] et Sol curvatus intrahebat vesperam.[7] Tunc[8] ecce confluunt undique turbæ, sacrorum ritu vetusto,[9] variis quisque me muneribus honorantes.[1] Tunc semotis procul profanis omnibus,[2] linteo rudique me con-

jam duabus partibus diei: imperatisque clam quibusdam, quæ non licet mihi loqui, id certe coram omnibus imperat, ut refrænarem voluptatem esus per illos decem dies continuos, neque comederem de carne ullius animalis, et abstinerem a vino. Quæ cum legitime observassem religiosa continentia, et jam advenisset dies, quo sacris sisti debebam, et Sol descendens adduceret vesperam; populi undique concurrunt, afficientes me quisque diversis donis secundum antiquam consuetudinem sacrorum. Tunc sacerdos procul remotis cunctis profanis, apprehensa manu, deducit ad penetralia

Oud.—7 D'Orv. *mandato.* Id.—8 Vid. Not. Var.—9 *Idque plane.* Vulgo, *illud plane.* Colvius. Flor. *illud plane.* Elmenhorstius. *Illud* recte rescripsere alii, quod inveni in Mss. O. et Edd. præter Colv. Vulc. Elm. Scriv. Istud *quc* officit etiam constructioni. Nil not. e Guelf. *Oud.*—1 *Præcepit* Bert. et Coll. Voss. *Id.*—2 Guelf. Pal. *deesse.* Id.—3 Palat. *voluntatem.* Id. —4 Ms. lib. *invius.* Vide Plutarch. lib. de Isid. et Osir. *Colv.* *Et* abest Pith. *inhinius* D'Orv. *innunimus* Oxon. *invinuus* Guelf. Inepte. *Oud.*—5 Vulg. *Queis.* Colvius. *Quîs* Pith. et sic, vel *queis*, Edd. ante Colv. ut supra, et sæpius. *Oud.*—6 Palat. Guelf. *aberat.* Id.—7 *Et Sol curvatus intrabat vesperam.* Fux. *intrahebat v.* non omnino male. *Roald.* *S. curv. intrahebat v.* Ms. *introibat.* Scioppius in Symbola. *Trahebat v.* Vulgo, *intrahebat v.* Alii, *introibat v.* Elmenhorstius. 'Intertrahere' Plaut. 'intraho' non alibi. *Wass.* At lib. v. p. 101. 'sulcatos intrahens gressus.' et Mss. Plin. etiam Leid. pr. lib. VII. c. 12. 'Intractio linguæ.' Istud *trahebat* hausit Elmenh. e Mss. Florentinis. Vide ad lib. v. p. 102. 'Vespera noctem trahente: ubi contra *intrahente* placebat Pricæo, qui recte animadvertit, versum esse senarium quales multi sunt in Apuleio. Ac manebit ita, si pro *curvatus* legamus *incurvatus vetusto* cum Pithœano. Quia tamen *intrabat* cum Edd. Basil. ostentant Palat. Guelf. quod etiam defendi posset, et *introibat* D'Orv. Fulv. præstat hic *intrah.* cum reliquis servare Edd. et Mss. sive adducebat et accelerabat. Oxon. *Sol curatus.* Oud.—8 Edd. pleræque male *tum.* Id.—9 Fux. *turbulæ.* Roaldus. Lego, *turbæ sacratorum ritu vetusto.* Alii distinguunt, *turbæ, sacrorum, ritu vetusto:* Brantius. Prave jungebant quidam, *turbæ sacrorum ritu vetusto: variis.* Post *turbæ* enim erat distinguendum, ut recte observarunt Edd. posteriores. In mea Fux. Ms. collatione est *tube.* Oudendorp.—1 Al. *onerantes.*—2 Bertin. *proscinio omnibus.* Modius legebat, *proximis.* Scioppius in Susp. II. 4. et Symb. Nulli enim aderant profani; sed soli initiati. *Elmenh.* At unde id scivit Modius? Turbæ ergo illæ, qua-

NOTÆ

[l] *Quæ voce meliora sunt*] Quæ sanctiora sunt, quam ut sermone efferantur in vulgus.

[m] *Invinius essem*] Vox a 'vino' et 'in' formata: usitatius est *abstemius.*

tectum amicimine,[3] arrepta manu, sacerdos deducit[4] ad ipsius sacrarii penetralia. Quæras[5] forsitan satis anxie, studiose lector, quid deinde dictum, quid[6] factum? dicerem, si dicere liceret; cognosceres, si liceret audire.[7] Sed parem noxam contraherent aures et linguæ illæ temerariæ curiositatis.[8] Nec te tamen, desiderio forsitan religioso suspensum,[9] angore diutino cruciabo.[1] Igitur audi: sed crede, quæ vera sunt. Accessi confinium mortis:[o] et cal-

ipsius sacrarii me velatum amictu lineo, et novo. Curiose lector, fortasse rogabis valde solicite quid dictum sit, et factum postea. Dicerem, si mihi fas esset dicere; tu audires si fas tibi esset audire. Verum aures et linguæ incurrerent in similem culpam curiositatis temerariæ. Neque tamen longa anxietate torquebo te suspensum fortasse desiderio religioso. Audi ergo: sed crede quæ vera sunt. Accessi ad vicinium

rum mentio facta est, solisne constabant initiatis? Quis credat? Tu nihil muta, et consule potius seq. pag. 'In aspectum populi errabam.' *Oud.*—3 *Linteo et rudi me cont. amicimine.* Iidem, *rudique me c.* Colvius. Bertin. *linteo et undique cont. amic.* Wowerius. Sciopp. in Symb. Flor. *l. rudique me.* Elmenhorstius. *Lineo* Ms. Petr. *et rudi* dant Lips. Palat. Edd. Colv. Vulc. Flor. Accedit Oxon. *l. et rudimine contectu amic.* Ceteri Mss. et Edd. Vett. *rudique:* quod reposui interim, licet hoc loco 'rude amicimen' parum placeat pro novo et non trito. Verum vehementer dubito, an lintea vestis possit vocari 'rudis.' Alia res est in 'lana rudis,' et similibus. Quare magis inclino in lectionem Cod. Bertin. ut pro *et* legamus *me*, sic: *linteo me undique cont.* Nam male Edd. Wow. Pric. carent τῷ *me.* Edd. Scriverii dant, *l. undique me.* Oud.—4 D'Orv. *adducit.* Id.—5 Fux. *quæres.* Roaldus. Sic et D'Orv. Oxon. Par. Coll. Voss. Vide ad lib. II. p. 23. *Credas* v. l. *Credes.* Oud.—6 D'Orv. bis *quod.* Id.—7 Pith. *audires.* Id.—8 *N. c. a. et l. temerariæ curiositatis.* Ms. lib. *et aures et linguæ curiosæ temeritatis.* Colvius. Pal. et Colvii liber, *a. et l. temeritatis curiosæ.* Fl. *a. e. l. illæ.* Elmenhorstius. Pith. *contrahentem.* Pal. Guelf. Lips. D'Orv. *contrahent.* Tum bene omnino Oxon. cum Lips. *et aures, et linguæ.* Ambigo quoque, an non præstet *lingua* mea, dicentis sc. ut *aures tuæ*, Lector, audientis. *curiosæ temeritatis* itidem est in Guelf. *Oud. Illæ tem. cur.* Primam vocem restitui auctoribus Mss. si Fux. Reg. Lips. Guelf. Pal. excipias, qui carent illa cum Ed. Colv. et sequentibus. Nam priores agnoscunt, ἀρχαϊκῶς pro *illius*; ut apud Plautum. Vide Parei Indicem, et ad lib. III. p. 56. 'Nocti istæ.' In Flor. N. 7. Ed. Junt. post. 'Alexandri illi, l. o. excellentissimi regis, &c. Ejus igitur Alex.' *Id.*—9 Pal. *suspectum.* Elmenhorstius. Cum Guelf. *religio* in Pith. *religiosum* in Guelf. *Oud.*—1 Fux. Reg. *angore diurno cruciabor.* Ultimum etiam in Coll. Lips.

NOTÆ

[n] *Divino destinatus vadimonio*] Quo scilicet debebat se sistere coram Dea Iside initiandum, quomodo et qui vadimonium dederunt, die vadimonii coram Judice sistere se solent.

[o] *Accessi confinium mortis, &c.*] Supra hoc libro, 'quippe cum transactis vitæ temporibus, jam in ipso finitæ lucis limine constitutos, queis tamen tuto possint magna religionis committi silentia, numen Deæ soleat eligere, et sua providentia quodam modo renatos ad novæ reponere rursus salutis curricula.'

cato Proserpinæ limine,[2] per omnia vectus elementa remeavi.[3] Nocte media, vidi Solem [p] candido coruscantem lumine:[4] Deos Inferos, et Deos Superos accessi coram, et adoravi de proximo. Ecce tibi retuli, quæ quamvis audita, ignores tamen necesse est.[5] [q] Ergo, quod solum potest sine piaculo [6] ad profanorum intelligentias enuntiari, referam. Mane factum est; et perfectis solennibus, processi duodecim sacratus stolis,[7] [r] habitu quidem religioso satis, sed effari [8] de eo nullo vinculo prohibeor: quippe quod tunc temporis videre præsentes plurimi. Namque [9] in ipso ædis

mortis: et pedem intuli in ostium Proserpinæ, ac redii, delatus per universa elementa. Vidi media nocte Solem fulgentem splendida luce: accessi manifesto ad Deos Inferos, et ad Deos Superos, et eos veneratus sum e propinquo. En narravi tibi, quæ necessario non intelliges, quamvis ea audieris. Narrabo igitur tantum id, quod potest exponi captui profanorum sine crimine. Mane advenit: et, peractis cærimoniis, ego prodii sancte vestitus duodecim vestibus, habitu quidem valde mystico, sed nulla lege impedior quin de eo loquar: quia nimirum qui tunc aderant eum vi-

diutina Pith. Edd. Ber. Bas. pr. *Id.*—2 Pith. *lumine.* Vide ad p. 254. *Id.*—3 Fux. *remeravi.* Id.—4 Coll. Lips. *candidum c. lumen.* Id.—5 Fux. *t. credere necesse est.* Recte. *Roald.* Idem, *ignores, tamen credere necesse est.* Colvius. *Tamen credere n.* Ita Pal. Alii τὸ *credere* non agnoscunt. *Elmenh.* Quia Flor. Bert. Pith. τὸ *credere* non habent, satius duxi, illud verbi non inculcare, licet ceteri Mss. O. id ostentent; et Scriverius quoque admiserit, sed uncinulis inclusum, probaveritque item Pricæus. Quæ audita etiamsi ignores, tamen necesse est, ut credas. *Oud.*—6 Oxon. *is inde p.* Id.—7 Idem, *solennitatibus,* et post *sacratis.* Colvius. *Sacratis* etiam Pith. Pal. Guelf. Male. Adi Herald. ad Arnob. lib. v. p. 171. Pag. seq. 'Olympiacam stolam sacrati nuncupant, sive παστόν.' p. 259. 'Sacratorum consilia.' et dein, 'quendam de sacratis,' i. e. initiatis, ἱερουμένοις. et de 12. stolis vide Beroaldum. *Oud.*—8 D'Orv. *affari.* Id.—9 Abest a Pal. Guelf. et Oxon. *Id.*—1 Oxon. *astit.*

NOTÆ

p *Nocte media, vidi Solem, &c.*] Dio Chrysostomus, Orat. 12. ubi de Mysteriis initiato: Πολλὰ ὁρῶντα μυστικὰ θεάματα, πολλῶν δὲ ἀκούοντα τοιούτων φωνῶν· σκότους τε καὶ φωτὸς ἐναλλὰξ αὐτῷ φαινομένων, ἄλλων τε μυρίων γινομένων, 'videntem multas mysticas visiones, multas quoque tales voces audientem: dum tenebræ et lumen alternatim ipsi apparent, et innumera alia fiunt.'

q *Quæ quamvis audita, ignores tamen necesse est*] Quia tam obscure narravi, nullis adjectis circumstantiis, ut audiens non audiveris, et sciens nescias. Quidam habent, *quæ quamvis audita ignores, tamen credere necesse est.* Sed malo priorem lectionem.

r *Duodecim sacratus stolis*] Stolas hic intellige vestes quasdam sacerdotales. Quod autem duodecim ejusmodi vestibus amictus fuerit, inde fortasse factum est, quia hic est signorum Zodiaci numerus, quem in sacris Isidis (quæ Luna est) magnam profecto vim habere oportebat. Unde, non indutum se modo illis duodecim stolis, sed sacratum fuisse dicit.

sacræ meditullio, ante Deæ simulacrum constitutum [1] tribunal ligneum jussus superstiti, byssina quidem, sed floride depicta, veste [2] conspicuus. Et humeris dependebat,[3] pone tergum, talorum tenus, pretiosa chlamyda. Quaqua [257] tamen viseres,[4] colore vario circumnotatis insignibar [5] animalibus. Hinc dracones Indici:[6 s] inde gryphes Hyperborei:[7 t] quos, in speciem pinnatæ alitis, generat mundus alter.[8 u] Hanc Olympiadem stolam [9] sacrati [1] nuncupant. At manu dextera gerebam [2] flammis adultam facem: et

derunt. Ego enim conscendi jussu sacerdotis solium ligneum positum in ipso medio templi spatio, ante effigiem Deæ, eramque spectabilis veste, linea quidem, sed eleganter picta. Et pretiosa chlamys pendebat mihi ex humeris post tergum usque ad calces: undecumque tamen aspicerer, distinctus eram animalibus circumpictis diverso colore. Hic erant dracones Indici, illic gryphes Hyperborei, quos alter orbis procreat ad formam volucris alatæ. Religiosi vocant eam vestem Olympiacam. Sed ferebam manu dextra facem accensam flammis, et habebam caput decenter redi-

Id.—2 Idem, *q3* quod potest esse *quasi*. Colvius. Flor. *floree*. Elmenh.—3 Elegantius sine copula legas, *ex humeris*, cum Piccarto Peric. Crit. c. 16. et Arntzen. ad Aurel. Vict. de Vir. Ill. c. 21. ut apud Ovidium, 'aureaque Ex humeris medios coma dependebat in armos.' Verum tamen sic 'amicula humeris defluentia' dixit Auctor lib. x. p. 233. In Guelf. *calorum*. In Oxon. est *colorum tenuis*. Oud.—4 Palat. *q3q3*. Fux. Oxon. Edd. Junt. pr. Ald. *quanquam*. Male. Vide ad lib. II. p. 22. Tum in Bert. *t. inscie*. Id.—5 Idem, *insignabatur*. Colvius. Pal. Oxon. Guelf. Par. *insignabar*. Oud.—6 Idem, *Indicæ*. Colvius. Philostratus apud Photium p. 532. *Elmenh.* In Ed. Vicent. *Indice*. Vide de his bestiis in stola depictis Bayer. in Epist. ad Crozium tom. I. p. 15. *Oud.*—7 D'Orv. *hinc gr. borei*. Inepte. Adi Comm. *Id.*—8 *M. alacer*. D'Orv. Abest τὸ *alter* a Bertin. *Id.*—9 Bert. *olim pictam st.* Elmenhorstius. Item Pith. unde malebat quidam *Olympicam*. In Coll. Lips. *Olymphacum*. Olympi et Olympiorum in sacris Isidis nullam rationem, nec mentionem esse, censet Reinesius, conjiciens hinc *Leonticam*, Inscript. Cl. I. N. 48. p. 96. *Oud.*—1 Pal. Guelf. *saccati*. Id.—2 *Ad manum dextram gerebam*. Fux. *at manu dextra*. Roaldus. *At manu dextera*. Vulg. *ad manum dextram*. Colvius. Flor. *at manum dextram*, male. *Elmenh.* Cum prioribus Colvio Edd. etiam Pith. dat *ad manum dextram*. Ceteri Codd. Colvianæ restitutioni assentiunt. Scriv. edidit, *ac manu dextera*. Ed. Ber. *gerebant*,

NOTÆ

[s] *Hinc dracones Indici*] India dracones gignit maximos cum elephantibus perpetua discordia bellantes, teste Plin. lib. VIII. cap. 11.

[t] *Inde gryphes Hyperborei*] Servius ad Eclogam VIII. Virgilii, 'Gryphes genus ferarum in Hyperboreis nascitur montibus.'

[u] *Quos, in speciem pinnatæ alitis, generat mundus alter*] Quidam Hyperboreos, apud quos nasci gryphes dicuntur, medios fecere inter utrumque Solem, Antipodum scilicet occasum, et orientem nostrum: ex quorum mente hic loquitur Apuleius. Plinius tamen hoc negat. Pinguntur autem Gryphes alis et rostro aquilis similes, cetera leones.

caput decora corona cinxerat,[3] palmæ candidæ[4] foliis in modum radiorum prosistentibus. Sic ad instar Solis exornato,[w] et in vicem simulacri constituto, repente velis reductis, in aspectum populi errabam.[5] Exhinc festissimum[6] celebravi natalem sacrorum:[x] et suaves epulæ,[7] et faceta convivia.[8] Dies etiam[9] tertius pari cærimoniarum ritu celebratus, et jentaculum[1] religiosum, et teletæ legitima consummatio. Paucis dehinc[2] ibidem commoratus diebus, inexplicabili voluptate simulacri divini perfruebar: irremunerabili quippe beneficio pigneratus.[3] Sed tandem Deæ monitu,[4] licet non plene,[5] tamen pro meo modulo, suppli-

mitum corona, foliis palmæ candidæ promicantibus instar radiorum. Cum sic ornatus essem in modum Solis, et positus in loco effigiei, retractis subito velis, ferebar per oculos populi. Postea celebravi lætissimum diem initiationis meæ: et appositæ sunt jucundæ dapes, et celebrata convivia jocis condita. Tertius etiam dies celebratus est iisdem cærimoniis, et factum est sacrum jentaculum, et initiatio rite absoluta est. Deinde manens ibidem per aliquot dies, percipiebam voluptatem, quam exprimere non possum, ex contemplatione effigiei Deæ: addictus nempe ipsi beneficio omni remuneratione majori. Attamen monitione Deæ, actis ipsi suppliciter gratiis,

Bas. pr. *gerebat*. Oud.—3 C. *decore corona c.* Fux. *decorata.* Roaldus. Ms. *decora.* Colvius. Ms. Urs. *decora.* Scioppius in Symbola. Lege cum Pal. *decora c.* Elmenhorstius. Adde Oxon. Guelf. cum Edd. Elm. Scriv. quas sequor. *Decorata* D'Orv. Petr. De hac corona adi Tristan. tom. I. Numism. p. 508. *Oud.*—4 *Palmæ candida.* Flor. *p. candidæ.* Elmenhorstius. Sic Mss. et Edd. O. ut debent. In qua Ed. sit *candida*, nescio. *Oud.*—5 Vid. Not. Var.—6 *Exhinc festivissimum.* Fux. *festissimum.* et Ald. *Roaldus.* Ms. Cod. *festissimumque.* Colvius. Fulvianus, *felicissimum.* Scioppius in Symbola. Vide, quæ vir eximius morumque integritate modestiaque et eruditione præclarus, Henricus Lindenbrogius ad Censorinum pag. 7. cap. 2. notat. Alii, *felicissimum.* Elmenhorstius. In D'Orvill. *et hinc felicissimum*, Palat. Guelf. *fetissimum.* Sed Pith. Bert. Oxon. et Edd. O. ante Colineum dant *festissimum.* Verissime, ut restitui. Ita 'dies festissimi' apud Vopiscum in Tacito c. 11. *Oud.*—7 Edd. Wow. Pric. *epulas*, ut jungas verbo 'celebravi.' Sed aliter placuit Apuleio. Vide ad lib. I. p. 5. 'Jam scitum et cavillum: jam dicacitas tinnula.' *Id.*—8 Idem, *facete.* Colvius. Sic etiam Fux. *facetam* D'Orv. *Oud.*—9 Ed. Flor. vitiose *enim.* Id.—1 Oxon. *ventaculum*, Pith. *tentaculum*, Ed. Vulc. sec. *intentaculum*, typothetarum, ut reor, σφάλματι. *Id.*—2 Addit Oxon. *etiam.* De 'inexplicabili voluptate' vide ad lib. II. p. 24. *Id.*—3 Pith. *quidem.* D'Orv. rursus *pignoratus.* Vide supra. *Id.*—4 *Sed tamen deæ monitu.* Fux. *sed tandem d. m.* recte. *Roald.* Pal. *sed tandem.* Wowerius. *Tandem* rescripsi fide Msstorum, etiam D'Orv. Oxon. Guelf. Par. Coll. Lips. cum Edd. Junt. post. Wow. Scriv. Pric. Sequitur illico *tamen.* Oxon. Guelf. *monita.* Oud.—5 D'Orv. *plane.* Id.—6 Pal. *sup-*

NOTÆ

[w] *Exornato*] Supple *me*: vel lege cum Ald. codice *exornatus*, et paulo post *constitutus*: quod melius puto. *Delph. et Var. Clas.*

[x] *Celebravi natalem sacrorum*] Servius ad III. Eclog. 'Natales apud majores plenum nomen est. Poste-

Apul.

cue gratiis persolutis,[6] tardam satis domuitionem comparo; vix equidem abruptis ardentissimi desiderii retinaculis.[7] Provolutus denique ante conspectum Deæ,[8] et facie mea diu detersis vestigiis [9] ejus, lacrymis obortis,[1] singultu crebro sermonem [2] interficiens, et verba devorans, aio:[3] 'Tu quidem sancta, et humani generis sospitatrix [4] perpetua, semper fovendis mortalibus [5] munifica, dulcem matris affectionem miserorum casibus tribuis. Nec dies, nec quies ulla, ac ne momentum quidem [6] tenue, tuis transcurrit beneficiis [7] otiosum; quin mari terraque [8] protegas homines, et, depulsis vitæ procellis, salutarem porrigas dexteram:[9] qua Fatorum etiam inextricabiliter contorta retractas licia, et Fortunæ [258] tempestates mitigas,[1] et stel-

non condignis quidem, sed saltem secundum meas facultates, præparo me lente admodum ad redeundum domum. Postquam ægre fregi vincula ardentissimi desiderii, quo tenebar, remanendi apud Deum, prostratus tandem coram ipsa et abstersis diu ejus vestigiis meo vultu, lacrymis manantibus, intersecans orationem meam frequentibus singultibus, et suffocans meas voces, dico: Tu quidem sancta, et assidua conservatrix generis humani, semper liberalis in nutriendis hominibus, præstas dulcem affectum parentis calamitatibus infortunatorum: neque dies, aut nox ulla, ac ne brevissimum quidem punctum temporis elabitur vacuum tuis beneficiis, quin tuearis homines in terra, et in mari, et, dissipatis tempestatibus vitæ, offeras eis manum servatricem, qua retrahis etiam fila Parcarum inexplicabiliter contorta, et sedas pro-

plicum, Guelf. *supplicii*. Pith. *gratis* cum Edd. pp. *Id.*—7 *Comparo Vix. eq. retinaculis, provol.* Edd. Ber. Bas. pr. *compero*. Malim autem cum aliis non plene distinguere post *comparo;* sed post *retinaculis*. *Ardentissimi* deest Oxon. *Id.*—8 Flor. *conspectum D.* Lege, *conseptum Deæ*. Elmenhorstius. Ineptissime. Sequentia satis docent, *conspectum* bene se habere. Ad Deæ enim imaginem provolutus, eam lacrymis humefecerat, et facie crinibusque deterserat, e frequentissimo adorantium more. Vide modo ad Lucani lib. II. 30. 'Hæ lacrymis spargere Deos.' *Consectum* in Ed. Vulc. sec. est typothetæ error. *Oud.*—9 *Detrusis vestigiis*. Fux. *detersis*. et ita Beroald. et Ald. liber. *Roald.* Vitiosissime Bas. repetiverunt lectionem Edd. primarum *detrusis*, quam bene correxerat Beroald. ut Mss. habent, et sensus postulat. *tersis* Edd. Junt. pr. Ald. *Oud.*—1 Fux. *abortis*. Id.—2 Pith. *sermone*. Id. —3 *Aio*. Edd. Junt. utr. Ald. *animo*. Id.—4 Pal. Guelf. *secreta*. Par. *sospitatis*. Id.—5 Pith. *fovendo moralibus*. Id.—6 Τὸ *quidem* abest a scripto codice. *Colvius.* Item a Palat. et D'Orvill. Nec male. 'Ne sæpe Nostro et aliis pro 'ne quidem' usurpatur. Vide ad lib. I. p. 17. 'ac ne sufficientem supellectilem.' *Oudendorp.*—7 Oxon. a m. pr. *beneficium*. Id.—8 *Quæ mari terraque*. Fux. *quin m. terraque*. Et Ald. *Roaldus*. Istud *que* prave est in sola Ed. Bas. *Oud.*—9 *Dexteram*. Edd. Vett. *dextram*. Id.

NOTÆ

ritas, natalis dies, dicere cœpit.' Natalem sacrorum vocat hic diem, quo consecratus fuerat, quasi illo die una cum religioso statu novam vitam fuisset auspicatus.

larum noxios meatus cohibes.[2] Te Superi colunt; observant Inferi: tu rotas orbem; luminas Solem:[y] regis mundum;[3] calcas Tartarum. Tibi respondent sidera, redeunt tempora, gaudent numina, serviunt elementa.[4] Tuo nutu spirant flamina,[5] nutriuntur nubila,[6] germinant semina,

cellas fortunæ, et coërces noxios cursus astrorum. Superi te colunt: Inferi te venerantur: tu mundum agis in gyrum; tu collustras Solem: tu gubernas orbem; tu pedibus premis infernum. Stellæ tibi obsequuntur, in te Dii lætantur, tuo jussu vertuntur anni tempestates, elementa tibi obediunt: ad tuum arbitrium venti flant,

—1 Pith. *tempestate m.* Id.—2 *Stell. varios motus cohibes.* Fux. *st. noxios motus.* Idque non abs re. *Roald.* *Noxios meatus.* Vulgo, *varios meatus.* Colvius. Hinc *vagos meatus* conjecit Cl. Jac. de Rhoer in Fer. Dav. p. 227. Sed *noxios meatus* vere præbent Mss. O. et ante Colvium quoque Ed. Junt. post. *Motus* typothetarum modo est error in notis Roaldi, licet sæpe de siderum cursu vox illa usurpetur. Sed et 'errantium siderum meatus' Plinio lib. II. c. 8. et sæpius, item Manilio; ac Nostro de Dogm. Plat. p. 582. De Deo Socr. p. 666. Mart. Capell. lib. I. p. 4. 'Fulgurum jactus, atque ipsius meatus cœli siderumque.' Sic Mss. optimi, non *ac ipsius.* Hinc eidem lib. VIII. p. 274. ut e Mss. plurimis et vetustissimis legi debet: *superi cœlestesque, qui vestra recensebitis* meacula. Vulgo, *metacula.* In Fux. *cohibens.* Oud.—3 Vid. Not. Var.—4 *T. respondent sidera, gaudent numina, redeunt tempora, serviunt elementa.* Lege *lumina.* Wowerius. *Resp. sidera, tempora redeunt, nimina. Serv. elem.* Sic Bert. in quo et paulo post legitur: *crescunt gramina.* Sciopp. Susp. II. 4. et Symbola. *Elmenh.* Perperam omnino. Legendum est enim cum Mss. ceteris, et Edd. ante Colvium, qui e Lipsiano immutavit non nihil ordinem: *Res. sidera, redeunt tempora, gaudent numina, serviunt el.* Inepte *lumina* refinxit Wower. et ex ejus editione de more Pric. *Sidera* et *numina* solent disjunctim nominari. Adi omnino notata ad p. 249. 'summa luminum, prima cœlitum.' *Oud.*—5 Fux. *sp. flamina.* Vere. Hoc vidit Beroaldus. *Roald.* D'Orv. *fulmina*, Edd. pp. Junt. pr. Ald. Bas. pr. *flumina.* De 'spiritu fluviali' egimus ad lib. VI. p. 117. Sed præterquam quod ille tenuior est, quam ut inde Isidis laudes decantaret, agitur hic de rebus cœlestibus, ut e seq. enuntiato patet. Bene igitur *flamina* in Mss. et ceteris Edd. *Oud.*—6 Palat. *nutriunt.* Colligunt aquas. Sed fortasse haud male rescripseris, *mugiunt nubila:* quo loquendi genere usus libro de mundo. *Wow. Elmenh.* In D'Orv. item Fux. et Coll. Lips. est *nutriunt;* atque ita edidit Scriverius; scil. aquas. Sed passim nota syllabæ *ur* in Mss. omittitur, ac nusquam hic activum verbum, quod hic obscuram redderet sententiam, adhibet. Nec *mugiunt*, ut de tonitru agatur, habet locum. Nam Auctor recenset omnia salutaria Divæ opera, eique fœcunditatem omnium rerum ascribit: ut docent etiam seqq. Hinc p. 239. 'udos ignes, quibus nutrit læta semina,' ei ascribit, ac sidera ali et nutriri humore, aiunt passim Veteres. Contra male *ur* addiderunt in Floridis N. 12. de psittacis: 'Eo facilius verba hominum' vel *hominis* 'articulant.' Sic enim leg. e Mss. Pith. Lips. Ed. Junt. post. ut bene citat Salmas. in Plin. p. 713. Vulgo *articulantur.* Oud.

NOTÆ

[y] *Luminas Solem*] Hinc evidens est, per Isidem ab Apuleio non tantum Lunam intelligi, sed ipsam rerum naturam, seu animam mundi, ac summum numen. Quis enim a Luna Solem illuminari dicat?

crescunt germina.[7] Tuam majestatem perhorrescunt aves cœlo meantes,[8] feræ montibus errantes, serpentes solo latentes, belluæ Ponto natantes. At ego referendis laudibus tuis[9] exilis ingenio,[1] et adhibendis sacrificiis tenuis patrimonio: nec mihi vocis ubertas ad dicenda, quæ de tua majestate sentio, sufficit: nec ora mille, linguæque totidem, vel indefessi sermonis[2] æterna series. Ergo, quod solum potest, religiosus quidem, sed pauper alioquin, efficere, curabo, divinos tuos vultus, numenque sanctissimum[3] intra pectoris mei[4] secreta conditum[5] perpetuo custodiens,[6] imaginabor.' Ad istum modum deprecato summo numine,[7] complexus Mithram sacerdotem,[8] et meum jam parentem,[z] colloque ejus[9] multis osculis inhærens, veniam postula-

nubes concrescunt, semina germinant, germina adolescunt. Volucres volantes per aërem, feræ vagantes in montibus, angues abditi in terra, cete natantia in mari, reformidant tuam majestatem. Verum ego sum tenuioris ingenii, quam ut possim referre tuas laudes, et patrimonii angustioris quam par esset, ad offerenda tibi sacrificia condigna: nec mihi suppetit copia verborum, ad exprimenda ea, quæ cogito de tua majestate; nec mihi sunt mille ora, ac totidem linguæ, aut perpetuum filum orationis infatigabilis. Ego igitur faciam, quod potest facere vir, religiosus quidem, sed inops: repræsentabo mihi tuam faciem divinam, et tuam sanctissimam majestatem, atque illam servabo semper conditam in intimo meo pectore. Sic orata suprema Dea, amplector Mithram sacerdotem, quem jam vocabam meum parentem, et affixus ejus cervici, ac ingerens crebra oscula, rogabam eum veniam, quod non possem ei

—7 Bert. *gramina.* Elmenhorstius. Ex perpetua harum vocum confusione; qua hic totum Apuleii acumen, et solitus ipsi in repetitionibus earundem syllabarum lusus, de quo sæpius supra egimus, perit. Ceterum vox hæc cum tribus seqq. deest Fux. et cum quatuor seqq. Oxon. et Par. *Oud.*—8 *Perhorrescunt aves cœlo meantes.* Hæc omnia non sunt in membranis. *Colv.* nempe quatenus est Venus. Lucret. lib. I. 10. &c. *Wass.*—9 Pith. *referentes.* Palat. Guelf. *l. ejus.* Oud.—1 *Exiguus ingenio.* Vulg. *exilis ingenio.* Colvius. *Exilis.* Ita Mss. Vulgo, *exiguus.* Elmenhorstius. Soli Mss. Lips. et Pal. cum Colv. Vulc. Wow. Pric. habent *exiguus.* Ceteri servant melius *exilis*, bene revocatum ab Elmenh. Scriv. Flor. Sic ' oratio, vox exilis,' &c. In Fux. *exii*, unde proclive est refingi *exili.* Sed *exilis ingenio* præstat, vel ob seq. ' tenuis patrimonio.' *Oud.*—2 D'Orv. Cod. *indefeci.* Quod valde confirmat Pricæi conjecturam *indefecti.* In quibus vocibus æque probis perpetua hæc est varietas. Consule notarum Indicem. *Id.*—3 Ed. Flor. *sacratissimum.* Id.—4 *Pectoris meis.* Lego, *p. mei.* Elmenhorstius. *Meis* est typothetarum error in Edd. Vulc. sec. *Oud.*—5 Ms. lib. *condita.* Colvius. cum Palat. et Guelf. *Oud.*—6 Bert. *perpetuum c.* Elmenhorstius.—7 Pith. *s. nomine.* Oud.—8 Tò *sacerdotem* delet Bertinus. *Elmenh.* Oxon. Par. *Mithiam*, Ed. Bas. pr. *mirum.* Vide supra. *Oud.*—9 Tò *colloque* non est in Bertin. *Elmenh.*

NOTÆ

[z] *Meum jam parentem*] Quia cum eum ministeriis initiasset, videbatur ipsum secundo genuisse, vitæ scilicet religiosæ.

bam, quod eum,[1] condigne tantis beneficiis, munerari[2] nequirem. Diu denique gratiarum gerendarum sermone prolixo commoratus, tandem digredior: et recta,[3] patrium Larem[4] revisurus meum post aliquam multum temporis,[5] contendo: paucisque post diebus, Deæ potentis instinctu,[6] raptim constrictis sarcinulis,[7] nave conscensa, Romam versus[8] profectionem dirigo: tutusque prosperitate ventorum ferentium, Augusti portum[a] celerrime, ac dehinc carpento pervolavi:[9] vesperaque, quam[1] dies insequebatur iduum Decembrium, sacrosanctam istam [259] civitatem[b] accedo.

retribuere mercedem dignam tantis beneficiis. Denique, cum diu demoratus essem in agendis ipsi gratiis longa oratione, discedo tandem: et recta eo in meam paternam domum, revisurus eam post valde longum tempus: et post paucos dies, monitu Deæ potentis, colligo celeriter sarcinas meas, et conscendo navem, ac dirigo iter Romam versus: et securus secundo flatu ventorum, quibus impellebar, intravi velocissime in portum, deindeque celeriter delatus sum curru; et pervenio ad hanc sacrosanctam civitatem pridie Idus Decembris vespere. Nec postea mihi fuit ulla cura

—1 *Quod deum.* *Quod eum* Ald. Recte. *Roald.* Idem Ms. *quod Deum.* Colvius. *Deum* inepte Pal. Fux. D'Orv. Oxon. Guelf. et Edd. primæ cum Bas. *Eum* recte jam correxit Beroald. Exulat a Florent. *Oud.*—2 *Remunerare.* Fux. *munerare.* Ald. autem *munerari.* Roaldus. *Remunerari.* Vulg. *remunerare.* Nec male Ms. *munerari.* Colvius. In solis Edd. Colin. et Bas. est *remunerare.* In Colv. et seqq. *remunerari.* Vide ad lib. III. p. 53. Sed Mss. O. et Edd. priores exhibent *munerari.* Verissime, ut reposui. Munero vel muneror aliquem condigne beneficiis valet, munus do alicui ob præstitum beneficium. Lib. x. pag. 227. 'liberto magnifice munerato.' Plaut. Captiv. v. 1. 15. 'Ut beneficium bene merenti nostro merito muneres.' Pal. et Guelferb. *unam neq.* Oud.—3 Vulg. *et recta via.* Colvius. Bertin. *et recta via.* Elmenhorstius. Ceteri Mss. et Ed. Junt. post. optime habent, ut restituit Colvius, ex Nostri genio, *Et recta.* Vide ad l. VI. p. 120. *Oud.*—4 Pal. Guelf. *patrum L.* Id.—5 *Post aliquantulum temporis.* Fux. *post aliquam multum t.* Quomodo nos emendavimus supra. *Roald.* *Aliquammultum.* Ibidem, *aliquantulum.* Colvius. Elmenhorstius. Suffragantur τῷ *aliquam multum* Mss. O. ut a Colvio et dein editum. Vide ad l. I. p. 17. 'Post aliquam multum temporis.' *Oud.*—6 Edd. Ber. Bas. pr. *instructu.* Id.—7 *Sarcinulis.* Guelf. *sarcinolis.* Id.—8 Palat. *versus R.* Pith. D'Orv. *R. usque.* Id.—9 Vid. Not. Var.—1 *Pervolavi, vesperaque quam.* Ab Ed. Beroaldi hæc absunt. In Ed. Bas. pr. *vesperamque unam.* Oud.—

NOTÆ

[a] *Augusti* [?*Hausi*] *portum*] Sic vett. editt. Lipsius legebat, *Augusti portum:* sed absque ullo sensu. Non est mutanda antiqua lectio. 'Haurire portum' est penetrare portum, intrare in portum. Sic 'gladio latus haurire,' est gladio latus penetrare. Portum autem κατ' ἐξοχὴν vocat Ostiæ portum, qui Romanorum erat portus: quemadmodum et ipsa Roma urbs antonomastice dicebatur.

[b] *Sacrosanctam istam civitatem*] Romam, quæ Deorum sedes existimata, et cujus verum nomen ne in sacris quidem eloqui licitum erat.

Nec ullum[2] tam præcipuum mihi exinde[3] studium fuit, quam quotidie supplicare summo numini Reginæ Isidis: quæ, de templi situ[4] sumto nomine Campensis,[5] [c] summa cum veneratione[6] propitiatur.[7] Eram denique cultor[8] assiduus, fani quidem[9] advena, religionis autem indigena.[d] Ecce, transcurso signifero circulo,[e] Sol magnus[1] annum compleverat; et quietem[2] meam rursus interpellat numinis benefici cura pervigilis:[f] et rursus teletæ,[3] rursus sacrorum commonet. Mirabar quid rei tentaret,[4] quid pronuntiaret[5] futurum. Quidni? plenissime[6] jam dudum videbar initiatus. Ac dum[7] religiosum scrupulum partim apud sensum

tam præcipua, quam quotidie orare supremum numen Reginæ Isidis: quæ colitur cum maxima veneratione sub nomine Isidis Campensis, quod nomen sortita est a situ sui templi. Denique eram assiduus adorator, extraneus quidem in templo, sed domesticus Religionis. Ecce cum Sol magnus, emensus circulum signorum, absolvisset annum, vigilans cura Deæ beneficæ interrumpit iterum somnum meum; et iterum me commonefacit sacrificii, et initiationis. Stupebam quid moliretur, quid prædicaret eventurum. Mihi enim videbar jampridem abundantissime initiatus. Dumque partim examino apud meum animum, partim expendo consiliis sacerdotum

2 Ed. Ber. *illum.* Id.—3 Deest Oxon. *Id.*—4 Pith. *templio.* Fux. *siti.* Id.—5 Ms. ,*phesis.* Al. ,*pesis.* Colvius. Flor. et Pal. *Compensis.* Bert. *comprensio.* Inepte. *Elmenh.* *Compensis* Mss. plerique et Edd. pp. Sed optime *Campensis* emendavit Beroaldus, confirmatum a Fux. Vide ipsum, et ad Juven. S. vi. 529. *Oud.*—6 Guelf. *summa natione.* Id.—7 Palat. *prospicuatur*, Guelf. *prospiciatur.* Id.—8 Fux. *cultor denique*, Guelf. *coator denique*, Pal. *crator denique.* Id.—9 D'Orv. *quidam.* Id.—1 Al. *magnum.*—2 Pith. *et e quietem.* Forte pro *et ecce.* Oud.—3 *Interpellat, &c. sacrorum.* Absunt hæc omnia a Palat. *Id.* Bert. *pervigil.* Elmenhorstius. Nusquam alibi Apuleius in Nomin. casu vocis hujus fœmininum genus sic expressit, sed *pervigil*, ut ceteri scriptores. An ergo recipienda Bert. Cod. scriptura? In D'Orv. est *beneficii.* An ergo intelligit curam numinis, quod beneficii pervigilis est, sive pervigil in beneficio præstando? Pith. *et rursus sacr.* Oud.—4 Pal. Oxon. *reptaret*; corrupte sc. et ex more scribendi *teptaret.* Pricæus tamen hinc divinavit *restaret.* Id.—5 Bertin. repetit *quid rei pron.* Id.—6 Palat. *quid implen.* D'Orv. *quin ni pleniss.* Putschius conjiciebat, *quid mihi plen.* Lipsius, *quippe plen.* Mallem tum, *quippe ni? pl.* Nam pertinet ad τὸ *mirabar.* Vide ad l. iv. p. 90. Infra bis occurrit 'quidni?' p. 261. 262. Dein *videbar*

NOTÆ

[c] *Campensis*] Templum Isidis fuit in Campo Martio: unde Campensis est dicta. Juvenalis, Satyra vi. 'calidaque petitas A Meroë portabit aquas, ut spargat in ædem Isidis, antiquo quæ proxima surgit ovili.' Quod ovile in Campo Martio fuisse, notum ex Livio et aliis.

[d] *Religionis autem indigena*] Quia sacris Isidis Corinthi fuerat initiatus.

[e] *Transcurso signifero circulo*] Zodiaco, cujus decursu Sol annum complet.

[f] *Pervigilis*] Pro *pervigil.*

meum[8] disputo, partim sacratorum[9] consiliis examino; novum mirumque[1] plane comperior:[2] Deæ quidem me tantum sacris imbutum, at magni[3] Dei Deumque summi parentis,[4] invicti Osiris necdum sacris illustratum.[5] Quanquam enim connexa,[g] immo vero unita ratio[6] numinis religionisque esset, tamen teletæ discrimen interesse maximum. Prohinc[7] me quoque peti magno[8] etiam Deo famulum, sentire deberem.[9] Nec diu res in ambiguo stetit. Nam proxima nocte vidi quendam de sacratis,[1] linteis intectum,[2] qui thyr-

meum scrupulum religiosum; cognosco rem novam et prorsus admirabilem: me nempe initiatum quidem duntaxat sacris Deæ, sed nondum initiatum sacris magni Dei, ac supremi patris Deorum, invicti Osiridis. Quamvis enim ratio divinitatis, et religionis eorum esset conjuncta, quinimmo eadem prorsus, maximam tamen esse differentiam inter eorum initiationes: mihi itaque notum esse debere, me etiam postulari a magno Deo in ministrum. Neque res fuit diu in dubio. Nocte enim sequenti vidi, per somnum, quendam ex sacerdotibus amictum lineis vestibus, qui

Oxon. *Id.*—7 D'Orv. *at dum*, Pith. *ac de.* Id.—8 Palat. Guelf. *meum s.* Id.—9 D'Orv. Fux. Oxon. *sacrorum.* Male. Vide ad p. 256. 'XII. sacratus stolis.' *Id.*—1 Fux. *novumque mirum.* Ed. Merc. *novo.* Id.—2 Edd. Vulc. Wow. Pric. Flor. *comperio*, invitis Mss. O. et Edd. Vett. Adi ad l. II. p. 35. 'Quid hoc, inquam, comperior.' *Id.*—3 *Ac magni.* Scriptus idem, *ad magni.* Colvius. Vel puer mendum videat et corrigat: *at magni Dei.* Mirum non hoc vidisse Colvium; cum tamen in libro Lipsii scriptum testatur: *ad magni Dei.* Scioppius in Symbola. Ms. *ad.* Lege *at.* Brantius. *Ac m. D.* Lege: *at m. Dei.* Elmenhorstius. *Ad* habent Mss. Pith. Fux. Reg. Bert. Oxon. Guelf. cum Edd. pp. et Beroaldi, qui jam vidit rescribendum *At.* item Piccart. Peric. Crit. c. 16. Juntæ tamen et seqq. aliorum Codd. lectionem *ac* male prætulerunt, exceptis Scriv. et Flor. *Oud.*—4 *Dominique s. parentis.* Fux. *Deumque s.* ut et Ald. *Roald.* *Deumque* leg. jam vidit Beroald. ut habent Mss. et Edd. præter primas, et Bas. *Oud.*—5 Guelf. *illustratus.* Id.—6 *Unica ratio.* Ms. *unita*, idque probum est. *Sciopp. in Symbola.* *Munita ratio.* Sic Palat. Fulvii liber, *unita ratio.* Flor. *munia artio.* Vulgat. *unica ratio.* Bertin. *unica arctio*, male. *Elmenh.* Oxon. etiam, Guelf. et Pith. *munita*; sed *unita* exaratur in Fux. Reg. D'Orv. Lips. Petr. et Edd. Junt. post. Wow. ac Pric. Recte, ut opinor. Vide ad l. VIII. p. 163. 'Unita sepultura:' ubi eadem in Mss. et Edd. diversitas. *Unica* Edd. reliquæ. Pro *ratio* mire corruperunt *artio*, et expresserunt Editores primi. Correctum a Beroaldo. *Oud.*—7 D'Orv. *perhinc.* Id.—8 Flor. *mano*, male. *Elmenh.* In mea Coll. *mago.* D'Orv. *magne.* Oud.—9 *Sentire debere.* Fux. *deberem.* et Ald. *Roald.* Nusquam nisi in Ed. Bas. sec. est *debere.* Nec male. Forsan utrumque verbum abundat. Certe facile carere possemus. *Oud.*—1 Pith. prave *sacris.* *Vidi* abest ab Oxon. *Id.*—2 Fux. *l. injectum.* Vide supra.

NOTÆ

g *Quanquam enim connexa, &c.*] Hinc liquet unicum fuisse, etiam paganis, Deum, cui pro variis muneribus et attributis, varia nomina et numina tribuebant, quorum fœminina omnia Noster Isidi attribuit, et masculina Osiri, quos tamen unum idemque numen fuisse ait, eademque religio-

sos et hederas,[h] et tacenda quædam [3] gerens, ad ipsos meos Lares collocaret: et, occupato sedili meo, religionis amplæ denuntiaret epulas. Is, ut agnitionem [4] mihi scilicet certo aliquo [5] sui signo subministraret, sinistri pedis talo paululum reflexo, cunctabundo [6] clementer incedebat vestigio. Sublata est ergo, post tam manifestam Deum voluntatem,[7] ambiguitatis tota caligo. Et illico Deæ matutinis [8] perfectis salutationibus, summo studio [9] [260] percontabar singulos, ecqui vestigio similis, ut somnium? [1] Nec is defuit.[2] Nam de Pastophoris unum conspexi [3] statim, præter indicium pedis, cetero etiam statu atque [4] habitu examussim

ferens thyrsos, et hederas, et quædam alia, quæ nefas est dicere, apponebat ea ipsis meis Diis penatibus: et sedens in mea sella, indicebat mihi, ut pararem convivium magnæ religionis. Ille placide incedebat claudicanti gradu, talo pedis sinistri paululum incurvato, ut nempe mihi daret aliquod indicium, quo ipsum agnoscerem. Igitur tota obscuritas dubii sublata est, post tam evidentem declarationem voluntatis Deorum. Et mane simul ac salutavi Deam, studiosissime interrogabam unumquemque, num aliquis esset incessu similis ei, quem videram per somnium. Et ille inventus est: nam statim vidi unum ex Pastophoris apprime convenientem cum imagine, quam noctu videram, non tantum signo pedis, sed etiam reliqua statura,

Roald. *Injectum.* Vulg. *intectum.* Vide supra ad lib. IX. *Colv.* *Lineis* Petr. *Injectum* habent Mss. plerique et Edd. Colv. Vulc. pr. Wow. l. II. p. 33. 'Aureis vestibus intecti:' ubi vide quid differentiæ sit inter 'vestibus injectus' et 'intectus;' ut et ad l. VIII. p. 172. 'bombycinis injecti.' *Oud.*—3 Fux. *et jacienda q.* Sed falso. Intelligit enim ballos, (*ph.*) de quibus vide Plut. in lib. de Os. et Iside. *Roald.*—4 Ms. *ambitionem.* Sciopp. in Symb.—5 Τὸ *certo* non est in Bert. *Elmenh.*—6 *Contabundo.* D'Orv. rursus et Edd. Vett. *cunct.* ac deinceps. *Oud.*—7 Ubique editum ante *Domini.* Colv. In Coll. Lips. erat *Dei.* In Oxon. Guelf. *dominis,* ut Osiris intelligatur, cum vulgaribus ante Colv. Edd. Sed *Deum* est in Mss. ceteris et Ed. Junt. post. *voluntate* Pal. *Oud.*—8 Pith. *de mat.* Id.—9 Pricæus hic rursus mavult, *ex s. studio.* Sed utrumque in Nostro. Vide me ad l. VIII. 149. 'summo studio fugiens ursam.' *Id.*—1 Vid. Not. Var.—2 *Nec fides abfuit.* Fux. *nec is defuit.* Roaldus. *Nec is defuit.* Vulg. *nec fides abfuit.* Colvius. Flor. *nec fide afuit.* Bert. *nec vide affluit.* Elmenhorstius. Utrumque *nec fides abfuit,* et *nec is defuit* conjecerat Beroaldus: cum in Edd. primis repererat, quod est in Pith. quoque, *n. fide abfuit.* Prius secuti sunt editores usque ad Colvium. Sic 'somnii fides' Suet. Claud. c. 37. et alibi. Sed alterum *nec is defuit,* diserte extat in ceteris Msstis; ut retinuere post Colvium omnes. Vide etiam Pricæum. *Oud.*—3 Fux. *complexi.* Id.—4 Flor. *ceteros,* male. *Elmenh.* Nihilominus *ceteros* dant quoque Pith. Fux. Guelf. Oxon. Coll. Voss. ac *ceteros status*

NOTÆ

ne coli, excepto teletæ ritu, et apparatu.

[h] *Qui thyrsos et hederas, &c.*] Thyrsi erant hastæ pampinis et hederis involutæ, ac circumfusæ. Porro thyrsi et hederæ insignia Bacchi erant, quæ merito Osiri tribuuntur, cum ipse sit Liber pater.

nocturnæ imagini congruentem, quem Asinium Marcellum[5] vocitari cognovi postea,[6] reformationis meæ alienum nomen.[7] [i] Nec moratus, conveni protinus eum, sane nec ipsum futuri sermonis[8] ignarum: quippe jam dudum, consimili[9] præcepto, sacrorum ministrandorum commonefactum. Nam sibi visus est quiete proxima,[1] dum magno Deo[2] coronas exaptat,[3] et de ejus ore, quo singulorum fata dictat,[k] audisse,[4] mitti sibi Madaurensem,[5] sed admodum pau-

atque habitu: quem rescivi postea vocari Asinium Marcellum, quod nomen satis alludebat ad meam mutationem. Et absque mora, adivi protinus illum, qui etiam non ignorabat, quid essem sibi dicturus, quia jam pridem monitus fuerat simili mandato, ut me initiaret sacris. Nam sibi visus est nocte superiore, inter aptandum coronas summo Deo, audivisse etiam de ejus ore, quo pronuntiat sortes omnium, ad se mitti Madaurensem, sed valde egenum, quem protinus deberet initiare suis

D'Orvill. An scripsit Auctor, *cetero oris et statu*, vel *c. corporis?* A Palat. et Oxon. Guelf. absunt τὰ *habitu*, &c. usque ad *quem*. Oud.—5 Vet. cod. *asinum*. Colvius. Sic et Pith. Fux. D'Orv. Guelf. Pal. Edd. Rom. Vic. Bene correxit Beroaldus. *Asininum* Ald. ridicule. *Oud.*—6 Oxon. a m. pr. *post.* Id.—7 Fux. *r. m. non al. n.* et Ald. Rectissime. *Roald.* Nec ab edita olim, nec a scripta lectione discedere volui: quamvis Beroaldus, negaudi copula addita, reponat, *non alienum nomen*, cujus sententia vera videri possit. *Colv.* Repone ex Ms. Fulvii, *Deformationis meæ non alienum nomen.* Alludit ad sui in asinum metamorphosin. Ideo Asinii Marcelli haud alienum nomen suæ deformationis. *Wower.* Ms. *deform. m. non al. n.* Quod forte non fuerit contemnendum, ut alluserit ad sui in Asinum deformationem. *Sciopp. in Symbola.* *Deformationis meæ non.* Sic liber Fulvii. Vulgo *reformationis.* Elmenhorstius. An *deformationi?* Wass. Mei Codd. O. item Exc. Fux. Oxon. præbent vulgatam olim et in Bas. Colv. Vulc. Edd. lectionem, *reformationis alienum nomen.* Hoc enim alienum erat a reformatione, scil. ea, qua recens ex asino in hominem erat reformatus. Reliqui tamen Editores ex Beroaldi conjectura inseruerunt *non:* cui simile Gruterus conjecit, *in alienum.* Quod si verum est, in Ursin. Cod. inveniri *non*, præferrem omnino cum Wower. Elm. Scriv. et Flor. *deformationis. Ref.* enim vox, licet etiam in malam partem sumatur, hic tamen nimis foret ambigua; quare in ea retinenda Pricæo assentiri nequeo. Fateor deformationem simpliciter notare nonnunquam quamcumque μόρφωσιν: ut Vitruv. l. I. c. 1. 'Ad propositum deformationis.' Adde Munker. ad Hyg. in Præf. Astron. Sed sæpius turpitudinem exprimit. Vitruv. l. II. Præf. 'Faciem deformavit ætas.' Noster l. I. p. 7. ait: 'Deformavit in ranam,' et 'in arietem deformavit:' ac 'deformem' suum asinum vocat. *Oud.*—8 Palat. *fut. se serm.* Id.—9 Pith. *simili.* Id.—1 D'Orv. Pith. *q. permaxima.* Id.—2 Fux. Reg. *magico D.* Id.—3 Fux. *exapta.* Id.—4 *Facta dictat, audisse.* Ante impressum passim *audisset.* Colvius. Omnino emendandum, *quo s. fata dictat.* Wowerius. Bert. et Flor. *facta d. audisset.* Elmenhorstius. Recte *fata*, emendante Beroaldo, edidere Junt. Ald. Colin. item Lips. in marg. Vulc.

NOTÆ

[i] *Refor.* [*Deformationis*] *meæ* [*non*] *alienum nomen*] Inter Asinum enim, in quem mutatus fuerat, et Asinium magna cognatio est.

[k] *Et de ejus ore, quo singulorum fata dictat*] Fata Jovi (qui idem Osiris

perem,[6] cui statim sua sacra deberet[7] ministrare. Nam et illi[8] [l] studiorum gloriam, et ipsi[m] grande compendium sua comparari[9] providentia. Ad istum modum desponsus sacris,[1] sumtuum tenuitate, contra votum meum, retardabar.[2] Nam et viriculas[3] patrimonii peregrinationis attriverant impensæ;[4] et erogationes urbicæ[5] pristinis illis[n] provincialibus an-

sacris. Sua enim providentia aiebat præparari ei laudem ex studiis, et ipsi magnum lucrum. Sic promissus sacris, retardabar contra meum desiderium inopia pecuniæ, qua facerem impensas. Sumtus enim itineris consumserant meas parvas opes: et largitiones, quas oportebat me facere Romæ, superabant illas priores, quas

Ed. sec. Wow. Elm. Scriv. Flor. In Mss. et Edd. ceteris tralatitio corruptionis more est *facta*. In Pal. Guelf. *ditat*, Bert. *dicta*. Pith. *audisset* cum Edd. ante Colv. Auson. Parent. III. 16. 'Dictasti fatis verba notanda meis.' Flor. N. 16. 'fabulas in scena dictavit.' Virg. Æn. VI. 73. 'fata dicta meæ genti.' *Oud.*—5 Vet. *Mandorensem*. Colv. Oxon. *miti*. Fux. *Mandaurensem*, Guelf. *Maudorensem*. Turpiter vero hic sui oblitus est Apuleius. Qui enim Madaurensis est, qui toto opere se finxit esse Lucium Græcum ab inclyto Plutarcho oriundum? Hæc sane non conveniunt. Melius fabulæ eventum narrat Lucianus, sive quisquis istius Græcæ de Asino fabulæ auctor est. *Oud.*—6 Oxon. *admodo*. Id.—7 Ed. Merc. *suam d.* Id.—8 Edd. Junt. Ald. *illud*. Id.—9 Fux. *comparare*. Id.—1 Idem Ms. *desponsis s.* Sed supra: 'Ut, renatus quodammodo, statim sacrorum obsequio desponderetur.' *Colv.* Palat. *disponsus*, Pith. *responsus*. Oud.—2 *Circa votum m. retardabar*. Fux. *contra votum m.* Recte. De eo dixi pag. 630. *Roald.* *Circa* non comparet, nisi in Edd. pp. Junt. pr. Ald. Bas. de more. Emendavit jam Beroald. *recordabar* Pith. *Oud.*—3 Copula non erat in editis. *Colv.* Abest quoque a D'Orv. et Pith. *juriculas* Edd. pp. *vinculos* Oxon. *vilaculas* al. *viricul.* Pal. Bene correxit Interpres. *Oud.*—4 Ms. lib. *peregrinationes*. Colvius. Bert. *attenuaverant*. Elmenhorstius. Pal. Oxon. Guelf. *peregrinationes*. Deficit hic codex Lipsii. *Attenuaverant*, quod est in Bertino, et per se probum, admitti hic nequit ob præcedens 'sumtuum' tenuitate. 'Atterere opes' etiam frequens est locutio. Vide Petron. c. 116. Sil. VI. 301. Claud. Epigr. 16. Plin. lib. IX. Ep. 33. f. Hinc conjeci *atteruerant*, ut lib. VIII. p. 169. 'manum conterui.' Ibi vide et ad Sueton. Aug. c. 40. 'Attrito patrimonio.' Sed vide tamen Burm. ad Seren. Samon. c. 25. vs. 474. Græci dicunt συμψῆσαι τὸ ἀργύριον. Vide Suid. in v. Ἀργύρειος σταυρός. cum Observ. J. Gronovii ad Suidam. *Oud.*—5 Bertin. *peregrinatio-*

NOTÆ

est) cum tabulis assistere, et quicquid homini cuique eventurum esset, ipso dictante notare credebantur. Latinus Pacatus, in Panegyrico: 'Utrum te tamen admones ipse? an ut illi majestatis tuæ participi Deo feruntur assistere Fata cum tabulis, sic tibi aliqua vis divina subservit, quæ, quod dixeris, scribat, et suggerat?'

[l] *Illi*] Madaurensi.

[m] *Ipsi*] Asinio Marcello.

[n] *Et erogationes urbicæ, pristinis illis, &c.*] Sensus est, erogationes pecuniarum, quas in urbe Roma facere cogebar, ut Osiridis sacris initiarer, longe majores erant, quam illæ priores, quas Corinthi in Achaia Provincia feceram, cum fueram Isidis sacris initiatus.

tistabant. Plurimum ergo duritia paupertatis[6] intercedente, quod ait[7] vetus proverbium, inter sacrum et saxum[8] positus,[o] cruciabar. Nec secius[9] tamen identidem numinis premebar[1] instantia. Jamque sæpicule,[2] non sine magna turbatione, stimulatus,[3] postremo jussus,[4] veste ipsa mea quamvis parvula[5] distracta, sufficientem corrasi summulam. Et id ipsum præceptum fuerat specialiter. An tu,[6] inquit, si quam rem voluptati struendæ molireris,[7] laciniis[8] tuis nequaquam parceres, nunc[9] tantas cærimonias[1] aditurus, impœnitendæ te pauperiei cunctaris committere?[2]

feceram in provincia. Igitur dura egestate multum adversante meis votis, torquebar positus inter sacrum et saxum, ut fert vetus adagium. Nihilo tamen minus urgebar subinde instantia Dei. Et jam sæpe instigatus, non absque ingenti perturbatione, novissime jussu Dei adactus vendita mea veste, licet tenui, collegi summam sufficientem. Atque hoc mihi fuerat expresse imperatum. An tu (aiebat mihi numen) nullatenus parceres vestibus tuis, si aggredereris aliquid ad procurandam tibi voluptatem, nunc vero cum initiandus sis sacris, dubitas te committere

nes u. male. *Elmenh.* Item Pith. Ed. Blav. *erogationis.* Oud.—6 Bert. *dunita paupertati*, male. *Elmenh.* *Paupertati* Pith. *Oud.*—7 Oxon. *q. auter*, Pal. *quod occit'*, Guelf. *q. accitur*, D'Orv. *quod ociter.* Fuitne, *quod occinit*, vel, *q. ait pervetus?* Id.—8 E Plauti Capt. III. 4. Vide Beroald. Pith. *et a saxum.* Absunt *et saxum* prave a Palat. *Id.*—9 Pith. *sectius.* Id.—1 Bert. *premebat.* Elmenhorstius.—2 Ed. Vic. *sepide.* Oud.—3 Fux. Reg. *stipulatus*, non male. Sive ad numinis vel pastophori interrogationem pollicitus. Vide Brisson. de Verbor. Signif. et Fabri Thes. *Id.*—4 Ed. Ald. *jussos.* Id.—5 Oxon. *paricula.* Id.—6 D'Orv. *at tu.* Id.—7 Bert. *molires.* Elmenhorstius. Accedunt Pith. Fux. Flor. D'Orv. Pal. Guelf. cum Edd. Elm. Scriv. *Oud.*—8 Fux. *lasciniis.* Id.—9 Pith. *nam.* Id.—1 Ed. Vulc. sec. *cæremoniæ.* Id.—2 *Pauperiei contaris comitem.* Fux. *cunctaris committere.* Bene vertit Beroald. *Roald.* In Bertin. *contaris conjectore.* In Palat. *contaris commitem.* Vera lectio in Cod. Fulviano, *contaris committere.* Wowerius. Mirabar, quid esset, quod in Bertiniano Codice scriptum: *contaris conjectore.* Sed nimirum cum Fulvii Ms. legendum, *cont. committere.* Scioppius in Symbola. *Cunctaris committere.* Ita Flor. Vulgo, *c. comitem.* Bertin. *cont. conjectore.* Elmenhorstius. *Committere* vel *comittere*, unde error natus, etiam præbent D'Orv. Pith. Oxon.

NOTÆ

[o] *Inter sacrum et saxum positus*] Sic apud Plautum, Capt. Act. III. Scen. 4. 'nunc ego omnino occidi, Nunc ego inter sacrum saxumque sto; nec quid faciam scio.' Proverbium hoc de iis dicitur, qui perplexi nesciunt quo se vertant, instante undique periculo. Tractum est ex priscis fœderis feriendi cærimoniis, in quibus Fecialis porcum saxo feriebat, hæc pronuntians: 'Qui prior populus fœdus rumpet, ita eum feriat Jupiter, quemadmodum ego porcum hoc lapide ferio.' Quod dum fieret, porcus ille inter sacrum fœderis et saxum Fecialis stabat periculo proximus, et jamjam moriturus.

Ergo igitur cunctis affatim præparatis, rursus decem diebus [261] inanimis [3] contentus cibis, insuper etiam de Serapis [4] principalis Dei nocturnis orgiis illustratus, plena jam fiducia [5] germanæ religionis, obsequium divinum frequentabam. Quæ res summum peregrinationi [6] meæ tribuebat solatium, nec minus etiam victum uberiorem sumministrabat. Quidni? spiritu faventis Eventus, [7] [p] quæsticulo forensi nutrito, per patrocinia sermonis Romani. Et ecce, post pauculum tempus, [8] inopinatis, [9] et usquequaque mirificis imperiis Deum, [1] rursus interpellor, et cogor tertiam quoque teletam suscitare. [2] [q] Nec levi cura [3] solicitus, sed

paupertati non pœnitendæ? Omnibus igitur abundanter præparatis, rursus contentus cibis inanimatis per decem dies, præterea eruditus quoque nocturnis sacris maximi Dei Serapidis, fungebar jam obsequio divino cum perfecta confidentia, quam mihi dabant cognatæ religiones. Quod præbebat magnum solamen meæ peregrinationi, et simul suppeditabat mihi largius unde viverem: quippe cum alerer lucro, quod, aspirante bono Eventu, faciebam in foro, orando causas Latino sermone. Et post aliquantulum temporis, iterum excitor imperiis Deorum improvisis, et prorsus mirificis, et compellor ad suscipiendam tertiam consecrationem. At ego non pa-

Par. Guelf. Reg. et Codd. Beroaldi, ut jam olim recte edidit Junt. post. cum Wow. et seqq. In Flor. exaratur *permittere*, al. *committere*. De *cont.* vel *cunct.* alibi. *Oud.*—3 *Inanis.* Fux. ut infra, *inanimis c. c.* Verissime. Id vidit etiam Beroaldus. *Roald.* Inepte *inanis*, ut contra monitum Beroald. retinuerant ex Edd. primis, Junt. pr. Ald. Bas. p. 262. 'Inanimæ castimoniæ jugum.' p. 256. 'Neque ullum animal esset.' *Oud.*—4 Flor. *rascapi*, monstruose. *Elmenh.* Sic etiam Oxon. Fux. Palat. Guelf. scilicet pro *Sarapis*. Vide ad p. 245. Lindenbrogius exemplaris sui margini alleverat *Therascapi*. Quod non capio. Mox *origiis* Palat. Guelf. *Oud.*—5 Fux. *plenaria fid.* Id.—6 Ms. *peregrinationis.* Scioppius in Symbola. Genitivum exhibent etiam Pith. Fux. D'Orv. Bertin. Eodem redit. *Oud.*—7 Oxon. *cunctus.* Id.—8 Ed. Flor. prave, *p. paucum t.* Mox *dies pauculi.* Vide Indicem. *Id.*—9 Edd. Ber. Bas. pr. *inopinatus.* Id.—1 *Imperiis domini.* Fux. *imp. dom.* id est, *Deum*, quomodo etiam emendabam infra, pro *manifestam domini voluntatem*, legens, *m. Deum voluntatem.* Roaldus. *Deum.* Corrigit ita Beroaldus. Ante *imp. domini.* Ego malim *Dei*, id est, Serapis. *Colv.* Cum Edd. primis, Junt. pr. Ald. Col. Bas. posset hic retineri *domini*, sc. Serapis imperantis; ut supra p. 254. 'Domina Isis.' Sed Mss. omnes *Deum* vel *dm̄* exhibent, ut supra et infra sæpius, ac bene correxit Beroald. expressitque Junt. post. Colv. &c. sc. Isidis, Osiridis, Serapis. Incassum *Dei* conjecit Colv. *Oud.*—2 Malit Wower. *susceptare:* in Oxon. *sciscitare.* Id.—3 Pal. *leni c.* Guelf. *lenitura.* Id.—4 *Cogitationes exer-*

NOTÆ

[p] *Quidni? spiritu faventis Eventus, &c.*] Hoc vult dicere, se post secundam illam initiationem magis faventem habuisse fortunam, et plures oravisse causas, et ampliores mercedes percepisse, quibus pauperiem suam reficeret. De bono Eventu Deo jam diximus, initio lib. IV.

[q] *Suscitare* [*Susceptare*] Ita reponit Wowerius. Quod si vulgatam lec-

oppido suspensus animi, mecum ipse cogitationes exercitius agitabam,[4] quorsus nova hæc,[5] et inaudita se cœlestium[6] porrigeret[7] intentio: quod subsicivum,[8] quamvis iteratæ jam, traditioni remansisset. Nimirum perperam, vel minus plene consuluerunt[9] in me sacerdos uterque.[1 r] Et hercules[2] jam de fide quoque eorum opinari cœptabam sequius. Quo me cogitationis æstu fluctuantem, ad instar insaniæ percitum,[3] sic instruxit nocturna divinatione clemens imago: Nihil est, inquit,[4] quod numerosa serie reli-

rum anxius, sed valde solicitus animo, revolvebam sæpius apud me cogitationes meas, quorsum evaderet hæc nova et inaudita voluntas Deorum: quid superesset adhuc addendum initiationi jam bis repetitæ. Nempe (aiebam) utrique sacerdotes male consuluerunt mihi, aut saltem, non quantum opus erat: et profecto jam incipiebam quoque male sentire de fide eorum. Qua agitatione cogitationis cum jactarer, et commotus essem perinde ac si insanirem, mite simulacrum Dei sic me edocuit nocturna visione. Non est, inquit, quod terrearis longa serie sacrorum, quasi

citus cogitabam. Fux. *exercitius agitabam.* Forte, *extrinsecus ag.* Roaldus. *Exercitius.* Alii, *exercitus.* Illud maluimus. *Colv.* Al. *exercitus:* illud mavult Colvius, nos *exertius*, ut 'exerte' dixit Tertull. lib. II. ad uxorem in princ. 'exerte jubet,' et Noster lib. I. de As. 'exerte clamitans.' *Brant.* Primo *exercitius* habent Mss. ut reposuit Colv. et seqq. omnes, si excipias Pal. Par. Oxon. Guelf. qui *exercitus* male retinent, cum præcedant 'solicitus' et 'suspensus.' In Pith. *exercium*, quod favet Brantii conjecturæ. Et sic Septim. de B. Troj. lib. V. c. 5. et 18. 'Exertius disserere.' Verum omnia exempla docent, eam vocem usurpari de homine palam suas cogitationes faciente, easque verbis exserente, non de eo, qui clam secum eas volvit, ut hic. Aliud enim egit Roaldus, divinans *extrinsecus.* Dein Pricæo placebat, *cog. consulebam*, ex Nostri lib. VI. p. 113. 'Sic ipsa suas cogitationes consuluit.' Sed non opus ad conjecturas confugere, cum in Fux. restet optime *agitabam:* quod verbum cum derivatis sæpe in alterum est depravatum. Adi ad lib. I. p. 8. 'Si qui aliud agitarit.' *Oud.*—5 Abest *hæc* a D'Orvill. *Id.*—6 Exulat a Palat. Guelf. *Id.*—7 *Prorigeret.* Fux. *porrigeret*, et Ald. *Roald.* Typothetæ error in Ed. Bas. sec. est *pror.* Gell. lib. III. c. 18. 'Ad noscendos homines vim numeri illius porrigi.' *Oud.*—8 Oxon. Pith. Fux. *quid subs.* cum Edd. ad Bas. sec. usque. In Palat. *subsecuum*, Guelf. *subsicuum*, Par. *sufficinum*, al. *subcisivum.* De hac voce egi ad lib. III. p. 48. et alibi. *Id.*—9 Pith. *perpera.* Palat. Guelf. *consulerunt.* Id.—1 Al. *sacerdos utrique.*—2 Abest τὸ *et* a D'Orv. *Oud.*—3 Malim, *ad instar insani p.* cum Pricæo, qui minus bene insuper addendum censebat copulam *et.* In talibus omittere eam solet Auctor, variaque participia coacervare absque conjunctione. Vide ad lib. III. p. 45. et passim. *Id.*—4 Caret verbo D'Orvill. ut sæpe supra. *Id.*—5 Pith. *numerosas*

NOTÆ

tionem retinere malis, *tertiam teletam suscitare:* expone tertium sacrificium instruere.

[r] *Sacerdos uterque* [*Sacerdotes utrique*] Mithras scilicet, qui eum sacris Isidis initiaverat in Achaia, et Asinius Marcellus, qui Serapidis, Romæ.

gionis,[5] quasi quicquam sit prius omissum, terreare.[6] Quin assidua ista [7] numinum dignatione lætum capesse gaudium, et potius exulta, ter futurus,[8] quod alii vel semel vix conceditur: teque de isto numero [9] [s] merito [1] præsume semper beatum. Ceterum futura tibi sacrorum traditio pernecessaria est; si tecum [2] nunc saltem reputaveris, exuvias Deæ,[3] [t] quas in provincia sumsisti, in eodem solo [4] depositas perseverare: nec te [5] Romæ diebus solennibus vel supplicare

aliquid sit prætermissum antehac. Quin potius percipe magnum gaudium, ob honorem, quo te Dii afficiunt assidue, et lætare potius, cum futurus sis ter, quod ægre conceditur alii ut sit vel semel: et jure confide ex isto numero te semper fore felicem. Porro initiatio futura tibi valde necessaria est; si nunc saltem cogitaveris apud te, vestem Deæ, quam induisti in provincia, remanere depositam in eodem templo: neque te posse supplicare in ejusmodi veste Romæ, diebus solennibus, aut

---

ferie. Oxon. et Par. *n. scientia.* Cave, quid mutare tentes. Sic Nostro 'series sermonis,' 'fabularum' aliquoties, cum una alteram sequitur, ut hic teleta teletam. *Id.*—6 Flor. *terrere.* Elmenhorstius. Sic quoque Pith. Fux. D'Orv. Oxon. Pal. Guelf. *Oud.*—7 Exulat a D'Orv. *Id.*—8 *Exultare futurus.* Fux. *futurum.* Roaldus. *Exulta, ter futurus.* Sic emendavimus, vestigia antiquioris scripturæ secuti. Bas. 1. *et pot. exultare fut.* Ro. *exulta ter fut.* Tu, inquit, jam lætare et exulta. Nam ter jam eris sacris his initiatus. Quod multis aliis difficulter, vel semel duntaxat, conceditur. *Colv.* *Exulta ter, futurus.* Ita et Fulvii Ms. Sed ipse tamen Fulvius mavult *fruiturus.* Scioppius in Symbola. Bert. *ter functurus.* Inepte. Fulvius, *t. fructurus.* Elmenhorstius. Pith. *exultant fut.* Oxon. Guelf. et Edd. Junt. Ald. Colin. *exultanter fut.* Pal. *exultarer fut.* Sed D'Orvill. Fux. Reg. Florent. Edd. primæ, Ber. Colv. &c. *exsulta, ter futurus.* Quod secutus sum. scil. *id, quod esse,* sive talis, qualis, ejusque conditionis, ut Nostro aliisque millies ea pronomina neutro genere sumuntur: ut in illo Lucani lib. II. 'contentus,' quod Sylla fuit. Sed vide ad lib. III. p. 57. 'Quidvis aliud videbar, quam Lucius.' Nihil opus igitur conjectura Fulvii *fruiturus,* alioquin ingeniosa. *Oud.* —9 *Teque isto numero.* Flor. *teque de isto num.* Elmenhorstius. *De* addunt Mss. omnes et Edd. Vett. usque ad Bas. ex qua per librariorum incuriam primum excidit. Jure igitur restituit Scriverius, quem secutus sum. Id enim flagitat Auctoris stylus. Supra hac pag. 'de Serapis orgiis illustratus.' et sæpissime. Adi ad l. IV. p. 68. 'de tam sera refectione.' Palat. Guelf. *de misto.* Oud.—1 *Merito.* Exulat a Fux. *Id.*—2 D'Orv. *totum.* Id.—3 D'Orv. *exubias,* Pith. *eximias.* *Deæ* abest Oxon. Guelf. *Id.*—4 Al. *fano.* Vid. Not.

NOTÆ

[s] *Isto numero*] Ternario, qui mysticus admodum, et optimi augurii est. Alludit ad τρὶς μάκαρες.

[t] *Exuvias Deæ*] Stolam illam, Olympiacam nuncupatam, Draconibus Indicis, et Gryphibus Hyperboreis insignitam, quam induerat, dum Isidis sacra susciperet, quamque Isidi ex more dicatam, in ejus templo reliquerat. Ejusmodi enim vestes, in quibus initiati erant, Diis aut Deabus, quorum sacra susceperant, appendere et dedicare consueverant, ut ex vetere Aristophanis Scholiaste patet, ad hunc versum Pluti: Μῶν οὖν ἐμυήθης ἐν αὐτῷ τὰ μεγάλα;

his,[6] vel, cum præceptum fuerit, felici illo amictu[7] illustrari posse. QUOD FELIX ITAQUE AC FAUSTUM, [262] SALUTAREQUE TIBI SIT,[8] animo gaudiali rursum sacris initiare, Diis[9] magnis auctoribus.[u] Hactenus divini somnii suada majestas[1] quod usus foret[2] pronuntiavit.[3] Nec deinceps postposito, vel in supinam procrastinationem rejecto negotio, statim sacerdoti meo relatis, quæ videram, inanimæ[4] protinus castimoniæ[w] jugum subeo: et lege perpetua præscriptis illis decem diebus[5] spontali sobrietate multiplicatis, instructum teletæ[6] comparo: largitus[7] ex studio[8] pietatis magis quam mensura rebus collatis.[9] Nec hercules laborum me, sumtuumque quicquam pœnituit.[1] Quidni? liberali Deum providentia,[2] jam stipendiis

etiam insigniri illo beato vestimento, cum fuerit imperatum. Igitur, Quod tibi sit felix ac faustum, et salutare, *suscipe iterum sacra hilari animo jussu magnorum Deorum. Hactenus majestas suasoria somnii divini mihi dixit quod opus erat facere. Ego vero non neglexi negotium postea, neque distuli ignava cunctatione, sed iis, quæ videram protinus narratis meo sacerdoti, subdo me statim castitati, et esui ciborum inanimatorum: et multiplicatis ultronea abstinentia illis decem diebus præscriptis lege perpetua, emo quæ opus erant ad apparatum sacrificii initiatorii, res erogans liberalius ex affectu pietatis potius, quam ad mensuram certam. Et profecto nullatenus me pœnituit laborum, atque impensarum mearum. Jam enim sat pulchre locupletatus*

Var.—5 Oxon. *nunc te.* Oud.—6 Fux. *suspicare.* Pal. *iis.* Id.—7 In Cod. Petr. *sine f. i. a.* Oxon. *amittu.* Id.—8 Abest τὸ *sit* a Palat. Guelf. *Id.*—9 Pith. *Deis.* Id.—1 In Pith. est *suda majestas.* i. e. serena. Sed male. De hac voce egi ad lib. IV. p. 85. D'Orv. *sua Dea.* Id.—2 An *usui?* Vide ad lib. I. p. 17. 'Profer lintea eidem usui.' Sed vide Cort. ad Plin. lib. VI. Ep. 22. 'Qua tamen ne sit usus.' *Id.*—3 Fux. *pronuntiaret.* Id.—4 Pith. *animæ.* Id.—5 Pal. *proscriptis.* Elmenhorstius. item Guelf. Abest *illis* ab Oxon. *Oud.*—6 Pith. Fux. Reg. D'Orv. Guelf. Pal. Oxon. *ac letæ,* vitiose. *Id.*—7 In Edd. Elmenh. ac Floridi est *largius,* quomodo conjecerat vir doctus ad marginem Ed. Junt. post. Alius *largiter,* sed contra Mss. O. *Largitus* dixit pro *largiter,* ut Afranius apud Nonium p. 514. Ed. Merc. 'Quid lacrymas largitus?' quod jam monuit Beroaldus. *Id.*—8 Flor. *e studio.* Elmenhorstius.—9 Bertin. *mensurarum collatis.* Elmenh. Et sic Pith. *rebus* exulat a Palat. Fux. Reg. Oxon. D'Orv. Guelf. *Oud.*—1 Fux. *q. tamen pœnituit.* Roaldus. Abest *que* a D'Orv. *Tamen* addunt quoque Pal. Oxon. Guelf. vel *tantum.* Oud.—2 *Domini providentia.* Fux. *Deum providentia.* Roaldus. Ac ceteri

NOTÆ

[u] *Diis magnis auctoribus*] Osiri, sive Serapide et Iside. M. Varro: 'Principes Dei Cœlum et Terra, hi Dii iidem qui Ægypti Serapis et Isis, in Latio Saturnus et Ops. Cœlum enim et Terra, ut Samothracum initia docent, sunt Dii magni, et hi, quos dixi multis nominibus,' &c.

[w] *Inanimæ protinus castimoniæ*] Castimoniæ, quæ erat conjuncta cum abstinentia a cibis animatis.

forensibus bellule fotum.[3] Denique post dies[4] admodum pauculos, Deus Deum magnorum potior, et majorum summus,[5] et summorum maximus, et maximorum regnator Osiris, non in alienam quampiam personam reformatus,[6] sed coram suo[7] illo venerando me dignatus affamine, per quietem præcipere visus est, quam nunc[8] incunctanter[9] gloriosa in foro redderem[1] patrocinia: nec extimescerem[2] malivolorum disseminationes,[3] quas studiorum meorum[4] laboriosa doctrina ibi deserviebat.[x] Ac, ne sacris suis gregi

eram mercedibus patrociniorum benigna Deorum providentia. Postremo, post paucissimos dies, Deus præcipuus inter magnos Deos, et supremus majorum, et supremorum maximus, et Rex maximorum Osiris, non jam latens sub quapiam aliena figura, sed manifesto me alloquens suis divinis verbis, mihi visus est per somnium imperare, ut jam absque ulla dubitatione cum laude agerem causas in foro, neque reformidarem obtrectationes invidorum, quibus doctrina mea, studiis meis et labore parta, materiam præbebat. Et, ne ministrarem suis sacris permixtus reliquæ tur-

Mss. ut bene correxit Beroald. et expressit Ed. Junt. post. cum Colv. et seqq. Vide ad p. præc. 'imperiis Deum.' *Oud.*—3 Oxon. prave, *dispendiis.* Pal. Oxon. Guelf. *vellule*, Fux. *vellula.* D'Orv. Ed. Vic. *bellula.* Id.—4 Vitiose Ed. Flor. *per dies.* Id.—5 Bertin. *magnorum s.* Elmenhorstius. Pith. *major summus.* Oud.—6 Flor. *non al.* Elmenhorstius. Præpositione carent etiam Pith. Fux. Reg. Pal. D'Orv. Oxon. Guelf. Verissime, ni fallor, per Græcam synecdochen; de qua vide ad lib. II. p. 21. 'Obtutum in me conversa.' ad lib. VIII. p. 172. 'faciem deliti:' ac sæpius. Pith. *alienum.* Edd. Junt. utraque et Ald. *quippiam.* Oud.—7 Fux. *coram illo suo.* Roaldus. Malui, *coram suo illo v.* Nam eo ordine dant Pal. Oxon. Guelf. et Edd. Elmenh. ac Scriv. Ex mero Apuleii genio additum *τὸ illo.* Vide ad lib. I. p. 2. 'Inclyto illo:' et creberrime. *Oud.*—8 Ms. *recipere:* non fortasse nimis male, pro polliceri, promittere. *Sciopp. in Symb.* Flor. *recipere.* Elmenhorstius. Non tantum non nimis male, sed unice vere legitur *recipere* in Mss. Fulv. et Flor. sed et Pith. Fux. D'Orv. Oxon. Par. Pal. Guelf. Edd. primis et Bas. pr. alterumque *præcipere* est Beroaldi inventum, ut in notis docet, tunc alienum, et temere a ceteris Edd. receptum: a quibus deceptus Pricæus corrigendum hic judicabat *jam nunc.* Nihil minus. Promittebat seu pollicebatur ipsi Deus summam gloriam e causarum sive forensibus actionibus. Vim hujus verbi illustrarunt Gronov. lib. II. Obs. c. 24. et Burm. ad Suet. Cæs. c. 23. *Oud.*—9 D'Orv. *percontanter.* Id.—1 Flor. *in faro.* Pith. *reddere.* Id. —2 Pith. *extimescere.* Id.—3 Ms. *dissensiones.* Sciopp. in Symb. Pal. *dissensiones.* Elmenh. cum Guelf. Oxon. Sed vide Pricæum. *Oud.*—4 Fux. *st. nostro-*

NOTÆ

[x] *Ibi deserviebat*] Mendosa proculdubio lectio. Pricæana editio habet *exercebat*, sensu apertissimo: sed nescio unde Pricæus id sumserit: retinui tamen in Interpretatione. Beroaldus reponit *disserebat*, sed male ad rem: neque enim Apuleii doctrina malevolorum obtrectationes disserebat, sed tantum in causa erat cur ipsi eas dissererent. Adde, quod 'disseminationes disserere' invenusta sit, et putida repetitio, Lucio nostro indigna. Pricæanam lectionem retinemus donec certiorem aliquis nos doceat.

cetero[5] permixtus deservirem, in collegium me Pastophorum[6] suorum, immo[7] inter ipsos Decurionum quinquennales[y] allegit.[8] Rursus denique, quam raro capillo,[9 z] collegii vetustissimi,[1] et sub illis Syllæ temporibus[2] conditi,[a] munia,[3] non obumbrato vel obtecto calvitio,[4] sed quoquoversus obvio, gaudens obibam.[5]

bæ religiosorum, ascivit me in cœtum suorum Pastophororum, quinimmo, et inter ipsos Decuriones quinquennales. Denique coma rursus penitus derasa, hilariter fungebar officiis collegii antiquissimi, et constituti circa tempora Syllæ, non velans aut tegens calvitiem meam, sed illam manifestans ab omni parte.

rum. D'Orv. *qua.* Id.—5 Ed. Ven. *cescio*, Guelf. *cetor.* Id.—6 *Pastophororum.* Flor. *Pastophorum.* Elmenh. *Pastophorum* exaratur quoque in Mss. Fulv. Pal. D'Orv. Guelf. Oxon. aliis, et Edd. ante Colvium, ex Apuleii more. Quare restitui. p. 250. 'Cœtu Postophorum vocato.' Plura vide ad p. 241. 'Inferum silentia.' et Misc. Obs. V. II. p. 401. V. IV. p. 140. *Oud.*—7 *Immo.* Carent hac voce Edd. Ber. Bas. pr. *Id.*—8 *Quinquennales elegit.* Flor. *adegit.* Elmenh. Oxon. in marg. et Guelf. *adleges.* Sed verissime Pith. Pal. D'Orv. Fux. Edd. Junt. post. Scriv. dant *adlegit*, vel *allegit.* Proprium est 'adlegi in' vel 'inter' de eo, qui in collegii societatem asciscitur. Sic passim Livius, Plinius, Suetonius, alii, et Inscript. Vide Indices Gruteri cap. 5. Murat. Cl. IX. Videtur huc egregie pertinere Inscr. Grut. p. 83. N. 14. SACERDOS ISIDIS TRIUMPHALIS ADLECTOR COLLEGI IPSIUS. Plura vide in Misc. Obs. d. l. Nusquam tamen me legisse memini 'Isidis decuriones quinquennales.' Abestque vox *quinq.* ab Ed. Scriverii. Vide, num hic pertineat Inscr. Grut. p. 82. 3. 'Ædis decuriones.' *Oud.*—9 *Quæ raso* Ald. *Roald.* Bert. *qua caro c.* Elmenhorstius.—1 Reg. *vetustissima.* Oud.—2 Vid. Not. Var.—3 Alii, *nomina.* Elmenhorstius. Pal. *numina*, Par. *munium.* Oud.—4 Deest *non* in Pal. *clavitio* Ed. Ven. *Id.*—5 Flor. *obio*, male. *Elmenh.* Par. *obediam.* Oud.

NOTÆ

[y] *Inter ipsos Decurionum quinquennales*] Inter eos ex Decurionibus, quorum munus erat quinquennale. Per Decuriones autem intelligendi sunt, qui aliquem dignitatis gradum inter Pastophoros tenerent, præessentque certo sacerdotum numero, puta decem, aut pluribus, paucioribusve. Quanquam enim Decurionis nomen a 'decem' sit inclinatum, non ideo tamen existimandum est Decuriones omnes decem semper hominibus præfuisse. Quin et Senatores ipsos municipiorum Decuriones fuisse appellatos, jam observavimus.

[z] *Quam raro capillo*] Beroaldus bene reposuit *quam raso.* Ex Apologia enim Apuleii constat eum non fuisse raripilum.

[a] *Sub illis Syllæ temporibus conditi*] Nulla apud historicos mentio extat conditum fuisse Syllæ temporibus Isiacorum Pastophororum collegium. Forte, quia res hæc historicis digna visa non est, quæ scriberetur. Corn. Tacitus refert, ex dignitate P. R. repertum esse res illustres scribendas annalibus mandare: minuta vero, et vilia (qualia sunt hæc de collegio Pastophororum) diurnis urbis actis tradi. Hæc consulenda essent, si extarent.

APULEII MADAURENSIS

FLORIDA.

INDEX CODD. MSS.

Mss. qui usui fuere in Floridorum libris sunt:

Ms. Pithœanus pervetustus, ex collatione P. Pithœi.

Mss. duo Florentini, collati a Lindenbrogio et citati ab Elmenhorstio, cujus tamen in hoc genere negligentiæ egregie occurrit eadem collatio, ipsius Lindenbrogii manu scripta, vide Cel. Ruhnken. Præf. ad Metam. p. IX.

Ms. Lipsianus, citatus a Colvio et cujus varias lectiones in margine Vulcanianæ Ed. notavit Is. Vossius.

Ms. Fulvii, citatus a Scioppio in Symb. Crit. et Wowerio.

Ms. Bembinus, ex Var. Lect. Er. Puteani.—*J. Bosscha.*

APULEII MADAURENSIS

FLORIDA.[a]

LIBER I.

NUM. I. UT ferme religiosis viantium [b] moris est, cum aliqui lucus, aut aliqui locus [1] sanctus in via oblatus est, veniam postulare, votum apponere,[2] paulisper assidere; [c] ita

Quemadmodum solent vulgo religiosi viatores, quando aliquod nemus, vel aliquis locus sacer occurrit in itinere, nuncupare votum, appendere munus, assidere tantis-

1 *Aliquis luc. a. aliquis loc. s.* Emend. *aut alius locus.* Ovidius [xv. Met. 79.] 'sanctis et verba minantia lucis:' adhibenda l. Sanctum ff. de rerum divis. *Stewech.*—2 *Votum postulare, portum apponere.* Alii libri pro *portum* habent *pomum*, pro re qualibet sacrificii causa oblata. *Pyrrhus.* Fulv. Urs. conjicit leg. *veniam postulare, votum apponere.* Sicut supra, 'colloque ejus multis osculis inhærens, veniam postulabam.' Et, 'Multijugis precibus editis veniam

NOTÆ

[a] *Florida*] Facile ex horum Floridorum lectione patet, ea esse mera fragmenta seu excerpta Orationum et Dissertationum ab Apuleio coram populo Carthaginiensi ac Proconsulibus habitarum. (Excerptorem earum eruisse se ex veteri codice emto Venetiis autumat Gaspar Barthius Adversar. lib. XVI. cap. 8. eumque esse Fulgentium Placiaden.) Male ergo imperiti Librarii in quatuor ea libros distribuerunt. Ea autem verisimile est Florida esse nominata, ob elegantiam cum rerum, quas continent, licet interruptarum, tum sermonis.

[b] *Religiosis viantium*] Hellenismus est.

[c] *Paulisper assidere*] Hic ritus fuit adorationis, ut capite operto sede-

mihi, ingresso sanctissimam istam civitatem,[d] quanquam oppido festinem,[3] præfanda venia, et habenda oratio, et inhibenda properatio est.[4] Neque enim justius religiosam moram viatori objecerit, aut ara floribus redimita,[e] aut spe-

per; sic cum ego intraverim in hanc sacram urbem, quamvis admodum properanter, oportet ut veniam rogem, et verba faciam, et reprimam meam festinationem. Nam non potiori jure exhibuerit piam retardationem vianti, vel altare cinctum floribus, vel

postulabat.' Ego hanc hominis doctissimi conjecturam quo magis considero, magis probabilem comperio. Confert enim sese Ap. cum religiosis viatoribus: nam ut illi oblato loco quopiam sancto solent, 1. veniam postulare, 2. votum apponere sive preces fundere, aut etiam Deorum genua incerare, quomodo apud Propert. lib. 2. lego: 'jam nunc me sacra Dianæ Suscipere et Veneri ponere vota juvat:' 3. paulisper assidere: ita et sibi ait, 1. præfandam veniam, 2. habendam orationem, 3. inhibendam properationem. Videt lector judicio præditus, quam apte comparationis membra inter se sibi respondeant, si Fulvianam amplectamur lectionem. *Sciopp. in Symb. Emend.* *donum apponere.* Lipsius. Notatur aliis, alias legi, *pomum apponere.* Unde Lipsio facere visum, *donum apponere.* Nam infra Apolog. I. 'Si posueris donum aliquod, si sacrificaveris, si verbenam sumseris.' *Colvius.* Becichemus in suis libris esse scribit *servum apponere*, unde ipse verisimiliter emendat, *sertum apponere.* Notum, Deorum aras et simulacra sertis olim coronare moris fuisse, quod et nos alibi notamus. *Idem. in Omissis.* *Donum apponere.* Ab elegantissimo Lipsii ingenio hæc lectio. Fulvius, *veniam postulare, votum apponere.* Flor. 1. et Joan. Pyrrhus legunt, *pomum apponere*, alter, *portum apponere*, male. Apuleius Apol. 'similiter si posueris donum aliquod,' &c. *Elmenh.*—3 *Festine.* Fruterius noster legebat, *festino:* Lipsius *festini.* Festinis, ut Declinis, Acclinis, et alia ejusdem generis. *Colv.* Gruterus *festino.* Lips. *festini*, male. *Elmenh.* *Festino* legit Lucas Fruterius. Infra lib. IV. 'Quanquam oppido festinant.' *Brant.* Prave Ed. Elmenh. *festinæ.* Lipsius mallet, ut editum a Scalig. *festini* scil. mihi; quod Nonius nobis ex Titinnio reliquit. Fruter. lib. II. Veris. c. 17. legit rectius *festino.* Sensus enim est, quamvis festinem, inhibenda properatio est. Quidni ergo *festinem?* lineola super ẽ fuerat omissa. Plane idem occurrit N. 21. lib. IV. 'Quanquam oppido festinent,' licet et illic recentiores mutarint in *festinant.* Sed alibi *quanquam* Noster, ut optimi quivis, adhibet in subjunctivo. Exemplum ex eo jam dedi ad Hirtii lib. VIII. Prol. B. Gall. adde Mss. in de Deo Socr. p. 687. Ed. Flor. Drak. ad Liv. II. 4. in f. Cic. II. de Inv. 2. 'quanquam consumserint' in Ms. vetustissimo, ubi v. Idem modus rescribendus est ex Mss. innumeris Ovidio lib. III. ex P. 5. 9. 'Quæ quamquam lingua mihi sint properante per horas Lecta.' Silio It. lib. VII. vs. 163. 'Quanquam magna incepta vocent.' *Oud.*—4 Abest τὸ *est* a Cod.

NOTÆ

rent, contra Christianorum morem, qui stantes orant, aut flexis genibus, et aperto capite. Propert. 'Ante pedesque tuos illa ipsa adoperta sedebit.' Idem mos erat supplicum, et qui ad aras confugiebant, sui tuendi causa.

[d] *Sanctissimum istam civitatem*] Ob templorum religionumque multitudinem. Carthaginem intellige, in qua orationem habebat, cujus pervenit ad nos hoc qualecumque Fragmentum.

[e] *Aut ara floribus redimita*] Aræ Diis sacrabantur, non in delubris modo, verum in agris quoque, juxta vias:

lunca frondibus[5] inumbrata,[f] aut quercus cornibus onerata,[6][g] aut fagus pellibus coronata,[h] vel etiam[7] colliculus sepimine consecratus,[i] vel truncus dolamine effigiatus,[k] vel cespes libamine fumigatus,[8][l] vel lapis unguine delibutus.[m]

specus opaca foliis, vel quercus onusta cornibus, vel fagus circumdata exuviis ferarum, aut etiam collis sacratus consepto, aut caudex configuratus dolatione, aut gleba

Florent. et Ed. Elmenh. *Id.*—5 Al. *floribus.*—6 Fulv. Urs. mavult: *coronis ornata.* Cui vix est, ut assentiar, uti nec in illo, quod paulo post legit: 'Pauca hæc quippe,' &c. Propert. eodem loco: 'Incipiam captare feras et reddere pinu Cornua, et audaces ipse monere canes.' *Sciopp. in Symb.* Vid. Not. Var.—7 Vulgatum erat ante, *vel enim.* Unde conjiciebat vir magnus etiam posse legi, *vel levi coll. sepim. cons.* Colvius. *Vel enim* Ms. Florent. et Edd. vulgo ante Colv. item Elmenh. et Flor. ut sit asseverantis particula, atque ita in Deo Socratis legit Mercerus ad Nonium p. 182. in Apol. p. 540. ed. Flor. 'vel enim sub ulmo marita cubet.' Sed hic loci sequi malim Ms. Lips. Becichem. Ep. 96. Pith. Ed. Junt. post. Groslot. Colv. et reliquos *vel etiam.* Lipsius conjecit *vel levi coll.* alius vir doctus *vel leni.* Oud.—8 Al.

NOTÆ

quin et in vicis pro foribus domorum erant aræ. Terent. Andria, Act. IV. Scen. 4. 'DAV. Accipe a me hunc (puerum) ocyus, Atque ante nostram januam appone. MYSIS. Obsecro, Humine? DAV. ex ara hinc sume verbenas tibi, Atque eas substerne.'

[f] *Aut spelunca frondibus inumbrata*] Seneca, Epist. 41. 'Et si quis specus, saxis penitus exesis, montem suspenderit, non manufactus, sed naturalibus causis in tantam laxitatem excavatus, animum tuum quadam religionis specie percutiet.'

[g] *Quercus cornibus onerata*] Cervorum, aut aliarum id genus ferarum. Solebant enim ejusmodi cornua ex arboribus suspendi, Dianæque venatrici inprimis consecrari. Ovid. 'Telique habet instar, in illa Quæ fuerant pinu votivi cornua cervi.'

[h] *Fagus pellibus coronata*] Vetus Epigramma Græcum Zonæ poëtæ: Τοῦτό σοι, Ὑλειῶτα, κατ' ἀγριάδος πλατάνοιο Δέρμα λυκοῤῥαίστης ἐκρέμασεν Τελέσων. 'Hanc tibi, o Sylvane, ex agresti platano Pellem luporum occisor suspendit Teleson.' Talibus exuviis et cornibus ornatæ arbores sacræ censebantur, ideoque a religiosis viatoribus colendæ.

[i] *Colliculus sepimine consecratus*] Locus fulmine tactus, quem religionis causa circumsepiebant Sacerdotes, ne a profanis tangeretur, aut calcaretur: qui locus bidental dictus est, a bidentibus, hoc est, ovibus, quæ fulminis expiandi causa in eo immolabantur, ut jam observavi ad lib. De Deo Socratis.

[k] *Truncus dolamine effigiatus*] Intelligit stipitem finalem, quem Veteres studiose dolatum solebant exornare floribus, et colere. Prudentius: 'Deasciato supplicare stipiti.'

[l] *Cespes libamine fum.* [*humigatus*] Ara cespititia, in qua supersint aliqua vini aliusve liquoris effusi vestigia. *Humigatus*, vox Apuleiana.

[m] *Vel lapis unguine delibutus*] Terminus agri lapideus. Siculus Flaccus, De conditionibus agrorum, Colvio laudatus: 'Cum terminos disponerent, ipsos quidem lapides in solidam ter-

Parva [9] hæc quippe, et quanquam paucis percontantibus [1] adorata, tamen ignorantibus transcursa.

Num. II. At non itidem [n] major meus Socrates: [o] qui, cum decorum adolescentem, [2] et diutule [3] tacentem conspicatus foret, Ut te videam, inquit, aliquid eloquere. [4] Scilicet Socrates tacentem hominem non videbat: etenim arbitrabatur, homines non oculorum, sed mentis acie et animi obtutu [5] considerandos. Nec ista re cum Plautino milite [p] congruebat, qui ita ait:

Pluris est oculatus testis unus, quam auriti decem.

Immo [6] enimvero hunc versum ille ad examinandum homines [7] converterat: [8]

Pluris est auritus testis unus, quam oculati decem.

madida libamento, aut lapis unctus unguento. Nam ista exigua sunt, et quamvis colantur a paucis, qui ea vestigant, nihilominus prætermittuntur ab inadvertentibus.

Sed non sic meus major Socrates, qui, cum vidisset formosum juvenem, et silentem diutius: Dic aliquid, (ait ipsi) ut te conspiciam. Nempe Socrates non conspiciebat hominem silentem: nam existimabat homines non esse spectandos oculorum acie, sed intuitu ingenii atque animæ. Neque consentiebat in hac re cum milite Plautino, qui sic inquit: 'Pluris faciendus est unus testis oculatus, quam decem auriti.' Contra vero inverterat hunc versum ad expendendos homines: Pluris faciendus est unus testis auritus, quam decem oculati. Porrò, si æstimationes oculo-

humigatus.—9 Male Ursin. *pauca.* Oud.—1 Male Edd. Scriv. Flor. *percunctantibus.* Non notat hic morantibus, ut videtur Scriverius sumsisse, sed investigantibus et scientibus loca vel res illas sacras. Opponit enim τοῖς ignorantibus: alioquin videtur dicere debuisse *transcurrentibus ignorata.* Id.—2 Ms. Flor. *adul.* Elmenh. Item Edd. vett. *Oud.*—3 Ms. Pith. Lips. Ed. Vicent. *diutile,* sed vide ad N. 18. *Id.*—4 *Aliquid loquere.* Sic Ms. lib. vulg. *eloquere.* Colvius. Flor. *a. et loquere.* Aldus, *a. eloquere.* Elmenhorstius. Ms. Lips. cum Edd. Colv. Vulc. Wow. *loquere,* male. Florent. Pith. *et loquere.* Oud.—5 Pith. *obtutus.* Id.—6 Vetus codex *in uno.* Colvius. Flor. *in uno.* Elmenh.—7 *Ad examinandos homines.* Vet. et aliquot alii, *exanimandos.*

NOTÆ

ram collocabant, proxime ea loca, quibus, fossis factis, defixuri eos erant, et unguento, velaminibusque, et coronis eos coronabant.' D. August. De Civitate Dei, lib. XVI. cap. 38. 'nec more Idololatriæ lapidem perfudit oleo Jacob, velut faciens illum Deum, neque enim adoravit eundem lapidem, vel ei sacrificavit.' Noster in Apologia: 'Negant vidisse, qui fuere, unum saltem in finibus ejus aut lapidem unctum, aut ramum coronatum.'

[n] *At non itidem, &c.*] Alterum fragmentum, sive ejusdem, sive alterius orationis.

[o] *Major meus Socrates*] Auctor nempe sectæ Platonicæ, quam Apuleius profitebatur.

[p] *Cum Plautino milite*] Stratophane, in Truculento, Act. II. Scen. 6.

Ceterum, si magis pollerent oculorum, quam animi, judicia; profecto de sapientia foret aquilæ concedendum. 2. Homines enim [9] neque longule dissita, neque proxime assita possumus cernere: verum omnes quodammodo cæcutimus,[1] ac si [2] ad oculos et obtutum istum terrenum redigas,[3] et hebetem, profecto verissime poëta egregius [q] dixit, velut nebulam nobis ob oculos offusam; [4] nec cernere [r] nos, nisi intra la-

rum plus valerent, quam mentis; certe palma sapientiæ deferenda esset aquilæ. Nos autem homines nec possumus videre longius remota, neque posita in proximo: sed cuncti quadamtenus cæci sumus; et si reducamur ad hunc visum terrestrem, et retusum; certe præclarus vates verissime dixit, quandam quasi caliginem objectam nobis esse ante oculos: neque nos posse videre extra missum lapidis. Atenim aquila

Colv. Alii *examinandum*. Elmenh. *Ad* deest in Pith. sed Lips. et Edd. quædam inepte *exanimandos*. Medic. *examinandum*, bene. Vide ad Met. l. x. p. 708. 'ad explorandum mansuetudinem.' *Oud.*—8 *Converteret.* Non est hoc in Ms. Fruterius scribit *converterit* vel *converteret*. Colvius. Flor. 2. *converterat.* Elmenhorstius. Abest a Lips. Cod. Ceterum Socrates versum Plautinum non *converterat*. Sed ille, ex Apuleii judicio, si sui res judicii fuisset, *convertisset*. Bene ergo Fruter. Veris. lib. II. c. 17. legit *converterit* vel *converteret*, ut margini allevarunt Lipsius et alii, habetque Ed. Vulc. Sec. et Ms. Florent. si meis excerptis fides, nam Elmenh. ait in eo esse *converterat*. Oud.—9 *Homines vero.* Vulg. *H. enim.* Colvius. Flor. *H. enim.* Elmenhorstius. *Enim* habent Mss. Florent. uterque, Bembin. Pith. et Edd. omnes ante Colvium, qui male e Lipsii Cod. mutavit in *vero*. Bene τὸ *enim* jam revocavit Scriverius, monitu Vincentii Contareni Var. Lect. lib. I. c. 5. *Oud.*—1 Vulgo, *cæci sumus*. Elmenhorstius. Bas. ed. sec. *cæcutimus*. Colvius. Hoc quoque Codici Florent. item Edd. Junt. post. Bas. sec. debemus: atque ita jam Elmenh. Scriv. Florid. In reliquis: *cæci sumus*. Oud.—2 Scriptus liber, *at si*. Colvius. Ms. *At si*. Et post: *non cernere*. Fulvius verisimiliter corrigit: *nebula nobis ob oculos effusa* (ita Ms. recte) *non cernere nos nisi intra l. j. valere*. Scioppius in Symbola. Fort. *ac si oculos ad obt.* Groslotius. Pith. *ad si*. Oud.—3 Marcilius ad Juven. Sat. I. vs. 66. legit, *diregas* vel *dirigas*, ut tacite edidit Wowerius. Nihil ego mutem. Subintelligitur ἀπὸ κοινοῦ *nos*, aitque, sive solum nos consideres, quod ad visum terrenum et corporeum pertinet, sive coarctos nos intra angustias visus terreni. Sic redigere ad incitas, inopiam, in ordinem, &c. *Id.*—4 *Nebulam nobis ob oc. effusam.* Alii *n. n. o. o. offusam.* Ful. *nebula n. o. o. offusa, non cernere nos nisi intra l. j. valere*. Elmenhorstius. Bas. sec. *offusam*. Et post in quibusdam *non cernere*. Colvius. Cod. Ful. *nebula nobis o. o. offusa cernere nos nisi intra lapidis jactum non valere*, intelligit autem illa Homeri Iliad. γ. Τόσσον τίς τ' ἐπιλεύσσει, ὅσον τ' ἐπὶ λᾶαν ἵησιν. *Wower.* Ablativum, et, pro *nec*, *non* e

NOTÆ

[q] *Poëta egregius*] Homerus, quem in Apologia vocat 'poëtam primarium.'

[r] *Velut nebulam n. o. o. off. nec cernere, &c.*] Innuere videtur hos Homeri versus. 'Ιλιάδ. γ. Εὖτ' ὄρεος κορυφῇσι νότος κατέχευεν ὀμίχλην, Ποιμέσιν οὔτι φίλην, κλέπτῃ δέ τε νυκτὸς ἀμείνω, Τόσσον τις τ' ἐπιλεύσσει, ὅσον τ' ἐπὶ λᾶαν ἵησιν. 'Veluti montis cacuminibus Notus

pidis jactum, valere. Aquila enimvero,[5] cum se nubium tenus[6] altissime sublimavit,[7] evecta alis, totum istud spatium,[8] [s] qua pluitur et ningitur, ultra quod cacumen nec fulmini,[9] nec fulguri locus est, in ipso, ut ita dixerim, solo ætheris[1] [t] et fastigio hyemis:[u] cum igitur eo sese aquila extulit, nutu clementi[2] lævorsum vel dextrorsum tota

quando se extulit altissime usque ad nubes, pinnis supergressa universum illud intervallum, per quod pluit et ningit, præter quam altitudinem neque fulmen, neque fulgur locum habent, in ipso, ut sic loquar, strato cæli, et cacumine tempestatum; quando ergo aquila illuc se erexit, leni inflexione capitis, descendit toto pondere

Cod. suo maluit Ursinus, recepitque Scriv. et certe *non* extat in Edd. ante Colvium. Nihilominus quia reliqui Mss. servant quartum casum, uti et *nec*, nihil rursus muto. Facile enim subintelligi potest τὸ *esse*. Prave vero Mss. O. item Edd. primæ, Junt. pr. Bas. pr. Colv. Vulc. et Scioppius in Symbol. præferunt *effus.* Nam 'offundi' passim adhibetur de tenebris, et illis, quæ subito oculis obducuntur. Quod super hoc loco monuit quoque Meurs. Exerc. Crit. p. 227. et recte Ed. Junt. post. Bas. sec. Scal. &c. *off.* expresserunt. Turpiter Ed. Floridi *offussam.* Plin. lib. III. Ep. 9. 16. 'sibi tantum caliginis offusum.' Perpetua hæc in Mss. est variatio. Adi Cuper. Obs. II. 6. me ad Frontin. lib. II. c. 4. § 3. 'species offusa est.' Male vero coll. Voss. Lips. *ab oculis.* Oud.—5 Coll. Voss. Lips. *vero enim.* Id.—6 Coll. Voss. Lips. *nubibus.* Utrumque bene, et a Nostro indifferenter adhibitum. De Dogm. Plat. p. 588. Ed. Flor. Mss. rectius *humerorum tenus,* ubi vide. *Id.* —7 Ms. lib. *sublimabit.* Colvius. Ms. Lips. *sublimabit,* Pith. *sublimat.* Oud. —8 Ed. Floridi *illud.* Id.—9 Coll. Voss. Lips. Pith. *culmini.* Id.—1 Cave audias virum doctum, f. Putschium, qui margini editionis suæ ascripsit *polo.* Gul. *solio.* sed 'solum ætheris' est οὐράνιον ἔδαφος, ut Græcis dicitur. Consule N. Heinsium et Burmann. ad Ovid. Fast. I. 110. 'Sederunt medio terra fretumque solo.' *Id.*—2 *Nutu elementi.* Forte melius, *nutu clementi:* ut, 'Inclementi cursu' supra lib. XI. Met. 'Nec tamen gaudio subitario commotus, inclementi me cursu proripui.' *Colvius.* Flor. *n. clementi.* Elmenhorstius. Hæc vera est lectio. Frustra alii: *nutu clementi.* Aristoteles de partibus animalium lib. IV. c. 11. *Wower.* *Nutu clementi* optime membranæ Florentinæ, ut conjecerat Colvius, vel potius Lipsius ut ex ejus margine patet, item Merc. et edidit Floridus. Vulgo *elementi,* pro aëris depressione, ut reor, quod prave propugnat Wower. loco Aristotelis de Anim. Part. lib. IV. c. 11. 'Clemens nutus' est lenis nec operosus pinnarum motus, quo illa tardius volet. Contra 'inclemens cursus' lib. XI. p. 779. Alibi 'clemen-

NOTÆ

offudit nebulam, Pastoribus nequaquam gratam, furi autem nocte aptiorem, Tantumque aliquis prospicit, quantum lapidem jacit.'

[s] *Totum istud* [*illud*] *spatium, &c.*] Infimam et mediam aëris regionem, supra quas neque nubibus, neque tempestatibus locus est.

[t] *In ipso, ut ita dixerim* [*dicam*], *solo ætheris*] Summum enim aëris, est imum, et quasi solum cœli seu ætheris.

[u] *Et fastigio hyemis*] Id est, culmine illius loci, ubi tempestates et pluviæ excitantur. Hyemem pro tempestate dixit, ut Virgil. Æneid. v. 'Olli cæruleus supra caput astitit imber, Noctem hyememque ferens,' &c.

mole[3] [w] corporis labitur, velificatas alas quo libuit advertens, modico[4] caudæ gubernaculo,[x] inde cuncta despiciens, ibidem pinnarum eminus indefesso remigio,[5] ac paulisper cunctabundo[6] volatu pæne eodem loco pendula circumtuetur; et quærit, quorsus potissimum in prædam superne sese proruat,[7] fulminis vice: de cœlo improvisa simul

corporis sui, vel ad sinistram partem, vel ad dextram, dirigens pinnas suas expansas, quo sibi visum fuerit, cauda veluti parvo gubernaculo utens, illinc deorsum intuens omnia, ibidem ex alto indefatigato motu alarum, et volatu aliquantum retardato suspensa fere in eodem loco, circumspicit, et investigat quam in partem præsertim eminus irruat in prædam instar fulminis: ipsa non visa, videns ex æthere uno intuitu,

ter accederet.' Minus bene ergo Vir Doctus margini Ed. Junt. post. allevit *nisu clementi*, et N. Heins. ad Ovid. A. Am. lib. II. 45. 'natatu clementi' voluit. Adi me ad Met. lib. VI. p. 409. 'Libratisque pinnarum nutantium molibus.' Coll. Lips. *et nutu*. Oud.—3 Al. *tanta mole*.—4 In veteri Cod. scriptum compendiose *mō*. Colvius.—5 Sic tacite edidit Floridus explicans, 'ibidem ex alto indefatigato motu alarum.' Verum nusquam pendet ille ablativus: quare rectius Scaligerum edidisse opinor *indefessa remigio*, quod et propius accedit scriptæ lectioni, quæ constanter cum Edd. ceteris habet *indefessa remigia* sine ullo sensu. Nec etiam video, quid hic faciat vox *ibidem*. Ea omnino mihi suspecta est et mendæ sedes. Groslotius conjecit: *pinnaminis indefesso remigio*. Illustr. Heinsius ad Ovid. Met. v. 450. emendat, *et inhibens pinnarum eminularum ceu defessa remigia*. Verum duo huic emendationi obstant; nam vox 'eminus' necessario sive hic sive potius seq. 'circumtuetur' jungi debet, in ea enim omnis argumenti Apuleiani vis de longinquo visu dependet. Præterea aves hæ rapaces, ut milvi, mergi, aquilæ, in aëre pendentes non alas inhibent ut defessas, sed tremulo motu et indefesse eas concutiunt, ut pendulæ eodem loco maneant et se in aëre sustineant. Quare vide num scribi possit *innitensque pinnarum eminus indefessa remigio*. Hac in re certe 'inniti' non infrequens est. Consule Heins. et Burm. ad Ovid. Met. VII. 401. 'Innixamque novis neptem Polypæmonis alis.' In Edd. Ald. Junt. post. est *pennarum*. Oud. Cum Florido tamen rescripsi *indefesso remigio*, jungenda scil. hæc, 'indefesso remigio' et 'cunctabundo volatu.' *J. Bosscha*.—6 *Contabundo*. Flor. *cunctabundo*. Elmenhorstius. Bas. pr. ed. *contra*. Oud.—7 *Superne sese ruat*. Flor. *superne se proruat*. Elmenhorstius. In eodem vet. cod. *ĩ predcĩ superne se seruat*. Colvius. Ms. Lips. *in predei se seruat*. Longobard. quoque Cod. Florent. cum Pith. servat *sese ruat*. vid. Gronov. ad Gell. lib. VI. c. 2. 'in errores se ruunt.' Arnob. lib. II. p. 63. in f. Sed in altero Florent. est *se proruat*, quod e Terentio prætulerunt Scriverius, et Heins. ad Ovid. lib. V. Met. 450. Septim. de

NOTÆ

[w] *Nutu clementi lævorsum vel dextrorsum tota mole, &c.*] Sic omnino legendum ex Florentino codice, et Stewechii emendatione; non, ut in vulgatis, *nutu elementi*, et *tanta mole*. Dixit hic *nutu clementi*, sicut lib. XI cursu:' 'Nec tamen gaudio subitario commotus inclementi me cursu proripui.'

[x] *Modico caudæ gubernaculo*] Aves enim inter volandum cursum suum cauda dirigunt, ut naves, guberna-

campis pecua, simul montibus feras, simul urbibus homines, uno obtutu sub eodem impetu cernens; unde rostro transfodiat, unde[8] unguibus inuncet, vel agnum incuriosum,[9] [y] vel leporem meticulosum, vel quodcumque[1] esui animatum, vel laniatui[2] fors obtulit.[3]

NUM. III. Hyagnis[a] fuit, ut fando accepimus, Marsyæ[b]

et sub eodem volatu, pecudes et pecora in agris, et belluas in montibus, et homines in urbibus; quærit quo ex loco confodiat rostro, et arripiat unguibus, aut agnum non macrum, aut leporem pavidum, aut quodcumque ex animalibus fortuna exhibuerit edendum, aut discerpendum.

Hyagnis fuit, quemadmodum nobis proditum est, genitor et præceptor Marsyæ

B. Troj. lib. IV. c. 11. 'parte alia quam veniunt, proruunt sese:' sic enim Periz. et Heins. Cod. ad Ovid. II. Fast. 793. vide tamen Wopkens. Solin. p. 11. 'se primum Padus proruit:' et p. 19. 'aquarum pondera se in campos ruunt.' Noster de Dogm. Plat. p. 589. ed. Flor. 'ne desuper proruat.' *Oud.*—8 Edd. Vicent. Junt. pr. Ald. Bas. pr. bis *unum*. Id.—9 Al. *curiosum*. —1 Edd. Junt. pr. Aldi *quocumque*. Oud.—2 *Animatum vel inanimatum*. Correctum sic ex Ms. Cod. Vulgatorum plerique, *animatum vel laniatum*. Unde doctissimus Dousa censebat legendum, *quodcumque esui animatum, vel laniatui fors obtulit*. In margine Basil. 2. ascriptum legi alias, *lanatum*. Colvius. Flor. *v. sors o. laniatum*. Ald. *vel fors o. lanatum*. Schickerad. *alatum vel lanatum*. Elmenhorstius. *Esui animatum vel laniatui* emendatio est elegantissimi Dousæ, quam verissimam arbitror, et Mss. proximam. *Animatum* enim habent Mss. omnes et Edd. Vett. pro quo Scriverius inverso ordine dedit *animatum esui*, et Floridus *esui animantum*, inepte sane illi. *Quodcumque animatum* est quodvis animal habens animam, ἔμψυχον, ut exponunt Glossæ. Cic. in Tuscul. I. 23. 'animatum quod est.' Pro *laniatui* vero Ms. Florent. Edd. primæ et Bas. dant *laniatum*, Pith. *laniatur*. Becichem. Ep. 96. et Ms. Lips. *inanimatum*, quod recepere Colv. et Vulcan. Verum inanimata non rapere solet aquila. Edd. Junt. Aldi *lanatum*, corrupte. Hinc tamen Schickeradus conjecit, et tacite in textum intrusit Wowerius, *alatum vel lanatum*, i. e. volucres, vel oves, leporesve. Sed hoc male. Agit enim Apul. de animalibus terrenis, quæ ex alto eminus despicit, non quæ prope in aëre volant, nec tantum alatas lanatasve bestias, sed et alias, ut testudinem apud Phædrum, vulpes, catulos, &c. captat aquila. Bene ergo Scaliger, Elmenh. et seqq. recepere *laniatui*, quod conjecerat etiam Groslot. Ut enim edat ea aquila, laniat et discerpit, quicquid rapuit. Nescio vero cur illi inverso ordine ediderint *sors obtulit laniatui*. Oud.—3 *Sors obtulit*. Immo vero *fors* seu fortuna, ut optime exhibent Edd. Vicent. Juntinæ, Aldi, Bas. pr. Becich. et

NOTÆ

[y] *Agnum incuriosum*] Pinguem, non macilentum curis, qualis erat ille Plautinus, Aulul. Act. III. Scen. 6. 'MEGAD. Etiam agnum misi. EU. quo quidem agno, sat scio, Magis curiosam nusquam esse ullam belluam. MEGAD. Volo ego ex te scire qui sit agnus curio. EU. qui ossa, atque pellis totus est, ita cura macet.'

[a] *Hyagnis, &c.*] Sic in Epigrammate Græco. Alias *Hiagnis:* non Hyagnin primum tibia cecinisse, sed Sceriten Numidam, Athenæus tradit.

[b] *Marsyæ*] Nota Satyri illius temeritas; notum supplicium. Vide infra

tibicinis pater et magister, rudibus adhuc Musicæ sæculis, solus ante alios catus canere:[4] nondum quidem tam inflexæ animæ sono,[5] [c] nec tam pluriformi modo,[6] nec tam multiforatili[7] tibia:[d] quippe adhuc ars ista repertu novo commodum[8] oriebatur. Nec quicquam omnium est, quod possit in primordio sui perfici: sed in omnibus ferme ante est[9] spei rudimentum, quam rei experimentum.[e] Prorsus

tibicinis, inculto adhuc Musicæ ævo, unus præ ceteris peritus canendi: cantu sane nondum tam suavi, neque modulationibus tam multiplici, neque fistula tam multifori: nam hæc ars recenti inventione tunc primum nascebatur. Neque ulla res est quæ absolvi queat in suo initio: verum in universis fere rebus initium spei prius

****

passim corruptum est. Vide ad Cæs. B. G. lib. II. c. 21. et lib. VII. c. 87. 'Quas fors obtulit.' Quod adeoque rescripsi. *Id.*—4 *Solus a. a. cantus c.* In libris hic nulla variatio, et tamen mendo carere non videtur hic locus. Restituebam, *solitus ante alios cant. can.* vel, *solus ante alios catus canere.* 'Catus canere,' ut, 'bonus calamos inflare' apud Maronem. *Colvius.* Florent. et Aldus *cantus canere.* Elmenhorstius. Hæc Mss. et Edd. vett. constans est lectio, quod interpretatur J. Pyrrhus per 'canebat,' Hypallage Nostro et ceteris usitatissima. Magis tamen placet mihi Colvii conjectura *catus canere,* pro, cantu doctus: ut infinitivus sit pro gerundio poëtice. De Deo Socr. 'præstabilis hariolari,' p. 298. Ed. Colv. ubi tamen legitur *ariolus.* Auson. Parent. I. 13. 'præditis porrigere,' quod non mutem. Vide Tollium in Omissis p. 783. Colvii conjecturam recepere Scaliger, Elmenh. et seqq. Auson. Epigr. 93. 'catus arte palæstræ.' *Id.* Parent. XVII. 15. 'Lingua catus, ore canorus.' Noster de Deo Socr. 'experimentis catus,' ubi in Ed. Colv. p. 298. est *cautus.* At Vulcan. et Wower. quod allevit margini suo Lipsius, exhibent *solers a. a. cantus canere.* Colvius divinavit quoque *solitus a. a. cantus canere,* quod expressit dein Basil. 1620. *Oud.*—5 Vid. Not. inf. et N. Var.—6 Flor. *n. tamen p. m.* Elmenhorstius. Florent. utrobique *tamen.* Oud. Vulg. *multiforabili.*—8 Pith. *commode.* Vid. ad Met. l. I. p. 27. b. *Oud.* —9 Codex Scriptus, *tāte est.* Colvius. Pith. *aut agri.* Lips. *tacite.* Oud.—

NOTÆ

omnem ejus historiam, quam tamen aliter longe referunt Plutarchus περὶ μουσικῆς, Suidas, in Ὄλυμπος, Plato, lib. III. De Legibus, et Hygin. Fast. 65.

[c] *Inflexæ animæ* [*Flexanimo*] *sono*] Vulgo *infixa anima sono:* nullo sensu. Scriveriana editio, *indefessæ animæ sono.* Scaliger et Lipsius restituerunt *flexanimo sono.* Flexanimus sonus est qui animos flectere valet ad hos vel illos affectus, prout cantori, vel tibicini visum fuerit.

[d] *Nec tam multiforatili tibia*] Tot foramentis excavata. lib. X. Metamorphos. 'jam tibiæ multiforatiles cantus Lydios dulciter consonant.' Horatius in Arte Poëtica, de rudibus illis Musicæ sæculis loquens: 'Tibia non, ut nunc, orichalco vincta, tubæque Æmula, sed tenuis, simplexque foramine pauco,' &c.

[e] *Ante est spei rudimentum, quam rei experimentum*] Sic infra sub finem Florid. 'accipite rudimentum, post, experimentum.'

igitur ante Hyagnim nihil aliud plerique callebant,[1] quam Virgilianus upilio[2] seu bubsequa,[3]

Stridenti miserum [f] stipula disperdere[4] carmen.

2. Quod si quis videbatur paulo largius[5] in arte promovisse, ei quoque tamen mos fuit una tibia, velut una tuba, personare. Primus Hyagnis in canendo manus discapedinavit: [g] primus duas tibias uno spiritu animavit: primus lævis et dextris foraminibus, acuto tinnitu [6] [h] et gravi bom-

est, quam probamentum rei. Ante Hyagnim ergo maxima pars nihil aliud omnino sciebant, quam quod pastor aut bubulcus apud Virgilium, nempe Lacerare miseram cantilenam culmo stridenti. Si quis autem videbatur aliquanto plus profecisse in illa arte, solebat nihilominus ille canere unica fistula, tanquam una tuba. Hyagnis primus disjunxit manus inter canendum: primus ipse inflavit uno flatu duas fistulas: primus temperavit concentum musicum arguto tinnitu, et gravi to-

1 Idem, *ante Hyagni nih. al. pl. canebant.* Colvius. Colvius, *cantabant.* Elmenhorstius. Pith. *plurique.* Lips. et Becich. ep. 96. *canebant.* Male Elmenh. ait Colvio placere *cantabant.* Oud.—2 *Opilio.* Ab ovibus pascendis. *Pyrrh.* Pith. *hulipio.* Edd. Elm. Scriv. Flor. *upilio.* Oud.—3 Coll. Lips. *bussequa.* Edd. Junt. Aldi *busequa.* Vid. ad Met. l. VIII. p. 505. a. *Id.*—4 *Miserum* abest ab eodem vet. cod. *Colv.* Prave ed. Vulc. *discerpere.* A Lips. cod. abest *miserum.* Oud.—5 Malit Sciopp. *longius.* Elmenhorstius.—6 *Acuto finitu.* Ex Ms. vulgo *acuto tinnitu.* Colvius. Vulgo, *a. finitu*, male. *Elmenh.* Tinnitus est clarior et acutior sonus, et tinnire aures dicuntur. *Pyrrh.* *Tinnitu* omnino scribendum, non, *finitu.* Uno spiritu duas tibias animavit, dextram et sinistram. Tinnitus proprie æris. Varro de Re Rust. lib. III. Afranius: 'Janitoris impedimenta tinnire.' Intellige catenas: vincti enim servi ostiarii. Sueton. L. Otacilio. Nævius apud Fest. 'ubi molæ strepitum facient, titinnabunt compedes.' Plautus Casina tinnire de muliere: proprie: quia fœminæ, pueri, et spadones ὀξύφωνοι: angustior enim ipsis arteria. Aristot. de Hist. Animal. I. cap. 11. Alex. Aphrodis. Probl. lib. I. *Wower.* Prave Colv. e Ms. Lips. reposuit *finitu;* quod tamen secuti sunt in Edd. suis Vulc. et Scal. Sed Vulc. margini allevit *sonitu.* Nihil verius est τῷ *tinnitu*, quod est in ceteris Mss. et Edd. vett. ut jam monuere Vincent. Contar. l. I. V. L. c. 5. et Wower. quem miror non adduxisse locum e Met. l. XI. p. 741. 'Tibicen Doricum canebat bellicosum et permiscens bombis gravi-

NOTÆ

[f] *Stridenti miserum*] Virgil. Ecloga III.

[g] *Manus discapedinavit*] An in plura ejusdem tibiæ foramina ambarum manuum digitos distribuit? an vero manus duabus tibiis applicuit simul, dextræ nempe et sinistræ, quas, ut mox ait, uno spiritu animaret? hoc verisimilius: quod si ita fiebat, non late patere oportuit systema cantilenarum, quas ejusmodi tibiis modularentur, nec diapente, aut diatessaron cum ditono, (quod intervallum nostri Musici sextam vocant) excedere.

[h] *Lævis et dextris foraminibus, acuto tinnitu, &c.*] Hinc intelligi possunt quæ de tibiis dextris et sinistris in capite Terentianarum Comœdiarum legitur: 'tibiis imparibus, dextris, et sinistris,' &c.

bo[7] [i] concentum musicum miscuit. Eo genitus Marsyas, cum in artificio patrissaret tibicinii,[8] Phryx cetera et barbarus,[k] vultu ferino trux, hispidus, illutibarbus,[9] [l] spinis[1] et pilis obsitus, fertur (proh[2] nefas!) cum Apolline certavisse.[3] [m] Thersites cum decoro,[n] agrestis cum erudito, bellua cum Deo. Musæ cum Minerva dissimulamenti[4] gratia judices astitere, ad deridendam scilicet[5] monstri illius barbariem,[6] nec minus ad stoliditatem puniendam. Sed

no, ope foraminum sinistrorum et dextrorum. Marsyas ejus filius, cum imitaretur patrem in arte tibicinis, alioqui Phryx et barbarus, truculentus, belluina facie, hirsutus, barba sordida, coopertus spinis ac villis, dicitur, proh scelus! contendisse cum Apolline: Thersites nempe cum formoso, rusticus cum docto, bestia cum Deo. Musæ una cum Pallade simulationis causa affuerunt arbitræ, nimirum ad deludendam rusticitatem istius belluæ, simulque ad plectendam ejus stultitiam. At Mar-

bus tinnitus acutos in modum tubæ.' *Oud.*—7 *Gravi bombo.* Pith. Edd. Vicent. Junt. utr. Ald. Bas. pr. *et gravi b.* A reliquis male exulat τὸ *et.* Id.—8 Posteriorem Basil. edit. hic secuti sumus. Aliæ, *in artif. patris foret tibicinus.* Ms. cod. *in art. patricaret tib.* Tibicinium proba dictio, et observanda, immo usurpanda. *Colv.* Aldus: *in a. patris foret tibicinus,* male. *Elmenh.* Præter Ed. Bas. sec. unde suam lectionem hausit Colv. eam nobis reliquit Junt. post. atque ita Mss. Florentini et Becich. Ep. 96. qui ait in aliis Codd. esse *patrissaret tibicen;* in Lips. *patriscaret tibicinii.* Pith. *patiss. foret tibicinus.* Vulgo edebatur *patris foret tibicinus.* Infra N. 4. 'in tibicinio apprime nobilis.' *Tibicinii numeris* pro *tibicinis* corrigit quoque Gronov. in Gellio l. I. c. 11. 'quod tibicinii numeris temperatur.' ibid. 'per tibicinia Laconica,' ut et l. IV. c. 13. 'tibicinium scite adhibitum,' ubi vide Gronov. *Oud.*—9 Al. *multibarbus.* Vid. Not. Var.—1 Male vir doctus margini allevit *pannis.* Oud. —2 *Proh.* Al. *pro.* Id.—3 In Ms. Lips. pro var. lect. *concanisse:* unde Colv. conj. *concanuisse.* Vide Comment. ad Sall. lib. I. Hist. p. 954. Ed. Cort. Sic habuimus 'terui,' 'sonavi,' et alia. *Id.*—4 Vid. Not. Var.—5 *Scilicet.* Deest in Pith. *Oud.*—6 Vulgo, *barbariam.* Colvius. Pith. et Edd. ante Colv. *bar-*

NOTÆ

[i] *Gravi bombo*] Illum bombum non fuisse ὁμοτόνον, (veluti est bombus illorum utrium quos inflare solent nostri ascaulæ upiliones, aut qui in lyris cæcorum auditur,) sed per plures tonos variatum, patet ex eo quod foramina non lævæ tantum tibiæ attribuit, sed etiam et dextræ, quæ bombum illum edebat.

[k] *Phryx cetera et barbarus*] Homo rudis, ineptus, et imperitus apud Veteres Mysus aut Phryx sæpe vocabatur. Cicero, De Oratore: 'quomodo igitur modo audiretur Mysus aut Phryx Athenis, cum etiam Demosthenes agitetur putidus?'

[l] *Illutibarbus*] Vocabulum Apuleiana licentia compositum: significatque eum, qui illutam, hoc est, illautam et sordidam, barbam habet: 'illutibile' apud Plautum invenitur in Menæchmis, pro eo quod ablui non potest. 'Nam ex istoc loco spurcatur nasum odore illutibili.' Non minus placeret quod habet Aldina editio, *multibarbus,* hoc est, densam barbam habens, δασυπώγων.

[m] *Cum Apolline certavisse*] Vide Hyginum Fab. 165. Ovid. VI. Metamorphos. et II. Fastorum.

Marsyas,[7] quod stultitiæ maximum specimen est,[8] non intelligens, se deridiculo haberi, priusquam tibias occiperet inflare, prius de se et Apolline quædam deliramenta barbare effutivit: laudans sese, quod erat et coma relicinus,[o] et barba squalidus, et pectore hirsutus, et arte tibicen, et fortuna egenus: [9] contra [1] Apollinem, ridiculum dictu, adversis virtutibus culpabat: quod Apollo esset et coma intonsus,[p] et genis gratus, et corpore glabellus, et arte multiscius, et fortuna opulentus. 3. Jam primum, inquit, crines ejus remulsis antiis, et promulsis capronis [2] anteventuli et propenduli: [q]

syas non advertens se haberi ludibrio, quod maximum argumentum est stoliditatis, antequam aggrederetur animare tibias, rustice deblateravit quasdam ineptias de se et de Apolline: jactans seipsum, quod haberet crines retrorsum crispos, et sordidam barbam, et villosum pectus, et quod esset arte tibicen, et inops esset bonorum: contra vero, quod absurdum est memoratu, vituperabat Apollinem ob dotes his vitiis contrarias: quod nempe Apollo esset et intonsus capillis, et decorus malis, et depilis corpore, et multas artes calleret, et opibus abundaret. Jam primum, ait, capilli ejus a fronte dependent prætractis anterioribus crinibus, et pendentibus iis qui sunt

barium. Oud.—7 Scriptus cod. *sed Marsie.* Colvius. Scriptus cod. *sed marsie:* unde f. *Marsia.* Vide Juvenal. Sat. IX. *Brant.* Cod. Lips. *Marsie*, unde Brant. *Marsya:* ut Juven. Sat. IX. vs. 11. 'ceu Marsya victus.' De Græcorum *as* et Latinorum *a*, vide ad Front. p. 370. *Oud.*—8 Abest *est* a Coll. Lips. *Id.*—9 In Ms. Florentino ascriptum manu recenti, *fortuna egens.* Cicero pro Flacco, c. 13. 'fortuna egens, vita turpis.' *Elmenh.* Idem, *Fort. genus.* Scribe, *fortuna egenus.* Quantum ad conditionem Fortunæ, qua ille præditus, pauper et egenus erat. Ibidem *contra.* Ms. Ro. Ven. *circa.* Colvius. Bene Colv. cum Ms. Flor. nam omnia hic in ablativo; et hæc opponuntur sequenti 'fortuna opulentus.' Vulgo olim *fortunæ:* primus *fortuna* recepit Scaliger. *Oud.*—1 *Circa.* Id est, contra, quo plerumque utitur. *Pyrrh.* Ita quoque Ms. Lips. Edd. Rom. Vic. Ven. pro *contra:* de more, vide Ind. Not. *Oud.*—2 Vid. Not. Var.

NOTÆ

[n] *Thersites cum decoro*] Thersiten graphice depingit Homerus Ἰλιάδ. β. Φολκὸς ἔην, χωλὸς δ' ἕτερον πόδα, τὼ δέ οἱ ὤμω Κυρτὼ ἐπὶ στῆθος συνοχωκότε· αὐτὰρ ὕπερθε Φοξὸς ἔην κεφαλὴν, ψεδνὴ δ' ἐπενήνοθε λάχνη, 'Strabo erat, claudus autem altero pede, et ipsius humeri Curvi in pectus contracti: et desuper Acuto erat capite: rara autem superflorebat lanugo.' Hinc turpissimus quisque Thersites appellatur.

[o] *Coma relicinus*] Hæc vox Apuleiana est, videturque significare retractis crinibus crispum. Quidam nescio quomodo detorquent a 'recello.' Malim ego ab antiquo 'lacio' formare verbum 'relicio,' quod sonet 'retraho,' quemadmodum 'allicio' significat 'attraho.'

[p] *Coma intonsus*] Horatius lib. I. Ode 21. 'Intonsum pueri dicite Cynthium.'

[q] *Crines ejus remul.* [*præmulsis*] *antiis, et promulsis capronis* [*caproneis*] *anteventuli, et propenduli*] In quo differant antiæ et capronceæ, non satis liquet.

corpus totum gratissimum, membra nitida: lingua fatidica,[r] seu tute oratione,[3] seu versibus malis, utrobique facundia æquipari.[4] Quid? quod et vestis textu tenuis,[5] tactu mollis, purpura radians? Quid? quod et lyra ejus auro fulgurat,[6] ebore candicat,[7] gemmis variegat?[8 s] Quid? quod et doctissime et gratissime[9] cantillat?[1] Hæc omnia, inquit, blandimenta nequaquam virtuti decora, sed luxuriæ accommodata, intra corporis sui qualitatem[2 t] præ se maximam spe-

ad tempora: totum corpus est decorissimum, artus sunt nitentes, lingua ejus est vaticinatrix æquali utrimque eloquentia, sive tu cupias ut tibi respondeat prosa oratione, sive carminibus. Quid? quod et vestimentum ejus est subtilis textus, molle contrectatu, et refulgens ostro? Quid? quod ejus etiam cithara coruscat auro, et albicat ebore, et distincta est lapidibus pretiosis? Quid? quod cantitat etiam peritissime et suavisme? Hæ omnes illecebræ, inquit, minime convenientes sunt virtuti, sed congruentes mollitiei, jactitare præ se eximium ornatum circa suum cor-

—3 Veram puto Ill. Heinsii ad Ovid. Met. XI. 620. correctionem, *soluta oratione.* Infra N. 15. 'soluto locutu. libera oratione.' *Id.*—4 *Facundia æquipa-rari.* Flor. et Fulv. *f. æquipari.* Elmenhorstius. *Æquipari*, i. e. ἴσῳ, a nomin. 'æquipar,' quod et ab Ausonio adhibetur. Sic ergo recte Groslotius conjecit et Ursinus e suis Codd. et Elmenh. cum seqq. e Florent. exhibuit. Male vulgo erat *æquiparari* et *facunda* in Edd. Vulc. pr. ac Wow. sine sensu. N. 18. 'prorsa et vorsa facundia.' *Oud.*—5 Coll. Voss. *tenus.* Id.—6 Coll. Voss. Lips. *fulguratur:* male. V. Ind. Not. *Id.*—7 Aldus, *candidat.* Elmenhorst. Venet. Ald. *candidat.* Supra lib. v. de asino aureo: 'Per humeros volatilis Dei pinnæ roscidæ micanti flore candicant.' *Colv.* Pith. Edd. Rom. Vicent. Junt. utr. cum I. Pyrrho, *candidat*, neutraliter. Eadem varietas lib. v. Met. p. 362. a. ubi vide. Ms. Lips. *canticat.* Mart. Cap. lib. VII. init. 'radio candicabat.' *Oud.*—8 Vid. Not. Var.—9 Ed. Junt. post. *gravissime.* Oud.—1 Pith. Edd. vett. *cantilat.* Coll. Voss. Lips. *canticat*, pro, *Cantitat.* Vide me ad Met. lib. VI. p. 393. b. *Id.*—2 *Circa corp. sui qual.* Ms. *intra corp. s. qual.* Colvius. Becichemus scribendum censet, *contra corp. s. q.* vel, *intra:* quod e scripto etiam nostro reponamus. *Id. in Omiss.* Flor. *cetera corp. s.* Lipsii liber: *intra corporis sui.* Fulvii Msstus, *contra c. s.* Elmenhorstius. Ms. *intra.* lego, *circa corporis sui squalitatem.* Nam *circa* fere semper pro *contra* scriptum fuit, ut supra in Asino, et *squalitatem* reperias apud Lucil.

NOTÆ

'Antiæ,' inquit Festus, 'capilli muliebres demissi in frontem.' Glossæ veteres: 'Κόμαι τῶν κροτάφων. Antiæ.' Nonius: 'Capronéæ, comæ quæ ante frontem sunt, quasi a capite pronæ.' Sed tam possunt pronæ esse a capite in collum et in tempora, quam in frontem. Ex hoc Apuleii loco mihi videntur fuisse antiæ crines, qui ex syncipite in frontem penderent, caproneæ vero, qui ex temporibus in malas et aures: hoc enim indicant hæc vocabula 'anteventuli' et 'propenduli.'

r *Lingua fatidica*] Utpote quæ oracula pronuntiaret.

s *Variegat*] Passivo significatu: hoc est, distinguitur et variatur.

t *Intra* [*circa*] *corporis sui qualitatem*] Flor. codex habet: *cetera corporis sui.* Lipsii liber *intra corporis sui.* Fulv. cod. *contra corporis sui:* mihi

ciem ostentare. Risere Musæ, cùm audirent hoc genus crimina, sapienti exoptanda, Apollini objectata:[3] et tibicinem illum certamine superatum, velut ursum[4] bipedem, corio exsecto, nudis et laceris visceribus reliquerunt. Ita Marsyas in pœnam cecinit, et cecidit.[5] Enimvero Apollinem tam humilis victoriæ puditum est.

NUM. IV. Tibicen quidam fuit Antigenidas,[u] omnis voculæ[6] melleus modulator, et idem omnibus modis[7][w] peritus modificator; seu tu velles Æolium[8] simplex,[x] seu Iasium varium,[9][y] seu Lydium[1] querulum,[z] seu Phrygium

pus. Musæ riserunt, quando audiverunt ejusmodi flagitia cupienda sapienti, exprobrari Apollini: et reliquerunt illum tibicinem victum contentione, pelle discissa, carnibus retectis et discerptis, tanquam ursum bipedem.. Sic Marsyas cecinit tibia in supplicium, et incidit in illud. Verum puduit Apollinem victoriæ tam vilis.

Fuit quidam tibicen nomine Antigenidas, suavis inflexor cujusvis toni, idemque doctus modulator cujusvis Modi; sive tu postulares Modum Æolium simplicem, sive Asium varium, sive Lydium qui est aptus lamentis, sive Phrygium qui adhibe-

lib. XXVI. *Brant.*—3 Ms. *obtrectanda.* Forte *objectanda.* Colvius. Forte *obtrectata.* Brantius. Pith. *objectata.* Ms. Lips. *obtrectanda*, unde Colv. *objectanda:* prave: sensus est: cum audirent hæc crimina Apollini objici, quæ sapienti exoptanda sunt. Brant. *obtrectata*, inepte. Quid enim sunt 'obtrectata crimina?' num per invidiam carpta? *Oud.*—4 Idem, *rursum.* Colv. Pith. *bipidem*, et paulo post, *relinquunt.* Oud.—5 *Et cecidit* exulant a Ms. Lipsii. *Id.* Vid. Not. Var.—6 Glareanus, *o. notulæ*, male. *Elmenh.*—7 In Ed. Vicent. *omnimōis.* Oud.—8 Ms. *collimo simpl.* Colvius. Pith. *colion.* Ed. Vicent. *Æolion.* Bene, Græca terminatione. *Oud.*—9 *Asium varium.* Idem, *Asunarium.* Colvius. Glareanus *Iastium varium* reponit, et cum Luciano Ionicum interpretatur. Vide eum Dodecachord. lib. II. c. 10. et 11. *Elmenh.* Mss. Lips. Pith. *seu Asunarium.* Videtur Auctor innuisse eum modum, qui

NOTÆ

videtur commodius reponi posse *citra corporis sui qualitatem*, hoc est, præterquam quod forma ipsa corporis ostendit: nihil tamen in textu mutare volui, quem etiam ad verbum expressi in interpretatione. Brantius legit: *contra corporis sui squalitatem*, hoc est, squallorem, vocemque 'squalitatem' reperiri ait apud Lucilium.

[u] *Antigenidas*] Vixit Athenis, Alcibiadis ætate, cui etiam a Pericle accersitum eum Magistrum tibicinii narrat Gellius lib. XV. cap. 17. in quo refert qua de causa nobiles pueri Atheniensium tibiis canere desierint.

[w] *Omnibus modis* [*omnis modi*] Sic legendum. Quid sint Modi in Musica, notum.

[x] *Æolium simplex*] Supple 'genus,' non autem 'modum:' neque enim genere convenirent τὸ 'modum,' et 'simplex,' Æolius autem Modus est, quem nostri Musici vocant Modum *A, mi, la, re.*

[y] *Seu Iasium* [*Asium*] *varium*] Glareanus, Decachord. lib. II. cap. 10. et 11. reponit *Iastium*, et cum Luciano

religiosum,[a] seu Dorium bellicosum.[b] Is igitur[2] cum esset in tibicinio[3] apprime nobilis, nihil æque se laborare, et animo angi et mente, dicebat,[c] quam quod monumentarii ceraulæ[4] [d] tibicines dicerentur.[5] Sed ferret æquo animo hanc nominum communionem, si mimos spectavisset.[e] Animad-

tur sacris, sive Dorium militarem. Ille ergo cum esset in primis celebris in arte tibicinis, aiebat se nulla re tantopere dolere animo, et cruciari mente, quam quod cornicines bustuarii appellarentur tibicines. Verum patienter toleraret hanc communicationem vocabulorum, si vidisset mimos. Observaret in iis alios imperare,

Luciano et aliis est Ionius; quare Glareanus ibidem rescripsit *Iastium*, atque ita citat Salmasius. Melius inde formari *Iadium*, olim putabam. Ἰάδες enim Græcis Ionum fœminæ. At malim nunc *Iasium* cum Berkelio ad Steph. Byz. v. Δώριον, ab Iaso Cariæ urbe, ex Themistii Oratione 19. cf. ad Met. lib. x. p. 740. b. *Oud.*—1 Τὸ *seu* ex eodem additum. *Colv.* De eo vide ad Met. lib. IV. p. 313. Male exulat *seu* ab Edd. Basil. *Oud.*—2 Plenius in Ms. *Is igitur Antigenidas cum esset.* Colvius. E glossa. *Oud.*—3 Ed. Bas. pr. *in tibicine.* Id.—4 Male alii libri, teste Pyrrho, *momentarii*, al. *monimentarii.* Dein Ms. Lips. *cenule*, Pith. *cernulæ*, Edd. nonnullæ *cœnaulæ* et *choraulæ*, si fides Colvio, qui hic omnino consulendus. Adde notas ad Met. lib. VIII. p. 578. a. *Id.*—5 Pith. *dicuntur*, et paulo post *expectavisset.* Id.—6 Al. *vestra.*

NOTÆ

interpretatur 'Ionicum.' Lucianus in Harmonide has Modis singulis proprietates assignat: καὶ τῆς ἁρμονίας ἑκάστης διαφυλάττειν τὸ ἴδιον· τῆς Φρυγίου τὸ ἔνθεον, τῆς Λυδίου, τὸ Βακχικὸν, τῆς Δωρίου, τὸ σεμνὸν, τῆς Ἰωνικῆς, τὸ γλαφυρόν. Est autem Ionicus Modus, qui nostris Modus *C, sol, ut, fa.*

[z] *Lydium querulum*] Lydius Modus nostris Modus, *F, ut, fa.*

[a] *Phrygium religiosum*] Est Modus *E, mi, la.*

[b] *Dorium bellicosum*] Est Modus *D, la, re, sol.* Est et sextus ab Apuleio prætermissus Modus Mixolydius, qui Modus est *G, re, sol, ut:* et hi sex apud veteres Musicos authentæ dicuntur; quorum scilicet diapente est ad grave, diatessaron vero ad acutum; habentque alios sex plagios, Hypo-Æolium, Hypo-Ionium, Hypo-Lydium, Hypo-Phrygium, Hypo-Dorium, et Hypo-Mixolydium, quorum diapente est ad acutum, diatessaron ad grave: sed de his vide Glareanum et alios, qui de re Musica ex professo scripserunt. Nobis hæc in præsens satis sint.

[c] *Nihil æque se laborare dicebat, &c.*] Dio Chrysostomus hoc non Antigenidæ, sed Ismeno attribuit Orat. 49.

[d] *Monumentarii ceraulæ*] Κεραύλας et κερατaύλας ad verbum expono cornicines: ceraulæ illi monumentarii sunt, quos Dio Chrysostomus loco supra laudato τυμβαύλας vocat, Latini appellant siticines, eo quod canant apud sitos, hoc est, mortuos. A. Gell. lib. XX. cap. 2. 'Nos,' inquit, 'in Capitonis Atei conjectaneis invenimus, siticines appellatos, qui apud sitos canere soliti essent, hoc est, vita functos et sepultos: eosque habuisse proprium genus tubæ, a ceterorum differens.'

[e] *Si mimos spectavisset*] Mimus non solum histrionem significat, qui dicta aliorum factave imitatur, gesticulationibus ea exprimens; sed etiam poëmata dramatica lasciviora, seu Comœdias obscœniores: quod genus La-

verteret illic pæne simili purpura alios præsidere, alios vapulare: itidem si munera nostra [6] [f] spectaret: nam illic quoque [7] videret hominem præsidere, hominem depugnare: togam quoque parari [8] et voto et funeri: [g] item pallio cadavera operiri, [h] et philosophos amiciri.

NUM. V. Bono enim studio in theatrum [9] convenistis, ut qui sciatis, non locum auctoritatem derogare oratori, [1] sed cum primis hoc spectandum [2] esse, quid in theatro deprehendas. Nam si mimus [3] est, riseris: si funerepus, [4] timue-

alios verberari, vestitos fere simili ostro. Similiter, si aspiceret nostros ludos: in iis enim cerneret etiam hominem præesse, hominem decertare: comparari etiam togam et ad votum nuncupandum, et ad exequias faciendas: insuper cadavera contegi pallio, et philosophos eo operiri.

Nam confluxistis in theatrum bono animo, quippe qui novistis locum non detrahere pondus sermoni, sed hoc præsertim considerandum esse, quid videas in theatro. Si enim est mimus, ridebis: si est funambulus, metues ipsi: si est Comœdia, plau-

—7 Ms. Cod. *ille quoque.* Colvius. An et hic *illi* pro *illic?* Vide Ind. Not. *Oud.*—8 Pith. *quoque togam.* Ed. Vicent. *pari.* Junt. pr. Aldi *et voto funeri.* De toga in mortuis vide Lipsium Elect. lib. I. c. 6. *Id.*—9 Pith. *et th.* Id.—1 *Locum auct. derog. orationi.* Ms. Cod. *lavit auctor. denegare.* Colvius. Alii, *oratori.* Elmenhorstius. Ful. Cod. *oratori.* Wowerius. Frustra Rycquius Primit. Epist. p. 152. substituere conatur: *auctoritati derogare orationis:* nam etiam vulgata bene se habet. Vide Lexica. At recte Cod. Fulv. *oratori,* ut statim homines ipsos, non solum exercitia recenset. *Oud.*—2 Ald. *spectaculum.* Colvius. Aldus, *spectaculum,* male. *Elmenh.* An *speculandum?* Oud.—3 Coll. Voss. Ed. Ald. *minus,* ut sæpe corruptum. V. P. Pithœi Subs. c. 17. *Id.*—4 Abest *si* ab Edd. ante Bas. Sec. Dein Mss. Pith. Lips. et Edd. eædem *funere plus,* præter Junt. post. quæ habet *funepeus* ex emendatione Beroaldi in Fac. Crit. Grut. tom. I. p. 236. vel Becich. Ep. 96. *Funereptus* citat Pithœus, *funirepus* maluit Tollius. Legendum esse *funerepus* monuit jam Modius. Infra N. 18. *funambulum* quoque seu σχοινοβάτην

NOTÆ

tini Planipedias vocant. Ovid. II. Trist. Eleg. 1. 'Scribere si fas est imitantes turpia mimos.'

[f] *Si munera nostra*] Gladiatoria, in quibus Lanista præsidebat, Gladiatores depugnabant.

[g] *Togam quoque parari et voto et funeri*] Hæc jam non referuntur ad munera seu ludos, de quibus supra, sed ad communem sui temporis vivendi morem, quo mortui in toga efferebantur. Huc facit Juvenalis Satira III. 'Pars magna Italiæ est, si verum admittimus, in qua Nemo togam sumit nisi mortuus.' Livius lib. XXXIV. 'Purpura viri utemur: prætextati in Magistratibus, in sacerdotiis: nec id ut vivi solum habeamus insigne, sed etiam, ut cum eo crememur mortui.' Voto vero paratur toga, cum virilis sumitur.

[h] *Pallio cadavera operiri*] Ex more Græcorum.

ris:[i] si comœdus est,[5] faveris:[k] si philosophus, didiceris.[6]

NUM. VI. Indi, gens[7] populosa[l] cultoribus, et finibus maxima,[m] procul a nobis ad Orientem siti,[8] prope Oceani reflexus,[9][n] et Solis exortus, primis sideribus, ultimis[1] terris, super Ægyptios eruditos,[o] et Judæos superstitiosos,[p] et Nabathæos mercatores,[q] et fluxos vestium Arsacidas,[r] et

des: si est philosophus, instrueris.

Indi, natio abundans incolis, et vastissima limitibus, positi ad Orientem longe a nobis, prope recursus Oceani, et ortum Solis, sub primis astris, et in fine terrarum, trans Ægyptios doctos, et Judæos religiosos, et Nabathæos mercatores, et Parthos

vocat *funerepum*, a rependo per funem. *Idem.*—5 *Comœdia est.* Legit Modius noster, *comœdus est.* Colvius. Quod malim cum Tollio. *Oud.*—6 Ms. *diceris.* Colvius.—7 Ms. *ingens.* Colvius.—8 Lips. *ad O. Sythi.* Oud.—9 Malit Elmenh. *refluxus*, improbante Oud.—1 Markland. ad Stat. l. II. Silv. 3.

NOTÆ

[i] *Timueris*] Ejus vitæ, ne scilicet ex fune labens caput comminuat sibi, aut crus perfringat, aut brachium.

[k] *Faveris*] Favorem plausu testabantur in Comœdiæ fine. Hinc celebre est Comœdiarum 'Plaudite.'

[l] *Indi, gens populosa, &c.*] Indiæ descriptionem vide apud Strabonem, lib. XV.

[m] *Et finibus maxima*] Atque eo major credita tunc temporis, quod ejus fines non satis cognoscerent, nec de ampla Chinæ regione, quæ ultra Indiam est, quicquam haberent perspectum, sed Indiam ad extremos usque Orientis fines proferrent.

[n] *Prope Oceani reflexus*] Loquiturne ex illorum sententia, qui terram non rotundam, sed planam, et Orientis atque Occidentis terminis finitam existimabant, ita ut necesse esset, cum Oceanus ad illos terminos pervenisset, ut ejus undæ in seipsas redirent ac reflecterentur, cum non haberent quo tenderent ulterius? an vero per Oceani reflexus intelligit illum ancona, seu angulum, quem Indicus Oceanus cum Serico seu Orientali efficit?

[o] *Ægyptios eruditos*] Quorum eruditionem vel hoc probaverit, quod, eruditionis et sapientiæ comparandæ causa, antiquorum Philosophorum præstantissimi eos adiverint.

[p] *Judæos superstitiosos*] Superstitionem enim Pagani illi vocitarunt cultum quem Judæi vero Deo exhibebant, et cærimonias ac ritus quos ex Mosis lege servabant.

[q] *Nabathæos mercatores*] In hanc sententiam Strabo lib. XVI. ait Nabathæos rei parandæ atque conservandæ intentos esse; eumque, qui opes suas imminuerit, publice mulctari; qui auxerit, honore affici. Eorum commercium aromatum præcipue est, quæ ad ipsos a Menæis et Gerræis vicinisque aliis convehi auctor est idem Strabo. Sunt autem Nabathæi Arabes Petram urbem incolentes, quæ et Nabathæa dicta est: adjuvat eorum commercium, quod teste Plinio, 'huc convenit utrumque bivium, eorum qui Syriæ Palmyram petiere, et eorum qui ab Gaza venerunt.'

[r] *Fluxos vestium Arsacidas*] Arsacidæ Parthi sunt, sic vocati ab Arsace eorum Rege, e Scythia, ut pleri-

frugum pauperes Ituræos,[2] [s] et odorum divites Arabas.[t] Eorum igitur Indorum non æque miror eboris strues, et piperis messes, et cinnami merces, et ferri temperacula,[u] et argenti metalla, et auri fluenta;[w] nec, quod Ganges apud eos unus omnium[3] amnium maximus,

Eois regnator aquis in flumina[4] centum
Discurrit, centum valles illi, oraque centum,
Oceanique fretis centeno jungitur amni:

nec, quod iisdem Indis, ibidem sitis[5] ad nascentem[6] diem, tamen in corpore color noctis est:[x] nec, quod apud illos

ampla vestimenta ferentes, et Ituræos carentes frugibus, et Arabas abundantes aromatis. Non ergo tam admiror cumulos eboris, et messes piperis, et merces cinnami, et mixturas ferri, et fodinas argenti, et fluvios auri illorum Indorum; neque quod apud eos Ganges unus maximus omnium fluviorum, Rex fluviorum Orientalium diffluit in centum fluvios, et habet centum alveos, et centum ostia, et influit in Oceanum per centum flumina: nec quod iidem Indi licet positi sint in eo loco ad ortum diei, nihilominus habeant colorem noctis in corpore: neque quod in eorum regione

16. legit *primi* et *ultimi*. Oud.—2 *Ityræos*. Aldus, *Ichyticos*, male. *Elmenh.* Editiones antiquæ, *Scythicos:* Ms. Cod. *Sythireos:* Bas. 2. margo, *Ityraos.* Colv. Sic primus edidit Philomathes in Ed. Junt. post. cum Bas. sec. marg. quod bene recepit Colv. et videtur esse in Florent. Codd. Certe in Lips. est *Sythuræos:* unde accuratius insuper rescribendum *Ituræos* per *u*, ut recte margini libri sui alleverat Lipsius; nam Gr. Ἰτουραῖοι. Vide me ad Lucan. l. VII. 240. Junt. pr. *Scythios.* Ald. *Sythicos*, inepte. *Oud.*—3 Prave vox *unus* omissa est in Ed. Florid. *Id.*—4 Coll. Lips. Voss. *qui:* an scriptum fuit ꝑ pro *per?* mox Pith. *discurrunt.* Id.—5 Coll. Voss. *Sythis.* Id.—6 Ms. *annas-*

NOTÆ

que autumant, oriundo. Persæ dicti ante Darium victum ac deletum ab Alexandro: quod etiam nomen postmodum resumserunt, atque etiamnum servant, sicut et veterem prolixarum vestium morem.

[s] *Et frugum pauperes Ituræos*] Quippe qui montanam Cælesyriæ regionem habitant, neque agros colunt, ut testatur Strabo lib. XVI.

[t] *Et odorum divites Arabas*] Illos præsertim, qui Arabiam εὐδαίμονα incolunt, quæ propterea etiam dicta est ἀρωματοφόρος et λιβανοφόρος, a thure et aromatis, quorum ferax est.

[u] *Et ferri temperacula*] Nobis Gallis *trempes*, quibus nempe temperaculis ferrum induratur, et fit chalybs.

[w] *Auri fluenta*] Arenas aureas, quas volvere Ganges dicitur.

[x] *Tamen in corpore color noctis est*] Id est, color niger. in Petron. Fragmento a Terentio Mauro relato:

Memphitides puellæ
Sacris Deum paratæ,
Tinctus colore noctis
Manu puer loquaci, &c.

Strabo lib. XV. pag. 475. de Indis loquens, τῶν δ' ἀνθρώπων οἱ μὲν μεσημβρινοὶ τοῖς Αἰθίοψίν εἰσιν ὅμοιοι κατὰ τὴν χροιάν. κατὰ δὲ τὴν ὄψιν καὶ τὴν τρίχωσιν, τοῖς ἄλλοις. οὐδὲ γὰρ οὐλοτριχοῦσι διὰ τὴν ὑγρότητα τοῦ ἀέρος. οἱ δὲ βόρειοι τοῖς Αἰγυπτίοις. ' Ex hominibus, Meri-

immensi dracones cum immanibus elephantis [y] pari periculo in mutuam perniciem concertant: 7 quippe lubrico volumine indepti 8 [z] revinciunt, et 9 illis [a] expedire gressum nequientibus,1 vel omnino 2 abrumpere tenacissimorum serpentium squameas pedicas, necesse fit ultionem a ruina molis suæ 3 petere, ac retentores suos toto corpore oblidere. 2. Sunt apud illos et varia 4 colentium genera. Lubentius 5 ego de miraculis hominum, quam naturæ disseruerim.† Est apud illos genus, [b] qui 6 nihil amplius quam bubulcitare 7

ingentes dracones pugnant æquali discrimine cum immensis elephantis in exitium mutuum: eos enim complectentes colligant spiris viscosis, adeo ut, cum non possint extricare crura, aut ullatenus discindere laqueos squamosos draconum pertinacissimorum, cogantur vindictam quærere lapsu sui vasti corporis, et obterere impeditores suos tota sua mole. Sunt quoque apud illos diversæ species incolarum. Ego libentius loquar de admirandis hominum quam de Naturæ. Est genus quoddam hominum inter illos, qui nihil aliud sciunt quam boves pascere: et propterea imposi-

centem. Colvius.—7 Legit hic idem Modius, *consertant*, vel, *concurrant*, sed potius, *corruant*. Ego nihil rear mutandum. *Colv.*—8 Conjicit Colv. *implexi*. Vid. Not. Var.—9 Bene *et*, sed pro *sit* paulo post reponendum *fit*, ut monuit N. Heinsius ad Ovid. Met. l. XIV. 208. et VIII. 72. Immo jam sic expressum in Bas. pr. quod Colvius sciens male neglexit. *Oud.*—1 Membranaceus liber, *neque certantibus*. Colvius. Ms. *neque certantibus*, f. *nequitantibus*. Brantius. Tacite Elmenh. τὸ *nequientibus* quod est in Mss. et Edd. vett. mutavit in *nequeuntibus*, me nequaquam probante. Pith. *neque certibus*, Ms. Lips. *neque certätibus*; hinc novum verbum fecit Brantius. *Oud.*—2 Sopingius non male conjecit *vel immo*. De quo Apuleianæ locutionis modo vid. Ind. Not. *Id.*—3 Ms. lib. *molis sui*. Colvius. Ut sit *moles sui*, quomodo sæpe Apul. vide ad Met. v. p. 323. b. Mox pro *retentores*, Pith. *recentiores*. Oud. † *Sunt apud ill....disseruerim*. Hæc omnia absunt ab antiquo nostro codice. *Colv.*—4 Pith. *avaria*. Abest *et* Edd. vett. præter Junt. post. et Bas. sec. *Oud.*—5 Edd. vett. *libentius*. Id.—6 Vid. Not. Var.—7 Ms. *balbutire*. Colvius. Ful-

NOTÆ

dionales colore Æthiopibus, aspectu' (per aspectum lineamenta oris et oculos intellige) ' et capillo aliis persimiles sunt. nam propter aëris humiditatem non crispantur:' (hæc in Siamensibus ab extremo orbe ad LUDOVICUM MAGNUM missis Oratoribus observavimus:) 'Septemtrionales Ægyptiis sunt similes.'

[y] *Immensi dracones cum immanibus elephantis*] Plinius lib. VIII. cap. 11. 'Elephantes fert Africa, &c. sed maximos India, bellantesque cum iis perpetua discordia dracones, tantæ magnitudinis, ut et ipsos circumflexu facili ambiant, nexuque nodi præstringant. Commoritur ea dimicatio: victusque corruens, complexum elidit pondere.'

[z] *Lubrico volumine indepti*] Colvius suspicatur *implexi*: nihil muto: 'indipisci,' est assequi, atque etiam occupare.

[a] *Et illis, &c.*] Malo *ut*, id est, adeo ut.

[b] *Est apud illos genus, &c.*] Indos

novere: ideoque cognomen [8] illis Bubulcis inditum. Sunt et mutandis mercibus calidi,[9] et obeundis præliis [1] strenui, vel sagittis eminus, vel ensibus cominus. Est præterea genus apud illos præstabile: [2] Gymnosophistæ [3] vocantur.[c] Hos ego maxime admiror: quod homines sunt periti, non propagandæ vitis, nec inoculandæ arboris,[4] [d] nec proscin-

tum est illis cognomen bubsequarum. Sunt etiam alii periti commercii faciendi, et alii fortes in subeundis certaminibus, sive missilibus e longinquo, sive gladiis e proximo. Est insuper excellens genus hominum apud eos; appellantur Gymnosophistæ. Ego hos præcipue miror: quia sunt viri gnari, non summittendæ vitis,

vii liber, *bubulcitatem.* Elmenhorstius. Ed. Junt. post. *bulbucitare.* Oud.—8 *Ad cognomen.* Forte *adeo cognomen.* Colvius. *Ideoque cognomen il. b. ind.* Scaliger. Colvius *adeo c. i. b. i.* Flor. *idque a. & b. i.* Vide Arrianum in Indicis p. 176. *Elmenh. Ideoque cognomen* primus Wowerius edidit. Scaliger: *ideoque ad cogn.* Ante legebatur *idque ad cogn.* atque ita Ms. Hinc Colvius vel potius Lipsius, ut ex margine apparet, conjecit *idque adeo c.* Piccart. Peric. Crit. c. 16. *inde adeo.* Rycquius Primit. p. 160. *ideoque id c.* Bourdel. ad Heliod. p. 15. *idque ideo cogn. illis Bubulci ind.* I. Isacius l. III. c. 17. *idque* pro *ideoque* dici contendit sive *et ob id:* ut sæpe 'hoc,' 'illud,' 'quod' ponuntur. Videndum an *ad cognomen* (tot een bijnaam) non sit Latinum satis. *Oud.*—9 Ms. cod. *commutandis.* Colvius. Pro *calidi* Crus. Prob. Crit. p. 260. legi vult *candidi.* Oud.—1 Ms. *ad obeundas prælia.* Colvius.—2 *Est pr. gens ap. il. præstabilis.* Bas. 1. cum aliis, *est pr. genus apud ill. præstabile.* Sed locus hic sic scribitur etiam in margarita Poëtica: 'Est autem quoddam genus hominum præstabile, quos Gymnosophistas vocant.' *Colv.* Flor. *genus a. i. præstabile.* Elmenhorstius. Accedunt Pith. et Edd. ante Colv. qui male e Ms. Lips. mutavit cum seqq. in *gens præstabilis.* Sed alterum bene jam revocavit Scriverius. *Oud.*—3 Coll. Lips. *qui* vel *quæ Gymn.* Vide ad l. XI. Met. *Id.*—4 Vetus, *inoculandas arbores.* Colvius. Codd. Lips. Pith. Edd. ante Bas. sec. *inoculandas arbores,* præter Ed. Junt. post. quæ dat

NOTÆ

in septem hominum genera dividit post Megasthenem Strabo lib. XV. Geogr. quorum primum est, quod hic Apuleius ultimum recenset, τῶν φιλοσόφων, Philosophorum: quos numero paucissimos esse ait: secundum τῶν γεωργῶν, Agricolarum: tertium τῶν ποιμένων καὶ θηρευτῶν, pastorum et venatorum: quartum τῶν ἐργαζομένων τὰς τέχνας καὶ τῶν καπηλικῶν, καὶ οἷς ἀπὸ τοῦ σώματος ἡ ἐργασία, Artificum, Institorum, et corpore victum quærentium: quintum πολεμιστῶν, bellatorum: sextum ἐφόρων, inspectorum: quorum partes sunt, ut quæ aguntur inspiciant, et Regi omnia clam enuntient: septimum τῶν συμβούλων καὶ συνέδρων τοῦ βασιλέως, Consiliariorum et Assessorum Regis.

[c] *Gymnosophistæ vocantur*] Indorum Philosophos dividit idem Strabo post Megasthenem in Brachmanas et Germanas. Sed de his plura vide apud eum lib. XV. supra laudato. Gymnosophistas a Magis fluxisse affirmat Clearchus Solensis, in libro de Disciplina, ut refert Diogenes Laërtius, in Procemio. Gymnosophistæ dicti sunt, quod nudi in solitudinibus Indiæ philosopharentur.

[d] *Inoculandæ arboris*] Inoculare, Columellæ Emplastrari, ἐνοφθαλμίζειν

dendi soli: non illi norunt arvum colere, vel uvam colare,[e] vel equum domare, vel taurum subigere,[5] vel ovem vel capram tondere vel pascere. 3. Quid igitur est? Unum pro his omnibus norunt. Sapientiam percolunt, tam magistri senes, quam discipuli minores.[6] Nec quicquam apud illos æque laudo,[7] quam quod torporem animi et otium oderunt. Igitur ubi, mensa posita, priusquam edulia apponantur, omnes adolescentes ex diversis locis et officiis ad dapem[8] conveniunt, magistri perrogant,[9] quod factum a lucis ortu ad illud diei bonum fecerit.[1] Hic alius se commemorat inter duos arbitrum delectum, sanata simultate, reconciliata

neque inserendæ arboris, neque arandæ terræ: non illi sciunt arare agrum, aut purgare aurum, aut subigere equum, aut domare taurum, aut tondere vel pascere ovem aut capram. Quid sciunt ergo? Unum sciunt loco horum omnium. Dant operam sapientiæ, tam veteres doctores, quam juniores discipuli. Et nihil tam commendo apud eos, quam quod aversantur desidiam mentis et otium. Quando ergo, strata jam mensa, universi juvenes confluunt ad cibum ex variis locis et muniis, antequam dapes admoveantur, Doctores quærunt, quodnam facinus laudabile unusquisque patraverit ab initio diei ad illam usque horam. Hinc unus refert se ascitum judicem inter duos, effecisse eos amicos ex inimicis, placato odio, restituta amicitia,

cum Ms. alio *inculcandæ*. Paris. *incolendæ*. Male. Adi Pyrrhum Stew. Wow. et Lexicon Rusticum Gesneri. *Oud.* Vid. Not. Var.—5 *Subjicere*. Veteris libri scripturam dedi. Vulg. *subigere*. Colvius. *Subigere*. Expressi lectionem Florent. codicis: in vulgatis est, *subjicere*. Elmenhorstius. Ms. Lips. Edd. Colv. Vulc. Scal. Wow. dant *subjicere*: ut Ovid. Met. l. xv. 617. 'depresso subjectis bubus aratro.' In membranis Florentinis est *subgere*, unde et *subdere* quis effingere posset. Severus Endel. de mort. boum vs. 33. 'Plaustris subdideram fortia corpora Lectorum studio quo potui boum.' Verum hæc verba *subjicere*, *subdere* non ita absolute ponuntur: quare omnino retinendum duco *subigere*. Horat. l. II. O. 5. 'nondum subacta ferre jugum valet Cervice.' *Oud.*—6 Vulg. *juniores*. Minores, ut Majores. Supra: 'major meus Socrates:' et alibi. *Colv.* Flor. 2. *juniores*. Elmenhorstius. Recte Colv. cum seqq. e Ms. Lips. *minores*, at Flor. uterque et Edd. priores *juniores*, quod præferebat Piccartus c. 16. sed vide Misc. Obs. vol. v. t. III. p. 111. et me ad N. 2. supra. Ovid. Met. l. VII. 477. 'minorque, quam Telamon, Peleus.' *Oud.*—7 Alii, *penes illos æque*. Verbum *laudo* in solo Romano codice erat. *Colv.* Pith. Edd. ante Colv. *æque pones illos*. Sed et *laudo* abest a Ms. Lips. Edd. Ven. Ald. Juntinis, Bas. *Oud.*—8 Pith. *dapes*. Id.—9 In Margarita Poët. copula additur *et mag. perr.* Colvius. Accedit Pith. *Oud.*—1 Sc. quisque. Frustra *fecerint* oræ libri allevit Ampl. W. Goesius.

NOTÆ

Theophrasto, et emplastratio ipsa ἐνοφθαλμισμός.

[e] *Uvam* [*aurum*] *colare*] Purgare aurum: ...

arenas volvitur, vel quod micatim a magnis illis et vulpium similibus formicis eruitur, quas memorat Herodo-

gratia, purgata suspicione, amicos ex infensis reddidisse: inde alius,[2] sese parentibus quidpiam[3] imperantibus obedisse: et alius, aliquid meditatione sua reperisse,[4] vel alterius demonstratione didicisse. Denique ceteri commemorant. Qui nihil habet afferre,[5] cur prandeat, impransus ad opus foras extruditur.

NUM. VII. Alexandro illi, longe omnium[6] excellentissimo regi, cui ex rebus actis et auctis cognomentum Magno inditum est,[7] ne vir, uti unicam gloriam adeptus, sine laude unquam nominaretur.[8] Nam solus a condito ævo,[9] quantum hominum memoria extat,[1] inexsuperabili imperio orbis auctus, fortuna sua major fuit: successusque ejus amplissimos[2] et provocavit ut strenuus, et æquiparavit ut meritus,

et diluta suspicione: illinc alius refert se morem gessisse parentibus suis jubentibus aliquid: atque alius se invenisse quidpiam sua cogitatione, aut illud comparavisse altero docente. Postremo reliqui referunt quid boni fecerint. Ille qui nihil habet quod secum afferat ad prandendum, impransus expellitur foras ad opus faciendum.

Illi Alexandro, Regi multo præstantissimo omnium, cui cognomen Magni impositum est propter res ab ipso bene gestas et amplificatas, visum est ut ne ipse, qui solus acquisiverat illam laudem, appellaretur unquam absque encomio. Ipse enim unus ab initio temporum, quantum homines meminisse possunt, potitus invincibili dominatione mundi, fuit excellentior sua ipsius Fortuna, arcessivitque maximos ejus eventus ut vir fortis, et æquavit ut dignus, et prætergressus est ut ipsa superior:

Id.—2 Vulg. *itidem alius.* Colvius. Aldus, *itidem alius.* Elmenhorstius. Ante editum *itidem al.* ut est quoque in Pith. Sed Mss. Flor. Lips. Edd. Colv. et seqq. *inde al.* Oud.—3 Ms. *quempiam:* Margarita Poët. *quidpiam.* Colvius. Ms. Lips. cui accedit Pith. *quèpiam,* unde G. Vossius: *f. quæpiam.* Oud.—4 Idem Ms. *repetisse.* Colvius.—5 Etiam non displicet vulgata lectio, *ad offerre.* Colvius. Mss. Becich. Ep. 96. Edd. Junt. post. Colv. &c. *habet adferre;* reliquæ cum Pith. *adofferre.* Forsan, *habeat offerre.* Pro *inpransus* apud Becichemum *impensus.* Oud.—6 *Longe olim.* Flor. *longe omnium.* Elmenhorstius. Et sic quoque Mss. et Edd. vett. At Colv. cum Vulc. Scal. Wow. *olim.* Male. *Oud.*—7 Vulgati plerique, *magnum ind. est:* Ald. *Magni ind. est.* Ceterum post illud, *inditum est,* libens posuerim asteriscum, indicem sententiæ imperfectæ: videtur enim deesse *placuit,* aut simile quid. *Colv.* Becichemus, *Alexandri illius longe omnium excellentissimi regis.* Id. in Addendis. Pith. Edd. Rom. Vic. Junt. pr. Bas. *Magnum.* Ald. Junt. post. &c. *Magni,* ut conjecit Heinsius. Sed *Magno* retinent bene ceteri Mss. quomodo passim loqui solent auctores et ipse Ap. supra N. 6. 'Iis cognomen Bubulcis inditum.' Si quid mutandum mallem *Magnus.* Vide ad Met. lib. II. p. 122. b. et quo ibi lectorem ablego. Sed et *Magnum* retineri posset. Sic enim Piso apud Gell. lib. XV. 29. 'quia Tarquinium nomen esset:' ubi vide. *Oud.*—8 *Ne iste unus eam gl.* Alii, *ne nisi unicam gl.* Elmenhorstius. *Ne nisi . . . unquam.* Vulg. *ne vir. . .* Ms. lib. *nunquam.* Colvius. Scribe: *ne iste unus eam gl. a. u. s. l. nunquam nom.* Wowerius. Vid. Not. Var.—9 Abest præpositio a Mss. Pith. Lips. Edd. Vic. Bas. *Oud.*—1 N. Heins. ad Ovid. mallet *memoriæ restat.* Non assentior. *Id.*—2 Ms. *amplissimo.* Colvius. Item Pith. *Oud.*—3 *Ejus audeat vel*

et superavit ut melior, solusque sine æmulo clarus; adeo ut nemo audeat ejus vel sperare virtutem, vel optare fortunam.[3] Ejus igitur Alexandri multa[4] sublimia facinora, et præclara edita[5] fatigaberis[6] admirando, vel belli ausa, vel domi provisa: quæ omnia aggressus est[7] meus Clemens,[f] eruditissimus et suavissimus[8] poëtarum, pulcherrimo[9] carmine illustrare. 2. Sed cumprimis[1] Alexandri illud præclarum,[2] quod imaginem suam, quo certior posteris[3] proderetur, noluit a multis artificibus vulgo contaminari, sed edixit universo orbi suo, ne quis[4] effigiem regis temere assimilaret[5] ære, colore, cælamine: quippeni solus eam Poly-

estque ipse unus celebris absque invido: ita ut nullus audeat aut sperare ejus fortitudinem, aut cupere ejus sortem. Lassaberis ergo mirando plurima excelsa facinora, et inclyta gesta illius Alexandri, sive ea quæ aggressus est militiæ, sive ea, quæ prudenter constituit domi. Quæ universa Clemens amicus meus doctissimus et jucundissimus poëtarum adortus est celebrare egregio poëmate. At hoc factum Alexandri est maxime insigne, quod noluerit inquinari suam effigiem passim a plurimis opificibus, ut verior relinqueretur posteritati, verum vetuit per totum suum Imperium, ne quis temere effingeret imaginem Regis sive ære, sive pictura, sive cælatura: sed solus

sperare virt. vel opt. Fort. Sic correcte Basileæ postremo editum. Ms. *ejus audeat virtutum, vel sp. fort. vel opt.* Veteres editiones, *audeat virtute ejus vel sperare fortunam vel optare.* Colvius. *Virtute ejus vel sp. fort. vel opt.* Redigo in ordinem quæ nimium dissipata sunt: *adeo ut nemo audeat virtutem ejus vel sp. vel fort. opt.* Alexandro Magno data ista laus: sed cum a Q. Curtio Rufo simile omnino ἐγκώμιον eidem tributum viderim, verba ascribere placuit. 'Fatendum est tamen, cum plurimum virtuti debuerit, plus debuisse fortunæ, quam solus omnium mortalium in potestate habuit.' Scribo, *in potestatem habuit*: qua de re alias. Quod autem ad istum felicitatis titulum, memoriæ proditum a Solino Polyhistore cap. 7. suo ævo necdum repertum fuisse, qui felix censeri jure debuisset. *Stewech.* Colvii &c. lectionem servant etiam Mss. Florent. Becich. Ep. 96. Ed. Junt. post. Bas. sec. Sed Ms. Fulv. *nemo aud. ejus virtutem vel sp., fort. vel adoptare.* Propius ordini, quem servant Mss. Lips. Pith. atque Edd. reliquæ (nisi quod habeant *virtute*), legit Stewechius. *Ut* abest a Pith. *Oud.*—4 Ms. *multi.* Colvius.—5 *Edicta* lego, propter illud antitheton, 'domi provisa,' et post paulo, 'sed edixit universo orbi.' Unde Plin. lib. VII. capite 37. Horat. lib. II. Epist. I. *Brant.* Non male. *Oud.*—6 Edd. Vic. Junt. pr. Bas. *fatigaveris.* Id.—7 Verbum *est* deest vulgo. *Colv.*—8 *Et suavissimus.* Abest a coll. Voss. *Oud.*—9 Edd. Vic. Junt. utr. Ald. Bas. pr. *pulcherrime.* Id.—1 Quidam *imprimis.* Colvius.—2 Ms. Pith. Edd. Vic. Junt. pr. Ald. Bas. pr. *illud pr. Al.* Oud.—3 Pith. *ceteris.* Id.—4 *Ne qui.* Sic Edd. Roman. Vic. Junt. pr. Bas. pr. cum Heinsio. Vere. Vulgo *ne quis*, sed mox 'ne qui imaginem ejus temere assimilaret.' Sic passim, 'si qui.' *Id.*—5 Vulgo *assimularet.* Elmenhorstius. Edd.

NOTÆ

[f] *Meus Clemens*] Ignoratur ille Clemens: neque carminis illius de Alexandro Magno, neque Poëtæ ulla nisi hic mentio est.

cletus[6] ære duceret,[g] solus Apelles coloribus delinearet,[7] solus Pyrgoteles cælamine excuderet.[8] Præter hos tres, multo nobilissimos in suis artificiis, si quis uspiam reperiretur alius sanctissimæ[9] imagini regis manus admolitus, haud secus in eum, quam in sacrilegum, vindicaturus.[1] Eo igitur omnium metu factum, solus[2] Alexander ut ubique imaginum[h] suus esset:[i] utque[3] omnibus statuis, et tabulis, et

Polycletus eam funderet ex ære, solus Apelles eam depingeret coloribus, et solus Pyrgoteles exprimeret cælatura. Professus, si quispiam alicubi deprehenderetur admovisse manus sacrosanctæ effigiei Regis, præter illos tres longe præstantissimos in suis opificiis, se animadversurum in eum non aliter, quam in sacrilegum. Hoc ergo timore incusso omnibus, effectum est, ut solus Alexander præstantissimus esset in omnibus suis simulacris: atque eadem virtus fortissimi Ducis, eadem indoles

Colv. aliæque male, ut et mox, *assimularet*. Oud.—6 *Quin sæpe.* Scriptus codex *ipse*. Colvius. Rescribe ex v. c. *ipse solus:* quod et Becichemus vult. *Id. in Omiss.* Locus haud dubie mendosus, quem sic conatur emendare Fulvius: *quin se solus Polycl. &c.* Mihi vox *sæpe* videtur inducenda: quæ fortassis ab indocto aliquo in ora posita fuerit, ut notaret vocem *solus* sæpe hic repeti. *Sciopp. in Symb.*—7 *Delinearet.* Abest Ms. Lips. Edd. primæ *delimaret.* Al: *deliniaret.* Oud.—8 Alii, *excluderet.*—9 *Sanctissimi.* Repone ex Ms. cod. *sanctissimæ.* Colvius. Tacite Colvio obsecutus est Floridus, atque ita quoque Pith. *Oud.*—1 Pith. Lips. Edd. Rom. Vic. Junt. pr. Bas. *vindicaturum:* unde rectius Heinsius *vindicatum iri* divinavit. Alibi simili modo peccatum supra vidimus. *Id.*—2 *Summus esset.* 'Summus,' hoc est, excellentissimus, artificiosissimus: quamvis Fulvius malit: *unus esset.* Scioppius in Symbola. Fulvius, *unus esset.* Flor. 2. *simus e.* Male. *Elmenh. Summus,* i. e. excellentissimus, artificiosissimus, ut exponit Scioppius. Verum in Ms. Bembi extat *imaginis simus*, et *imaginum simus* in utroque Florentino, in Edd. Ald. Junt. post. *sumus.* Unde Ursinus maluit *unus.* Manganus vero tuetur lectionem Bemb. junctim *imaginissimus, εἰκονικώτατος*, probante Contareno, qui tamen etiam conjecit *imaginis simillimus*, atque ita fere N. Heinsius *imaginum sui simillimus*, et simpliciter Floridus *im. similis*, quomodo etiam ad marginem Ald. ed. conjecit Groslotius. Perperam. Verissima enim est emendatio, quæ mihi statim ad lectionem τοῦ *simus* subnata est, quam insuper habet Heinsius, sed quam diu ante ad Met. I. p. 59. occupavit Pricæus, *suus*, i. e. se plane referens, et ubique *idem*, quod subjungit, atque sic etiam legit Is.

NOTÆ

[g] *Solus eam Polycletus ære duceret*] Memoria lapsus est hic Apuleius, et Polycletum pro Lysippo dixit. Sic enim Plin. lib. VII. cap. 37. 'Alexander Imperator edixit, ne quis ipsum alius quam Apelles pingeret, quam Pyrgoteles sculperet, quam Lysippus ex ære duceret.' Horatius, Epistolarum lib. II. Epist. I. 'Edicto vetuit, ne quis se, præter Apellem, Pingeret: aut alius Lysippo duceret æra Fortis Alexandri vultum simulantia.'

[h] *Ubique imaginum*] In omnibus imaginibus: qua forma dicitur 'ubique gentium,' pro apud omnes gentes.

[i] *Suus [summus] esset*] Fulvius habet *unus esset*, aperto et optimo sensu. Florent. codex, *simus esset*, corrupte:

toreumatis [4] idem vigor acerrimi bellatoris, idem ingenium [5] maximi herois,[6] eadem forma [7] viridis juventæ, eadem gratia relicinæ frontis [8] [k] cerneretur. Quod [9] utinam pari exemplo philosophiæ edictum [1] valeret, ne qui [2] imaginem ejus [l] temere assimilaret: uti [3] pauci boni artifices, iidem [4] probe eruditi, omnifariam [5] sapientiæ studium contemplarent;[6] nec rudes, sordidi, imperiti, pallio tenus philosophos imitaren-

summi herois, eadem pulchritudo virentis juventutis, eadem venustas frontis capillis retro rejectis apertæ aspiceretur in omnibus ejus signis, tabellis, et cœlaminibus. Atque utinam decretum Philosophiæ simili exemplo vigeret, ne ullus temere formaret ejus effigiem; ut pauci egregii opifices, et optime edocti, considerarent omnibus modis studium Philosophiæ: neve tirones, squalidi, ignari, referrent pallio Philo-

---

Toussaintius in Conject. ad Lactant. de Mort. Persec. per Is. Cahai editis. Vide præter alios de hac eleganti locutione Gronov. Obs. lib. I. c. 11. Ovid. Met. XIV. 166. 'Jam non hirsutus amictu Jam suus.' Burman. conjecit *primus*, addens has voces ita commutari apud Virg. Æn. lib. X. 476. Ovid. II. Fast. 594. 'Ubique imaginis,' quod est in Cod. Bemb. tueri possemus e lib. I. Met. p. 63. Pric. *ubique itineris*, sed ibi Pricæus malebat ex h. l. *itinerum*. Oud.—3 *Utique*. Corrige hic etiam, *utque*, suadente eodem cod. *Colv.* Pith. et Edd. ante Colv. *utique*, pro, saltem. *Oud.*—4 Edd. Vic. Junt. pr. Bas. *toreumati*, item Ms. Pith. cui deest *et*. Id.—5 In Ms. Florent. recent. a manu sec. *genium*. Id.—6 *Maximi honoris*. Num, *maximi herois?* Colvius. Ita quoque conj. Heinsius d. l. et jam editum est a Florido. Mss. et Edd. *honoris*. Cur non *hominis?* Oud.—7 Pith. *fortuna*. Id.—8 Vid. Not. Var.—9 Pith. *quo*. Oud.—1 Vulg. *dictum*. Præcedentia scriptam lectionem, quam expressimus, veram convincunt. *Colv.* Sic quoque Becichem. ep. 96. Mss. et Edd. Junt. post. et Colvio posteriores. Antea in reliquis vitiose *phine dictum*. Non damno equidem penitus τὸ *dictum*. Passim enim 'dicere' idem notat, quod 'edicere:' ut in illo, 'tibi dico.' *Oud.*—2 Male Edd. Ald. Junt. post. *ne quis*. Id.—3 D'Orleans ad Tacit. Ann. I. p. 167. *et ut*. Lips. Cod. mox *boni pauci*. Id.—4 Pith. *id est*, uti conj. quoque Salmas. in margine libri sui. *Id.*—5 Ed. Scriv. *omnifarium*. Id.—6 Vulg. *contemplarentur*.—7 Video, quid

NOTÆ

fortasse reponendum, *similis esset*.

[k] *Gratia relicinæ frontis*] Superius tamen quasi vitium comæ posuit, quod esset relicina, 'laudans sese, quod erat et coma relicinus, et barba squalidus,' &c. de Marsya Satyro loquens: quem locum vide. At relicinæ frontis potest fuisse aliqua venustas, quæ non fuerit relicinæ comæ. Non video quid per 'relicinam frontem' intelligat, nisi amplam et apertam, qualis videtur, cum capilli retrorsum retrahuntur: sive, ut ipse loquitur, sunt relicini. Et revera talis cernitur in Alexandri Magni numismatis.

[l] *Quod utinam pari exemplo p. ed. val. ne qui imaginem ejus, &c.*] Musonius, referente Herode Attico apud Gell. lib. IX. cap. 2. 'sed hoc potius dolori mihi et ægritudini est, quod istiusmodi animalia spurca atque probra nomen usurpant sanctissimum, et Philosophi appellantur,' &c. Vide reliquum illud caput. Observa hic in textu: 'ne qui imaginem ejus,' &c. pro, ne quis imaginem, &c.

tur,[m] et disciplinam regalem,[7] tam ad bene dicendum, quam ad bene vivendum repertam, male dicendo et similiter [8] vivendo contaminarent. Quod utrumque scilicet perfacile est. 3. Quæ enim facilior res,[9] quam linguæ rabies, et vilitas[1] morum; altera ex aliorum contemtu, altera [2] ex sui? Nam viliter semetipsum colere, sui contemtus est: barbare alios insectari,[3] audientium contumelia est. An non [4] summam contumeliam vobis [5] imponit, qui vos arbitratur maledictis optimi cujusque gaudere,[6] qui vos existimat mala et vitiosa verba non intelligere; aut, si intelligatis,[7] boni consulere? Quis ex rupiconibus,[8] [n] bajulis,[9] tabernariis [o]

sophos: et corrumperent regiam scientiam inventam et ad recte loquendum, et ad recte vivendum, prave loquendo, et pariter vivendo. Quæ ambo nimirum sunt facillima. Nam quid est facilius quam furor linguæ, et turpitudo vitæ; quorum alterum oritur ex spretu aliorum, alterum ex spretu sui ipsius? Nam excolere se ipsum abjecte, est aspernatio sui ipsius: persequi alios dictis ferociter, est dedecus auditorum. Nonne ille vobis infert maximum dedecus, qui credit vos delectari obtrectationibus omnium probissimorum, qui putat vos non capere verba maligna et prava, vel, si ea capiatis, non graviter ferre? Quis ex rusticis, bajulis, et institoribus est adeo infans, ut, si vo-

sibi velint ista, sed possit quis suspicari legendum: *disciplinæ regulam:* quanquam nihil muto. *Sciopp. in Symb.* Alii, *disciplinæ regulam.* Elmenhorstius. Hoc tacite in textum intrusit Wower. Omnino male. Philosophia ab ethnicis habita est disciplinarum Regina. Sic 'regia prudentia' dixit Noster de Phil. Mor. p. 625. Flor. *βασιλική. Oud.*—8 *Simulter* malim. *Brant.* Inepte. *Oud.*—9 Addidere Elmenh. Scriv. Flor. *τὸ est,* quomodo video extare in uno Florent. Sed elegantius subintelligitur, quare cum Mss. ceteris et Edd. rursus delevi. *Id.*—1 Lips. *tab. et vilitas.* Id.—2 *Alter ex al. c. alter.* Margarita Poëtica duobus locis hic legit, *altera,* pro *alter.* Colvius. Ms. utrobique legit: *altera,* rectissime. *Scioppius in Symbola.* Florent. *alterum e. a. c. alterum.* Elmenhorstius. Scribe ex Fulv. *altera.* Wowerius. Vid. Not. Var.—3 Fulvius mavult: *rabide alios.* Scioppius in Symbola. Idem Cod. *rabide.* Wowerius. Errat Wower. E conj. tantum Ursinus hic maluit *rabide,* ut respondeat 'rabiei,' quemadmodum 'viliter' respondet 'vilitati.' Audacter tamen sic edidit Wower. atque ita quoque W. Goesius margini allevit, vel pro *rabies* supra, *barbaries.* Perperam. *Oud.*—4 Mss. Flor. Lips. *at non.* Id.—5 Lips. *nobis.* Id.—6 *Qui vos arbitr. maledictis o. c. g.* Hæc omissa sunt in veteri codice scripto. *Colv.*—7 Ed. Junt. post. per *e.* Oud.—8 Ms. *rupicoribus.* Colvius.—9 Pith. Ed. Vicent. *bajolis.* Oud.—1 Sic vetus cod. Vulg.

NOTÆ

[m] *Pallio tenus philosophos imitarentur*] Quemadmodum ille apud Gellium, lib. IX. cap. 2. supra laudato, cui Herodes Atticus miranti, quod se Philosophum primo statim aspectu non agnosceret, 'Video,' inquit, 'barbam et pallium. Philosophum non video.' Pallium Philosophorum fuisse amictum, notius, quam ut probandum sit.

[n] *Quis ex rupiconibus*] 'Rupicones' hic Apuleius vocat, quos Festus 'ru-

tam infans est, ut, si pallium accipere velit, disertius maledicat? [1] [p]

NUM. VIII. Hic enim plus sibi [2] debet, quam dignitati: [q] quanquam nec hæc [3] illi sit cum aliis promiscua. Nam ex innumeris hominibus pauci senatores,[4] ex senatoribus pauci nobiles genere,[r] et ex his consularibus pauci boni,[5]

luerit capere pallium, non obtrectet eloquentius?

Nam hic plura tibi debet quam suæ dignitati: quamvis ea non sit ipsi communis cum aliis. Ex infinitis enim hominibus, pauci sunt Senatores, inter Senatores pauci sunt clari stirpe sua, atque inter illos viros Consulares pauci sunt probi, atque

disertis: quod jam malim. Paulo post pro *tibi* scripserim *sibi*. Colvius. Fulv. *quin si p. disertis m.* Elmenh. *Ut si p. acc. v. disertius non maledicat.* Hæc sic tacitus concepit Wowerius, quem non nominans ita quoque edidit Floridus. Mss. et Edd. Colvii ceteræque posteriores *disertius maledicat.* Edd. priores *disertis maledicat.* Ursinus legit *quin, si, &c. disertis maledicat.* Hæc certe Apuleii mens est. *Disertis* quoque prætulit Colv. *Oud.*—2 Colvius ad N. sup. extr. *sibi*, et eo non nominato Floridus: quod et ego malim. *Id.*—3 Τὸ *hæc* abest a vet. cod. *Colv.*—4 Ed. Flor. *p. sunt sen.* cui bono? *Oud.*—5 *Ex sen. p. nob. g. et ex hic consularibus.* Vereor ut gradus hic scalæ sui adsint omnes. Fulvius certe nonnullos intercidisse, eosque sic reponendos esse putat: *pauci nobiles genere, ex nobilibus pauci consules, et ex his consularibus pauci boni.* Sed est causa cur non temere assentiar. *Scioppius in Symbola.* Fulvius ex ingenio auget: *e. s. p. n. ex nobilibus pauci consules, et ex his.* Elmenhorstius. A. Gronovius in Misc. Obs. vol. v. t. III. p. 112. *nob.*

NOTÆ

pices,' in verbo 'Petrones.' 'Petrones,' inquit, 'rustici fero dicuntur, propter vetustatem, et quod deterrima quæque ac prærupta .... Jam agri petræ vocantur, ut rupices itidem....' facile est supplere, *a rupibus.* Sed et apud Tertullianum pluribus in locis hoc vocabulum legere est: in De Pallio: 'Ille apud rupicem et sylvicolam et monstrorum eruditorem scrupea schola eruditus:' in Apologet. cap. 21. 'rupices et adhuc feri homines.'

[o] *Tabernariis*] Hinc 'tabernariæ blanditiæ,' id est, absurdæ, triviales, sordidæ. In Apologia, 'cur autem tam absurdis, tamque tabernariis blanditils subagitarem,' &c.

[p] *Disertius maledicat*] Sive legas *disertius* (quod magis mihi probatur) sive *disertis*, certe supplendum est τὸ *non*, quod incuria Librariorum excidit, legendumque *ut, si pallium accipere velit, disertius non maledicat?* Nempe, quam illi palliati nebulones, qui se Philosophos immerito jactitant, nec quicquam possunt nisi meliores carpere.

[q] *Hic enim plus sibi* [*tibi*] *debet, quam dignitati*] Quem alloquatur, et de quo loquatur intelligere per fragmenti hujus brevitatem non licet. Hoc unum satis patet ex sequentibus, eum, de quo loquitur, Senatorem esse Patricii generis, Consularem virum, probum et eruditum. Clarior tamen videbitur sensus, si loco *hic enim plus tibi debet*, legatur *hic enim plus sibi debet*, hoc est, suis ipsius virtutibus.

[r] *Ex senatoribus pauci nobiles genere*] Permulti enim e plebeiis familiis erant assumti.

et adhuc ex[6] bonis pauci eruditi. Sed, ut loquar de solo honore,[7] non licet insignia ejus vestitu vel calceatu[8] temere usurpare.[s]

NUM. IX. Si qui[9] forte in hoc pulcherrimo cœtu ex illis invisoribus[1] meis malignus sedet; quoniam, ut[2] in magna civitate, hoc quoque genus invenitur, qui meliores obtrectare malint,[3] quam imitari, et quorum similitudinem desperent,[4 t] eorum affectent[5] simultatem: scilicet ut, qui suo nomine obscuri sunt, meo[6] innotescant: si qui igitur ex illis[7] livedinis[8 u] splendidissimo huic auditorio[9] velut quædam macula sese[1] immiscuit; velim, velim[2] paulisper suos oculos per hunc incredibilem concessum[3] circumferat: con-

etiam inter probos pauci docti sunt. Verum, ut dicam de sola ejus dignitate, non est fas temere sumere ipsius notas sive in vestimentis, sive in calceamentis.

Si forte aliquis malignus, ex illis meis invidis, sedet in hac præclarissima corona; quia in ampla urbe reperitur etiam hæc species hominum, qui malint male loqui de præstantioribus se, quam eos æmulari: et qui studeant odisse illos, quibus non sperent se evasuros pares: nempe ut ipsi, qui non sunt cogniti suo nomine, noscantur meo: si ergo quispiam ex iis libitinariis permiscuit se huic illustrissimo cœtui quasi quædam macula; cupiam ut circumducat tantisper oculos per hanc stupendam

g. *et ex his pauci consulares et ex cons.* Cur non potius? *nob. g., ex nobilibus pauci consulares, ex cons.* Oud.—6 Deest τὸ *ex* Pith. *Id.*—7 Fulvius conjicit legendum *de sapientiæ honore.* Scioppius in Symbola. Si quid in tam incertis fragmentis mutandum, malim *solido*, i. e. veræ virtutis honore. V. Ind. Not. v. 'solidus.' W. Goesius ascripsit *heroë.* Oud.—8 Edd. aliquot *calciatu.* Id. —9 Al. *Si quis.*—1 Ed. Bas. pr. *et il. inv.* Oud.—2 Vulgo deest *ut.*—3 Pith. *obtract.* Lips. *malunt.* Oud.—4 Ed. Elmenh. *desperem.* Id.—5 Edd. Colvio priores et Scriv. *eorumdem* cum Pith. et Sch. Canneg. Pro *affectent* Pith. *afferte.* Id.—6 *Uti qui s. n. o. s. meo.* Ms. *ut qui suo no. obsc. s. me.* Colvius. Edd. Scriv. Flor. *ut qui.* Oud.—7 Abest *ex* a Bas. pr. *Id.*—8 Vid. Not. Var. —9 Ed. Ald. *adjutorio.* Oud.—1 Pith. Lips. Sch. Canneg. Ed. Vicent. *se.* Id.—2 Coll. Voss. *velim in.* Pith. *vel et.* Scilicet optime Sch. Canneg. Edd. Vicent. et Scriver. habent per ἐπίζευξιν *velim, velim:* ut sæpissime Noster. Vide ad Met. lib. 1. pag. 30. b. *Id.*—3 Ed. Scriv. male *concessum.* Id.

NOTÆ

[s] *Non licet insignia ejus vestitu vel calceatu temere usurpare*] Nempe latum clavum, et lunulatos calceos; hæc enim insignia erant Senatorum.

[t] *Quorum similitudinem desperent, eorum affectent simultatem*] Paronomasia.

[u] *Ex illis livedinis* [*libitinis*] Fulvii liber, teste Wowero, habet *lividis*, hoc est, *invidis*, optime. Quod si tamen eadem moti religione, qua Wowerus, nihil mutare velimus, 'libitinas' per metonymiam et metaphoram dictos intelligere debemus obtrectatores illos et invidos, qui ad libitinariorum, libitinæ ministrorum, exemplum alienam mortem expetunt, quasi quæstum facturi ex ea.

templatusque frequentiam tantam, quanta ante me in auditorio philosophi nunquam visitata[4] est, reputet cum animo[5] suo, quantum periculum conservandæ existimationis hic adeat, qui contemni non consuevit; cum sit arduum et oppido difficile, vel modicæ paucorum expectationi satisfacere: præsertim mihi, cui et ante parta existimatio, et vestra de me benigna præsumtio, nihil quicquam sinit negligenter[6] ac[7] de summo pectore[w] hiscere. Quis enim vestrum unum mihi[8] solœcismum ignoverit?[9] quis vel unam[1] syllabam barbare pronuntiatam donaverit?[2] quis incondita et vitiosa verba temere, quasi delirantibus oborientia, permiserit blatterare? Quæ[3] tamen aliis facile, et sane meritissimo[4] ignoscitis. 2. Meum vero unumquodque dictum acriter examinatis, sedulo pensiculatis,[5] ad limam et lineam certam redigitis, cum torno et cothurno

turbam auditorum, et considerata tanta multitudine, quanta nunquam conspecta est in auditorio Philosophi ante me, recogitet apud se, quantum discrimen tuendæ famæ hic subeat, etiam qui non solitus est sperni; cum sit arduum et summopere difficile, explere vel mediocrem expectationem paucorum: præcipue mihi, cui et fama jam acquisita, et bona opinio, quam de me præconcepistis, nihil prorsus permittit effutire per incuriam, atque ex suprema parte pectoris. Nam quis ex vobis mihi condonaverit vel unum solœcismum? quis remiserit saltem unam syllabam prolatam rustice? quis siverit pronuntiare voces incultas ac corruptas, quæ temere in buccam veniunt, veluti delirantibus? Quæ nihilominus libenter condonatis aliis, et jure quidem. At vero perpenditis severe, diligenter pensitatis, et reducitis ad certam limam et regulam singula mea verba, atque denuo confertis ea cum torno et cothurno. Humilitas

—4 Ed. Junt. post. et aliæ *usitata*, sed male. Vide super hoc loco Dousam Plaut. Lect. lib. IV. cap. 25. *Id.*—5 Ms. *òmi animo*. Colvius. —6 *Nihil non q. s. neglegenter.* Vulg. *diligenter.* Colvius. Sch. Canneg. Edd. ante Colv. *nihil non quicquam s. diligenter.* In Colvii lectione me sensum non percipere fateor. Hinc *non* ejecere Scriv. et Florid. Sed Edd. Vulc. Scal. Wower. Elmenh. dant, ut in Mss. esse videtur, *nihil ne quicquam s. neglegenter.* [At Wower. illud *nequicquam* inter typothetarum σφάλματα retulit, proque eo correxit *quicquam.* J. Bosscha.] W. Goesius allevit margini: *nihil quicquam s. indiligenter.* Oud.—7 *Aut*, melius. *Brant.*—8 Lips. Ed. Junt. post. *mihi unum.* Oud.—9 Non habet Ms. et potest abesse. *Colv.* —1 Inculcavit hic rursus Floridus *mihi* post τὸ *quis* contra Mss. et Edd. *Oud.*—2 Coll. Voss. et alia Lips. *donavit.* Id.—3 Sch. Canneg. *qua.*—4 Ms. cod. *inertissimo.* Colvius.—5 Romani codicis scriptura *presensiculatis.* Ex quo scribi posse videbatur, *perpendiculatis.* Colvius. Male. Infra N. 23. 'scripta

NOTÆ

[w] *De summo pectore*] Hoc est, leviter, et absque profunda meditatione. Opponitur τῷ 'imo pectore.'

[x] *Cum torno et cothurno iterum comparatis*] Id est, vultis ut politum sit, quasi torno elaboratum esset, et præ-

iterum comparatis.[6] [x] Tantum habet vilitas[7] excusationis, quantum [8] dignitas difficultatis. Agnosco igitur difficultatem meam, nec deprecor, quin sic existimetis. Nec tamen[9] vos parva quædam et prava similitudo falsos animi habeat:[y] quoniam quædam, ut sæpe dixi, palliata mendicabula [z] obambulant. Præco cum proconsule [1] et ipse [2] tribunal ascendit,[a] et ipse togatus illic videtur; [b] et quidem perdiu stat,[3] aut ambulat, aut plerumque contentissime[4] clamitat: enimvero ipse proconsul[5] moderata voce rarenter, et sedens loquitur, et plerumque de tabella legit.[c] Quippe præconis vox garrula, ministerium est; procon-

tam est excusabilis, quam sublimitas est ardua. Perspicio ergo difficultatem mei incepti: neque vos oro ut secus reputetis. Nihilominus exigua quædam et prava similitudo non debet vos decipere: quia, ut frequenter monui, quidam mendici incedunt cum palliis. Ipse Præco conscendit tribunal una cum Proconsule, et ipse conspicitur quoque ibi in toga; et certe diu stat vel incedit, vel sæpissime clamat maximo nisu: at ipse Proconsul loquitur voce temperata, raro, et ex sella, et sæpius pronuntiat ex tabella. Etenim vox garrula Præconis est officium ejus ministerii. Tabula vero Proconsulis est decretum: quod, cum semel pronuntiatum est, neque

enim pensiculatis et examinatis.' *Oud.*—6 Vid. N. Var.—7 Bas. 2. *utilitas.* Colvius. Flor. 2. *t. h. utilitas, quantum dignitas.* Elmenhorstius.—8 *Quantum* non agnoscunt Flor. membranæ. *Elmenh.* Nec male. *Oud.*—9 Ms. cod. *nec tam.* Colvius.—1 Ms. *proconsul.* Colvius. Pith. *proceres.* Oud.—2 Pith. *et ipsa.* Id.—3 *Perdius* legerim. *Brantius.* Ita quoque legi voluit Pricæus ad Met. lib. XI. Sed *perdiu* valet, valde diu. Non enim per diem totum præco perstat. Sic 'permaxime' lib. X. de quo vide Falst. Supplem. Ling. Lat. *Oud.*—4 Ms. *contemtissime.* Colvius.—5 Idem, *proceres ipse.* Id.

NOTÆ

terea, ut sit grave, sententiosum, ac dignum cothurno, hoc est, tragœdia.

[y] *Nec tamen vos parva quædam et pr. sim. f. a. habeat*] Cum nempe videbitis philosophastrum quempiam, mihi pallio tenus similem, vestrum hunc suggestum conscendere, et multa, ac me plura, voce etiam contentiore, ac summa cum impudentia deblaterare.

[z] *Palliata mendicabula*] Barba tenus et pallio Philosophi.

[a] *Præco cum proconsule et ipse tribunal ascendit*] Ut reos et accusatores ac testes citet, quod ejus munus erat.

[b] *Et ipse togatus illic videtur*] Nec mirum. Præcones enim a Consulibus legebantur ex civibus Romanis, quibus omnibus jus erat togæ.

[c] *Et plerumque de tabella legit*] Innuit morem antiquum, quo Judices de tabella sententiam pronuntiabant in noxios. Pontianus Diaconus, in Vita Cypriani: 'His dictis decretum ex tabella recitavit, Thassium Cyprianum gladio animadverti placet. Sanctus Cyprianus hæc audiens dixit: Gratias ago Deo,' &c. Tertull. in Apologetico: 'Quid de tabella recitatis illum Christianum? Cur non et homicidam.'

sulis autem tabella, sententia est: quæ semel lecta, neque augeri litera una, neque autem minui [6] potest: sed utcumque recitata est, ita provinciæ [7] instrumento refertur. Patior et ipse in meis studiis aliquam, pro meo captu, similitudinem. Nam quodcumque ad vos protuli,[8] exceptum illico et lectum est: nec revocare illud, nec autem mutare,[9] nec emendare mihi inde quicquam licet. Quo major religio dicendi habenda est: [1] et quidem non in uno genere studiorum. Plura enim mea extant in Camœnis, quam Hippiæ in opificiis, opera.[2] Quid [3] istud sit, animo [4] attendatis: diligentius, et accuratius disputabo.[5]

potest produci vel una litera, neque vero contrahi: sed quomodocumque est pronuntiatum, sic inseritur tabulario Provinciæ. Ego quoque pro meo modulo experior aliquid simile in meis exercitationibus. Quicquid enim pronuntiavi coram vobis, statim excipitur et recitatur: nec jam possum illud retractare, neque vero immutare, neque etiam corrigere quidpiam ex eo. Quo fit ut scrupulosior debeam esse in dicendo: atque id quidem non in una tantum specie studiorum. Nam plura existunt mea opera in Musis, quam Hippiæ in artificiis. Advertite studiosius animum: et ego edisseram diligentius quid hoc sit.

—6 Ed. Wower. *aut imminui.* D'Orleans ad Tacit. lib. XII. Ann. p. 643. conjecit *authentico,* quod Græci vocant ἀρχέτυπον. *Oud.*—7 Scriptum exemplar, *provinciis.* Colvius.—8 Ms. Fulv. Edd. ante Colv. *protuli ad vos.* Oud.—9 *Nec ante mutare.* Lego, *nec demutare.* Brantius. Malim scribere *nec autem mutare.* Colvius. Sic supra 'neque autem minui:' conjecturam Colvii, vel potius Lipsii, tacite recepit Wower. atque ita videtur esse in Mss. Florent. Priores Edd. et Pith. habent *nec ante,* Ms. Lips. *ne ante.* Salmas. conj. *neque autem.* Stewech. voluit *nec inde:* nam statim 'inde quicquam,' sed τὸ *inde* non comparebat in Pith. et Edd. vett. præter Junt. post. Bas. sec. Vulcanius conj. quoque *nec immutare.* Oud.—1 Pro *habenda est* Lips. *est hab.* Id.—2 Vel *opificis,* vel *opera* legendum videtur. *Sciopp. in Symb.* Flor. *operibus,* male. *Elmenh.* *Opificis* f. quod et Scioppio placitum postea comperi. *Brant.* Hoc rursus Wowerio debetur, ut divinavit etiam Scioppius, vel *opificis* cum Brantio. Sed Mss. O. et Edd. vett. servant *opificiis operibus.* Vulcanius delendum censebat *opificiis.* At si alterutra vox glossema est, videtur esse potius *operibus,* quod censebat Wower. ad Petron. c. 91. Alii adjectivum hic rectius esse censent. Posset et scribi *opificii,* sive manuum. *Oud.*—3 Pith. *quod.* Id.—4 Coll. Lips. *si animo.* Id.—5 Pith. *disputando.* Id.

APULEII MADAURENSIS

FLORIDA.

LIBER II.

Is[1] Hispias e numero Sophistarum est, artium multitudine prior omnibus, eloquentia nulli secundus: ætas illi cum Socrate:[a] patria Elis:[b] genus ignoratur:[2] gloria vero magna, fortuna modica: sed ingenium nobile, memoria excellens,

Hippias ille est unus ex Sophistis, superior omnibus numero artium, quas callebat, nemini cedens facundia: æqualis fuit Socratis: oriundus ex Elide; nescitur ejus prosapia. Fama ejus fuit ingens, opes exiguæ: at ingenium præclarum, et memoria præstans: studuit diversis rebus, et habuit plurimos invi-

1 Sic Wower. cum sequentibus. At Colv. Vulc. Scal. habent cum Mss. *et:* Edd. priores *ut.* Forte *hic.* Wowerius ad Petron. c. 91. omnino delet hanc voculam. *Oud.*—2 *Patria vel genus ign.* Scriptus codex, *patriæ genus.* Forte potius, *patris genus:* nam patriam ejus non ignorari, aperte arguit Cicero, cum Eleum dicit: cujus locum jam jam dabo. Certe si vulgata lectio germana est; parum caute scripsisse Auctor noster censeri debet. *Colv.* *Patria Ælis.* Sic postliminio ex Florent. Ms. in quo erat *patrielis* bono Sophistæ patriam redonavi: in vulgatis inepte legitur *patria vel genus.* Elmenhorstius. Pass. *Eleus.* Cic. l. III. de Orat. f. *Velius.* Groslotius. *Patria Elis,* verissima est correctio Antonii Quærengi apud Vincent. Contar. l. I. V. L. c. 30. quam non sibi arripere debuerat Elmenhorstius, licet adjutus a Ms. Florent. Jam docuit Colvius, Hippiam Elide fuisse natum e Cicerone. Adde Quintil. l. III. Inst. Or. c. 1. 'Hippias Eleus,' ubi vide. G. Vossius maluit *patrium genus.* Mss. Lips. Pith. *patriæ genus.* Hinc sine dubio tacite

NOTÆ

a *Ætas illi cum Socrate*] Floruit enim circa Olympiadem 84. et Socrates natus anno 4. Olympiadis 77. obiit anno 1. Olympiadis 95.

b *Patria Elis*] Sic bene restituit Elmenhorstius ex Ms. Florent. in quo erat corrupte *Patrielis.* Eleum fuisse Hippiam patet ex loco Ciceronis mox citando.

studia varia, æmuli multi. Venit Hippias iste[c] quondam certamine Olympio Pisam,[d] non minus cultu visendus, quam elaboratu mirandus. Omnia, secum quæ habebat, nihil eorum emerat,[3] sed suis sibi manibus confecerat: et indumenta, quibus indutus, et calceamenta, quibus erat inductus,[4] et gestamina,[e] quibus erat conspicuus.[5] Habebat indutui ad corpus tunicam interulam tenuissimo textu, triplici licio,[f] purpura duplici:[g] ipse eam sibi solus domi tex-

dentes. Hic Hippias venit olim Pisam ad ludos Olympicos, non minus conspiciendus suo ornatu, quam admirandus quod illum ornatum ipse fabricasset. Nihil comparaverat ex iis omnibus, quæ habebat secum, sed ea fabricaverat suis propriis manibus, tum vestes, quibus vestitus erat, tum calceos, quibus erat calceatus, tum etiam gestamenta, quibus insignis erat. Habebat ad vestiendum corpus interiorem tunicam textu subtilissimo, filo triplici, ostro duplici: ipse

Wower. edidit *patria et genus.* Falsissimo. *Oud.*—3 Pro *emerat* Pith. *memorat.* Id.—4 Hæc postremæ editionis lectio. Veteres, *quib. er. insutus.* Colvius. Becichemus, *indutus.* Id. in Addendis. Aldus, *Insutus.* Elmenhorstius. *Insutus.* Quia Sutores sunt proprie calciarii. *Pyrrh.* Mss. Florent. Lips. et non solum Ed. Bas. sec. ut putat Colv. sed etiam Ed. Junt. post. habent *inductus.* Rectissime, uti jam monuit Becichemus Ep. 97. qui tamen et *indutus* conjecit. Vide ad Met. l. II. p. 159. b. et l. VII. p. 460. a. *Oud.*—5 *Conspicatus.* Malim recentiorem scripturam, *conspicuus.* Ald. *conspicuas.* Colvius. Becichem. *consceptus,* vel, *conseptatus.* Minus bene. *Id. in Add.* Rom. *conspicatus.* Elmenhorstius. *Conspicuus* habent quoque Cod. Florent. Edd. Junt. post. Bas. sec. *Conspicatus* est in Ms. Lips. Sch. Canneg. Edd.

NOTÆ

c *Venit Hippias iste, &c.*] Idem refert Cicero lib. III. de Oratore: 'Ex quibus Eleus Hippias, cum Olympiam venisset, maxima illa quinquennali celebritate ludorum; gloriatus est, cuncta pæne audiente Græcia, nihil esse in ulla arte rerum omnium, quod ipse nesciret. Nec solum has artes, quibus liberales doctrinæ atque ingenuæ continerentur, Geometriam, Musicam, Literarum cognitionem, et Poëtarum, atque illas quæ de naturis rerum, quæ de hominum moribus, quæ de Republica dicerentur; sed annulum quem haberet, pallium quo amictus, soccos quibus indutus esset, se sua manu confecisse.' Idem refert Plato in Hippia: et D. Hieronymus, in Epitaphio Nepotiani.

d *Pisam*] Quæ urbs est Elidis ad Alpheum amnem: quam juxta celebratos fuisse ludos Olympicos jam observavimus ad I. lib. Metamorphos.

e *Et gestamina*] Gestamen est quicquid geritur, puta scipio, annulus, arma, &c. Virgil. lib. III. Æneid. 'Ære cavo clypeum, magni gestamen Abantis, Postibus adversis figo.' Hic intelligit annulum, ampullam oleariam, et strigilem, de quibus infra.

f *Triplici licio*] Plin. lib. VIII. cap. 4. 'pluribus vero liciis texere, quæ polymita appellant, Alexandria instituit.'

g *Purpura duplici*] Hoc est, bis

uerat. Habebat cinctui[6] balteum: quod genus pictura Babylonica,[7 h] miris coloribus variegatum:[8] nec in hac eum opera quisquam adjuverat. Habebat amictui pallium candidum, quod superne circumjecerat:[9] id quoque pallium comperitur ipsius laborem fuisse.[1] 2. Etiam pedum tegumenta crepidas[2] sibimet compegerat,[3] et annulum in læva aureum faberrimo signaculo,[4] quem ostentabat:[5] ipse

unus eam sibi contexuerat domi. Habebat cingulum, quo se cingeret, quadam specie picturæ Babylonicæ, distinctum admirabilibus coloribus. Neque ullus locarat ipsi operam in hoc opere faciundo. Habebat, ad se operiendum, pallium album, quod sibi superinjecerat: notum est etiam illud pallium fuisse ejus opus. Confecerat quoque sibi ipsi crepidas ad calceandos pedes, et fabricarat annulum aureum, quem gestabat in sinistra manu, sigillo solertissime fabricato, quem annulum sæpius

Rom. Ven. Vic. Junt. pr. Bas. pr. Vulcanius et Salmasius ascripsere *constipatus.* Sed *conspicuus* rectum est. Vide Indicem. *Oud.* Ascriptum video Schedis Oudendorpianis: An, *conspicatui?* J. Bosscha.—6 Vulgo, *cinctus*, male. *Elmenh.*—7 Forte, *quotgenus.* Nota ex Martiali: 'Babylonica picta superbe Texta, Semiramia quæ variantur acu.' *Brant.* Forsan recte. *Oud.* —8 Ms. cod. *varietatum.* Colvius.—9 Pith. *circumierat.* Oud.—1 Aldus: *cooperatoris.* Elmenhorstius. Ms. idem, *coptoīs ipsius laboravisse.* Unde præstaret scribere, *compertoris ipsius laborem fuisse.* Pallium ipsius Hippiæ, qui artem compertam habebat, laborem fuisse; ab ipso textum. Si *cooperatoris* retinendum est; tum scribendum putem, *cooperatoris ipsius laborem fugisse:* hoc est, neminem eum in pallio conficiendo adjuvisse, cooperatorem nullum in hoc opere fuisse. Sic Lucianus contra de Prometheo: Συνειργάζετο δέ τοι καὶ ἡ Ἀθηνᾶ ἐμπνέουσα τὸν πηλὸν καὶ ἔμψυχα ποιοῦσα εἶναι τὰ πλάσματα. *Colv. Comperitur ipsius laborem fuisse* primus edidit Vulcanius, et extare videtur in Cod. Florent. si excerpta non fallunt. Sed antea edebatur *cooperatoris* sine sensu. Ms. Pith. *copertoris.* Sch. Canneg. *cohopatoris.* In utraque conjectura Colvii deest verbum finitum. G. Vossius *compertum est ipsum laboravisse.* Salmas. *compertum est ipsius lab. f.* Malim ego simpliciter vel *comperimus*, vel, *compertum, manus ipsius laboravisse.* Amabant enim Veteres, 'manibus' hanc gloriam dare. Hinc passim 'manus lanificæ,' et Dejanira mittens vestem Herculi ait apud Sophocl. Trach. vs. 600. δώρημα τῆς ἐμῆς χερός. *Oud.*—2 Per appositionem. Malim tamen, si per Msstos liceret, scribere *et in ped.* Id.—3 Idem vet. *compleverat:* post in Romano cod. *etiam annulum.* Colvius. Rom. Editioni accedunt Lips. Pith. Sch. Canneg. Fulv. *anulum*, ut passim. *Oud.*—4 Idem Ms. *figriculo.* Numquid, *figuraculo?* Colvius. Fulvii liber *faberrimo figuraculo.* Elmenhorstius. In Fulvii Cod. *fab. figuraculo.* Signaculum ἀποσφράγισμα. *Wower.* Atqui videtur demum de signaculo seu σφραγίσματι referre, cum ait 'gemmam insculpserat.' Coll. Lips. Voss. *fra-*

NOTÆ

infectam purpura, quo durabilior esset color ejus.

h *Quod genus pictura Babylonica*] Plin. lib. VIII. cap. 48. supra citato. 'Colores diversos picturæ intexere Babylon maxime celebravit, et nomen imposuit.' Martialis: 'Babylonica picta superbe Texta, Semiramia quæ variantur acu.'

ejus annuli[6] et orbiculum circulaverat, et palam[7] clauserat,[i] et gemmam insculpserat.[8] Nondum ejus omnia[9] commemoravi. Enim non[1] pigebit me commemorare, quod illum non puditum est ostentare: qui magno in cœtu[2] prædicavit, fabricatam sibimet[3] ampullam quoque oleariam,[k] quam gestabat, lenticulari forma, tereti ambitu, pressula rotunditate: juxtaque[4] honestam strigileculam,[l] recta fastigatione[5] clausulæ,[m] flexa tubulatione[6] ligulæ;[n] ut et ipsa

ostenderat: ipse et rotundaverat circulum illius annuli, et concluserat palam, et cælaverat lapidem. Nondum recensui omnia ejus. Enimvero non gravabor recensere quod ipse non erubuit jactare; qui in ampla corona dixit se fabricasse lecythum olearium figura lentis, circuitu rotundo, planiore gibbositate, quem secum ferebat: et una cum eo, strigileculam mundam recta depressione clausulæ, incurvato canali-

berr. *frigaculo*. Colv. novum finxit verbum, quod tamen confirmatur a Ms. Fulv. *Oud.*—5 Ed. Bas. pr. *ostendebat*. Id.—6 Ed. Junt. post. *anulum*. Id.—7 Vid. Not. Var.—8 Ed. Vicent. *insculpescerat*. Oud.—9 Pith. Sch. Canneg. Edd. ante Colv. *omnia ejus*. Id.—1 *Etenim non*. Ex eodem rescribendum, *Enim non*. Colvius. Recte. Ita habent etiam Pith. Ed. Vicent. At Sch. Canneg. *Enim non non*, et sic solet Noster. Adi ad Met. l. IV. p. 254. b. 'Enim vos bonæ frugi latrones:' et alibi: infra hoc ipso fragm. 'Enim sic natura comparatum est.' *Oud.*—2 Priores editiones cum Ms. *inceptu*. Colvius. Florentin. *incœptu*, male. *Elmenh.* Ed. Junt. post. jam habet *in cœtu*, ex Becichemi emendatione Ep. 97. Sopingius *in septo*. Pro *prædicavit* Pith. *prædictum*. Oud.—3 Vulgo, *semet sibi*. Elmenhorstius. Mss. Florent. Lips. habent solum *sibimet*; et ita Elmenh. Scriv. Flor. Edd. sed tum mallem *fabricatam* passive. Vide Ind. Not. Deest hoc participium in Coll. Voss. et alia Lips. *Oud.*—4 Ms. cod. *justaque*. Colvius.—5 Idem, *tecta fatigatione cylaule*: Bas. 1. cum aliis aliquot: *recta fatigut. claus*. Colvius. Mss. Fulvii: *cylaulæ*. Colvii: *Cylaule*. Latet quippiam. *Scioppius in Symbola*. Flor. et Fulvii liber *fastigatione cylaulæ*. Quod non intelligo. *Elmenh.* Leg. *recta fastigatione*, sive, *fastigiatione*. Modius. *Fastigiatione* cum Becich. Ep. 97. habent Edd. Junt. post. Bas. sec. Colv. et seqq. In Edd. prioribus et Ms. Pith. *fatiga-*

NOTÆ

Et palam clauserat] Ita legendum prorsus, non *paleam*, ut in quibusdam editionibus. Pala pars illa est annuli, in qua gemma includi solet, πύελος et πυελὶς, Græcis, Cic. lib. III. Offic. 'ibi cum palam ejus annuli ad palmam converteret, a nullo videbatur.'

[k] *Ampullam quoque oleariam*] Græcis λήκυθος est ampulla olearia, qua oleum in balnea ferebant, quo se ungerent.

[l] *Strigileculam*] Diminutivum strigilis, quæ Græcis στλεγγίς. Erat autem instrumentum, quo sudorem in balneis destringebant: unde et nomen sumsit. Strigilis enim a stringendo. Figuram tum lecythi, tum strigilis vide apud Mercurialem De Re Gymnastica. Ferrea fuit ut plurimum strigilis. Unde Plautus, in Stycho rubiginosam dicit, quod ferri vitium est. 'Rubiginosam strigilem, ampullam rubidam, Parasitum inanem, quo recondas reliquias.'

[m] *Recta fastigatione clausulæ*] Clau-

in manu capulo motaretur,[7] et sudor ex ea rivulo laberetur. Quis autem non laudabit[8] hominem tam numerosa arte multiscium? totjugi[9] scientia magnificum? tot utensilium peritia Dædalum?[o] Quin et ipse[1] Hippiam laudo: sed ingenii[2] ejus fœcunditatem malo doctrina, quam supellectilis multiformi instrumento æmulari: fateorque, me[3]

culo ligulæ; ut et ipsa in manu retineretur manubrio, et sudor rivuli instar flueret ex ea. Quis vero non prædicabit virum peritum tot artium? clarum tot scientiis? solertem fabricatione tot utensilium? Certe ego quoque laudo Hippiam. Verum malo ubertatem ejus ingenii imitari scientia, quam variis instrumentis supellectilis.

tione: sed optime Florentinæ membranæ et Lips. et Edd. Vic. *fastigatione:* ut bene citat Wower. ad Petron. c. 91. 'cum linteis et strigillibus.' Atque ita semper scribi debet a 'fastigare.' Vide Drakenb. ad Sil. v. 50. Perizon. Misc. Obs. vol. VII. p. 458. et not. ad Cæs. lib. II. de B. G. c. 9. *Oud.* Vid. Not. Var.—6 Legunt quidam *subulatione:* alii *cumulatione.*—7 Al. *moraretur.*—8 Vulg. *quis tum.* Colvius. Lege: *laudabit.* Wowerius. Pith. Sch. Canneg. Edd. ante Colv. *quis tum non laudavit.* E Ms. Lips. *autem* reposuit Colvius et Wowerius; dein *laudabit* e conjectura, ut debuit. *Oud.*—9 Sch. Canneg. Edd. Vic. *toti jugi.* Ald. Bas. pr. *totijugi;* quod placuit una dictione Berichemo Ep. 97. et A. Gronovio Misc. Obs. vol. v. t. III. p. 112. sed male; adi ad Met. lib. II. p. 150. b. *Id.*—1 Male Ed. Floridi *ipsum.* Id.—2 Recte postremo ita cusum. Ante, *ingenti.* Dictionem *doctrinæ* retulerim ad instrumentum. Instrumentum doctrinæ, ut Instrumentum supellectilis. *Colvius.* Scribend. *sed ingenii ejus fæ. malo doctrina.* Stewechius. Fulvius mavult: *multiforme instrumentum.* Non probo. Apuleius enim more Tulliano instrumentum appellat apparatum, et mundum sive copiam, aitque se malle habere multiformem apparatum doctrinæ, quam supellectilis. *Scioppius in Symbola.* Perperam et contra Mss. voluit Ursinus *multiforme instrumentum:* nec bene Stewech. quem Scriv. et Flor. secuti sunt *doctrina. Instrumentum doctrinæ* est apparatus, ut recte Colvius et Scioppius interpretantur. Immo ipse Auctor sic usus est in Apolog. p. 100. Ed. Pric. 'doctrinæ instrumentum et eruditionis memoriam:' ubi vide Pric. qui tamen ad p. 23. hic legit *et doctrinæ q. sup. m. inst. gloriari.* Frustra. *Oud.*—3 Deest Pith.

NOTÆ

sulam hic intelligere videtur manubrium strigilis duplex, cui manus inserebatur, ne elabi posset inter destringendum: cujus quidem manubrii laminæ duæ aliquando non parallelæ inter se, sed ab altera parte propinquiores erant, quam 'fastigiationem' dicit: fastigiatum enim est fastigii instar inclinatum, ut videre est apud Vitruvium pluribus in locis: aliquando parallelæ, ut in strigilibus a Mercuriali exhibitis.

[n] *Flexa tubulatione ligulæ*] Ligulam vocat partem strigilis, quæ sudorem destringebat, quæ, ut ex ipsa strigilis figura conspicere est, incurvata erat, et præterea introrsus cava tubi in morem.

[o] *Dædalum*] Dædalus, Δαιδάλεος, artificiosum sonat, ingeniosum, atque etiam varietate spectabilem. Unde Lucretio, 'dædala tellus,' lib. I. 'Tibi suaves dædala tellus Summittit flores.' Hinc appellatus Dædalus Icari pater, Labyrinthi artifex.

sellularias [4] quidem artes [p] minus callere: vestem [5] de textrina emere; baxeas [6] istas [q] de sutrina præstinare: enimvero annulum nec gestare; gemmam et aurum juxta ac plumbum [7] et lapillos nulli [8] æstimare: strigilem et ampullam,[9] ceteraque balnei utensilia nundinis mercari. 3. Prorsum [1] enim non eo infitias, nec radio, nec subula, nec lima, nec torno,[r] nec id genus ferramentis uti nosse: [2] sed pro his præoptare me fateor, uno chartario calamo me reficere poëmata omne genus, apta virgæ,[s] lyræ,[t] socco,[u] cothurno: [w] item satiras, ac griphos: [3] [x] item historias varias rerum:

Et confiteor quidem me nescire artes sordidas: atque comparare vestimentum ex textoris officina: emere hæc calceamenta ex officina sutoris: at ne ferre quidem annulum: nihili facere lapides pretiosos, et aurum, non secus ac plumbum, et calculos: emere in nundinis strigilem, et lecythum, atque reliqua instrumenta balnei. Plane enim non nego me neque scire uti radio, neque subula, neque lima, neque torno, neque ejusmodi instrumentis ferreis: verum horum loco fateor me malle scribere una penna omnimoda carmina: idonea ramo, cytharæ, comœdiæ, et tragædiæ: præterea satiras, et ænigmata: insuper diversas rerum historias, atque etiam

Id.—4 Ed. Vic. *selluarias.* Id.—5 Al. *veste.* Vid. N. Var.—6 Alii libri habent *buxeas*, alii *bacchas*: sed *buxeas* leges, quas Gallice vocamus *galloches.* Pyrrhus. Male. V. Indicem. *Oud.*—7 Deest *ac* Sch. Canneg. et Ed. Flor. *Id.*—8 F. *nihili.* Burm. Sed *nulli* pro nullius. *Oud.*—9 Pith. *ampollam.* Id. —1 Ms. Lips. Ed. Flor. *prorsus.* Id.—2 Idem, *ferramenti ut i' osse.* Colvius. Male Lips. Cod. *ferramenti*, et Pith. Sch. Canneg. Edd. Vicent. Junt. pr. Ald. Bas. pr. *ferramenta*: nam cetera præcesserunt in sexto casu. Accusativus synecdochicus *id genus* fraudi fuit. De eo vide ad Met. lib. XI. p. 771. b. Statim 'poëmata omne genus,' ubi eædem Edd. cum Codd. Lips. Pith. Sch. Canneg. *omnigenus.* Oud.—3 Becichem. Ep. 97. Junt. post. et Bas. sec. *gryphos.* Male. adi Colvium. *Item Sat. ac Gr.* desunt in Coll. Voss.

NOTÆ

[p] *Sellularias quidem artes*] Sellulariæ artes sunt sordidæ, quarum nempe artifices sedentes opus faciunt, veluti sutores, sartores, &c.

[q] *Baxeas istas*] Lib. II. Metamorphos. 'et cum dicto juvenem quempiam linteis amiculis intectum, pedesque palmeis baxeis indutum, &c. producit in medium,' ad quem locum vide quæ diximus, pag. 172.

[r] *Nec radio, nec subula, nec lima, nec torno*] Radius instrumentum est textoris: subula sutoris: lima fabri ferrarii, tornus fabri lignarii.

[s] *Apta virgæ*] Digna, quæ in theatro aut conviviis recitentur a pueris lauri ramum seu myrti virgam manu gestantibus, qui ideo ῥαβδῳδοὶ et στιχῳδοὶ Græcis dicti sunt. Vide Lips. Elector. lib. I. cap. 28. Intelligi etiam possent Bucolica, quæ pastores canerent greges virga compellentes.

[t] *Lyræ*] Lyrica carmina.

[u] *Socco*] Comœdias.

[w] *Cothurno*] Tragœdias.

[x] *Griphos*] Sic scribe per *i*, non per *y*. Griphi sunt ænigmata perplexa et flexuosa, dicta a similitudine nassæ piscatoriæ viminibus textæ, qua pisces ita capiuntur et claudun-

nec non orationes [4] laudatas disertis, nec non dialogos laudatos philosophis,[y] atque hæc et alia [5] ejusdem modi tam Græca, quam Latina,[6] gemino voto, pari studio, simili stylo. Quæ utinam possem equidem [7] non singillatim [8] ac discretim, sed cunctim et coacervatim [9] tibi, Proconsul, vir optime, offerre; ac prædicabili testimonio tuo [1] ad omnem nostram Camœnam frui! non hercule penuria laudis, quæ mihi dudum integra et florens per omnes antecessores tuos ad te reservata est;[z] sed quoniam nulli me [2] probati-

declamationes probatas eloquentibus viris, et colloquia probata Philosophis, eaque et alia similia me componere et Græce et Latine duplici studio, æquali diligentia, simili scribendi genere. Quæ utinam possem tibi exhibere, o Proconsul, optime vir, non seorsim quidem ac separatim, verum generatim et congestim; et accipere tuum honorabile testimonium de tota mea doctrina! Neque hoc certe cupio ex inopia famæ, ea enim mihi jam diu conservata est inviolata et clara apud omnes tuos prædecessores usque ad te; verum, quia a nemine cupio magis laudari, quam ab eo,

Lips. *Id.*—4 Al. *rationes.*—5 Lips. Sch. Canneg. Edd. ante Colv. *alia et.* Lips. *hujusmodi.* Sch. Canneg. *ejusdemmodi.* Oud.—6 Sch. Canneg. *Græce q. Latine.* Id.—7 Ms. cod. *possim me quidem.* Colvius. Emendo *possem equidem:* nam quod ediderunt, *post se me quidem,* autumo factum non vigilantibus, sed somniantibus operis. *Stewechius.* Sch. Canneg. Edd. Vic. Junt. pr. Ald. Bas. pr. *post se me quidem.* Becich. Ep. 97. *possem quidem.* Lipsius, *possim equidem.* Groslot. *possem equidem.* Lego *potis sum* vel *potessum equidem:* ut sæpe apud Plautum, et alibi in Nostro. V. Ind. Not. *Oud.*—8 Male *sigillatim* rescripsit Colvius pro *singulatim* vel *singillatim,* ut est in membranis Florentinis, Sch. Canneg. Ed. Vicent. et Mss. O. de Deo Socr. Adi ad Met. lib. VII. p. 501. b. *Id.*—9 Sic recte ultima editio: ante erat, *cunctim et concertatim.* Ms. *cuncti mea concertatim.* Colvius. Fulvii conjectura: *junctim et confertim.* Illud, *junctim,* probo. *Scioppius in Symbola. Coacervatim vel ductim,* f. *vinctim.* Groslotius. In Coll. Voss. Lips. pro *et* est *ea.* Bene autem Becich. Ep. 97. Edd. Junt. post. et Bas. sec. cum seqq. *coacervatim* ediderunt. Sic enim extat in Mss. Florent. et Coll. Voss. At Lips. Pith. Sch. Canneg. et Edd. vett. *concertatim.* Oud.—1 Tò *tuo* abest a vulgatis. *Elmenh.* Sed extat in Mss. Florent. Coll. Voss. Lips. et Edd. Elm. Scriv. Flor. *Oud.*

NOTÆ

tur, ut sese postmodum extricare non possint, quæ nassa Græcis γρίφος dicitur. Gell. Noct. Attic. lib. II. cap. 2. 'aliosque id genus griphos neminem posse dicens, nisi se, dissolvere.' Hi griphi sæpius etiam versibus scripti erant, ut indicat lib. X. Athenæus. Hinc et Ausonius nomen indidit Gripho, 'numeri ternarii,' poëmatio intricato de variis ternarii numeri proprietatibus.

[y] *Dialogos laudatos philosophis*] In quibus nempe Dialogis res philosophicas tractaret, more Platonis sui Magistri.

[z] *Reservata est*] Hoc compositum nihil aliud sonat hic, quam simplex servata est, quemadmodum supra 'reficere poëmata,' pro facere.

orem volo, quam quem[3] ipse ante omnes merito probo. Enim sic[4] natura comparatum[5] est, ut eum, quem laudes, etiam ames:[6] porro[7] quem ames,[a] etiam laudari[8] te[9] ab illo velis. Atque ego me dilectorem[1] tuum profiteor: nulla tibi privatim, sed omni publicitus[2] gratia obstrictus. 4. Nihil quippe a te impetravi, quia nec postulavi. Sed philosophia me docuit non tantum[3] beneficium[4] amare, sed etiam maleficium: magisque judicio[5] impartire,[6] quam commodo inservire: et quod in commune expediat malle, quam quod mihi.[7] Igitur bonitatis tuæ diligunt plerique fructum, ego studium. Id quod facere[8] adorsus sum,[9] dum modo rationem tuam in provincialium negotiis contem-

quem ego jure laudo præ cunctis. Enimvero sic constitutum est a natura, ut diligas quoque eum, quem magni facis, ceterum cupias probari ab eo, quem diligas. Ego vero profiteor me amantem tui, devinctus tibi nullo quidem peculiari beneficio, sed omnibus quæ in Rempublicam contulisti. Nihil enim obtinui a te, quoniam ne petii quidem. At didici, Philosophia magistra, non solum diligere beneficium, sed injuriam quoque: et plus tribuere rationi, quam studere meæ utilitati: et præoptare id, quod utile est Reipublicæ, quam quod mihi. Plerique ergo amant commodum, quod perceperunt ex tua benignitate, ego vero amo ejus affectum. Quod ego aggressus sum facere, dum considero tuam moderationem in rebus incolarum hujus provinciæ,

—2 Lips. *me nulli.* Id.—3 Scripta hæc et postremum edita lectio. In aliis, *quamquam.* Colvius. Edd. vett. *quamquam* præter Junt. post. et Bas. sec. ex monitu Becich. Ep. 97. *Oud.*—4 Male in Bas. II. *sic enim.* Notavi supra. *Colv.* Edd. Ald. Junt. post. Bas. sec. *sic enim.* Male. V. supra hoc N. *Oud.*—5 Perperam in Edd. Rom. Vic. Junt. pr. Bas. pr. esse *comprobatum,* monuit jam Becich. Ep. 97. *Id.*—6 Pith. Edd. eædem et Aldi, *et ames.* Id. —7 Ms. vet. *p̄ō.* Colvius. Τὰ *Porro quem ames* non habet Ed. Elmenh. *Oud.* —8 Trunca lectio quæ vulgata ante, *laudari ab illo velis.* Colvius. A Pith. Edd. Rom. Vic. Junt. pr. Bas. pr. et sec. exulat *etiam.* Oud.—9 Neque hanc vocem videas in Edd. Basill. *Id.*—1 Quid si, *debitorem.* Brantius. Non male per se, sed totius orationis nexus hic alterum flagitat. *Oud.*—2 Vetus lib. *cū publ.* Colvius.—3 Rom. cod. *neque tantum.* Idem.—4 Coll. Voss. Lips. *beneficia.* Oud.—5 Vulgati omnes, excepto Bas. II. *magnoque indicio.* Sed scripserim, *magisque judicio.* Colvius. Aldus, *magnoque i.* Elmenhorstius. Sic Mss. Becich. Ep. 97. et Colv. ceterique recte. *Magisque* jam extat in Edd. Junt. post. et Bas. sec. in reliquis *magnoque* et *indicio,* quæ vox exulat a Junt. post. *Oud.*—6 Ante Colv. habent Edd. *impertire.* Id.—7 Ms. *quod nihil.* Colvius. *Quod* abest, si Coll. Voss. fides habenda. Mox pro *bonitatis* Pith. *bonitati.* Oud.—8 Omnes ante editi, *Idque fac.* Colvius. Item Pith. *Oud.*—9 Scriptus liber, *adortus sum.* Colvius. Flor. *adortus s.* Elmenhorstius. Item Ed. Junt. post. frequenti confusione. Adi ad Frontin. II. 5. 8. At

NOTÆ

[a] *Porro quem ames*] Ex editione Scriveriana inserta sunt hæc verba huic loco.

plor,[1] qua[2] efflictim[3] amare te debeant, experti, propter beneficium; expertes, propter exemplum. Nam et beneficio multis commodasti, et exemplo omnibus profuisti.[4] Quis enim a te non amet discere, quanam moderatione obtineri queat tua ista gravitas jucunda,[5] [b] mitis austeritas, placida constantia, blandusque vigor[6] animi? Neminem proconsulum, quod sciam,[7] provincia Africa magis reverita[8] est, minus verita: nullo, nisi tuo anno,[c] ad coërcenda peccata plus pudor quam timor valuit. 5. Nemo te alius

qua factum est ut te ardentissime diligere debeant: et ii, qui experti sunt eam, ob benefacta, quæ a te acceperunt; et ii qui non sunt experti eam, ob exemplum, quod eis dedisti. Multis enim profuisti benefactis tuis, et juvisti cunctos tuo exemplo. Nam quis non gaudeat doceri a te quo temperamento possit acquiri tua ista gravitas suavis, clemens severitas, lenis firmitas, et mite robur animi? Nullum ex suis Proconsulibus provincia Africa plus honoravit, et minus formidavit. Nullo anno, nisi tuo, pudor habuit majorem vim ad cohibenda delicta, quam metus. Nullus

rectius scribitur *adorsus*. V. Ind. Not. *Oud.*—1 Vulgatum ante, *dum moderationem t. in pr. n. q. quam effectim.* Qua ratione, id est, quam ob rationem: ut Qua re, quam ob rem. *Colv.* Colvium secuti sunt posteriores atque ita habent Mss. ut *dummodo* notet idem quod simplex *dum*. Verum Edd. Vett. exhibent *dum moderationem*. Nempe discretim scribendum erat *dum modo rationem tuam*. Id adorsus sum, simulac, sive considerata modo agendi tua ratione in administratione provinciæ. Pith. *dummodo de ratione tua*. Oud. —2 Hoc bene Colv. atque ita jam Edd. Vic. Junt. post. cum Mss. Aliæ *quam*. Id.—3 Coll. Voss. Lips. Edd. Vic. Junt. pr. Ald. Bas. *effectim*: Pith. *effectius*. Unde Sopingius conjecit *affectim*, sive cum affectu. Frustra. Frequens Nostro est 'efflictim amare.' Adi ad Met. l. III. p. 201. a. *Id.*—4 Pith. *præbuisti*. Id.—5 *Gratia, vita jucunda*. Lipsio placet scribere, *gravitas jucunda*. Colvius. Recepit id Floridus et jam ante probavit Acidalius ad Vellei. Paterc. l. II. c. 98. 'mores vigore ac lenitate mixtos.' Et sane e seqq. 'mitis austeritas,' &c. patet Auctorem hic captasse Oxumoron, ut temperamentum hoc indicaret. Sic de Deo Socr. 'severa gratia, torvo decore.' Auson. Parent. II. 6. 'Et gravitas comis lætaque serietas.' Ibid. IX. 23. 'Læta, pudica, gravis,' &c. Vell. Pat. II. 127. 'virum severitatis lætissimæ.' In Mss. tamen et Edd. O. est *tua ista gratia, vita jucunda*. *Vita* autem sæpe vitæ rationem notat. *Oud.*—6 Ms. *blandumque rigorem*. [Error typothetæ est, *rigorem* pro *vigorem*, ut est in ejusdem Msti Coll. Voss. *J. Bosscha.*] Verisimilis valde conjectura maximæ spei adolescentis J. Dousæ filii, *blandusque rigor*. Colvius. Flor. legit, *blandumque vigorem*, expuncta voce *animi*. Dousa filius, *blandusque rigor a*. Elmenhorstius.—7 Ed. Vicent. *scientia*. Oud. —8 Vulg. *magna reverita*. Colvius. Certe Edd. Rom. Vic. Junt. pr. Aldi,

NOTÆ

[b] *Tua ista gravitas jucunda*] Sic optime Lipsius ex his vocibus *gratia vita jucunda* restituit *gravitas jucunda*. Ratio patet conferenti quæ sequuntur 'mitis austeritas,' &c.

[c] *Nisi tuo anno*] Proconsules enim, sicut et plerique alii Romanorum Magistratus, annui tantum erant.

pari potestate sæpius profuit, rarius terruit: nemo similiorem virtute filium adduxit. Igitur nemo Carthagini proconsulum diutius fuit.[d] Nam etiam eo tempore, quo provinciam [9] circumibas, manente nobis Honorino,[1] minus sensimus absentiam tuam, quanquam te magis desideraremus.[2] Paterna in filio æquitas, senilis [3] in juvene prudentia,[4] consularis in legato auctoritas. Prorsus omnis virtutes tuas ita effingit [5] ac repræsentat, ut medius fidius admirabilior esset in juvene, quam in te patre [6] laus:[e] nisi eum tu talem dedisses: quo [7] utinam perpetuo liceret frui! Quid nobis

alius, præter te, eadem potentia frequentius juvit, rarius parefecit. Nullus secum adduxit gnatum sibi similiorem virtute. Ideoque nullus ex Proconsulibus diutius mansit Carthagini. Illo enim quoque tempore quo peragrabas provinciam, relicto Honorino apud nos, non satis sensimus tuam absentiam, ut te plus ipso optaremus. Est in filio justitia parentis, in adolescente consilium senis, in legato auctoritas Consulis. Sic plane exprimit atque exhibet cunctas tuas dotes, ut profecto gloria ab eo acquisita mirabilior foret in illo juvene, quam in te: ni tu eam talem tribuisses ipsi: qua utinam possemus semper potiri! Quorsum nobis hæ mutationes

Bas. Vitiose, monente jam Becich. Ep. 97. *Oud.*—9 *Provincias.* *Provinciam* cum Mss. Florent. et Lips. rectius edidere Elmenh. Scriv. Flor. *Id.*—1 Ms. *Honōē.* Colvius. Flor. *Honoro non.* Elmenhorstius. Pith. *Honorinon.* Oud. —2 *Minus sens. abs. t. quam ut te magis des.* Τὸ *ut* in Ms. Cod. non est. Forte, *qua te magis desid.* Qua, id est, ob quam. Sed magis placet Lipsiana lectio, *quanquam te mag. des.* Colvius. Vid. Not. Var.—3 Vet. *senis.* Colvius. Pith. *semel.* Oud.—4 *Prudentiæ.* Flor. *in juvene auctoritas c.* I. l. *prudentia.* Elmenhorstius. Coll. Voss. *auctoritas prudentia.* Pith. *semel in juv. auctoritas, prudentia consularis in legato auctoritas.* Oud.—5 Idem, *effigit.* Num *effigiat?* Sed bona vulgaris scriptura. *Colv.* Recte, quanquam et Pith. *effigit.* Oud.—6 *In te parta.* Idem, *vite.* Colvius. Lego, *in te patre laus.* Quid pote melius? *Brant.* Vir doctus ad marg. Ed. Junt. legit *in juvene nata* vel *orta.* Sed optime Brantii conjecturam exhibuit Scriverius. Comparat enim patrem et filii. *Oud.*—7 *Eam t. t. dedisse, qua.* Dii illis mortuis, qui ad eum modum Apuleii illa depravarunt: emendo: *nisi eum tu talem dedisses, quo.* Pater Severianus Africam proconsul missus filium secum adduxerat Honorinum legatum: hujus virtutes Auctor omnimodis commendat, immo æquiparat ipsi patri, denique innuit Carthaginienses nihil ita velle, quam ut Honorino isto, tali patre nato, frui liceret perpetuum. *Stewech.* Ven. et Ms. *dedisses.* Alii, *dedisse.* Colvius. Vulgo, *nisi eum t. t. d. qua.* Elmenhorstius. Optime restituit Stewech. et edidere *eum* Elmenh. ac Scriver. quos miror *qua*

NOTÆ

[d] *Igitur nemo Carthagini proconsulum diutius fuit*] Quippe cum etiam absens, quo tempore provinciam circumibas, Carthagini præsens fueris per filium Honorinum, quem ibi reliqueras tui simillimum.

[e] *Admirabilior esset in juvene, quam in te patre* [*parta*] *laus*] Emendat Brantius *quam in te patre.* Quo quid melius? juvenem opponit patri: huic accedo lubens.

cum istis proconsulum vicibus? quid cum annis [8] brevibus, et festinantibus mensibus? O celeres [9] bonorum hominum dies! O præsidum [1] optimorum citata curricula! Jam te, Severiane, tota provincia desideramus.[2] Enimvero Honorinum et honos suus ad præturam vocat, et favor Cæsarum [f] ad consulatum format, et amor noster inpræsentiarum tenet, et spes Carthaginis [3] in futurum spondet: uno solatio freta exempli tui, quod qui legatus mittitur,[g] proconsul ad nos cito reversurus [4] est.

NUM. X. Sol qui micantem [h] candido curru atque equis
Flammam citatis fervido ardori explicas:

itemque [5] luminis ejus Luna discipula,[6] [i] nec non quinque

Proconsulum? quare anni sunt adeo breves, et menses adeo celeres? O properantia tempora proborum virorum! O veloces Magistratus optimorum præfectorum! Jam tota nostra provincia te sibi ereptum dolet, o Severiane. Atenim virtus Honorini invitat eum ad præturam, et gratia Imperatorum præparat eum ad Consulatum, et noster amor nunc retinet, et spes Carthaginis promittit eum nobis in posterum: nixa unico solamine tui exempli, quoniam qui mittitur legatus, brevi redit ad nos Proconsul.

Sol, qui expandis ferventi æstu ignem coruscantem Curru candenti, et equis velocibus: *insuper Luna imitatrix ejus lucis, et quinque aliæ virtutes planetarum:*

reliquisse, sine sensu. *Oud.*—8 Pith. *qui c. a.* Id.—9 Vetus cod. *celer.* Colvius. Pith, *sceleres.* Oud.—1 Edd. ante Colvium, item Floridi, dant *præsidium*, ut 'obsidium' pro 'obsidum' in Mss. et alia, de quibus vide ad Cæs. B. G. l. IV. 2. ad Veget. l. II. 19. Manut. ad Cic. I. de Off. c. 44. Hic tamen in Mss. videtur esse *dum*, certe in Lips. Coll. *Id.*—2 Idem, *desideravimus.* Colvius. Nonnemo legit *desiderabimus.* Oud.—3 Idem, *Karthaginis:* sic etiam lapides, sic plerique codices scripti. *Colv.*—4 Al. *reversus.*—5 Ms. *iterque.* Colvius.—6 Non solicito hanc lectionem. Quamvis malim: *decipula.* Apuleiana proprietate. *Wower.* Fulvius *l. decipula.* Elmenhorstius. Solis *disci-*

NOTÆ

[f] *Et favor Cæsarum*] Marci et Lucii Veri.

[g] *Uno solatio freta exempli tui, quod qui legatus mittitur, &c.*] Scilicet venerat primo Carthaginem Severianus Legatus Proconsulis, ac postea ipse Proconsul fuerat factus: unde Carthagini ait spem esse, Honorinum, qui tunc temporis Severiani patris esset legatus, brevi Proconsulem reversurum.

[h] *Sol, qui mic. &c.*] Ex l. Accii Phœnissis sunt hi versus, atque inter ejus fragmenta etiamnum leguntur, hoc modo: 'Sol, qui micantem candido curru atque equis Flammam citatis fervido ardore explicas; Quam natum adverso augurio et inimico omine Thebis radiatum lumen ostendis tuum.' Colvius eos ex Prisciani libello de Metris Ms. paulo aliter refert, eidem tamen Accio tribuens. *Sol, qui cadentem fervido cursu atque equis Flammam citatis fervido ardore explicas.*

[i] *Luminis ejus Luna discipula*] Verti,

ceteræ vagantium [7] [k] potestates: Jovis benefica, [8] [l] Veneris voluptifica, [9] pernix Mercurii, perniciosa Saturni, Martis ignita. Sunt et aliæ mediæ Deum [1] potestates, [m] quas licet sentire, non datur cernere: ut [2] Amoris, ceterorumque id genus, quorum forma invisitata, [3] vis cognita. Quæ [4] item in terris, utcumque providentiæ ratio poscebat, alibi montium vertices arduos [5] extulit; alibi camporum supinam [6] planitiem coæquavit: item quæ ubique distinxit amnium [7] fluores, pratorum virores: item dedit volatus avibus, volutus serpentibus, cursus feris, gressus hominibus.

nempe virtus Jovis, quæ benigna est; Veneris, quæ voluptatem parit, Mercurii, quæ est velox, Saturni, quæ est exitialis, Martis, quæ est ardens. Sunt præterea aliæ mediæ virtutes Deorum; quas possumus experiri, nequimus vero aspicere: veluti Amoris, aliorumque ejusmodi, quorum forma est incognita, potestas vero manifesta. Item illa virtus, quæ in tellure alio in loco erexit excelsa cacumina montium; alio in loco complanavit porrectum æquor camporum, prout ratio providentiæ postulabat: quæ insuper ubique discrevit fluenta amnium, et prata virentia. item tribuit volatus alitibus, volumina anguibus, cursus belluis, et incessus hominibus.

pula Luna videtur dici, quia omnia, quæ habet, a Sole accipit; ejusque exemplo quasi orbem illuminare quoque 'discit,' et 'fraternis ignibus obnoxia' est, ut ait Virg. I. G. 396. vel 'æmula' ut Noster de Deo Socr. init. Certe accedere non possum viris doctis I. Isaacio, Wowerio, Florido, qui malunt *decipula*, sive quæ intercipit lumen Solis; immo sic edidit jam Scriver. Sed velim mihi dari locum, ubi *decipula* vel *decipulum* occurrat sine significatione fraudis vel laquei. *Oud.*—7 Idem, *cetera evagantium.* Colvius.—8 Pith. Edd. Vic. Bas. pr. *beneficia.* Oud.—9 Edd. Vic. Junt. pr. Bas. pr. *voluptica.* Id. —1 Al. *Deum mediæ.*—2 Deest Coll. Voss. *Oud.*—3 Sic scripsi ex illa veteri lectione quæ in scripto exemplari, *i' usitate.* Vulg. *non visitata.* Supra lib. VIII. Metam. 'Aper immanis atque invisitatus.' *Colv.* Flor. et Aldus, *f. inusitata.* Elmenhorstius. Item Pith. solita confusione. Vide ad l. VIII. Met. p. 515. a. Edd. ante Colv. *non visitata.* Supra N. 9. 'frequentia nunquam visitata:' ubi etiam *usitata* in aliis. Pro *vis* Pith. *vix.* Oud.—4 Deest Pith. et Coll. Voss. *Id.*—5 Pith. Lips. *ard. vert.* Id.—6 Pith. *summam.* Id.

NOTÆ

imitatrix. At libens Fulvii lectionem amplecterer, qui pro *discipula* habet *decipula:* quasi tu dicas, quæ intercipit lumen Solis, et illud ad nos quasi suum remittit. In hac voce Apuleianum quid adverto, quod magis placet.

[k] *Vagantium*] Supple stellarum; hoc est, Planetarum.

[l] *Jovis benefica, &c.*] Juxta sententiam et principia Genethliacorum et Astrologorum loquitur, qui distinctas ejusmodi potestates Planetis attribuunt, atque ex vario eorum positu futura sese prædicere posse jactant.

[m] *Sunt et aliæ mediæ Deum potestates*] In De Deo Socratis: 'Ceterum sunt quædam divinæ mediæ potestates inter summum æthera, et infimas terras, in isto intersitæ aëris spatio, &c. Hos Græco nomine Δαίμονας nuncupant.' Vide totum locum.

NUM. XI. Pariter[8] enim, quod qui hærediolum sterilem,[9] [n] et agrum scrupulosum,[1] meras rupinas[2] [o] et senticeta miseri colunt: quoniam nullus in tesqui suis[3] [p] fructus est, nec ullam illic aliam frugem vident,[4] sed

Infelix lolium [q] et steriles dominantur avenæ:[5]

suis frugibus indigent, aliena furatum eunt, et vicinorum[6]

Nam perinde ac infelices, qui colunt prædiolum infœcundum, et arvum lapidosum, scopulos meros ac vepreta: quia nullus fructus est in eorum desertis, neque aspiciunt in eis ullam aliam frugem, sed, Lolium infaustum, et avenæ steriles ibi regnant: *destituuntur propriis frugibus, eunt subreptum alienas, et carpunt flores vicino-*

—7 Ed. Vic. *annum.* Id.—8 Ms. cod. *patitur.* Colvius. Item Pith. Sed Mss. Florent. *pariter enim quod qui.* Recte. Scilicet, quod patiuntur illi. Id quoque invenit in Mss. editor Junt. post. qui exhibuit *patitur, quod qui. Quod qui* est etiam in Pith. et Coll. Lips. Voss. *Oud.*—9 Quid si conemur restituere? *qui hærediolum, agrum sterilem et scruposum, meras spinas:* nam quod vulgatur, Apuleii non esse tam certum, quam Apuleium ipsum fuisse. *Stewech.* Scribo, aliter quam God. Stewechius, *hæred. sterile.* Gellius lib. XIX. cap. 7. 'In agro Vaticano Julius Paulus, Poëta, vir bonus, et rerum literarumque veterum impense doctus, hærediolum tenue possidebat.' Hæredium, apud Varronem, Plinium, Columellam, Festum, et Nostrum Apologia II. *Colv.* Flor. *quod qui prædiolum st.* Elmenhorstius. Quod Stew. corrigere tentat, nil est, nisi interpolare. Colvius e Gell. XIX. 7. ubi vide, item Wow. Scriv. Flor. Goesius et jam ante omnes Becichemus Ep. 98. amant in neutro *sterile.* Ego Mss. et Edd. vett. sequor, sciens, hæc genera apud scriptores Afros esse incertissima: ut alibi jam vidimus in 'lorus,' 'lucrus,' &c. Vide ad Met. l. XI. p. 797. a. Prave vero Elmenh. ait esse in Florent. *prædiolum.* Oud.—1 Al. *scruposum* et *scrupulosum.* Vid. Not. Var.—2 Ed. Elmenh. *metas* operarum errore. Perperam autem Stewech. conjecit *spinas:* neque melius Goesius *rubinas* a rubus. Sæplus *rupinas* adhibet Auctor. Adi ad Met. l. VI. p. 126. Pric. *Oud.*—3 Pith. *quis sum.* Id.—4 Negligenter hoc verbum excidit ex Ed. Flor. *Id.*—5 Pith. *herbæ.* Id.—6 Coll. Voss. *ū vicin.*

NOTÆ

[n] *Hærediolum sterilem* [*sterile*] Sic legendum est, non *sterilem.* Gellius 'hærediolum tenue' dixit, lib. XIX. cap. 7.

[o] *Meras rupinas*] Rupinæ sunt loca rupibus aspera. Stewechius legit *meras spinas.*

[p] *In tesquis suis*] 'Tesqua' (inquit Festus, seu potius Paulus) 'loca augurio designata. Cic. aspera esse ait, et difficilia.' Hæc Paulus. Varro, lib. VII. de Lingua Latina scribit *tesca* per *c* literam, et dicta vult quasi *tuesca,* a tuendis sacris, et ait ea esse quædam loca agrestia Deo cuipiam consecrata. Ego interpretatus sum 'deserta,' ad hos Horatii versus respiciens lib. I. Epistolar. Epist. 14. 'Nam, quæ deserta et inhospita tesqua Credis, amœna vocat, mecum qui sentit: et odit, Quæ tu pulchra vocas.' Infra lib. IV. Florid. 'et merulæ in remotis tesquis fringultiunt.'

[q] *Infelix lolium*] Ex Virgil. Ecloga quinta, cui nomen est Daphnis.

flores decerpunt; scilicet ut eos flores [7] carduis suis misceant: ad eundem modum, qui suæ virtutis [8] sterilis est.[r]

NUM. XII. Psittacus Indiæ avis est,[9] [s] instar illi [t] minimo minus [1] quam columbarum, sed nec color columbarum: [2] non enim [3] lacteus ille, vel lividus, vel utrumque [4] sublu-

rum; nempe ut admisceant illos flores suis carduis: similiter, qui inops propriæ virtutis.

Psittacus est ales Indiæ, forma ejus est paulo minor quam columbarum; at color ejus non est qualis columbarum: neque enim ille est candidus, aut subniger, aut sub-

Id.—7 *Dec. scil. ut eos fl.* Desunt in Coll. Voss. *Id.*—8 Sic Mss. et Edd. vett. Ed. Junt. pr. caret τῷ *qui.* Ald. Junt. post. *quæ.* Ed. Scriv. *quisque.* Male. Loquitur de eo, qui patitur, quod, etc. *Id.*—9 Vulgo, *Psit. avis Ind. avis est.* Ceterum ante illa, *instar illi, etc.* videtur quid deesse. Itaque notam asterisci affixerim. *Colv.* *Psittacus avis Ind. avis est.* F. *pinnamenti*: vel est glossema. vel leg. *Psitt. avis Indiæ est pinn.* Groslotius. Mss. Becich. Ep. 98. et Ed. Junt. post. cum Colv. et seqq. faciunt. Sed nec male Pith. et Edd. priores *Psitt. avis Ind. avis est.* Solinus e Nostro: 'sola India mittit avem Psittacum:' ubi vide Salmas. p. 713. *Oud.*—1 Sunt qui τὸ *instar* inducunt, haud bene ut Casaubonus recte docet ad Apolog. pag. 146. *Elmenh.* Vid. N. Var. —2 *Sed nec colorum columbarum.* Hæc cum paucis quæ præcesserunt minime integra aut emendata sunt: sed desiderari, abundare quædam videntur. Aldini cod. et post. Basil. lectio est quam expressimus. Ms. *sed ne q* [cum lineola obliqua per compendiosam scripturam. *J. Bosscha.*] *columbarum.* Legerim, *sed nec color ut columbarum.* Psittaco non idem color qui columbis; rationem subjungit: 'Non enim lacteus ille,' &c. Extricavi me quoquomodo ex hoc loco, quod minime speraveram. *Colv.* Becichemus iterum, *nec colo columbarum:* quo quid sibi velit ipse non explicat. *Id. in Omiss.* Flor. *sed colorum c.* Fulvius, *avis est minimo minus, quam columba, sed nec color columbarum.* Elmenhorstius. Abest τὸ *nec* a Mss. Florent. Pith. Fulv. et Ed. Vicent. *ne* Lips. et Bas. pr. Sequentia sic Elmenh. cum posterioribus editoribus interpolavit: *sed nec color ei ut columbarum.* Gulielm. *sed decolorum col.* E Colvii conjectura dederant Vulc. Scal. Wower. *color, ut.* At Casaubon. ad Apolog. p. 146. *color ei,* quas conjecturas junxit Elmenhorst. *Colorum* est in Florent. Cod. et Edd. Vic. Ven. Junt. pr. Ald. Bas. Colv. *Color* est in Ms. Fulv. Pith. atque Ed. Junt. post. Recte. scilicet *est illi,* quod e præcedentibus repetendum; licet facile *ei* vel *illi,* quod mavult Salmasius, excidisse potuerit. Mihi suspicio est, altius vulnus latere. Becichemi illud *colo* videtur esse typographi error pro *color.* Oud.—3 Ms. lib. *non ē.* Colvius.

NOTÆ

[r] *Qui suæ virtutis sterilis est*] Supple, finiendi sensus causa, *alienam laudem intercipere nititur*, aut quid simile.

[s] *Psittacus Indiæ avis est*] Solinus, in Polyhistore cap. 55. 'Sola India mittit Psittacum avem, colore viridi, torque puniceo.' Plin. lib. x. cap. 42. 'Super omnia humanas voces reddunt Psittaci quidem etiam sermocinantes. India hanc avem mittit, Sittacen vocat, viridem toto corpore, torque tantum miniato in cervice distinctam.'

[t] *Instar illi*] Proba lectio. Instar est ὄψις, species. Sic apud Virgilium, 'quantum instar in ipso.' Valer. Maxim. 'habere instar arcis,' hoc est, similitudinem. Glossæ veteres: Instar: similitudo, ὁμοίωμα, ἀπεικόνισμα.

teus, aut sparsus [5] est: sed color psittaco viridis, et intimis [6] plumulis, et extimis palmulis;[7] [u] nisi quod sola cervice distinguitur. Enimvero cervicula ejus circulo mineo,[w] velut aurea torqui, pari fulgoris circumactu cingitur et coronatur. Rostri prima duritia:[x] cum in petram quampiam concitus altissimo volatu præcipitat,[8] rostro se, velut anchora, excipit. Sed et [9] capitis eadem duritia, quæ rostri. Cum sermonem [1] nostrum [y] cogitur æmulari, ferrea clavicula caput tunditur, imperium magistri ut persentiscat: hæc ferula discenti [2] est. Discit autem statim pullus [z]

flavus ab utraque parte, vel variegatus: at psittacus habet colorem viridem, tam in plumis interioribus, quam in pennis exterioribus: excepto quod discriminatur tantum in collo. Nam ejus collum circumdatur et cingitur annulo rubro quasi torque aureo, simili circumemissione splendoris. Summa est durities ejus rostri: quando volatu maxime sublimi celeriter irruit in aliquod saxum, excipit se rostro, quasi anchora. Verum durities capitis ejus eadem est ac rostri. Quando cogitur imitari nostram locutionem, percutitur ipsi caput ferreo malleolo, ut sentiat jussa docentis: hoc ipsi est pro ferula dum discit. Eruditur vero illico dum est pullus usque ad secundum annum

—4 Al. *utrimque.*—5 Ed. Junt. pr. *spersus.* Oud.—6 Pith. *etiam intimis.* Id. —7 Al. *parmulis.*—8 Pith. *præcipitatur:* male. Vide Salmas. ad Sol. p. 563. *Oud.*—9 Caret Ed. Junt. post. *τῷ et.* Id.—1 Male plerisque in editionibus, *quæ rusticum serm.* Ex qua legerat Lipsius: *Quare cum sermonem.* Colvius. Sic Ms. Florent. Pith. Ed. Bas. sec. cum Colvio et seqq. bene ex vulgato *quæ rusticum,* quod habet quoque Lips. cod. Becich. Ep. 98. Ed. Junt. post. *quæ rostro.* Oud.—2 Pith. Lips. *discenti ferula.* Id.—3 Deest *suæ* Pith. et in

NOTÆ

[u] *Et extimis palmulis*] Lipsio magis placet *parmulis,* quasi pennis exterioribus psittaci forma sit parmarum. At nihil mutare velim: palmulas extimas intelligo pennas duriores alarum et caudæ, quæ, quam bene remorum palmulas imitentur, nemo non videt. Confer quod dixit Noster Florid. II. ubi de Aquila: 'Ibidem pinnarum eminus indefessa remigio.'

[w] *Cervicula ejus circulo mineo, &c.*] Vide quæ paulo supra retulimus ex Solino et Plinio.

[x] *Rostri prima duritia*] Solinus, cap. 55. supra laudato: 'rostri tanta duritia est, ut cum e sublimi præcipitatur in saxum, nisu se oris excipiat, et quodam quasi præsidio utatur extraordinariæ firmitatis.'

[y] *Sed et capitis eadem duritia, quæ rostri. Cum sermonem nostrum, &c.*] Plin. lib. x. cap. 42. supra laudato: 'capiti ejus duritia eadem quæ rostro: hoc, cum loqui discit, ferreo verberatur radio; non sentit aliter ictus.' Solinus: 'Caput vero tam valens, ut si quando ad discendum plagis sit admonendus (nam studet ut, quod homines, loquatur) ferrea clavicula sit verberandus.'

[z] *Discit autem statim pullus, &c.*] Solinus: 'Dum pullus est, atque adeo intra alterum ætatis suæ annum, quæ monstrata sunt, et citius discit, et tenacius retinet: major paulo segnior est, et obliviosus, et indocilis.'

usque ad duos ætatis suæ [3] annos; dum facile os, uti conformetur, [4] dum tenera [5] lingua, uti convibretur. Senex autem captus, et indocilis [6] est et obliviosus. 2. Verum ad disciplinam humani sermonis facilior est psittacus, glande qui vescitur: [a] et cujus in pedibus, ut hominis, quini digituli numerantur: [b] non enim omnibus psittacis id insigne: sed illud omnibus proprium, quo eis [7] lingua latior quam ceteris avibus, eo facilius [c] verba hominum articulant, [8] patentiore [9] plectro [1] [d] et palato. Id vero, quod didi-

suæ ætatis; quandiu os ejus facile est formatu, et lingua tenera vibratu. Qui autem apprehensus est vetus, neque discere potest, neque recordari. At ille Psittacus aptior est ad discendam loquelam humanam, qui alitur glande: et in cujus singulis pedibus numerari possunt quinque digituli, sicut in pedibus hominis. Nam non omnes psittaci habent hanc notam: at hoc est proprium omnibus ipsis, quo habent linguam latiorem quam reliquæ volucres, eo facilius formant voces humanas, latiore nimirum plectro, et palato. Tam similiter autem nobis cantat, aut potius pronuntiat id quod edoctus est,

eod. mox *de* pro *dum*. Id.—4 Ms. cod. *confirmetur uti*. Colvius. Item Pith. Oud.—5 *Cum ten. Dum*, potius. *Brant*. Mss. Flor. Lips. Pith. et Edd. ante Elmenh. *cum*. Sed bene jam Stewech. infra, Salmas. Brant. monuerunt legendum esse *dum*, et post *os* ac *lingua* parva nota distinguendum. *Oud.*—6 Idem, *capitis et ind.* Aliud quid substituendum puto, quod jam non succurrit. *Colv.* Ego certo pro meo captu legerim, *senex autem captu et ind.* Brantius.—7 Vulgati plerique et Ms. *quod eis*. Et post in veteri etiam, *lingua latior est*. Colvius. Pith. Ed. Vic. Junt. pr. Bas. pr. *quod*. Oud.—8 *V. h. articulantur*. Pith. Edd. ante Bas. sec. *hominis*, et Pith. Lips. Ed. Junt. post. *articulant*, atque ita citat Salmasius, quomodo est in Arnobio. Nam passive hic durius foret intelligi. *Id.*—9 Lips. *patenti ore*. Id.—1 Pith.

NOTÆ

[a] *Verum ad disciplinam humani sermonis facilior est psittacus, glande qui vescitur*] Id non de Psittaco, sed de pica refert Plin. loco supra laudato: 'Verum addiscere alias negant posse, quam quæ ex genere earum sunt, quæ glande vescantur: et inter eas facilius, quibus quini sunt digiti in pedibus: ac ne eas quidem ipsas, nisi primis duobus vitæ annis.' Picæ illæ glandariæ nobis dicuntur *Geays*, vulgo Graculi, sed male, si Menagio credimus Graculum Cornicem esse affirmanti, in libro quem De Amœnitatibus Juris inscripsit.

[b] *Et cujus in pedibus, ut hominis, quini digituli, &c.*] Id etiam Solinus de psittacis ait: 'inter nobiles et plebeios discretionem, digitorum facit numerus: qui præstant, quinos in pede habent digitos, ceteri ternos:' immo quaternos habent ii omnes, qui ad nos afferuntur.

[c] *Quo eis lingua latior quam ceteris avibus, eo facilius, &c.*] Idem dicit Solinus de psittacis. Plin. de picis: 'latior iis est lingua, omnibusque in suo cuique genere, quæ sermonem imitantur humanum.'

[d] *Patentiore plectro*] Linguam plectrum vocat: quod, veluti plectro pulsatis fidibus, ita lingua percusso palato sonus editur.

cit,[2] ita similiter nobis canit, vel potius eloquitur, ut vocem si audias, hominem putes: nam quidem si videas, idem conari,[3] non eloqui. Verum enimvero et corvus [a] et psittacus nihil aliud, quam quod didicerunt, pronuntiant. Si convicia docueris, conviciabitur, diebus ac noctibus [4] perstrepens maledictis: hoc illi carmen est, hanc putat cantionem. Ubi omnia, quæ didicit, maledicta percensuit, denuo repetit eandem cantilenam. Si carere convicio velis; lingua excidenda est, aut quamprimum in sylvas [5] suas remittendus.[6]

NUM. XIII. Non enim [7] mihi philosophia id genus ora-

ut si audias tantum ejus vocem, credas esse hominem: si autem eum intuearis, dicas eum id conari, non autem pronuntiare. Ceterum corvus et psittacus nihil aliud loquuntur quam quod edocti sunt. Si docueris psittacum maledicta, maledicet, obstrepens conviciis per dies et noctes: hoc est ei pro carmine, hanc retur esse suam cantilenam. Quando protulit universa convicia quæ didicit, iterum resumit eandem cantionem. Si velis liberari ejus maledictis; resecanda est ei lingua, vel ipse amandandus est quam citissime in sua nemora.

Nam philosophia non mihi tribuit ejusmodi sermonem, sicut natura largita est

plectus. Id.—2 Vulgo, *id v. q. dicit.* inepte. *Elmenh.* Emendabis: *didicit.* Woweriūs. Recte emendavit Stewech. vel Schikheradus. *Oud.* Vid. Not. Var.—3 Pro *videas* Ms. *audias.* Idem, *conātē non loqui.* Lipsius, *tonare non loqui.* Colvius. Scilicet *putes*, quæ vox ἀπὸ κοινοῦ repetenda. Si audias, putes hominem loqui. Si videas, putes psittacum conari potius quam loqui. Sic Persius eadem de re: 'Verba nostra conari.' Ms. tamen pro *videas* habet *audias*, et Fulvius pro *idem* mavult, *id est.* Scioppius in Symbola. Martialis de pica: 'Si me non videas, esse negabis avem.' Ms. *conatem non loqui.* Lips. *tonare non loqui.* Ego etiam, *cantare*, divinabam, quanquam a vulgata lectione non recedo. Juvat Persius: 'Picasque docuit verba nostra conari.' *Brant.* Recte post *videas* supplet ἀπὸ κοινοῦ Scioppius τὸ *putes*: unde patet, nihil hic esse mutandum, et locum bene sanum esse, quem varie varii tentarunt. Ursinus, *si videas, id est conari*, conatus is est, non elocutio. G. Vossius repetit bis *videas.* Audacissime vero Salmas. reponere tentat: *ut longe si audias hominem putes: non quidem, si audias idem coram te eloqui.* Dicit Apul. aliquem, qui psittacum non videns, ejus vocem modo audiat, existimaturum se audire hominem. At vero si videat eum, tum putaturum, illam avem id quidem conari non eloqui. Bene huc citarunt VV. DD. loca Martialis et Persii de pica. Verum tamen in Mss. non *videas* sed *audias* exaratur, ut in Flor. Lips. Fulv. Pith. Hinc igitur tantum lego *nam quidem si avim videas.* Ob repetitionem τῶν *vim vi* excidit una syllaba, et hinc factum *audias.* Avim autem ut classim, restim, &c. In Ms. Lips. vitiose *homines* (unde V. D. *hominis*) et *non loqui*, pro quo Pith. *loqui non.* Oud.—4 Pith. *an noct.* Id.—5 Ed. Vicent. *insulas.* Id.—6 Addunt *est* Pith. Edd. ante Bas. sec. vel Colvii. *Id.*—7 *Enim* deest Pith. *Id.*—8 *Id ge-*

NOTÆ

[a] *Et corvus*] Discit enim et ipse voces imitari humanas. Testis corvus ille, cui interemto Populus Romanus splendidas fecit exequias, et interfectorem morte ultus est. Historiam vide apud Plin. lib. x. cap. 43.

tionem[8] largita est, ut natura quibusdam avibus brevem et temporarium cantum commodavit: hirundinibus matutinum,[f] cicadis meridianum,[g] noctuis serum, ululis vespertinum, bubonibus nocturnum,[h] gallis antelucanum. Quippe hæc animalia inter se, vario tempore et vario modo, occinunt et occipiunt carmine: scilicet galli[9] expergifico, bubones[1] gemulo, ululæ querulo, noctuæ intorto, cicadæ obstrepero,[2] hirundines perarguto. Sed enim philosophi ratio et oratio tempore jugis[3] est, et auditu venerabilis, et intellectu utilis, et modo omnicana.[4]

NUM. XIV. Hæc atque hoc genus[5] alia[i] partim cum

quibusdam volucribus cantum brevem, et obnoxium vicibus temporum; matutinum hirundinibus, meridianum cicadis, serum noctuis, vespertinum ululis, nocturnum bubonibus, antelucanum gallis gallinaceis. Etenim hæc animalia diverso inter se tempore et diversa ratione canunt, et inchoant cantionem: nempe galli excitatoriam, bubones mæstam, ululæ lamentabilem, noctuæ inflexam, cicadæ stridentem, hirundines acutissimam. Verum ratiocinatio et loquela Philosophi exhibetur quovis tempore, estque veneranda auscultatu, et conducibilis intellectu, et resonat omnimoda ratione.

Cum Crates partim audiret hæc et alia similia a Diogene, partim ipse sibi

nus orationis. Rescribe, *id genus orationem:* jubent enim codex Ms. et Romana editio. de Deo Socratis: 'Gignamus omnino id genus corpus.' De Mundo: 'Quas sapiens genus homo communibus usibus fabricavit.' Ecquando non sic Noster, cumque eo melioris Latinitatis magistri reliqui? *Colv.* Verissime. Infra N. 18. 'in auditorio hoc genus.' Gell. lib. xv. c. 30. 'quod genus ille homo est.' Sexcenties Noster et alii 'id genus,' 'omne genus' pro 'generis' usurpant. Vide ad Met. lib. xi. p. 771. b. *Oud.*—9 Pith. *gallis.* Id.—1 Lips. *bubonis.* Id.—2 Edd. Vic. Junt. pr. Ald. *obstreporo.* Id. —3 Lips. cod. *lucis.* Pith. *hujus.* Id.—4 Legendum monet Stewechius *modo omni cata.* Vid. Not. Var.—5 Membranæ, *hec g̊* id est, *hæc ergo.* Colvius.—

NOTÆ

[f] *Hirundinibus matutinum*] Artemidorus pag. 153. de hirundine: *οὐδέποτε ἑσπέρας ᾄδει, ἀλλ' ἕωθεν ἡλίου ἀνίσχοντος, οὓς ἂν ζῶντας καταλαμβάνοι ὑπομιμνήσκουσα τῶν ἔργων.* 'Nunquam vespere canit, sed mane oriente Sole, quos invenerit viventes' (homines) 'operis admonens.'

[g] *Cicadis meridianum*] D. Ambrosius Hexaëmeri lib. v. cap. 22. 'quam dulcis etiam in exiguo cicadis gutture cantilena, quarum cantibus medio æstu arbusta rumpuntur, eo quod magis canoræ meridianis caloribus, quo puriorem aërem id temporis attrahunt spiritu!' Virgil. Eclog. II. 'Sole sub ardenti resonant arbusta cicadis.'

[h] *Noctuis serum, ululis vespertinum, bubonibus nocturnum*] Idem Ambrosius Hexaëmeri lib. v. cap. 26. 'habet etiam nox carmina sua, quibus vigilias hominum mulcere consuevit: habet et noctua suos cantus.'

[i] *Hæc atque hoc genus alia*] Ante hæc verba puto referendum et inter-

audiret a Diogene Crates,[6] alias [7] sibimet ipse suggereret;[8] denique in forum exilit,[k] rem familiarem abjicit, velut onus stercoris,[9] [l] magis labori [1] quam usui. Dein cœtu facto, maximum exclamat: Crates, inquit,[2] Cratetem manumittit.[3] [m] Exinde non modo solus, verum nudus et liber omnium, quoad vixit, beate vixit.[4] Adeoque ejus cupiebatur,[5] ut

suggereret alia, prosilit tandem in forum, amandat a se suas divitias, tanquam sarcinam fimi, laboriosiorem quam utiliorem. Postea congregata maxima concione, exclamat: Crates (ait) asserit in libertatem Cratem. Postea quamdiu vixit, feliciter vixit, non tantum servis destitutus, sed etiam nudus, et solutus ab omnibus.

6 Idem, *Odio Cenocrates.* Colvius.—7 Al. *alia.*—8 Idem, *suggeretur.* Colvius. Edd. Rom. Vicent. *suggeret*, ut monuit jam Becichem. Ep. 98. *Oud.*—9 Malim: *tergoris.* Wowerius. Protulit hanc conjecturam etiam ad Minuc. Fel. c. 38. atque ita citat Wasse ad Sallust. B. Jug. c. 14. 'prius oneri quam usui esse.' W. Goesius margini allevit *velut onus statuens.* Sed *onus stercoris* idem est quod *onus stercoreum* sive sordidum. De hoc genitivo adi ad Met. lib. IV. p. 439. b. *Oud.*—1 Ms. Lips. Ed. Junt. pr. *laboris.* Id.—2 Rom. *maximum exclamat:* recte. *Elmenh.* Pith. et Edd. quas vidi omnes ante Colv. habent *maximum excl.* quod revocavit Scriver. probavitque Elmenh. Vere. Est enim imitatio Plautina ex Mostell. A. II. 2. 57. 'atque ille exclamat derepente maximum.' Adjectiva neutrius generis adverbialiter Nostro usurpari, sæpe notatum supra. Porro nemo non videt, hic plane παρέλκειν τὸ *inquit.* quod crebro intruserunt librarii: ut monui quoque sæpius. V. Ind. Not. *Oud.*—3 *Crates te manumittes.* Ful. Cod. *Crates, inquit, Cratetem manumittit.* Suid. Crates. Plutarch. de Usura. *Wower.* Fulvius: *Crates Cratetem manumittit.* recte. Suidas in Κράτης: Ἀρθεὶς ἐπὶ τοῦ βωμοῦ, εἶπεν, Ἐλευθεροῖ Κράτητα Θηβαῖον Κράτης. Plutarch. de Usura tom. III. p. 117. Isidorus Pelusiota f. 264. Philo f. 558. Hieron. contra Jovian. lib. I. c. 27. *Elmenh.* Omnino recte Ursinus. Vulgo legitur *Crates Crates te manumittes.* Scriver. cum Florido *Cratem manumittit*, ut Thalem N. 18. sed *Cratetem* scriptæ lectioni *te* propius accedit. *Oud.*—4 Ed. Junt. post. *quod vixit.* Adi ad Met. lib. I. p. 37. a. *Id.*—5 *Is cupiebatur.* Idem uberius: *adeoque ejus cupieb. imago.* Colv.

NOTÆ

serendum XXII. Fragmentum Floridorum, quod incipit 'Sicuti navem bonam:' est enim ejusdem argumenti.

[k] *Denique in forum exilit*] Diogenes Laërtius in ejus Vita refert ex Antisthene in successionibus, eum, cum in Tragœdia quadam cerneret Telephum sportulam tenentem aliasque opulentum, ad Philosophiam Cynicam prorupisse, ac, patrimonio vendito, plus ducenta talenta civibus divisisse. At idem Laërtius paulo infra refert ex Diocle, persuasisse illi Diogenem, ut peculium dimitteret, ac, si quid pecuniæ haberet, jactaret in mare.

[l] *Velut onus stercoris*] Wowerius legebat *onus tergoris*, hoc est, dorsi.

[m] *Crates, inquit, Cratetem* [*Cratem*] *manumittit*] Ita legendum cum Fulvio, non autem, ut in vulgatis plerisque editionibus *Crates, inquit, Crates te manumittes.* Suidas in voce Κράτης: Ἀρθεὶς ἐπὶ τοῦ βωμοῦ εἶπεν· Ἐλευθεροῖ Κράτητα Θηβαῖον Κράτης. 'Elatus in tumulum dixit: Liberat Thebanum Cratetem Crates.'

virgo nobilis,[n] spretis junioribus ac ditioribus[6] procis, ultro eum[7] sibi optaverit.[8] Cumque interscapulum[9] [o] Crates retexisset, quod erat aucto gibbere,[1] [p] peramque cum baculo et pallium humi posuisset, eamque supellectilem sibi esse puellæ profiteretur,[q] eamque formam, quam videret:[2] pro-

Atque hic tantopere expetebatur, ut puella nobilis ultro petierit eum maritum sibi, contemtis maritis junioribus et locupletioribus. Cumque Crates discooperuisset dorsum suum, quod tumebat gibbo, deposuissetque in terra saccum cum scipione, et pallium, diceretque virgini illam esse suam supellectilem, et illam suam pulchritudinem,

Rom. et Florent. *adeoque ejus vita c.* Fulvii liber: *adeoque ejus cup. imago.* Elmenhorstius. Beeich. Ep. 98. Ed. Junt. post. etc. *is cup.* at Pith. Edd. Rom. Vic. Junt. pr. Ald. Bas. pr. *ejus cup.* unde I. Pyrrhus locutione Græca legit *ejus cupiebatur*, pro ejus amore, *virgo nobilis.* Sed tum *ut* post *virgo nob.* poni debuisset. Potius videtur esse Genitivus pro Nominativo, ut 'venit in mentem ejus rei,' et similia. Sed in Ms. Florent. *ejus cup. vita.* in Mss. Fulv. Becichemi, Lips. *ejus cup. imago,* at in Coll. Voss. *enim c. imago.* in Coll. Lips. *ei*, atque hinc Colvius *ejus*, Voss. *enim* fecit. Fuitne *adeoque usque?* Sæpe in Nostro *usque adeo.* Oud.—6 *Ac ditioribus.* Prave hæc exulant ab Ed. Floridi. *Id.*—7 Rom. et Flor. *ultroneum.* Elmenhorstius. Vulg. *ultroneum.* Colvius. Habent id Edd. Colvio priores, item Elmenhorstii. Perperàm. Non enim Crates ultroneus, sed illa *ultronea*, ut forsan legendum. Sæpe enim vox 'ultroneus' apud Apuleium. *Ultro* habet Ms. Lips. *Ultronee* vir doctus allevit margini Ed. Junt. post. *Oud.*—8 Coll. Voss. Lips. *optaverat.* Id.—9 Al. *interscapilium.*—1 Quid si, *quod auxerat gibbere.* παθητικῶς. Simile factum patris Galbæ apud Sueton. Galba c. 3. *Brant.* Burm. divinavit *alto.* Rectius Vir Doctus ad marg. Ed. Junt. post. *acuto.* Ut legendum esse monui ad Sueton. August. c. 78. Pith. *auctor.* An *auctiore?* Oudendorp. Possit quoque legi *auctius gibbere.* J. Bosscha.—2 *Viderat.* Edd. Vic. Junt. pr. Ald. *videat.* Ed. Junt. post. *videret.* Bene. Tunc

NOTÆ

n *Virgo nobilis*] Quæ infra Hipparche a Nostro dicitur. Laërtius vocat eam Hipparchiam, ejusque Vitam seorsim scribit.

o *Interscapulum* [*Interscapilium*] Sive *interscapulum*, (utroque enim modo dicitur,) est spatium illud quod est inter scapulas. Hyginus in descriptione ursæ, 'in humero claram unam: in pede de posterioribus novissimo, duas: in summo interscapilio, unam.' Cœlius Aurelianus lib. I. cap. 6. 'vel mordicationes oris, vel ventris usque ad interscapulum, quod Græci μετάφρενον vocaverunt.' Glossæ, μετάφρενον, Conscaplium et Interscapulum.'

p *Quod erat aucto gibbere*] Quid, si legas, *quod erat auctum?* nempe interscapilium gibbo intumuerat. Crates, ut refert Laërtius, cum sentiret se morti proximum, inspiciebat seipsum, dicens: στείχεις δὴ φίλε κύρτων, Βαίνεις εἰς ἀΐδαο δόμους κυφὸς διὰ γῆρας. 'Vadis nunc, amice curve, Vadis ad Orci ædes gibbosus præ senecta.'

q *Eamque supellectilem sibi esse puellæ profiteretur*] Laërtius in vita Hipparchiæ: ἀναστὰς (ὁ Κράτης) καὶ ἀποθέμενος τὴν ἑαυτοῦ σκευὴν ἄντικρυς αὐτῆς (τῆς Ἱππαρχίας) ἔφη, Ὁ μὲν νυμφίος, οὗτος· ἡ δὲ κτῆσις, αὕτη· πρὸς ταῦτα βουλεύου, &c. εἵλετο ἡ παῖς, &c. 'exsurgens (Crates) omni sua supellectile ante illius oculos exposita, Hic (ait)

inde sedulo consuleret, nec post querelæ causam[r] caperet:[3] enimvero Hipparche[4] conditionem accipit.[s] Jamdudum sibi provisum satis, et satis consultum respondit: neque ditiorem maritum, neque formosiorem uspiam gentium[5] posse invenire: proinde duceret, quo liberet. Duxit Cynicus in porticum:[t] ibidem,[6] in loco celebri, coram,[7] luce clarissima accubuit: coramque virginem imminuisset,[8] pa-

quam ipsa aspexerat: atque ideo caute deliberaret, ne postmodum arriperet ansam conquerendi: atenim Hipparche amplectitur conditionem sibi oblatam. Reposuit se jam pridem satis prospexisse, ac satis deliberasse: nec se posse reperire usquam terrarum virum locupletiorem, neque pulchriorem: ideoque duceret se quocumque vellet. Philosophus ille Cynicus ducit eam in porticum: ibidem in publico loco palam cum ea cubuit de medic..ie: et devirginasset puellam coram omnibus, paratam ad id patien-

enim videbat Hipparche, dum Crates hæc loquebatur. *Oud.*—3 *Querela eam caperet.* Ms. *querela cam.cap.* Contenderim scripturam genuinam esse, *querelæ causam cap.* Querela proprie de animi offensa conjugiali amori interveniente. Hinc in veteribus monumentis: CUM QUA VIXIT SINE ULLA QUERELA. *Colv.* Ms. *ne præter querelam, causam caperet.* Non satis intelligo. Cogitent eruditi. *Sciopp. in Symb.* Flor. et Rom. *querelam c.* Aldus, *querela eam caperet.* Elmenhorstius. Recte locum restituit Colv. Sensus autem est; ne deinde arriperet prætextum querendi. Colv. secuti sunt seqq. Edd. præter Elmenh. ac Scriv. qui retinent veterem lectionem non malam *querela eam caperet.* In Ms. Flor. uno et Pith. est *querelam eam c.* in altero Flor. *querelæ eam c.* Fulvian. *ne præter querelam causam c.* Forsan propius ad vestigia Mss. legas *querelæ ansam:* quod perinde est. *Oud.* *Ne post querelæ causam cap.* *Postquerelæ* uno verbo, ut 'postliminium,' et sim. legendum censet Gruterus. *Idem in Addend.*—4 Ms. *in partem.* Colvius. Flor. 2. *imparse.* Laërtius *Hipparchiam* illam vocat lib. VI. p. 427. *Elmenh.*—5 *Uspiam gentium.* Desunt Coll. Voss. Lips. *Oud.*—6 Fulvius: *duxit C. i. p. ubique.* Sciopp. in Symbola. Aldus, *Dux Cynicus in p.* male. *Elmenh.* Becich. Ep. 98. Colv. Ursin. Stewech. bene *duxit;* at Wower. et seqq. *ducit,* ut videtur esse in Florent. *dux* Ms. Lips. Pith. et Edd. priores. Ursin. *ibique.* Oud.—7 Stewech. supra *loco cel. in coram.* Sed non opus id. Vide Ind. Not. *Id.*—8 Imminu-

NOTÆ

sponsus, hæc ejus possessio est, ad hæc delibera, &c. elegit continuo puella,' &c.

[r] *Querelæ causam*] Optima lectio. Apposite querela hic sumitur pro offensione nimirum inter conjuges. Hinc in veteribus monumentis sæpe leguntur hæc maritorum de morigeris uxoribus: 'Cum qua vixit sine ulla querela.'

[s] *Conditionem accipit*] Solenne est conditionis vocabulum, ubi de nuptiis agitur. Plautus, Trinummo: 'Habeo dotem, unde dem Ut eam in se dignam conditionem collocem.' In Sticho: 'Nam me quidem hæc conditio nunc non pœnitet, Neque est cur nunc studeam has nuptias mutarier.' et solennis formula discutiendorum sponsalium: 'Conditione tua non utor,' l. II. ff. De Divort. et Repud. parag. 2.

[t] *In porticum*] Εἰς στόαν, a qua Stoici dicti sunt in ea philosophantes.

ratam pari[9] constantia, ni Zeno procinctu palliastri[1] a circumstantis[2] coronæ obtutu magistrum[3] in secreto defendisset.[4]

NUM. XV. Samos[u] Icario in mari modica insula est, exadversum[5] Mileto,[w] ad Occidentem ejus sita, nec ab ea multo pelagi dispescitur.[6] Utrumvis[7][x] clementer navigantem dies alter[8] in portu sistit. Ager frumento piger, aratro irritus,[9] fœcundior[1] oliveto, nec vinitori, nec olitori[2] scalpi-

dum eadem inverecundia, nisi Zeno septo pallioli sui protexisset magistrum suum in occulto ab oculis cœtus ambientis eum. Occidentem, neque separatur ab ea lato intervallo maris. Secundus dies defert in portum eum qui vel leniter navigat ab utralibet ad alteram. Solum ejus insulæ est tardum frumento ferendo, frustra aratur, feracius est olivarum, neque foditur a vinitore, neque ab hortulano. Tota ejus cul-

ere, vitiare, virginem invadere: alii habent *inivisset*. Pyrrhus. Ms. *virg. cum immi.* Et ex eodem paulo post, *paratam pari constantia;* cum nusquam ante τὸ *pari* esset. *Colv.* Absurde alii: *inivisset.* Imminuere virginem διακορεύειν, διαπαρθενεύειν. Ita notabis apud Auson. Centone nuptiali: 'Imminutio.' *Wower.* Vulcanius quoque Ed. suæ margini allevit *inivisset.* Sed vide Wower. et corrige Acronem ad Horat. lib. I. O. 26. 'integris fontibus, plenis et immutationem nescientibus:' immo vero *imminutionem:* i. e. ut Cruq. Schol. ait, 'incontaminatis.' *Oud.*—9 *Pari* exulat male ab Edd. Junt. Ald. Bas. *Oud.*—1 Assentior Fulvio reponenti: *projectu,* hoc est, protensione. *Sciopp. in Symb.* Frustra: quod in Glossis est, Procinctus προβολή, ad rem militarem pertinet. Propius accederet *protentu.* Oud. Gruterus Suspic. Ined. lib. XVI. c. 8. legit: *procinctu p. circumstantis coronæ obtutum magistri secreto d.* Idem in Add.—2 Bene præpositionem addidit Elmenh. scilicet e Cod. Florent. licet id sileat. A prioribus Edd. abest *a.* Id.—3 Ms. cod. *magistri.* Colvius. forte, *magistri insecreta defendisset.* Brantius. Inepte. Alius V. D. *magistri secretum def.* dein Burm. conjecit *ut in s.* in Pith. est *magistri ēt s. offend.*—4 Becichemus antiquam lectionem ait, *recondisset.* Colv. in Omissis.—5 Al. *exadverso.* Vid. Not. Var.—6 Al. *dispicitur* et *despicitur.*—7 *Utrumvis.* Ms. lib. *verumvis.* Colvius. Mavult Vir doctus Misc. Obs. vol. V. tom. III. p. 114. *utramvis* vel *utrimvis.* Recte. *Oud.*—8 Edd. vett. *alter dies.* Pith. *navigante diem:* deest mox *ager.* Id.—9 Lips. *aratur.* Pith. *viridus.* Id.—1 Ed. Bas. pr. *fæcundiore.* Id.—2 Florent. et Rom. *olitori.* Elmenhorstius. *Oleri* Ms. Colv. *olivitori,* quod non placet. *Brant.* Certe prave omnino Colvius reposuit *olivitori,* contra ipsius Auctoris mentem, ut bene ostendit Flor. quare vehementer miror illud ab Edd. seqq. retentum

NOTÆ

[u] *Samos*] Præter hanc Junoniam Samum, quæ Ioniæ adjacet, est altera Samos Thracica in mari Ægæo, Thraciæ opposita, quæ 'Same' Straboni ac Diodoro Siculo, 'Samothracia' et 'Samothrace' Ptolemæo, Melæ, et Plinio: olim Dardania. Quin et Cephalenia insula Samus etiam et Same dicta est olim.

[w] *Exadversum Mileto*] Quæ urbs est in finibus Ioniæ et Cariæ sita, de qua jam diximus ad lib. I. Metamorph. sive Asini.

[x] *Utrumvis*] Id est, utrumversum; sive Mileto Samum, sive Samo Miletum.

tur.[y] Ruratio omnis[3] in sarculo et surculo:[4 z] quorum proventu magis[5] fructuosa insula est, quam frugifera.[a] Ceterum et incolis frequens, et hospitibus celebrata. Oppidum habet nequaquam pro gloria: sed quod fuisse[6] amplum, semiruta mœnium[7] multifariam[8] indicant.[9] Enimvero fanum Junonis[b] antiquitus famigeratum: id fanum[1] secundo littore,[2] si recte recordor, viam viginti haud amplius stadiis[3] ab oppido abest.[4] Ibi donarium Deæ[c] per-

tura consistit in sarritione, et plantandis surculis olivarum, quorum ubertate fit ut insula magis abundet fructibus, quam frugibus. Porro et abundat habitatoribus; et frequentatur ab extraneis. Est in ea urbs minime respondens ejus famæ; sed quam ruinæ murorum pluribus in locis demonstrant fuisse magnam. Ibi autem est templum Junonis celeberrimum: illud templum, si bene memini, distat ab urbe itinere non plus quam viginti stadiorum juxta oram maris. In eo est sacrarium Deæ

esse. Quod revocavit Flor. *olitori* tamen primum Becichemi inventum est et comparet in Edd. Basiliensibus. Bene quidem, si Mss. addicerent. At illi, ut Florent. Lips. Pith. et Edd. vett. dant *oleri*. Forsan legendum, *nec vineto, nec oleri scalpitur*, i. e. ad vineta aut olera. 'Olerarius' et 'Olerator' de olerum venditore occurrit in Glossis. Ceterum οὐκ εὔοινον esse Samon testatur quoque Strabo. Habuit tamen hæc insula vineas: unde enim alioquin nomen promontorio Sami ἄμπελος. In Mss. autem Lips. Pith. Edd. Vic. Junt. pr. Ald. Bas. pr. est *sculpitur*. A Becichemo etiam est *sculpitur*. Bene. *Oud.*—3 Ms. cod. *omnes*. Colvius. Item Pith. *Oud.*—4 Lips. *et in surculo*. Id.—5 Idem, *magni*. Colv.—6 Edd. Vic. Junt. pr. Ald. Bas. pr. *fuisset*. Oud.—7 Idem, *semirupta*, expuncto τῷ *mœnium*. Colv.—8 Pith. *multifaria*. Oud.—9 Coll. Voss. *indicatur*. Id.—1 Pith. *et fanum*. Id.—2 V. Not. Var. —3 Sic Mss. Florent. Lips. Edd. Elmenh. &c. Ante edebatur *stadia*, ut est in Pith. Debuerat tum esse *stadiorum*, ut placet Viro Docto, vel potius *stadium*. Oud.—4 *Oppido abest*. Elmenh. ex Cod. Florent. *ab oppido*. Bene. Vide ad Cæsar. l. v. B. G. c. 27. 'alter paulo amplius ab his (castris) absit.'

NOTÆ

[y] *Nec vinitori, nec olitori scalpitur*] Id est, nec a vinitore, nec ab olitore. Porro *olitori* legendum esse, non *olivitori*, ut perperam putat Colvius, satis ostendit id quod ait supra 'fœcundior oliveto.' Id nimirum vult Sami insulæ solum solis olivetis aptum, frumento ineptum, vitibus quoque et oleribus hortorumque cultui minime accommodatum.

[z] *In sarculo et surculo*] Id est, in plantandis olivarum seminariis, iisque sarculo purgandis: frequenter sarrienda olivarum seminaria, ait Columella, lib. v. De Re Rustica, cap. 9.

[a] *Magis fructuosa insula est, quam frugifera*] Fructuosa olearum baccis. Fructus sunt arborum: fruges segetum, puta tritici, hordei, avenæ, &c.

[b] *Fanum Junonis*] Et simulacrum habitu nubentis figuratum: quippe dicitur Juno in illa insula nata, et educata, ac Jovi nupta: unde et sacra ejus anniversaria ibi celebrantur nuptiarum ritu.

[c] *Donarium Deæ*] Donarium hic locus est, quo dona reconderentur, cujusmodi loca nos in nostris templis thesauros dicimus.

quam opulentum:[5] plurima auri et argenti[6] ratio, in lancibus,[d] speculis,[e] poculis, et cujuscemodi[7] utensilibus. Magna etiam vis æris, vario effigiatu, veterrimo et spectabili[8] opere. Vel inde[9] ante aram Bathylli statua a Polycrate[1 f] tyranno dicata, qua nihil videor effectius[2] cognovisse: quidam Pythagoræ eam falso existimant. 2. Adolescens est visenda pulchritudine, crinibus fronte[3] parili separatu[4] per malas remulsis:[5] pone autem[6] coma prolixior interlucentem cervicem scapularum finibus obumbrat. Cervix suci

quam locupletissimum; magnum pondus auri et argenti in patinis, speculis, crateribus, atque id genus supellectile. Ingens quoque copia æris in diversis simulacris factis opere antiquissimo et conspicuo. Documento sit vel unum signum Bathylli, consecratum ante altare a tyranno Polycrate: quo non credo me quicquam vidisse magis absolutum: nonnulli falso putant illud esse Pythagoræ. Puer est forma insigni, capillis a fronte deductis in genas æquali discriminatione, a tergo vero crines longiores tegunt collum ejus, quod conspicitur inter ipsas usque ad confinium scapu-

Id.—5 Flor. *præquam o.* Elmenhorstius. Male. *Oud.*—6 Idem, *auri est et arg.* Colvius.—7 *Hujuscemodi.* Ed. Floridi *hujusmodi.* Codd. Florent. *cujuscemodi*, i. e. cujuscumque generis. Optime. Vide Ind. Not. *Oud.*—8 Pith. *expectabili.* Id.—9 Sic Mss. et Becich. cum Edd. Junt. post. Colv. &c. Hoc Floridus interpretatur: 'documento sit vel unum signum Bathylli.' In aliis Edd. erat *vel tamen*, unde Groslot. conjecit *vel tantum.* Scriverius edidit *vel vide statuam, &c. dicatam*, ut conjecerat quoque W. Goesius, qui tamen retinet *statua.* Id. Forte leg. *veluti ante aram B. statua, &c.* J. Bosscha. —1 Coll. Voss. Lips. abest *a*, quo notetur non a tyranno esse dicatam statuam, sed illius tyranni tempore. *Oud.*—2 Ms. liber *video efficacius.* Num *effigiatius?* Sed nihil mutem. *Colv.*—3 Malim *a fronte.* Oud.—4 *Separata.* Amplector scriptam lectionem, *separatu.* Colvius. Bene Colv. et seqq. cum Mss. Ante sine sensu *separata.* Oud.—5 *Revulsis.* Sic Mss. In Edd. ante Colv. *revulsus.* Sed legendum esse *remulsis* cum Salmasio ad Tertull. Pall. vidimus supra ad N. 3. *Id.*—6 Scriverius edidit *pone aurem.*

NOTÆ

[d] *In lancibus, poculis, &c.*] Quibus ad sacrificia utebantur. Lancibus, in quibus exta victimarum ponebantur. Virgil. II. Georgic. 'Lancibus aut pandis fumantia reddimus exta.' Poculis ad libandum vinum, aliosve liquores, sanguinem etiam victimarum excipiendum.

[e] *Speculis*] Recte in Junonis Donario specula collocat. Seneca, epist. 95. 'vetemus lintea et strigiles Jovi ferre, et speculum tenere Junoni:' et maxime Sami Junonem decebant specula, ubi nubentis habitu colebatur.

[f] *A Polycrate, &c.*] Hic cum diu rerum in Samo insula potitus esset, opibusque abundans summa cum felicitate vixisset, ad extremum ab Orœte Sardium præfecto per fraudem interficitur, ac mortuus suspenditur, hoc exemplo docens felicem neminem ante obitum supremaque funera esse dicendum. Æqualis fuit Anacreonti poëtæ et Pythagoræ philosopho: nempe circa Olympiadem sexagesimam secundam, qua dominari cœpit.

plena,[7] malæ uberes,[g] genæ teretes, ac medio [8] mento lacuna,[h] eique prorsus citharœdicus status, Deam conspiciens, canenti similis,[9] tunicam picturis variegatam [1] deorsus ad pedes dejectus ipsos, Græcanico cingulo; chlamyda [2] velat utrumque brachium adusque articulos palmarum: cetera decoris in striis [3] [i] dependent. Cithara balteo cælato apta strictim [4] sustinetur: manus ejus teneræ, procerulæ: læva distantibus digitis nervos molitur: dextera [5] psallentis gestu pulsabulum [k] citharæ admovet, ceu parata percutere, cum vox in cantico interquievit: [6] quod interim canticum

iarum. Collum ipsum est succulentum, malæ imberbes, genæ rotundæ, et parvum cavum in mento: atque habitus ejus est omnino qualis citharœdi, intuetur Deam similis cantanti, habet vestem distinctam picturis, demissam inferne ad ipsos usque pedes, cum zona more Græco; chlamys tegit ambo brachia usque ad juncturas manuum. Reliqua ornamenta histrionica pendent. Testudo alligata balteo insculpto suspenditur breviter: ejus manus sunt molles, sinistra ejus longiuscule extensa tentat chordas digitis dilatatis, dextra admovet plectrum suum citharæ, gestu psallentis, quasi jamjam pulsatura quando vox substiterit inter canendum. Interea ipse

—7 *Succi plena.* Flor. *suci plena.* Elmenhorstius. Item Pith. et Ed. Vic. Bene. *Oud.*—8 Al. *ac modico.* Vid. Not. Var.—9 Ms. cod. *canenti simul.* Colvius. Item Pith. *Oud.* Pith. *variegatum.* Id.—2 Passim ante *chlamyde.* Colvius. Sic recte Ms. Lips. Edd. Junt. post. Colv. etc. Vide ad Met. l. x. p. 737. a. 'Ephebica chlamyda.' Florent. Pith. Coll. Lips. et Edd. vett. *chlamyde.* sine sensu. *Oud.* —3 Vulg. *decoris instrumentis.* Vid. N. Var.—4 *Structim.* Ms. *strictim.* Colvius. Uti recte edidit Vulcan. cum seqq. Edd. et Mss. Flor. l. IX. Met. 'cinctum pectoralem adusque vestigia strictim injecti.' Gell. l. xv. c. 3. 'fasciis ventrem strictissime circumligare.' Pith. *stricti sustinent.* Oud.—5 Edd. vett. *dextra.* Id.—6 Ms. lib. *interquietum quod.* Colvius. *Percutere, cum vox in cantico interquievit: quod interim canticum.* Sic audacter distinguo,

NOTÆ

[g] *Malæ uberes*] Quid hoc est rei? Suntne magnæ et amplæ malæ? At ejusmodi malæ turpes sunt et invenustæ, proindeque ab hujus signi descriptione alienæ. Corruptum est aliquid: lege meo periculo *impuberes*, hoc est, imberbes.

[h] *Ac medio* [*modica*] *mento lacuna*] Sic repono ex corrupto Ald. et Rom. Edit. loco, *ac modico mento lacunatur.* Per lacunam intellige cavum illud, quod in mento quorundam cernitur, quod si modicum est, gratiam addit et venustatem ori.

[i] *Cetera decoris in striis*[*histrici*] Ita correxit Lips. Elect. II. cap. 21. ex Ms. codice suo, in quo scriptum *decoris histricis:* in vulgatis erat *decoris instrumentis:* porro 'decorem histricum' dixit Noster, ut Plautus 'Imperium histricum,' et 'Imperator histricus,' Pœnuli prologo.

[k] *Dextera psallentis gestu* [*suo*] *pulsabulum, &c.*] Abundat illud *suo:* aut igitur tollendum, aut reponendum *suum pulsabulum,* hoc est, suum plectrum, quod tenet. Plectrum porro, quod Græcum est, pulsabulum recte Latine redditur.

videtur ore tereti semihiantibus [7] in conatu labellis eliquare. 3. Verum hæc quidem statua esto cujuspiam puberum, qui,[l] Polycrati tyranno dilectus, Anacreonteum amicitiæ gratia cantillat;[8] ceterum multum abest, Pythagoræ philosophi statuam esse,[9] etsi natu Samius,[m] et pulchritudine apprime insignis,[n] et psallendi Musicæque omnis multo doctissimus,[o] ac ferme [1] id ævi, quo Polycrates Samon potiebatur.[2] Sed haudquaquam philosophus tyranno dilectus [p] est. [3]

videtur emittere cantionem ex sua rotunda buccula, labris semiapertis ex nisu. Sed hoc quidem signum est cujusdam juvenis, quem, carum tyranno Polycrati, Anacreon Teius carminibus celebrat amicitiæ causa. Porro longe abest ut sit simulacrum Pythagoræ philosophi. Hic quidem erat et Samius origine, et egregie spectabilis forma, et longe peritissimus psallendi, totiusque adeo Musicæ artis, et illius fere ætatis, qua Polycrates tenebat Samum. Verum hic philosophus minime amatus

et lego auctoritate Mss. Florent. pr. Lips. Ed. Junt. post. et Vinc. Contar. l. I. V. L. c. 26. Vulgo pessime, præter Ed. Floridi, post *percutere* ponebatur plena distinctio, et deerat τὸ *quod*. Ait Auctor adolescentem videri canere ore, dextra dum interim parata videtur ad citharam pulsandam, simulac vox cessaverit dicere canticum, quod canticum interim, &c. De distinctione jam monuit Petav. ad Themist. p. 565. In Ed. Flor. *interquieverit.* Oudendorp.—7 Pith. *semimatibus.* Ed. Vic. *semihantibus.* Vide ad Metam. l. v. p. 354. b. *Idem.*—8 Vid. Not. Var.—9 Ms. cod. *Philosophista Pythagore tuam ēē.* Colvius. Cl. Cuperus Obs. l. II. c. 6. legit *non multum:* quia Pythagoras natu Samius, pulcher, et amator musicæ fuit. Vir Doctus in Obs. Misc. vol. v. t. III. p. 114. legit *non multum, &c. qui et natu.* Alius, *Is et natu.* Cur non *multum abest, &c. etsi is natu S. Etsi* conjecit quoque Vir Doctus ad marg. Ed. Colv. in Bib. Reg. *Oud.*—1 Ms. cod. *at ferme.* Colvius. Pith. *ad ferme.* Oud.—2 *Samo pot.* Vulg. *Samum.* Colvius. Ed. Elmenh. *Samno,* voluit *Samum,* quod extat in Edd. Scriverii et omnibus ante Colvium, ut et Ms. Pith. Bene. 'Potiri' cum accusativo apud optimos scriptores. Vide Davis. et me ad Hirt. B. Afric. c. 36. 'oppidum potitus.' c. 87. 'castra potitus.' Gell. l. XIII. c. 1. 'mortem potita est.' Noster l. x. Met. in f. ubi Ms. Oxon. *portam potitus.* vid. Heins. et Burm. ad Ovid. Met. x. 627. XIII. 728. *Oud.* Cur igitur non potius *Samon?* ut citatum est ad Met. x. in f. *J. Bosscha.*—3 Vulg. *fuit.* In Pith. deest *est.*—4 Pith. *commode.*

NOTÆ

[l] *Cujuspiam p. qui* [*Cujusquam puberum, quem, &c.*] Bathyllum prius nominavit: at Ælianus variæ historiæ lib. IX. ait Anacreontem versibus in cœlum tulisse Smerdiam puerum amatum Polycrati Sami tyranno: quod non tam amoris, quam amicitiæ gratia faciebat. Hunc ergo Smerdiam hic intelligendum puto. Ceterum in iis qui extant ejus versibus Bathylli tantum fit mentio: at perierint quæ de Smerdia scripserit. Vide Laërt. in ejus Vita, lib. VIII.

[m] *Etsi* [*Et*] *natu Samius*] Subintelligendum *quidem.*

[n] *Et pulchritudine apprime insignis*] Vide quæ de ipso diximus sub initium Apologiæ.

[o] *Et psallendi Musicæque omnis multo doctissimus*] Monochordii (quod canonem ex una chorda vocat) inventorem fuisse ait Laërtius in ejus Vita: τόν τε κανόνα τὸν ἐκ μιᾶς χορδῆς εὑρεῖν.

[p] *Sed haudquaquam philosophus ty-*

Quippe eo commodum [4] dominari orso,[q] profugit ex insula clanculo Pythagoras, patre Mnesarcho [5] nuper amisso: quem comperio [6] inter sellularios [7] artifices, gemmis faberrime sculpendis,[8] [r] laudem magis quam opem [9] quæsisse. Sunt, qui Pythagoram aiant [1] [s] eo temporis inter captivos Cambysæ regis, Ægyptum cum adveheretur,[t] doctores [2] habuisse Persarum Magos, ac præcipue Zoroastren,[u] omnis

fuit ab illo tyranno. Nam, cum is inciperet rerum potiri, Pythagoras clam aufugit ex insula, orbatus haud ita pridem patre suo Mnesarcho: quem invenio, degentem inter fabros sellularios, acquisivisse potius honorem quam divitias cælandis solertissime gemmis. Quidam dicunt Pythagoram tunc temporis advectum in Ægyptum inter captivos regis Cambysæ usum fuisse magistris Magis Persarum, atque in

Oud.—5 Vulg. *Mesarco.* Ms. *Vesarco.* Laërtius Μνήσαρχον vocat. *Colv.* Coll. Voss. Lips. *Phesarcho.* Pith. *Vesarcho.* Edd. Vett. *Nesarco, Mesarco, Mnesarco.* Oud.—6 Sic hoc loco Mss. Colv. et seqq. sed in Edd. prioribus est *comperior:* ut Noster ait alibi. Vide ad Met. l. II. p. 143. b. *Oud.*—7 Ed. Vic. *selluarios.* Id.—8 Ald. *scalpendis.* Elmenhorstius.—9 Pro divitiis in singulari an alibi occurrat, videndum. Becichemus certe hic voluit *opus,* affirmans tamen *opem* esse in Mss. omnibus. *Oud.*—1 Pith. *Pyth. amant.* Id.—2 Sic vulgati. Ms. *ductores.* probo. *Colv.* Flor. *ductores.* Elmenhorstius. Item Ms.

NOTÆ

ranno dilectus] Postquam tyrannus fuit: at prius aliter se res habebat. Scribit enim Laërtius Pythagoram, cum Ægyptum peteret, fuisse Amasidi Ægypti regi per epistolam a Polycrate commendatum.

[q] *Quippe eo commodum dominari orso, &c.*] Rem sic narrat Laërtius: εἶτα ἐπανῆλθεν εἰς Σάμον, καὶ εὑρὼν τὴν πατρίδα τυραννουμένην ὑπὸ Πολυκράτους ἀπῆρεν εἰς Κρότωνα τῆς Ἰταλίας. 'Deinde' (nempe post Ægypti peregrinationem) 'rediit Samum, offendensque patriam a tyranno Polycrate incubari, Crotonem Italiæ urbem petiit.' Vide Strabon. lib. XIV. pag. 439.

[r] *Gemmis faberrime sculpendis*] Laërtius annulorum sculptorem dicit, δακτυλιόγλυφον.

[s] *Sunt, qui Pythagoram aiant, &c.*] De hac re ne verbum quidem habet Laërtius.

[t] *Ægyptum cum adveheretur*] Quando videlicet Cambyses adversus Amasidem, seu potius Psammetichum ejus filium, regem Ægypti, bellum moveret: quo bello Ægyptum universam suæ fecit ditionis.

[u] *Zoroastren*] Non antiquum illum Zoroastrem, Bactrianorum regem, quem Ninus secundus Assyriorum rex domuit; immanis enim est inter ejus ætatem et Pythagoræ tempora intercapedo: at Zoroastres, de quo hic sermo, fuerit aliquis ex Cambysis aulæ Magis. Pythagoræ certe magister memoratur Ζαράτας quidam apud Plutarchum, in περὶ τῆς ἐν Τιμαίῳ ψυχογονίας, qui Ζάβρατος Malcho, Ναζάρατος apud Clementem lib. I. Stromatum dicitur, quemque nonnulli Veterum Ezechielem prophetam fuisse putarunt. Ex Ζαράτα illo, seu Ζαβράτῳ, et Nazarato potuit fieri Zoroastres.

divini arcani antistitem:[3] posteaque eum a quodam Gillo Crotoniensium principe [w] reciperatum.[4] Verum enimvero celebrior fama obtinet, sponte eum petisse Ægyptias disciplinas, atque ibi a sacerdotibus,[5] cærimoniarum incredundas [6] potentias, numerorum admirandas vices,[7] Geometriæ solertissimas formulas didicisse:[8 x] sed nec his artibus[9] animi expletum, mox Chaldæos,[y] atque inde Brachmanas:[1] hi sapientes viri sunt, Indiæ gens est:[2 z] eorum ergo

primis Zoroastre præsule omnium secretorum divinorum: eumque post receptum a quodam Gillo primario viro inter Crotonienses. Atenim vulgatior fama est, eum ultro ivisse ad artes Ægyptias discendas, atque illic edoctum esse a sacerdotibus vires incredibiles cærimoniarum, mirabiles commutationes numerorum, et artificiosissimas figuras Geometriæ: verum eum non contentum his mentis disciplinis, statim petiisse Chaldæos, indeque Brachmanas, et eorum Brachmanum Gymnosophistas.

Pith. et Ed. Scriv. Mox tamen: 'tot ille doctoribus eruditus.' *Oud.*—3 Flor. d. *arcanum.* Vid. Arnoldus Pontacus ad Sus. fol. 238. *Elmenh.* Sic primus edidit Vulcanius, et monuit ita e vet. libro legendum esse Wower. in Polymathia c. 28. Sed in Mss. ceteris et Edd. Vett. legas *arcanum;* ut 'divinum' sit τὸ θεῖον, de quo adi ad Met. l. VIII. p. 582. b. Sed quid est 'arcanus antistes?' An *arcanorum?* Oud.—4 Sic recte Flor. vulgo, *recuperatum.* Infra 'cum primum gressum reciperavi.' *Elmenh.* Elmenhorstium seqq. secuti sunt. *Oud.*—5 Pith. deest *a.* Id.—6 *Incredendas.* Flor. 1. *incredulas.* Flor. 2. *incredundas.* Elmenhorstius. Lips. quoque *incredulas,* quod non respuendum, ut sumatur passive. Sic enim Gell. l. IX. c. 4. 'res inauditæ, incredulæ:' ubi nil mutandum. Vid. Gronov. *Incredundus* tamen alibi Nostrum. *Oud.*—7 Conjicit Colv. *vires.*—8 Τὸ *didicisse* male abest a Florentino. *Elmenh.* Item a Pith. In Coll. Voss. Lips. est *Geometricæ.* Oud.—9 Postrema ed. *sed nec his art.* Colvius. Vulgo legebatur: *Seneca his artibus.* Unde Fulvius: *Sed nec his.* Scioppius in Symbola. Edd. Vett. cum Ms. Lips. carent τῷ *sed,* præter Junt. post. et Bas. sec. In Ed. Aldi *Seneca:* unde forsan Scaliger *nec ab his.* Oud.—1 Ms. al. *Barcinanos.* Colvius. Pith. *Bragmanos.* Oud.—2 *Indiæ gens est* forte glossematium marginale fuit. *Colv.* Dele glossema. *Wower.* Dele glossema cum Colvio et Wowerio. *Elmenh.*

NOTÆ

[w] *A quodam Gillo Crotoniensium principe*] Themisius Euphrada Orat. 4. Principem Crotonensium illius temporis non Gillum, sed Gylonem Γύλωνα appellat, ubi ait Pythagoram Mnesarchi filium Samo Crotonem petiisse, propter Polycratem; Crotone vero secessisse Locros, Gylonis illius causa.

[x] *Geometriæ solertissimas formulas didicisse*] Invenisse eum ac demonstrasse narrat, teste Laërtio, Apollodorus, trianguli rectanguli latus angulo recto subjectum tantundem posse quantum reliqua duo latera, quæ propositio nunc 47. est lib. I. Elementorum Euclidis; atque ob egregium hoc inventum hecatomben immolasse.

[y] *Chaldæos*] Hi in Syria erant. Chaldæorum tamen nomine postmodum insigniti sunt Romæ Astrologi illi omnes Genethliaci.

[z] [*Hi, &c.*] In vulgatis hic inseruntur

Brachmanum Gymnosophistas[a] adisse. 4. Chaldæi sideralem scientiam, numinum vagantium statos ambitus,[3] eorumque[4] varios effectus in genituris hominum ostendere: nec non[5] medendi[6] remedia mortalibus, latis pecuniis,[7] terra[8] cœloque et mari conquisita. Brachmanæ[9] autem pleraque philosophiæ ejus contulerunt: quæ mentium[1] documenta, quæ corporum[2] exercitamenta,[b] quot partes animi,

Chaldæi docuerunt eum doctrinam astrorum, certos circuitus stellarum errantium, et diversos effectus utriusque astrorum generis in nativitate hominum, atque etiam medicamina ad medendum hominibus comparata ex tellure, et aëre, et pelago, magnis pecuniis. Brachmanes vero docuerunt eum maximam partem ejus Philosophiæ: quæ sint præcepta animorum, quæ sint exercitationes corporum, quot facultates

Hi...adisse. Bong. censet hoc totum puram putam esse glossam, cui sane assentior. *Grosl.* Pessimo exemplo et prave Floridus τὰ *hi sapientes viri sunt. Indiæ gens est* e textu ejecit. Nam voces 'eorum ergo' docent clare, aliqua post *Brachmanas* inserta ab Auctore fuisse. Vide similia ad N. 7. In Cod. Ursini exaratur tamen *eorum quoque B.* Oud.—3 *Numinum vag. status ambitus.* In Polymathia indicavi legendum: *luminum v. statos ambitus.* Wowerius. F. *lum. vag. statos amb.* et ita etiam Joan. a Woweren, sed adhuc nescio quid deesse videtur. *Brant. Lum. vag. statos amb.* Sic Fulvii liber, alii *num. vag. status, ambitus.* minus bene. *Elmenh.* Vocem *numinum* constanter retinent Mss. Florent. Lips. Fulv. et Edd. Vett. usque ad Vulcan. qui cum Scalig. Wower. in Polymath. c. 22. ac Brantio reposuit *luminum.* Male. Per 'numina' intelligit planetas, quos 'vagantium Deum potestates' Auctor vocat Florid. N. 10. et 'visibiles Deos' de Deo Socr. p. 667. Ed. Flor. Plura vide ad Mat. l. XI. p. 761. b. Dein *statos* recte Wower. e Cod. Fulv. ac Brantius emendarunt; eisque membranis accedunt Florentinæ et Edd. seqq. sive certos, æterna et fixa lege constitutos: ut passim 'stata tempora.' Plin. l. XVIII. c. 29. 'statos siderum meatus.' Ipse Auctor de Deo Socr. p. 666. Ed. Flor. de his ipsis planetis: 'certo et stato cursu meatus æternos efficiunt.' in Florid. N. 18. 'temporum ambitus, stellarum meatus' jungit. In Edd. Vett. est *status ambitus.* Hinc est vir doctus, qui legit *lum. fixorum status, vagantium ambitus,* quo facit sequens vox *utrorumque,* si sana foret. *Oud.*—4 *Utrorumque.* Rectius veteres Becichemi codices, *eorumque.* Colvius in Omissis. *Astrorumque* lego. *Brant.* Wower. bene cum Colv. legit *eorumque.* Sub 'siderali scientia' forsan comprehendit notitiam stellarum fixarum; verum illis non ascribuntur, quod sciam, effectus in genituris hominum. Pith. *utroque.* Oud.—5 Ms. cod. *ne t̄n.* Colvius.—6 F. *medicinæ.* Groslotius. Ald. *medeinde.* Oud.—7 Genuinum videtur, *late pecuniis,* aut quod malim *lautis pecuniis:* alibi præmia vocat opima. Frequentata hæc in libris bonorum scriptorum, 'dos lauta,' 'opera lauta,' &c. *Stewech.* Non male. Rarissima sane locutio est *latis pecuniis* pro amplis, magnis. 'Latissimum cachinnum' alibi Noster ait. *Oud.*—8 Ms. *grā.* Colvius.—9 Idem, *Bracinani.* Colvius. Florent. Pith. *Brachmani.* Oud.—1 Deest *quæ* Lips. *Id.*—2

NOTÆ

hæc verba, *Hi sapientes viri sunt, Indiæ gens est;* quæ recte Colv. et Wow. suspicati sunt esse a manu Glossatoris et in textum irrepsisse: dele itaque ex contextu.

[a] *Gymnosophistas*] Vide quæ de his superius.

[b] *Brachmanæ autem pleraque philo-*

quot vices vitæ, quæ Diis Manibus pro merito suo cuique [3] tormenta vel præmia.[c] Quin etiam Pherecydes Syro [4] ex insula [d] oriundus, qui primus, versuum nexu repudiato, conscribere ausus est passis verbis,[5] [e] soluto locutu,[6] libera oratione, eum quoque Pythagoras magistrum coluit,[f] et infandi morbi putredine in serpentium scabiem [7] solutum [g]

mentis, quot munia vitæ; qui cruciatus, aut quæ mercedes destinentur animis mortuorum, singulis secundum suum meritum. Sed et Pherecydes quoque natus in insula Syro, qui primus, rejecto vinculo carminum, aggressus est scribere promiscuis vocibus, oratione soluta, libero sermone, Pythagoras audivit etiam eum magistrum, et pie sepelivit, resolutum in scabiem pediculorum corruptione abominandi morbi.

Corporumque. Vulg. *quam corporum.* Colvius. Flor. *quæ corporum quæ.* Fulvii liber *quam corporum excitamenta.* Elmenhorstius. *Quæ corporum exercitamenta* optime legas in Mss. Florent. Pith. Edd. Rom. Vicent. Elm. Scriv. Flor. Scheff. de Phil. Pythag. legit *quæve.* In Cod. Ursini Edd. Aldi, Juntinis, Bas. *quam corp.* at Ms. Lips. Edd. Colv. Vulc. Scal. Wower. *corporumque.* Dein *excitamenta* Ms. Fulv. et Coll. Voss. Lips. *Oud.*—3 Edd. Vulc. Wower. *sui c.* vitiose. *Id.*—4 Al. *Syrio.* Vid. Not. Var.—5 Vulg. *passim verbis.*—6 Ms. cod. *loculo.* Colvius.—7 Al. *scabrem.*—8 Pith. *Anaxamandrum,* et mox pro

NOTÆ

sophiæ ejus contulerunt: quæ mentium documenta, quæ corporum exercitamenta, &c.] Mandanis unus ex illis Indorum Sophistis, referente Strabone, Onesicrito ad se ab Alexandro misso inter cetera respondit, ipsos corpora exercere, ut mentes confirmarentur, quibus motus sedarentur, &c. posthæc interrogasse, num talia etiam apud Græcos discerentur: et respondisse Onesicritum, eadem Pythagoram docere, ac jubere ab animalibus abstinere, &c.

[c] *Quæ Diis Manibus pro merito suo cuique tormenta vel præmia, &c.*] Deos Manes animas esse defunctorum, quod jam alias observavimus, vel hic locus probet. Porro, ut ad nostros Brachmanas redeamus, Strabo ex Megasthene, inter alia multa, hæc de iis refert: παραπλέκουσι δὲ καὶ μύθους, ὥσπερ καὶ Πλάτων, περί τε ἀφθαρσίας ψυχῆς καὶ τῶν καθ' ᾅδου κρίσεων, καὶ ἄλλα τοιαῦτα. 'Texunt autem et fabulas, quemadmodum Plato, de immortalitate animæ et de judiciis, quæ apud Inferos fiunt, et alia hujusmodi.' Observa Strabonem, cum, quæ Plato de immortalitate animæ et Inferorum judiciis scripsit, fabulas vocat, ex mente Epicureorum loqui videri, qui mortalem animam esse, fabulasque Manes putaverunt. Strabonem tamen Stoicum fuisse ait Casaubonus.

[d] *Syro ex insula*] Una est ex Cycladibus.

[e] *Qui primus versuum nexu repudiato, conscribere ausus est passis verbis*] Plin. lib. VII. cap. 56. 'Prosam orationem condere Pherecydes Syrius instituit Cyri regis ætate.'

[f] *Eum quoque magistrum Pythagoras coluit*] Laërt. in ejus vita idem testatur.

[g] *In serpentium scabiem solutum*] Similiter Plin. lib. VII. cap. 51. 'Ut Pherecydes Syrius copia serpentium ex corpore ejus erumpente expiraverit.' Serpentes illi pediculi erant: morbo enim pediculari, qui Græcis φθειρίασις dicitur, obiit Pherecydes

religiose humavit. Fertur et penes Anaximandrum [8] Milesium [h] naturabilia commentatus: necnon et Cretensem Epimenidem,[i] inclytum fatiloquum et poëtam,[9] disciplinæ gratia [1] sectatus: itemque Leodamantem, Creophyli [2] discipulum:[k] qui Creophylus memoratur poëtæ Homeri hospes [l] et æmulator canendi fuisse. 5. Tot ille doctoribus eruditus, tot tamque [3] multijugis fontibus disciplinarum toto orbe

Dicitur etiam explicuisse naturales quæstiones apud Anaximandrum Milesium, atque etiam audivisse doctrinæ causa Epimenidem Cretensem illustrem vatem et poëtam: insuper Leodamantem discipulum Creophyli, qui Creophylus dicitur fuisse hospes Homeri, et imitator in poësi. Ille edoctus a tot magistris, delibatis ex universo orbe tot et tam variis laticibus scientiarum, vir præcipue magno ingenio, et

commentatus, commentitius. Oud.—9 *Epim. incl. fatiloquum Platonem.* Non *Platonem* legendum hinc putes, verum meo judicio *Pitacum.* Pyrrhus. Mendum puto. Nam Plato post Pythagoram fuit. Vide de dogmate Platonis statim a principio. *Brant.* Florent. 2. *et Platonem.* Casaubonus, *et Solonem.* Lipsius, *piatorem.* Elmenhorstius. Lectio *poëtam* demum profecta est a Vulcanio, qui cum seqq. ita exhibuit; verum 'fatiloquus' nihil fere differt a 'poëta,' et Mss. cuncti Edd.que Vett. dant *et Platonem.* At hoc sine dubio vitiosum est. Nam Plato multis post Pythagoram annis demum natus est, qui ideo in multis *Pythagorissat,* ut mox ait Auctor. v. Menag. ad Laërt. l. I. 110. Optime autem Sopingius cum alio Viro Docto ad Ed. suæ marginem allevit *Thaletem.* Hoc enim fere, quo Noster, ordine Pythagoræ præceptores nominat, et in iis recenset Thaletem (Phœnicem origine, vid. ad Hygin. Astron. II. 2.) Iamblichus de vita Pythag. § XI. qui tamen Epimenidæ non meminit. *Oud.*—1 Lips. *gratiam.* Mox pro *itemque* Pith. *idemque.* Id.—2 Vid. Not. Var.—3 Coll. Voss. Lips. *tot tantaque.* Oud.—4 *Comitibus d. t. o.*

NOTÆ

quod testatur Heraclides libro περὶ πολιτειῶν· Φερεκύδης ὁ Σύριος ὑπὸ φθειρῶν καταβρωθεὶς ἐν Σάμῳ ἐτελεύτησεν. 'Pherecydes Syrius a pediculis corrosus in insula Samo interiit.' Serenus Sammonicus: 'Sed quis non paveat Pherecydis fata Tragœdi, Qui nimio sudore fluens, animalia tetra Eduxit, turpi miserum quæ morte tulerunt.' Ælianus lib. IV. variæ histor. cap. 28. dicit eum, ob impietatem in Deos, in morbum illum incidisse.

[h] *Penes Anaximandrum Milesium*] Qui Thaletis fuit discipulus: ejus præclara aliquot inventa recenset in ejus Vita Laërt. quem vide.

[i] *Cretensem Epimenidem*] Cum quo etiam descendisse eum in Idæum antrum refert Laërtius.

[k] *Leodamantem, Creophyli discipulum*] Hermodamantem Creophyli nepotem habet Laërtius in Pythag. Vita, non Leodamantem.

[l] *Qui Creophylus memoratur poëtæ Homeri hospes, &c.*] Samius fuit ille Creophylus. Strabo lib. XIV. pag. 439. eadem de eo refert, quæ hic Apuleius: additque nonnullos etiam tradere, eum Homeri fuisse magistrum: alios tamen non hunc dicere, sed Aristeam Proconnesium.

haustis,[4] vir præsertim ingenio ingenti, ac profecto supra captum [5] hominis animi augustior, primus philosophiæ nuncupator [m] et conditor,[6] nihil prius discipulos [n] suos docuit, quam tacere: primaque apud eum meditatio, sapienti futuro, linguam omnem [7] coërcere; verbaque,[8] quæ volantia poëtæ appellant,[o] ea verba, detractis pinnis, intra murum candentium dentium [p] premere.[9] Prorsus, inquam, hoc erat primum sapientiæ rudimentum, meditari condiscere,[1]

mente sublimiore certe quam posset esse mens hominis, qui primus nomen dedit Philosophiæ, et eam fundavit, nihil docuit prius suos auditores, quam silere: et primum studium ejus, qui evasurus erat sapiens, apud eum fuit, penitus cohibere linguam: et verba, quæ poëtæ vocant volucria, illa verba avulsis alis coërcere intra septum alborum dentium. Hoc erat, inquam, omnino primum tyrocinium sapientiæ, discere

haustis. Fallor? an legi commodius potest *toto orbe auctus*, vel proxime scripturam communem librorum, *toto orbe habitis.* Stewechius. Forte rectius, *fontibus d. t. o. h.* vel ut Lipsio placet, *fomitibus.* Colvius. Flor. et Ald. *comitibus d.* Elmenhorstius. Mss. et Edd. vett. *comitibus.* Cum Lipsio edidere Scal. Vulcan. Elmenh. et Scriv. Vir Doctus ad Ed. Junt. post. conjecit *comtibus* seu cultibus. Sed quid 'multijugos comtus' vel 'fomites haurire' non capio. Verius ergo Colvius emendavit *fontibus*, qui passim Nostro et aliis juges dicuntur, et metaphorice de disciplinis adhibentur. Eum etiam secuti sunt Wow. et Florid. Cogitavi aliquando *caliculis.* ut in Flor. N. 20. 'Musarum cratera' et 'Ego et alias crateras Athenis bibi, Poëticæ,' etc. Notissima sunt pocula Cebetis, etc. Vide B. Pium t. I. Th. Crit. p. 503. *Oud.* —5 Pith. Lips. Edd. Vic. Junt. pr. Ald. Bas. pr. *super*, crebra variatione. *Id.* —6 Vulg. *creditor.* Colvius. Prave ita Edd. ante Colv. et apud Scheff. de Phil. Pythag. c. 6. *Oud.*—7 Frustra Rittersh. ad Porphyr. de Vita Pyth. sect. 19. conjecit *omnino.* Eodem sensu. *Id.*—8 Ms. *verba.* Colvius. Item Pith. *Oud.*—9 An *claudentium?* Burmannus. Pro *pinnis* in Edd. Ald. Junt. post. male est *pennis.* Pro *premere* Pith. *primere.* Oud.—1 Pith. *mediatori*

NOTÆ

[m] *Primus philosophiæ nuncupator*] Φιλοσοφίαν πρῶτος ὠνόμασε Πυθαγόρας, καὶ ἑαυτὸν φιλοσόφον, inquit Laërt. in Proœmio: 'Philosophiam primus appellavit Pythagoras, et seipsum Philosophum,' cum ante eum σοφία diceretur, et Philosophi σοφοὶ, hoc est, sapientes: contendebat quippe Pythagoras sapientiæ studium esse quidem hominum, at sapientiam solius Dei.

[n] *Nihil prius discipulos, &c.*] Vide hæc fusius apud Laërt. in Pythagoræ vita.

[o] *Quæ volantia poëtæ appellant*] Homerus multis in locis ἔπεα πτερόεντα. Similiter in Apologia, 'si verba, ita uti poëtæ aiunt, pinnis apta vulgo volarent.' Plautus, Amphitruone, Act. I. Scen. I. 'MERC. Vox mihi ad aures advolavit. SOS. Næ ego homo infelix fui, qui non alas intervelli: volucrem vocem gestito.'

[p] *Intra murum candentium dentium*] Respicit ad eundem Homerum, apud quem frequens hic versus, Ποῖόν σε ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων; 'Quale verbum effugit tibi septum dentium!'

loquitari dediscere. Non in totum ævum [2] tamen vocem desuescebant,[3] nec omnes pari tempore elingues magistrum sectabantur; [q] sed gravioribus viris brevi [4] spatio satis videbatur taciturnitas modificata: loquaciores enimvero ferme in quinquennium velut [5] exilio vocis puniebantur. Porro noster Plato, nihil ab hac secta vel paululum devius, pythagorissat in plurimis. Æque et ipse in nomen ejus a magistris meis adoptatus,[6] utrumque meditationibus Academicis didici: et cum dicto est opus,[7] impigre dicere; et cum tacito opus est, libenter tacere. Qua moderatione videor ab omnibus tuis antecessoribus haud minus opportuni silentii laudem, quam tempestivæ vocis testimonium consecutus.

cogitare, et dediscere garrire. Non tamen abstinebant a loquendo per totam vitam, neque omnes sequebantur magistrum muti per æquale spatium temporis; sed silentium moderatum per breve tempus videbatur sufficere viris severioribus: at qui nimis erant garruli mulctabantur silentio in quinque annos, quasi missa in exilium voce. Ceterum Plato noster, minime, aut certe perparum, deflectens ab hac secta, Pythagoram imitatur. Ego quoque inter plurimos ascitus in ejus sectam a meis magistris, meditationibus Academicis utrumque didici, et incunctanter loqui, quando loquendum est; et ultro silere, quando silendum est. Qua modestia videor non minus laudatus fuisse a cunctis tuis prædecessoribus, quod tempestive taceam, quam quod opportune loquar.

condidere. Pro *loquitari* Ed. Ald. *liquitari*. Id.—2 Exulat vox *ævum* ab Edd. Vulc. Wow. Vitiose. *Id.*—3 Ms. *desuescebat.* Colvins.—4 Parum abest, quin legendum asseverem, *bienni*. Agel. lib. I. cap. 9. 'Sed non minus quisquam tacuit, quam biennium.' *Brant.*—5 Idem, *tum*. Colvius. Lego, *uti*. Brantius. Vid. Not. Var.—6 Ms. cod. *adoptarer*. Colvius. Flor. *adoptarer*. Elmenhorstius. Pith. *adoptaret*. Latet aliquid. An pro *æque* scribendum est *quum*. Certe illa *in plurimis* male vulgo huic periodo annectuntur, cum ita fuissent jungenda, *Pythagorissat in plurimis. Æque* vel *quum*. Vir Doct. ad marg. Ed. Colv. in Bibl. Reg. legit *Et quum ipse, &c. adoptarer*. Oud.—7 Deest verbum Pith. *Id.*

NOTÆ

[q] *Nec omnes pari tempore elingues magistrum sectabantur*] A. Gellius, lib. I. cap. 9. 'Eum, qui exploratus ab eo (Pythagora) idoneusque fuerat, recipi in disciplinam statim jubebat, et tempus certum tacere; non omnes idem, sed alind aliis tempus, pro æstimato captu solertiæ, &c. sed non minus quisquam tacuit, quam biennium.'

APULEII MADAURENSIS

FLORIDA.

LIBER III.

NUM. XVI. PRIUSQUAM vobis occipiam,[1] principes Africæ viri,[1] gratias agere, ob statuam,[2] quam mihi præsenti honeste postulastis, et absenti benigne decrevistis; prius volo causam vobis allegare, cur aliquammultos[3] dies a conspectu auditorii afuerim,[4] contulerimque me ad Persianas aquas,[5] gratissima prorsus et sanis natabula,[5] et ægris medicabula. Quippe ita institui omne vitæ meæ tempus vo-

Antequam aggrediar agere vobis grates, viri primarii Africæ, propter simulacrum, quod honorifice rogastis mihi præsenti, et liberaliter statuistis mihi erigi absenti; volo prius vobis afferre rationem, quare desideratus fuerim ab auditorio per aliquot dies, et petierim aquas Persianas, in quibus et sani possunt suaviter natare, et ægri reperire medelam. Etenim sic decrevi probare totum spatium meæ vitæ

1 Vid. Not. Var.—2 Idem, *obstituam*. Colvius.—3 Ed. Ald. *aliquamultos*. Sed vide Ind. *Oud*.—4 *Abfuerim*. Idem, *affuerim*. Scriptum olim, *afuerim*. Colvius. Bene. Vide ad Cæsar. lib. I. B. G. c. 36. et VII. 63. *Contulerim* abest a Coll. Voss. Lips. *Oud*.—5 Pith. *notabula*. Pro *gratissima* Coll. Voss.

NOTÆ

[1] *Priusquam vobis occipiam, &c.*] Hoc Fragmentum est orationis, quam coram Carthaginis proceribus habuit, gratiarum agendarum causa, ob decretam sibi statuam.

[5] *Ad Persianas aquas*] Harum aquarum cum mentio nusquam, nisi hic, occurrat, de his earumque loco conjicere nihil aliud possumus, nisi eas alicubi circa Carthaginem sitas fuisse.

bis probare,[6] quibus me in perpetuum[7] firmiter dedicavi: nihil tantum,[8] nihil tantulum faciam, quin ejus vos et gnaros et judices habeam. Quid igitur de repentino[9] ab hoc splendidissimo conspectu vestro distulerim,[1] exemplum ejus rei paulo secus simillimum memorabo, quam improvisa pericula hominibus subito oboriantur,[2] [t] de Philemone[3] comico. De ingenio ejus qui satis nostis, de interitu paucis cognoscite. An etiam[4] de ingenio pauca vultis? [u] Poëta fuit hic Philemon, mediæ comœdiæ scriptor: [w] fabulas cum Menan-

vobis, quibus me consecravi in æternum: nihil agam tanti, vel tam exigui momenti, quin illud subjiciam vestræ cognitioni, et vestro arbitrio. Ergo, ut sciatis quamobrem subito discesserim ab hoc illustrissimo vestro conspectu, et quam inexpectati casus subito eveniant hominibus, narrabo exemplum hujus rei parum abest quin simillimum de Philemone Comico. Vos, qui satis cognoscitis ejus ingenium, audite pauca de ejus morte. Vultisne etiam ut vobis dicam aliquid de ejus ingenio? Hic Philemon fuit poëta, scriptor mediæ comœdiæ: dedit comœdias agendas in

Lips. *gratissimas.* Id.—6 Male exulat ab Ed. Floridi τὸ *vobis,* quæ etiam mox habet *dicavi.* Id.—7 Quidam una voce legunt *imperpetuum.* V. Menk. Misc. N. Lips. vol. II. tom. IV. *Id.*—8 Bene *nihil tantum* e Cod. Lips. cui consentit Florent. primus addidit Colvius.—9 *Derepentino.* Fulvius mavult *derepente.* Ego nihil muto. Sic et repente et repentino dicitur. *Sciopp. in Symb.* Fulvius, *derepente,* male. *Elmenh.* Non tamen una voce *derepentino* scribendum erat, sed duabus, ut ‘de inproviso’ et ‘inproviso.’ N. 23. ‘Quia de repentino oborta est.’ Infra hoc Fragm. ‘Imber repentino coortus est:’ et alibi. *Oud.*—1 Scribe: *distulerit.* Wowerius. Vel sic deest pronomen. Quare malim *distulerim me, exemplum, &c.* Facile ob præcedentem et seq. literas, syllabam *me* excidere potuisse, patet. *Distulerim me,* i. e. a vobis me abstraxerim, diuque abfuerim. Vide ad Suet. Cæs. c. 82. *Oud.*—2 *Quam impr. per. hom. sub. obor.* Mirum nemini adhuc subolnisse, esse hæc verba ex glossa marginali nata, cum id vel puer advertere queat. *Sciopp. in Symb.* Hæc abundare videntur, et omnino sunt inducenda, sicuti aliis etiam visum. *Elmenh.* Hæc in vet. libro non leguntur. recte, ut arbitror. *Wower.* Fulvianum librum a Wowerio innui credo. Scriver. tanquam e Glossa marginali nata hæc e sua Edit. ejecit. Si tamen ponantur post τὰ *ejus rei,* non video, cur temere proscribi mereantur. *Oud.*—3 Pith. *Philomone.* Id.—4 Pith. *aut etiam.* Mox pro *vultis* Edd. priores *vultus:* vitiose: ut jam mo-

NOTÆ

[t] *Quam improvisa pericula h. s. oboriantur*] Ista abundant, videnturque a manu Glossatoris esse, et irrepsisse in textum.

[u] *An etiam de ingenio pauca vultis*] Videtur hoc dicere impulsus auditorum murmure, totam Philemonis historiam audire expetentium.

[w] *Mediæ comœdiæ scriptor*] Fuit triplex Comœdia, ἡ ἀρχαία, ἡ μέση, καὶ ἡ νέα. Vetus, media, et nova. Vetus maledicentior fuit, ut videre est ex initio Satiræ 4. lib. I. Horatii: ‘Eupolis, atque Cratinus, Aristophanesque poëtæ, Atque alii, quorum Comœdia prisca virorum est, Si quis erat dignus describi, quod malus, aut fur, Quod mœchus foret, aut sica-

dro [5] in scenam [6] dictavit, certavitque cum eo: fortasse impar, certe æmulus. Namque eum etiam vicisse [7] [x] sæpenumero, pudet dicere. 2. Reperias [8] tamen apud ipsum multos sales, argumenta lepide inflexa, agnatos lucide explicatos,[y] personas rebus competentes, sententias vitæ congruentes: [z] joca [9] non infra soccum, seria non usque ad cothurnum. Raræ apud illum corruptelæ: et, uti errores,

scena una cum Menandro, et contendit cum eo: fortasse inferior, sed saltem æmulator. Pudet enim dicere quod sæpe superaverit eum. Nihilominus invenias apud eum plurimas facetias, argumenta venuste intorta, agnitiones clare expositas, personas convenientes rebus, effata competentia vitæ: scommata non viliora, quam quæ Comœdiam deceant, seria non elata usque ad Tragœdiam. Non sunt frequentes corruptiones apud eum: et amores sunt permissi, veluti errores. Nihilo tamen

nuit Becich. Ep. 99. *Id.*—5 Pith. *a Menandro.* Id.—6 Al. *in scena.*—7 Pro *nam quod*, quod Scriv. et Flor. habent, Mss. et Edd. priores *namque;* unde patet, pro *etiam vicit*, seu ut in Edd. ante Colv. *et vicit*, recte emendasse Piccartum Peric. Crit. c. 16. *etiam vicisse.* Pith. *Nam eum.* Oud.—8 Pith. *re-*

NOTÆ

rius, aut alioqui Famosus, multa cum libertate notabant.' Hæc libertas in vitium excidit, et vim dignam lege regi, ut habet in Arte Poëtica: 'Lex est accepta, chorusque Turpiter obticuit sublato jure nocendi:' et hæc videtur media Comœdia fuisse, cujus scriptor hic Philemon, et Menander et Heniochus quidam apud Suidam. Nova, ut videre est ex loco Antonini Imperatoris ab Elmenhorstio relato, in artificiosam ex imitatione varietatem defluxit.

[x] *Namque e. e. vicisse* [*Nam quod e. e. vicit*] Ambitu enim et factionibus vincebat eum, non vera laude. Gellius, lib. XVII. cap. 4. 'Menander a Philemone, nequaquam pari scriptore, in certaminibus Comœdiarum ambitu, gratiaque, et factionibus sæpenumero vincebatur. Cum eum forte habuisset obviam, Quæso, inquit, bona venia, dic mihi: cum me vincis non erubescis?'

[y] *Agnatos lucide explicatos*] Colvius conjiciebat legendum esse, *ac nodos lucide explicatos.* Notum quid sit in Dramatico Poëmate *nodus.* Horat. de Arte Poëtica: 'Nec Deus intersit (Tragœdiæ), nisi dignus vindice nodus.' Aristoteles δέσιν et πλοκὴν appellat. Si scriptam lectionem retineas, per 'agnatos lucide explicatos' intellige affines, consanguineos, sese mutuo recognoscentes: quod in Comœdiis tum Plautinis tum Terentianis sæpius videre est. Ast Casaubonus ad Apologiam pag. 165. censet hoc in loco legendum *agnitus* quarto casu numeri multitudinis quartæ declinationis. Et exponit agnitiones seu recognitiones in Comœdiis Veterum tam frequentes, ἀναγνωρίσεις dictas, quod maxime probo, et in Interpretatione expressi.

[z] *Sententias vitæ congruentes*] Sic Horat. prædicto lib. de Arte Poëtica: 'Intererit multum Davusne loquatur an heros, Maturusne senex, an adhuc florente juventa Fervidus, an matrona potens, an sedula nutrix; Mercatorne vagus, cultorne virentis agelli,' &c.

concessi amores. Nec eo minus et leno perjurus, et amator fervidus,[a] et servulus callidus,[1] et amica illudens, et uxor inhibens, et mater indulgens, et patruus objurgator,[b] et sodalis opitulator, et miles præliator:[2] [c] sed et[3] parasiti edaces, et parentes tenaces, et meretrices procaces. Hisce laudibus diu in arte comœdica nobilis, forte recitabat partem fabulæ, quam recens fecerat. Cumque jam in tertio actu,[4] quod genus in comœdia fieri amat,[5] jucundiores affectus moveret; imber repentino coortus, ita ut mihi ad vos venit usus nuperrime,[6] differri auditorii cœtum et auditionis

secius reperitur apud eum et leno perjurus, et amator ardens, et famulus astutus, et amica ductans amatorem, et uxor coërcens, et mater indulgens, et patruus increpans, et amicus auxiliator, et miles pugnator: parasiti quoque voraces, et parentes avari, et meretrices protervæ. Hic dotibus his jamdudum clarus in arte comica, forte recitabat partem Comœdiæ, quam nuper composuerat. Et cum jam pervenisset ad tertium actum, et excitaret affectus suaviores, cujusmodi affectus optime conveniunt Comœdiæ; pluvia subito interveniens, quemadmodum mihi accidit nuperrime coram vobis dicenti, coëgit protrahi concionem, et auscultationem inchoa-

---

peries. Id.—9 Al. *loca.*—1 *Servulus callidus.* Absunt a Coll. Voss. *Oud.*—2 *Et miles præliator.* Desunt hæc veteri libro. *Colv.* Recte scripseris: *miles prædicator.* Nota argumenta Comœdiarum. *Wower.* Alii *m. prædicator.* Elmenhorstius. Pro glorioso, ut opinor. Frustra, et ex emendandi prurigine. *Præliator*, quia semper prælia jactat, et vulnera enumerat, vel etiam præliari semper studet, qualis apud Terentium Thraso. *Oud.*—3 *Et* deest Pith. in quo mox est: *quanquam recens fec.* Id.—4 *In tertio Actu.* Posterius verbum non agnoscit vetus liber. *Colv.* Florent. et Pith. Codd. item Edd. ante Elmenh. carent quoque τῷ *in.* Oud.—5 Sic apud Sallust. *vulgo fieri amat;* ut quidem ego lego. Græcismus. *W. Goes.* Alii enim habent *vulgus.* Septim. de B. Troj. I. 3. 'sicut in tali re fieri amat.' Quinct. Inst. Or. IX. 3. Vide Viros Doctos ibi et ad Sallust. B. Jug. c. 3. 'ita fieri amat.' *Oud.*—6 Melius, *apud vos venit usui nup.* Et sic etiam conjecerat legendum elegantissimus adolescens J. Dousa, magni patris magna proles. *Colv.* Male. *Ad* enim idem quod *apud* notat. V. supra ad Met. lib. III. p. 221. a. et ad Cæsar. p. 45. 142. 336. 449. Male igitur etiam Doct. Juvenis Bondam in Specim. Anim. p. 64. in Nov. Theod. 'ad superiorem manet,' reponit *apud.* Oud.—

NOTÆ

[a] *Et leno perjurus, et amator fervidus, &c.*] Terent. in prologo Heautontimor. 'Ne semper servos currens, iratus senex, Edax parasitus, sycophanta autem impudens, Avarus leno, assidue agendi sint mihi Clamore summo, cum labore maximo.'

[b] *Et patruus objurgator*] Apposite loquitur. Pers. Sat. I. 'Cum sapimus patruos.' Horat. lib. II. Sat. 3. 'sive ego prave, Seu recte, hoc volui: ne sis patruus mihi.' Apud eundem lib. III. Od. 12. 'patruæ verbera linguæ.'

[c] *Et miles præliator*] Verbis, non re. Vide Eunuchum Terent. et Plauti Militem gloriosum.

cœptum coëgit: reliquum autem,[7] variis postulantibus,[8] sine intermissione deincipe die [9] [d] perlecturum.[e] 3. Postridie igitur maximo studio ingens hominum frequentia convenere: sese quisque exadversum [1] quam proxime collocant.[2] Serus adveniens amicis annuit: locum sessui impertiunt:[3] extimus quisque excuneati [4] [f] queruntur: farto toto [5] theatro, ingens stipatio: occipiunt inter se [6] queri. Qui non affuerant,[g] percunctari ante dicta: qui affuerant,

tum. Multis vero flagitantibus quod supererat, promisit se perlecturum postero die absque interruptione. Ergo magna hominum turba postridie confluxerunt ingenti desiderio audiendi reliqua. Cuncti sedent quam proxime possunt exadversum. Qui tardius venit, annuit amicis, illi dant ei locum ad sedendum. Extremi omnes expulsi e cuneo conqueruntur. Magna fit densatio, repleto jam theatro. Incipiunt conqueri invicem. Qui non interfuerant pridie, cœperunt rogare quid

7 Vulgati plerique, *Reliquum tum.* Rom. vero, *Reliquum tamen.* Colvius. Pith. Edd. Rom. Vic. *tamen.* Ald. Junt. post. Bas. *tum.* Abest a Junt. pr. *Oud.*—8 Sic Ms. cód. Vulg. *vanis postul.* Unde Fruterio conjectura nata, *convenis postul.* mihi, *amicis postul.* Colvius. Aldus, *vanis postulatibus.* Elmenhorstius. Vid. Not. Var.—9 *Deincipiti die.* Ms. *de ancipite die.* Vulg. *deincipiti.* V. N. Janus Dousa reponit, *deincipe:* ut Principe dicimus. Malui ego, *deincipite die:* ut Ancipite, non Ancipe. *Colvius.* Vulgo, *deincipe die.* Elmenhorstius. *Deincipite die* diserte Ms. Florent. cum Colv. et Wower. Edd. Vett. et Fruter. cum Elm. Scriv. Flor. *deincipiti die.* Dousa, W. Goesius cum Edd. Vulc. Scal. *deincipe die,* quod magis mihi placet. Alii divisim legunt *de incipiti die,* ab 'inceps,' quod Festus interpretatur 'deinceps.' *Oud.* Si 'deinceps' est a 'dein' et 'capio,' ut revera videtur, et si vera quoque est veterum Grammaticorum opinio, quæ a 'capiendo' veniunt, non augeri in obliquis, nullum dubium est, quin scribendum sit *deincipe.* cf. Vossius in Etym. v. 'anceps.' Festus: 'Deincipem Antiqui dicebant proxime quemque captum, ut principem primum captum.' *J. Bosscha.*—1 Ms. idem, *ex adverso.* Vide ad librum præcedentem. *Colv.*—2 *Collocat.* Malim *collocant:* ut mox 'quisque excuneati.' V. Ind. Not. *Oud.*—3 Vid. N. Var.—4 Al. *excuriati.*—5 Al. *arto toto.*—6 Pith. *in se.* Oud.—7 *Qui aff. non rec.*

NOTÆ

[d] *Deincipe* [*Deincipiti*] *die*] Ex adverbio deinceps factum ab Apuleio nomen adjectivum deinceps deincipitis, ut anceps anticipitis. Deinceps dies est posterus vel sequens dies.

[e] *Perlect.* [*Perrecturum*] Quid si *perlecturum?* legebat enim ex scripto suam Comœdiam Philemon.

[f] *Excuneati*] Ejecti extra theatri cuneos. Vitruvius lib. v. 'cunei spectaculorum in theatro ita dividantur, uti anguli trigonorum, qui currunt circum curvaturam circinationis, dirigant ascensus, scalasque inter cuneos ad primam præcinctionem,' &c. Cunei igitur spatia erant, in quibus spectatores sedebant, divisa a se invicem scalis seu gradibus, quæ, quoniam orchestram versus coarctabantur, ideo cunei sunt appellati. Vide rem clarius et fusius explicatam apud Vitruvium et ejus expositores.

[g] *Qui non affuerant*] Pridie, cum priorem partem suæ Comœdiæ recitaret Philemon.

recordari audita,[7] cunctisque jam prioribus gnaris,[h] sequentia expectare. Interim dies ire, neque Philemon ad condictum[8] venire: quidam tarditatem poëtæ murmurari, plures defendere. Sed ubi diutius æquo sedetur,[9] nec Philemon uspiam comparet; missi ex promtioribus, qui accirent,[1] atque eum in suo sibi lectulo mortuum offendunt. Commodum[2] ille anima edita obriguerat: jacebatque incumbens toro,[3] similis cogitanti: adhuc manus volumini[4] [i] implexa, adhuc os recto libro impressum:[5] sed enim jam

fuisset dictum prius: qui vero interfuerant cœperunt revocare in memoriam ea quæ audiverant; et omnibus præcedentibus jam cognitis, expectare reliqua. Interim dies fluit, neque Philemon venit, ut promiserat: quidam increpant tarditatem poëtæ, plures eum defendunt. At postquam diutius justo sessum est, neque Philemon usquam cernitur; missi sunt aliqui ex paratioribus ad eum accersendum, et inveniunt eum mortuum in suo lecto. Modo obriguerat exhalato spiritu: et jacebat innixus lecto, similis meditanti: manus ejus erat adhuc inserta volumini, facies adhuc obversa in librum, quem rectum tenebat: verum ipse jam erat destitutus

audita. Hæc non sunt in Ms. cod. *Colv.*—8 Sic Ms. Rom. et Bas. II. Reliqui, *conditum.* Colvius. Correxit jam Beciehemus. *Oud.*—9 Ald. *sidetur.* Id.—1 *Qui acciperent.* Hujusmodi menda qui non viderunt, vel si videre, præterire voluerunt, his molestum non erit spicas istas nos legere, ubi suam ipsi fecerint messem: lego, *qui accirent.* Stewechius. *Qui accirent* vel *accerserent*, sententia omnino postulante. *Roald.* *Accirent* reposui, licet omnibus libris reclamantibus legentibusque, *acciperent.* Varro Rhetoricorum lib. xx. 'Ut Consules ac Prætores qui sequuntur in castra, Accensi dicti: quod ad necessarias res sæpius acciantur, veluti accersiti.' Sic enim ibi apud Nonium legendum, non *accensiti.* Apud eundem pariter emendandus Attius, Armorum judicio: 'Bene facis. Sed quid nunc subiti mihi febris accivit mali?' et M. Varro, Sexagesi: 'Acciti sumus, ut deportaremur: murmur fit verum.' Hæc tanti mihi non fuisset in medium adducere, nisi ut de locorum illorum lectione veriore constaret etiam non doctissimis. *Colv.* Rom. Ald. et Flor. *acciperent.* Elmenhorstius. Bene emendarunt Stew. Lips. Colv. et Roald. qui etiam proposuit *accerserent.* Groslot. etiam *accierent.* Auson. Epigr. 75. 'accirem medicos:' ubi eadem varietas. Sept. de B. Troj. II. 6. 'uti ad eos acciendos pergeret.' *Oud.*—2 Pith. *commode.* Id.—3 Rom. et Aldus *incubans toro.* Elmenhorstius. Male quoque *incubans* habent Edd. Vic. Junt. pr. Bas. pr. Ovid. Met. XI. 657. 'Tum lecto incumbens ait hæc.' Vide ad Met. lib. IV. p. 277. a. *Oud.*—4 Lips. *volumen.* Id.—5 Dictio, *os*, abest a veteri. Sed forte verius legamus, *adhuc os lecto libro impr.* Aut si scriptum codicem sequeris, *adhuc recto*, vel potius, *lecto libro impressa*, et ad manum referatur. *Colv.* F. *certo.* Burmannus. Coll. Voss. Lips. *inpressu.* Pith. *impl. adhos*

NOTÆ

[h] *Cunctisque jam prioribus gnaris*] Id est, cognitis. 'Gnarus' enim hoc loco passive sumitur, sicut et apud Tacitum, lib. I. 'Trudebanturque in paludem gnaram vincentibus, iniquam nesciis.' et lib. XV. 'idque nulli magis gnarum, quam Neroni.'

[i] *Volumini*] Suæ nimirum Comœdiæ, quam in Theatro perlegere habebat in animo, cum mortuus est.

animæ vacuus, libri oblitus, et auditorii securus.[6] Stetere paulisper, qui introierant, perculsi [7] tam inopinatæ rei, tam formosæ mortis miraculo.[8] Deinde [9] regressi ad populum renuntiavere, Philemonem poëtam, qui expectaretur, qui in theatro [1] fictum argumentum finiret, jam domi veram fabulam consummasse.[k] Enimvero jam dixisse rebus humanis VALERE ET PLAUDERE: suis vero familiaribus, dolere [2] et plangere: hesternum illi [3] imbrem [l] lacrymas auspicasse: comœdiam ejus prius ad funebrem facem,[4] quam ad nuptialem venisse.[m] Proin quoniam poëta optimus personam vitæ deposuerit, recta de auditorio ejus exequias eundum:[5] [n] legenda ejus esse [6] nunc ossa,[o] mox car-

anima, oblitus libri, et minime solicitus de auditoribus suis. Qui ingressi erant, restiterunt tantisper attoniti miraculo rei tam inexpectatæ, et leti tam pulchri. Postea reversi ad populum retulere, Philemonem poëtam, qui expectabatur ut absolveret fictum fabulam in theatro, jam absolvisse veram domi. Eum enim jam dixisse rebus humanis Valere et plaudere: *suis autem amicis reliquisse mærorem et planctum: pluviam hesternam præsagiisse ipsi fletum: ejus comœdiam perductam fuisse ad tædam feralem, antequam perduceretur ad jugalem. Proinde, quandoquidem optimus poëta posuisset personam vitæ; ex auditorio recta procedendum ad ejus funus: nunc oportere legere ejus ossa ac postea versus. Audieram olim ea sic*

r. l. impressus. Recte sese habet vulgata lectio *os recto libro impressum.* Ait Apul. faciem ejus obversam stetisse et infixam libro, quem 'rectum,' ut legere posset, tenebat. Virg. Æn. IV. 659. de Didone moriente: 'Os impressa toro.' *Oud.* Hinc legi posset: *impressus*, ut est in Cod. Pith. Ita tamen etiam cum Lipsio melius legeretur: *manus volumen implexa*, vel *manum volumini implexus.* J. Bosscha.—6 Coll. Voss. *securius.* Oud.—7 Ms. noster *percussi.* Colvius.—8 Malo: *famosæ.* Wowerius. Recte alii *famosæ mortis.* Elmenhorstius. Inepte. Illa mors postea demum facta est famosa. Sed illi, qui primi eum sic mortuum viderunt, non possunt dici perculsi *famosa morte*, sed *formosa* sive pulchra, quia similis cogitanti incumbebat lecto. Lips. *mirac. mortis.* Oud.—9 Lips. *dein.* Id.—1 Lege: *quo in th*, Wowerius. Wowerium recentiores secuti sunt, edentes *quo*, sive, ut. In Mss. et Edd. Vett. tamen est *qui*, quod licet præcedat, non damnare ausim. *Oud.*—2 Ed. Junt. *dolore.* Id.—3 Coll. Voss. *illum.* Mox pro *ejus* Lips. *enim.* Id.—4 Edd. Rom. Vic. Ven. *facere.* cf. Beciehem. *Id.*—5 Minus recte Ms. *ad exequias eundum.* Terentius Phormione: 'Exequias Chremeti, quibus commodum

NOTÆ

[k] *Veram fabulam consummasse*] Scilicet mimum vitæ suæ. Inscriptio vetus apud Gruterum, fol. 742. JAM MEA PERACTA, MOX VESTRA AGETUR FABULA. VALETE ET PLAUDITE.

[l] *Hesternum illi imbrem*] Quo coactus fabulam interruperat, atque auditorium dimiserat.

[m] *Prius ad funebrem facem, quam ad nuptialem venisse*] Quod est contra Comœdiæ rationem. Ejus enim exitus ut plurimum est connubium.

[n] *Recta de auditorio ejus exequias eundum*] Vetus formula, qua præco

mina. Hæc ego ita facta, ut commemoravi, olim didiceram: sed haud sine meo periculo recordatus.[7] Nam, ut meministis profecto, cum impedita esset imbri recitatio, in propinquum diem, vobis[8] volentibus, protuli: et quidem Philemonis exemplo pænissime:[9] quippe eodem die[1] in palæstra adeo vehementer talum inverti, ut minimum abfuerim, quin articulum etiam a crure defregerim:[2] tamen articulus loco concessit, exque eo luxu adhuc fluxus est:[3]

gesta esse ut narravi: verum hodie revocata sunt mihi in memoriam meo discrimine. Sicut enim recordamini proculdubio, cum recitatio mea interrupta esset pluvia, distuli eam, vobis ita cupientibus, in sequentem diem: et certe ad exemplum Philemonis: nam eodem die intorsi mihi calcem prorsus tanta vi, ut perparum abfuerit, quin ruperim quoque juncturam a tibia: nihilominus junctura mota est loco; et adhuc laxior est ex ea luxatione: et primo, dum restituo eam percussione

ire, jam tempus est.' Sic 'Exequias venire' infra lib. IV. *Colv.*—6 *Esse* deest Pith. *Oud.*—7 *Sed audies me meo periculo recordatus.* Locus mendosus: quid si legamus: *Sed haud ea sine meo per. rec.* Scioppius in Symbola. Alii, *sed haud ea sine meo periculo recordatus.* Elmenhorstius. Hæc est Mss. et Edd. Vett. usque ad Woweriam lectio, sine dubio corrupta. Wower. edidit *sed audietis me meo periculo recordatum:* quod nimium a Mss. abit. Scioppium in sua Edit. secutus est Scriver. At quid opus est τῷ *ea?* Lege: *sed haud sine meo per. recordatus,* scil. hæc ita facta esse. Floridus tacite exhibuit: *sed hodie sum m. p. recordatus.* Perperam. Nam *hodie* talum non infregerat, sed ante aliquot dies: cum imbri impedita ejus quoque recitatio, ut Philemonis, esset, tunc ejus recordatus fuit, non *hodie.* Suffuratus tamen videtur ex margine Ed. Colv. in Bip. Reg. Sed et Piccart. Peric. Crit. c. 16. conjecit *hodie ferme meo p.* vel *ante hos dies ferme meo p.* Bontius quoque juvenis legebat: *hodie e meo p.* Oud.—8 Abest Coll. Voss. Lips. *Id.*—9 Vulg. *plenissime.* Notavi supra. *Colv.* In Ms. Lips. et Edd. Vett. *plenissime.* Sed tamen *pœnissime* Mss. Florent. Pith. Edd. Junt. post. Bas. sec. Colv. &c. At vero 'pœnissime adeo vehementer' jungi mihi non placet. Rectius ergo Wower. distinguit *exemplo pœnissime.* i. e. fere exemplo Philemonis. De hac voce vide supra. *Oud.*—1 Pith. deest *die,* et pro *inverti* id. *averti.* Id.—2 *Defringerem* Basil. II. scriptura. Vetus cod. *defregerim:* vulgati alii, *destringerem.* Colvius. Flor. *defregerim.* Rom. et Aldus: *distringerem.* Elmenhorstius. Bene lectionem Mss. Florent. et Lips. servavit Scriver. *Defregerim* more Apuleii est pro, valde infregerim. Edd. Junt. post. Bas. sec. Colv. Vulc. Scal. Wower. *defringerem.* Edd. vett. *destringerem.* Pith. *distringerem.* Negligenter Elmenh. et Florid. *fregerim.* Oud.—3 Pith. *adhuc*

NOTÆ

populum ad funus evocabat. 'Exequias L. Titio, L. Filio, quibus est commodum, ire jam tempus est: ollus ex ædibus effertur.'

[o] *Legenda ejus esse nunc ossa*] Prius tamen erat cremandus. Neque enim ossilegium (quod erat ossium ac reliquiarum collectio) fiebat, nisi combusto jam cadavere. Propert. lib. II. 'Vix venit extremo qui legat ossa die.' Virgil. lib. VI. Æneid. in funere Miseni: 'Postquam collapsi cineres, et flamma quievit: ... lavere favillam, Ossaque lecta cado texit Chorinæus aheno.'

et jam, dum [4] eum ingenti plaga reconcilio,[p] jamjam sudoro affatim corpore,[5] [q] diutine [6] obrigui. Inde acerbus dolor intestinorum [r] coortus, modico ante sedatus est, quam me denique violentus [7] exanimaret, et Philemonis ritu compelleret ante letum abire,[s] quam lectum; [8] potius implere fata, quam fanda; consummare potius animam, quam historiam. 5. Cum primum igitur apud Persianas aquas, leni temperie,

ingenti, cum jam abundanter sudarem toto corpore, diutius alsi. Hinc obortus mihi sævus dolor intestinorum, paulo prius lenitus est, quam me demum enecaret sua vehementia: et cogeret me exemplo Philemonis prius petere mortem, quam lectionem; explere potius Fata, quam quæ dicenda mihi supererant; et finire vitam potius quam historiam inceptam. Ergo statim atque recuperavi incessum apud Aquas

---

fluxu est. Id.—4 *Et jamdum.* Alias, *etiam dum.* Jamdum, ut Primumdum, et id genus alia. Exempla forsitan mihi colligentur infra ad Apologiam I. *Colv. Est: et jamdum.* Sic Mss. Lips. et Pith. Colv. Scal. Elmenh. ut *jamdum* ponatur pro primo, dum: unde Scriver. edidit *fluxus est etiam, dum j. e. pl. reconcilio: jamjam.* At hæc non intelligo. Membranæ Florent. carent *jam,* quo etiam non opus est. Certe cum Florido disjungenda sunt *et jam, dum, &c.* Dicit enim se obriguisse, dum luxatum membrum vehementi pulsu suam in sedem reconciliat, corpore suo jamjam a palæstra sudoro. Male enim post *jamjam* Florid. et vulgo ponunt distinctionem. *Oud.*—5 Id est, sudanti, sudore undanti. Vulgo, *sudore affat. corp.* Notetur novitas dictionis, 'Sudorus.' *Colv.* Sic Mss. Florent. Lips. Becich. Colv. &c. Ante *sudore,* ut est in Pith. vel *sudoræ,* sine sensu. Male autem apud Becichem. est *effatim.* Oud.—6 *Diutile.* Bene cum Mss. Lips. et Florent. *diutine* ediderc Elmenh. Scriv. Flor. ut lib. I. Met. 'Milone diutine sermocinante.' Lib. II. 'diutine visu præfleto.' Apol. p. 54. Pric. 'qui diutine hostias lustrales tenerent.' Vulgo erat *diutile,* ut et in Pith. *Id.*—7 Coll. Voss. Lips. *violenter.* Id.—8 *Viol. examinaret, et Ph. r. c. a. l. abiret.* Tollenda duo menda, quæ operarum incuria irrepserunt: et scribend. *exanimaret,* et mox *letum adire.* Stewechius. *Letum abire* vet. cod. Vulg. *letum abiret.* Quidni recte dictum, *letum abire, quam lectum?* Colvius. *Letum obire,* oppetere mortem. *Pyrrh.* Male Edd. quædam *abiret.* Mss. *abire.* Sed dubito an *abire* quidem ponatur cum accusativo. Hinc forsan quoque Pyrrhus, Sopingius, et Wower. prætulerunt *obire.* Sed *obire letum* ut dicitur, sic non item valet *obire lectum* pro adire. Rectius ergo Stewech. et Vir Doctus ad marg. Ed. Junt. post. voluerunt *adire.* Virg. I. 10. 'adire labores:' et passim 'ad mortem ire,'

NOTÆ

[p] *Et j. dum e.* [*Et jam eum*] *ingenti plaga reconcilio*] An dum illum articulum reconcilio, hoc est, in suum locum restituo ex magno illo ictu, seu contorsione? an vero, dum eum restituo magno ictu manus incusso, quo luxata ossa in suum locum redirent?

[q] *Sudoro affatim corpore*] Ex palæstrica exercitatione.

[r] *Acerbus dolor intestinorum*] Vulgo *colicus affectus,* qui sæpissime ex frigore post sudorem contracto oritur.

[s] *Ante letum abire, &c.*] Lusus est in vocibus 'letum' et 'lectum:' inter 'fata,' hoc est, extremum vitæ stadium, et 'fanda,' hoc est, dicenda.

nec minus utique[9] blando fomento gressum reciperavi;[1] nondum quidem ad innitendum idonee, sed quantum ad vos festinanti satis videbatur, veniebam redditum,[2] quod pepigeram: cum interim vos mihi beneficio vestro non tantum clauditatem demsistis,[3] verum etiam pernicitatem addidistis. An non properandum mihi erat, ut pro eo honore vobis multas gratias dicerem, pro quo nullas preces dixeram?[4] Non quin[5] magnitudo Carthaginis mereatur etiam precem a philosopho[6] pro honore; sed ut integrum et intemeratum vestrum esset beneficium, si nihil ex gratia ejus petitio mea defregisset,[7] id est,[8] ut usquequaque esset gratuitum.[t] Neque enim aut levi mercede emit, qui precatur;[u] aut parum pretium[9] accipit,[1] qui rogatur: adeo ut

Persianas miti earum temperatura, et tepore non minus conducibili, quam leni; nondum quidem satis ad bene firmandum vestigia, sed quantum sufficere mihi videbatur properanti redire ad vos, veniebam præstitum quod promiseram: cum vos interea non solum abstulistis mihi claudicationem vestro munere, sed adjecistis quoque velocitatem. Nonne mihi festinandum erat, ut agerem vobis multas grates pro illo honore, pro quo nequaquam vos rogaram? non quod amplitudo Carthaginis non digna sit, quam etiam Philosophus roget pro honore; sed ut benefactum vestrum esset solidum et intactum, si mea rogatio nihil imminuisset ex ipso: (hoc est, ut esset omni ex parte gratuitum.) Nam, neque is qui petit, vili pretio comparat, neque is a quo petitur, recipit exiguam mercedem: ita ut malis comparare quæcum-

‘ruere,’ ‘properare,’ &c. Mox pro *fata* Pith. *facta*. Oud.—9 *Utili quam.* Flor. *utiquam*. Elmenhorstius. Vulgo, *utili quam*. Sed Mss. duo Florent. Pith. et Coll. Voss. Lips. *utiquam*, unde bene Scriver. edidit *utique*, i. e. profecto: ut sæpissime apud Nostrum. v. Ind. Sic idem pro *ut inquam* N. 17. correxit *utique*. Oud.—1 Rom. *recuperavi*: male. *Id.*—2 *Veniebam reditum.* Quisquis locum inspexeris animo attento, facile videbis verum esse, *veniebam redditum*: vel, quia res theatralis agitur, *ven. editum*. Stewechius. Bene vetus, *redditum*. Vulg. *reditum*. Colvius. Pith. *veniebantur*. Oud.—3 Quidam, *depressistis*. Colvius. Rom. et Aldus *depressistis*. Elmenhorstius. Mss. Becichem. Edd. Junt. post. Bas. sec. Colv. &c. *demsistis*. In reliquis, *depressistis*. Oud.—4 Vid. Not. Var.—5 Vulg. *quia*. Colvius.—6 Pith. Lips. Edd. ante Colv. *a phil. prec.* Abest *a* a Mss. Florent. Coll. Voss. Lips. Pith. *Oud.*—7 Legerim, *defrugasset*: ut apud Caton. de Re Rust. cap. 4. ‘Segetem ne defruget:’ ita enim jam olim Beroald. accuratissimis suis in Asinum commentariis, non *defrudet*: ut et apud Plin. lib. XVIII. c. 24. ‘Segetem ne defruges.’ *Brant.* Ed. Ald. *me adfr.* Oud.—8 Ms. cod. *idem et*. Colvius.—9 *Parvum pretium.* Idem Ms. *pa' uum*: Ald. Rom. *parum pretium*. Recte, et ad Plauti imitationem: qui alibi: ‘Si pergis parum fidem mihi esse arbitra-

NOTÆ

[t] *Id est, ut usquequaque esset gratuitum*] Videntur hæc verba a manu Glossatoris textui postea inserta.

[u] *Neque enim aut levi mercede emit, qui precatur*] Seneca lib. II. de beneficiis, cap. 1. ‘non tulit gratis qui

omnia utensilia emere velis,[2] quam rogare. Id ego arbitror præcipue in honore observandum:[3] quem qui[4] laboriose exoraverit, sibi debet unam gratiam,[5] quod impetrarit:[6] qui vero sine molestia ambitus adeptus est, duplam gratiam[7] præbentibus[8] debet: et quod non petierit, et quod acceperit. 6. Duplam ergo gratiam vobis[9] debeo: immo enimvero[1] multijugam: quam ubique equidem et semper prædicabo. Sed nunc impræsentiarum libro isto ad hunc honorem mihi conscripto, ita ut soleo, publice protestabor. Certa est[2] enim ratio, qua debeat philosophus[3] ob decre-

que usui tuo sunt necessaria, quam petere ab aliis. Ego existimo hoc præsertim spectandum esse in honore: quem is qui impetraverit cum molestia, debet sibi unam gratiam, quod obtinuerit eum: at ille qui assecutus est eum absque labore petitionis, debet binas grates tribuentibus: scilicet quod non postulaverit illum honorem, et quod fuerit eum consecutus. Igitur debeo vobis duplicem gratiam: atenim potius multiplicem: quam quidem prædicabo ubique et semper. At nunc, ut meus mos est, profitebor palam in præsens hoc libro composito a me propter hunc honorem. Nam est quidam modus, quo Philosophus debeat reddere grates pro simulacro sibi

rier.' *Colv.* Manus. *pauum*, forte, *paucum*. Agel. lib. IX. c. 4. 'libros plurimos ære pauco emo.' Ald. et Rom. *parum pretium*, quod placet Colvio: neque dubium habeo, quin ita sit legendum, ut apud Plaut. Bacchid. A. III. Sc. 6. 'Si pergis parum mihi fidem arbitrarier.' Terent. Eunucho A. I. Sc. 2. 'Forsitan hic mihi parum habeat fidem,' sic enim ex membranis legit Joan. Gulielmus. *Brant.* Mss. Florent. Pith. Lips. Edd. primæ Junt. Ald. Vulc. Scal. Scriv. *parum pretium*. Bene, ut apud Plautum aliquoties. Adverbialiter enim ponitur, ut contra 'satis,' 'affatim,' de quibus ad Metam. diximus. Non tamen ubique temere inculcandum reor, ut male fecit Gulielm. et alii in Terentio, l. a Brant. cit. Claudian. l. I. Ruf. vs. 240. 'Mors adeone parum est?' Immo adject. 'parus' pro 'paucus' occurrit in Glossis apud Zinzerling. Prom. Crit. lib. I. c. 4. Becichemus Ep. 99. voluit *pretii*. Oud.—1 Ed. Vic. *accipis*. Id.—2 Vulg. *emere potius velis*. Vid. Not. Var.—3 Ed. Vulc. *conservandum*. Oud.—4 Ms. *quod qui*. Colvius. Legit Becich. *quod qui*. Id. in Omissis. Non male. At vitiose Edd. Vulc. Wow. *quem mihi*. Oud.—5 Ms. idem, *una grā*. Colvius. Coll. Voss. Lips. *una gratia*. Bemb. Pith. *nam gratia quod impetravit*, ut legit Vinc. Contar. lib. I. V. L. c. 5. pro *nam* recipiens *una*. Oud.—6 Margarita poëtica legit, *quam impetr.* Colvius.—7 Vulg. *igitur gratiam*. Colvius.—8 Lips. *probantibus*. Oud.—9 Lips. *vobis gratiam*. Oud.—1 Vetus lib. *uno enimv.* Colvius.—2 Verbum *est* non erat in vulgatis. *Colv.*—3 *Quæ debeat philosopho.* Sic restituta arbitror, *quum debeat philosophus*. Stewechius. Scribo, *qua debeat philosophus*. *Sibi*, quod sequitur, non est in Ms. *Colv.* *Qua debeat philosophus*, nisi fallunt excerpta, habet Ms. Florent. cum Becichemo, Colv. et seqq. In Lips. Cod. est *qua deb. philosopho.* Edd. vett. *quæ deb. philosopho.* Forsan, *qua* vel *quæ deceat philosophos.* Certe melior hæc conjectura quam Stewechii *quum deb. philosophus.* Oud.—

NOTÆ

cum rogasset accepit: quoniam quidem, ut majoribus nostris gravissimis viris visum est, nulla res carius constat, quam quæ precibus emta est.'

tam sibi publice statuam gratias agere: a qua paululum demutabit liber,[4] quem[5] Strabonis Æmiliani excellentissimus honor flagitat: quem librum sperabo me commode posse conscribere, si itis eum hodie nobiscum probare.[6] Est enim in studiis tantus,[7] ut prænobilior sit proprio ingenio, quam patricio[9] consulatu. Quibusnam verbis tibi, Æmiliane Strabo, vir omnium, qui unquam † [w] fuerunt,[1] aut sunt, aut etiam erunt, inter optimos clarissime, et[2] inter clarissimos optime, inter utrosque doctissime;[3] quibus tandem verbis, pro hoc tuo erga me animo, gratias habitum[4]

decreto publicitus: a quo liber, quem præstantissimus honor mihi exhibitus ab Æmiliano Strabone postulat, aliquantum deflectet: quem librum confidam me posse recte componere, si laudaturi estis eum mecum hodie. Etenim is adeo excellit in studiis, ut multo clarior sit suopte ingenio, quam consulatu paterno. Quibus verbis, Æmiliane Strabo, vir ex cunctis qui unquam [Numantiæ] extiterunt, aut existunt, aut etiam futuri sunt, illustrissime inter probissimos, et probissime inter illustrissimos; quibus demum verbis reddam tibi grates mea narratione pro hoc tuo

4 *Demutavit liber.* Rescribendum, *demutabit liber:* nam id tempus ipsa orationis series deposcit, librum enim elaborandum adhuc fuisse clamant ista, 'quem librum spero me commode posse conscribere.' *Stewech.* Membranaceus codex, *libere.* Colvius. Scribe: *demutabit.* Wowerius. Vulgo, *demutavit.* Elmenh.—5 Coll. Voss. Lips. *quam.* Oud.—6 Vid. Not. Var.—7 Lips. Ed. Junt. post. *tant. in stud.* Pith. *tantum.* Oud.—8 Priores editiones, *tantus prænob. sic.* Colvius. Ita Mss. et Ed. Junt. post. Stew. Colv. &c. Male aliæ carent *ut*, habentque *sic.* Oud.—9 Al. *patrito.*—† *Numantiæ.* Nomen hoc non est in Ms. lib. *Colv.* Puto scripsisse Apuleium, *inante*, et inde hoc corruptum. *Brant.* Tò *Numantiæ* non est in Florentinis. *Elmenh.* Delevi vocem, ut quæ locum hic minime habet. De Carthagine agi nemo non videt. Deest quoque in Ed. Junt. post. Pith. *qui m̄ mā fuerunt.* Lipsius: *ante* aut *etiamnum.* Brantius *inante.* Vide Burmann. ad Virg. Æn. VII. vs. 289. Sed cur ergo non, *hodie* sunt, et erunt *postea?* Nonne hoc conjugatio temporis in usitata hac formula, 'qui fuerunt, sunt, et erunt' indicat. *Oud.*—1 Edd. ante Colv. *fuere.* Id.—2 Abest *et* Ed. Junt. post. et delet quoque Lips. *Id.*—3 *Inter utrosque doct.* Desunt a Coll. Voss. Lips. *Id.*—4 *Q. t. v. gr. habiturus es commemoratu meo.* Ms. cod. *c̄ommematū cū.* Colvius. Sic quidem habent cunctæ Edd. usque ad Elmenhorstium, qui tacitus cum seqq. edidit *hab. sum.* Rectius quidem, nam alterum est sine sensu, verum melius tum foret *sim*, ut margini jam allevit Lindenbrogius. Quippe jungenda 'sim,' 'celebrem,' 'æquiparem.' Hæc enim cuncta dependent a τοῖς 'nondum reperio.' Sed præterquam vulgata careant sensu et Latinitate, ταυτόλογα plane sunt *quibus verbis commemoratu meo*, in Cod. Florent. sic tamen

NOTÆ

w [*Numantiæ*] Non est hæc vox in membranis Florentinis, nec certe in animum facile mihi induxerim illum Æmilianum Strabonem fuisse Numantinum. Quid eo tempore Numantia erat, nisi Numantiæ rudera? præterea apparet illum Strabonem Carthaginiensem quidem esse, sed Civem Romanum: quippe cujus pater Consul fuisset.

et commemoratum eam,[4] qua digna ratione [5] tam honorificam benignitatem tuam celebrem, qua [6] remuneratione dicendi gloriam tui facti æquiparem, nondum [7] hercle reperio. 7. Sed quæram sedulo,[8] et connitar,

Dum memor ipse mei,[x] dum spiritus hos reget [9] artus.

Nam nunc impræsentiarum (neque enim diffitebor) lætitia [y] facundiæ obstrepit: et cogitatio voluptate impeditur, ac mens, occupata delectatione, mavult [1] impræsentiarum gaudere, quam prædicare. Quid faciam? Cupio gratus videri: [2] sed præ gaudio nondum mihi vacat gratias agere. Nemo me, nemo ex illis tristioribus velit in isto vituperare, quod honorem meum non minus vereor,[3] quam intel-

affectu in me? Certe nondum invenio, quo congruo modo prædicem tuam tam honorabilem liberalitatem, et qua mercede sermonis æquem laudem hujus quod erga me fecisti. At studiose id investigabo, et conabor reperire, Quamdiu ego recordabor mei ipsius, quamdiu anima gubernabit hæc membra. *Nunc enim in præsens (nec id negabo) hilaritas interpellat meam eloquentiam: et delectatio officit meditationi, et animus meus, voluptate præpeditus, mavult lætari quam laudare. Quid agam? Expeto haberi gratus: at nondum licet mihi rependere grates præ lætitia. Nemo ex istis severioribus, nemo prorsus velit me hac in re damnare, quoniam non minus dignus sum hoc meo honore, quam illum cognosco: quod gestio propter tan-*

scribitur, at in Pith. et Lipsiano e Coll. Voss. et Lips. *habitum es commemoratum eam*: unde suspicor legendum esse *gratias habiturus te commemoratum eam.* vel, ut leviori etiam mutatione Vir Doct. in marg. Ed. Colv. in Bibl. Reg. *habitum et commemoratum eam*, pro commemorem, celebrem: ut passim apud Plautum et Terentium, 'Is perditum,' 'is quæsitum.' Noster de Deo Socr. p. 694. Ed. Flor. 'incepta prohibitum ibat, nunquam adhortatum.' Gell. VII. 3. 'servatum ire socios.' XII. 1. 'interfectum ire.' V. Salmas. ad Tertull. Pall. p. 106. me ad Met. l. VIII. p. 557. a. *Oud.*—5 Fulvii liber, *qua dignatione*, alii, *qua digna oratione.* Elmenhorstius.—6 Abest *qua* ab Edd. Ald. Junt. post. *Oud.*—7 Ms. *audum.* Colvius. Lego, *haut dum.* Brantius. Pith. quoque *audum* vel *andum.* Unde non male Brant. Soping. et Ed. Scriv. *haud dum.* —8 Sic scriptus liber, sic etiam ultima editio. Ante, *sed sedulo et commentabor.* Colvius. Rom. et Ald. *sed commentabor sedulo.* Elmenhorstius. Mss. Flor. Lips. Edd. Junt. post. Bas. sec. et seqq. *quæram sedulo.* In Edd. prioribus *sedulo et commentabor*: unde Becich. Ep. 99. *quæram sedulo et commentabor et connitar.* Conjicio, Glossas in textum receptas, et scribendum esse *sedulo et rimabor*, i. e. quæram, et investigabo. Multus est in hoc verbo Auctor. Vide ad Met. l. v. p. 321. b. Certe non ejicerem *et.* πολυσύνδετον enim amat Apul. ut supra vidimus sæpissime. *Oud.*—9 Pith. *regit.* Id.—1 Coll. Voss. Lips. *mavult delectationem.* Id.—2 Pith. *gratis vid.* Id.—3 Al. *mereor*: al. *revereor.*—4 *Honore.* Omnes

NOTÆ

[x] *Dum memor ipse mei*] Ex lib. IV. Æneidos.

[y] *Lætitia*] Qua gestiebat ob decretam sibi statuam.

ligo:[z] quod clarissimi et eruditissimi viri tanto testimonio[4] exulto: quippe testimonium mihi perhibuit in curia Carthaginiensium,[5] non minus splendidissima quam benignissima, vir consularis: cui etiam notum esse tantummodo, summus honor est; is etiam laudator mihi apud principes Africæ viros quodammodo astitit.[6] Nam, ut comperior, nudiustertius libello misso, per quem postulabat[7] locum celebrem statuæ meæ, cumprimis commemoravit inter nos jura amicitiæ a commilitio[8] studiorum eisdem magistris inchoata honeste:[9] nunc[1] postea vota omnia mea[2] secundum dignitatis suæ gradus recognovit.[a] Jam illud pri-

tum honorem mihi exhibitum a viro nobilissimo et doctissimo. Etenim vir consularis, cui vel esse duntaxat cognitum maxima gloriæ est, reddidit mihi testimonium in Senatu Carthaginiensium, clarissimo juxta et beneficentissimo. Ipse quoque affuit mihi quadam ratione laudator apud viros primarios Africæ. Ut enim accipio, misso nudiustertius libello, quo poscebat locum frequentem collocando meo simulacro, retulit præcipue jura amicitiæ inter nos incepta honeste a societate studiorum apud eosdem magistros: ac deinde recensuit cuncta mea vota pro gradibus sui

editi ante, *testimonio.* Colvius. Flor. et Rom. *t. testimonio e.* Elmenhorstius. Sic e Ms. Lipsii reposuit Colv. &c. Sed præcedit 'honorem meum,' et sequitur 'summus honor est:' quare placet magis lectio Mss. Florent. Pith. Edd. priorum *testimonio exulto: quippe testimonium, &c.* Sæpissime enim idem nomen repetunt pro pronomine vel reciproco solo. *Oud.*—5 Mss. et Edd. vett. *Carthaginensium*, et infra. V. ad Frontin. l. I. cap. 3. *Id.*—6 Margo editionis postremæ hanc lectionem habet. Alii omnes, *extitit.* Sed *astitit*, tanquam patronus clienti. *Colv.* Sic Mss. plerique, Edd. Junt. post. Bas. sec. etc. *extitit* Pith. Edd. Rom. Vic. Bas. pr. *extiti* Ed. Junt. pr. *exititi* Ald. *Oud.*—7 Lips. *postulabar.* Id.—8 Al. *commilitiæ.* Vid. Not. Var.—9 Non agnoscit hoc Ms. cod. *Colv.* Pith. Ed. Junt. post. *hon. inch.* Oud.—1 Idem, *tn.* Colvius. Flor. *nunc p. vota.* Elmenhorstius. Coll. quoque Lips. in Ed. Colv. in Bibl. Reg. *nunc.* Optime, scil. hodie, ut abunde e seqq. patet. *Oud.*

[z] *Quod honorem meum non minus vereor, [mereor,] quam intelligo*] Quid in hoc vituperare possent tristiores illi et severiores censores, non video. Aliquid hic corruptum esse videtur. Quid, si transponas verba *mereor* et *intelligo?* ac legas, *quod honorem meum non minus intelligo, quam mereor?* id est, quod ut mereor, ita sentiam honorem mihi delatum, et ex eo gaudeam, ac præ gaudio etiam gestiam? quod sane illi severiores atque ἀπαθεῖς censores ex animi sui tristitia damnare possint. Tuum esto judicium, candide lector; certe conjecturam meam non leviter juvat quod sequitur: 'quod clarissimi et eruditissimi viri tanto honore exulto.' Aldus habet: *non minus vereor:* ex quo Brantius *revereor:* sed haud multo ad rem magis.

[a] *Vota omnia mea secundum dignitatis suæ gradus recognovit*] Id est, memoravit etiam omnia vota, quæ feceram

mum beneficium, quod condiscipulum[3] se meminit. Ecce et hoc alterum beneficium, quod tantus diligi se[4] ex pari prædicat. 8. Quin etiam[5] commemoravit, et alibi gentium et civitatum honores mihi statuarum et alios decretos. Quid addi potest ad hoc[6] præconium viri consularis? Immo etiam docuit argumento[7] suscepti sacerdotii, summum mihi honorem Carthaginis adesse.[b] Jam hoc præcipuum beneficium ac longe ante ceteros excellens, quod me vobis locupletissimus testis suo etiam suffragio[8] commendat.[c] Ad summam[9] pollicitus est, se mihi Carthagini[1] de

honoris. Jam hoc est primum beneficium, quod recordatur se fuisse meum condiscipulum. En et illud alterum beneficium, quod tantus vir prædicat se amari a me ex æquo. Sed et recensuit quoque honores tum simulacrorum, tum alios mihi attributos in aliis provinciis et urbibus. Quid potest adjici ad hanc laudationem viri consularis? Quin ostendit quoque ratione sacerdotii, quod suscepi, supremum honorem Carthaginis mihi delatum iri propediem. Jam hoc beneficium primarium est, et multo præstantius aliis, quod ipse locupletissimus testis laudat etiam me suo suffragio. Postremo promisit se collocaturum mihi simulacrum Carthagini suo

—2 Edd. vett. *mea omnia.* Id.—3 Pith. *illum pr....et disc.* Id.—4 Pith. Edd. vett. *se dil.* Id.—5 Edd. Ald. Bas. pr. *quin et.* Id.—6 Ante ubique, *et hoc.* Colvius.—7 Pith. *argumenti.* Mox pro *excellens* ibid. *extollens.* Oud.—8 Vetus cod. Ald. *naufragio.* Colvius. Pith. *comm. suffr.* Oud.—9 *Ad summa.* Florent. et Rom. *ad summam.* Elmenhorstius. Alibi dicit Auctor *in summa.* Sed utrumque bene. Vide Fabri Thes. Typographi, credo, errore in Bas. sec. Colv. Vulc. Scal. Edd. irrepsit *ad summa.* Juven. Sat. III. 79. 'Ad summam,' sed vulgo Mss. Serviani *in summa* ad Virg. Æn. IV. 237. *Oud.*—1 Vulg. *Car-*

NOTÆ

pro ejus progressu et evectione ad omnes suas dignitates, et hoc intelligit infra, cum dicit, 'ecce et hoc alterum beneficium, quod tantus diligi se ex pari prædicat.'

[b] *Immo etiam docuit argumento suscepti sacerdotii, summum mihi honorem Carthaginis adesse*] Dixerat nimirum Æmilianus Strabo Apuleium ea esse doctrina, ea morum probitate, atque ea religionum peritia, ut proculdubio evasurus esset propediem Pontifex Maximus, qui summus Carthagini honos erat, quemadmodum et Romæ; atque eum jam habere prærequisitam conditionem, sacerdotem scilicet esse: ex solo enim sacerdotum collegio creari poterat Pontifex Maximus Romæ, quem morem etiam verisimile est Carthaginienses, cum Romanis legibus, suscepisse.

[c] *Suo etiam suffragio commendat*] Cum Maximo Pontificatu dignum prædicat, atque eum propediem adepturum, qua re Carthaginiensium animos in Apuleii favorem quodammodo præoccupabat, ac suo suffragio, quod maximi momenti erat, utpote viri consularis, ceterorum suffragia videbatur in futurum spondere.

suo statuam positurum: vir, cui omnes provinciæ quadrijuges et sejuges currus ubique gentium ponere[2] gratulantur. Quid ergo[3] superest ad honoris mei tribunal et columen,[4] ad laudis meæ cumulum?[5] Immo enimvero quid superest? Æmilianus Strabo, vir consularis, brevi votis omnium[6] futurus proconsul, sententiam de honoribus meis in curia Carthaginiensium[7] dixit: omnes ejus auctoritatem secuti sunt. Nonne videtur hoc vobis senatusconsultum esse? Quid? quod et Carthaginienses omnes, qui in illa sanctissima curia aderant, tam libenter decreverunt locum statuæ,[8] [d] ut illos scires[9] idcirco alteram statuam,[e] quantum spero, in sequentem curiam protulisse, ut salva veneratione, salva reverentia[1] consularis sui, viderentur factum ejus non æmulati, sed secuti: id est, ut[2] integro die[f] beneficium[3] ad me publicum perveniret. 9. Ceterum

ære: vir, cui universæ provinciæ gaudent collocare ubique currus quadrijuges et sejuges. Quid igitur desideratur amplius ad solium et fastigium mei honoris, et ad cumulationem meæ gloriæ? Immo enim quid restat? Æmilianus Strabo, vir consularis, propediem futurus Proconsul secundum desideria omnium, dixit sententiam de honoribus mihi exhibendis in Senatu Carthaginiensium: cuncti assensi sunt ejus auctoritati. An non hoc vobis videtur esse decretum Senatus? Quid? quod et universi Carthaginienses, qui erant in illo augustissimo Senatu, tam volenter constituerunt locum meæ statuæ, ut agnosceres illos, ut spero, ideo tantum distulisse rogationem de altera statua mihi concedenda in proximum Senatum, ut inviolato honore, et salva veneratione, quam debent suo civi consulari viro, viderentur non æmulati, sed secuti ejus factum: hoc est, ut publicum munus mihi deferretur solido die.

thaginem. Colvius.—2 Vetus, *pavere.* Colvius.—3 Pith. Edd. Ald. Junt. Bas. pr. *igitur.* Oud.—4 Al. *culmen.* Vid. Not. Var.—5 Pith. *cubiculum.* Oud.—6 *Votis* reposui, quod in veteri esset, *vatis omn.* E vulgatis quidam, *vocis om.* quidam, *voce omn.* Colvius. Pith. quoque *vatis.* At Ms. Florent. cum Colv. &c. *votis.* Edd. Vic. Ven. *vocis.* Edd. Junt. Ald. Bas. *voce.* Pro *Strabo vir* Pith. *vir Strabo.* Oud.—7 Amplius in Ms. lib. *curia ea Karthagin.* Colvius.—8 Vid. N. Var.—9 Sic Mss. Flor. Fulv. Lips. Pith. Edd. Rom. Vic. Junt. post. Wower. In aliis Edd. *illo.* Elmenh. et seqq. ejecerunt prave hanc vocem. *Oud.*—1 *Salva reverentia* delet Lips. *Id.*—2 Vet. lib. *idem ubique.* Colvius.—3 Lego, *ut de integro benef.* Brantius. Minus bene

NOTÆ

[d] *Tam libenter decreverunt locum statuæ*] Quam Æmilianus Strabo velle se Apuleio de suo ponere dixerat.

[e] *Alteram statuam*] Publicis Car-

confidere ait eam proxima curia sibi decretum iri.

[f] *Integro die*] Nec alterius statuæ munere jam occupato, qualis erat

meminerant optimi magistratus et benevolentissimi principes, mandatum sibi a vobis,[3] quod volebant.[4] Id ego nescirem ac prædicarem?[5] ingratus essem. Quin etiam universo ordini vestro[6] [h] pro amplissimis erga me meritis, quantas maximas possum, gratias ago atque habeo, qui me in illa curia honestissimis acclamationibus decoravere, in qua curia vel nominari tantummodo summus honor est.[7] Igitur, quod difficile factu erat, quodque revera arduum nobis[8] existimabatur, gratum esse populo, placere ordini, probari magistratibus[9] et principibus; id (præfiscine[1] dixerim;)[i] jam quodammodo mihi obtigit. Quid[2] igitur superest ad statuæ meæ honorem, nisi æris pretium, artificis[3] ministerium? quæ[4] mihi ne in mediocribus quidem civita-

Porro illi optimi Magistratus, et proceres faventissimi recordabantur, id quod cupiebant fuisse ipsis præscriptum a vobis. Ego vero hoc ignorarem? et non jactarem? essem ingratus. Quinetiam reddo et memini grates quam maximas queo toti vestro ordini, ob maxima ejus in me beneficia. O vos, qui me honoravistis honestissimis acclamationibus in illo Senatu, in quo vel solum nominari est maxima gloria. Itaque, quod erat difficile factu, et, quod putabamus quidem esse difficillimum, scilicet placere populo, esse acceptum Senatui, approbari a Magistratibus atque optimatibus, id (absit verbo invidia) jam quadam ratione mihi evenit. Quid restat ergo ut fruar honore meæ statuæ, nisi pretium æris, et merces statuarii? quæ

Brant. Rectius Lipsius: *integrum dein.* Oud.—4 Ed. Bas. pr. *nolebant.* Id. —5 *Id ego nesc.? haud præd.* Veteres edit. *Id ego nes. ac præd.* Forte etiam, *id ego ni scirem, ac prædicarem.* Colvius. Mss. et Edd. priores *ac præd.* unde G. Vossius facit *nec pr.* Quod Colv. conjecit, *id ego ni scirem ac præd. ingratus essem,* margini quoque allevit Lips. Sed forsan ἀπὸ κοινοῦ τὸ *non* latens in præced. verbo *nescirem* subintelligendum est: de qua re egi ad Met. lib. VI. p. 121. Pric. et ad Lucan. lib. II. vs. 373. *Oud.*—6 Edd. ante Colv. habent *nostro* et carent *pro:* quod etiam exulat male a Colv. *Id.*— 7 Ald. *honorum.* Colvius. Item Junt. post. *Oud.*—8 Scriptus liber, *nō.* Colvius. Item Pith. *Oud.*—9 Coll. Voss. Lips. *prob. a mag.* Id.—1 Vid. Not. Var.—2 Ed. Vic. *quod:* mox pro *nisi* Pith. *non.* Oud.—3 Vulgo cum copula, *et artificis.* quæ rectius abest a libro scripto. *Colv.* Ea quoque carent Mss. Florent. In Ed. Ald. est *artificiis.* Oud.—4 Ed. Vic. *qua.* Id.—

NOTÆ

tius reponit, *de integro,* sed nihil emendatione opus.

[g] *A vobis*] Populum Carthaginiensem affatur.

[h] *Universo ordini vestro*] Senatui.

[i] *Præfiscine dixerim*] Insederat superstitiosis Veterum animis opinio, periculum esse a fascino, cum quis aut se ipse laudaret impensius, aut ab aliis laudaretur: atque ideo cum se aut alium quempiam laudarent, ut a se arcerent invidiam et fascinationem, addebant hanc vocem 'præfiscine,' vel 'profiscini,' aut 'absit verbo invidia.'

tibus unquam defuere;[k] ne ut Carthagini[5] desint, ubi splendidissimus ordo etiam de rebus majoribus judicare potius solet, quam computare. Sed de hoc tum ego[6] perfectius, cum vos effectius.[l] Quin etiam tibi, nobilitas senatorum, claritudo civium, dignitas amicorum, mox ad dedicationem statuæ meæ, libro etiam conscripto, plenius gratias canam, itemque[7] [m] libro mandabo, uti per omnes

nunquam defecerunt, ne in parvis quidem urbibus: nedum me deficiant Carthagini, ubi illustrissimus Senatus solet potius decernere, quam supputare de rebus etiam maximi momenti. At tunc ego agam de hoc fusius, quando vos plus effeceritis. Quinetiam, o nobiles Senatores, incluti cives, digni amici, referam grates fusius libro, quem mox componam pro dedicatione meæ statuæ, et jubebo illum librum

5 Al. *ne dum Cart.*—6 Rom. Ven. Bas. 1. *tamen ego.* Colvius. Item Pith. Correctum jam a Becichemo. *Oud.*—7 *Cantatius.* Alii habent *canacius.* Pyrrhus. *Plenius gratias, canaciusque libro mandabo.* Scriptus codex *canentique.* Basil. poster. *canacique.* Bap. Pius testatur quosdam legere, *causatiusque:* et ipse reponit, *capaciusque.* Colvius. Fulvii et Lipsii Ms. *canentique libro.* Lego: *canam ocyusque libro.* Scioppius in Symbola. Ambigo an Apul. dixerit: *canacius gratias libro mandabo.* insolenti phrasi. Certe Cato 'emacem.' Virgil. 'sternacem equum' dixit. L. si quid. D. de ædil. edicto. 'curracem vigilacem.' Libri scripti fere omnes: *canentique libro.* Fortassis: *plenius gratias canam, itemque libro.* Wowerius. Scioppius *p. g. canam ocyusque libro m.* in Flor. 2. *p. g. canaciusque l. m.* ascriptum ad marginem a manu recenti, *p. g. canam, inque libro mandabo.* quod perplacet. *Elmenhorstius. Canaciusque l. m.* est Ms. Florentini, Codd. Becichemi, Edd. vett. Colv. Elm. ac Scriv. lectio, sine dubio vitiosa, licet *canacius* explicare conentur Becichemi, et Colv. sive, majore sono, ab adject. 'canax,' quod non improbat quoque B. Pius tom. I. Thes. Crit. p. 368. verum tum omnino abundat vox *libro*, quæ jam præcessit et delenda videtur Cl. Burmann. in Misc. Obs. vol. II. p. 192. In altero Florent. et Edd. Junt. post. et Bas. sec. legitur *canacique libro.* At nec hoc placet, licet adject. 'canax' non omnino damnare ausim. De adjectivis in *ax* v. Heins. ad Ovid. Am. II. 6. 23. et alibi, Wower. hic loci. Coll. Voss. Lips. *gratius.* Vulc. Scal. *tenaciusque* cum Burm. Alius ibid. Misc. Obs. *cumulatiusque:* quod nimis longe abit a Mss. Et in his omnibus, ut et in lectionibus Pyrrhi et Bapt. Pii abundat τὸ *libro.* Vir D. in marg. Ed. Colv. in Bib. Reg. *agam ocyusque.* E Mss. Fulv. Lips. *canentique* conjecit Sciopp. recepitque Floridus *canam, ocyusque libro m.* Recte *canam:* nam sic diserte unus Florent. pro varia lectione habet: alte-

NOTÆ

[k] *Quæ mihi ne in mediocribus quidem civitatibus unquam defuere*] Supra: 'quin etiam commemoravit, et alibi gentium et civitatum honores mihi statuarum, et alios decretos.'

[l] *Sed de hoc tum ego perfectius, cum* ... sius prædicabo, quando vos statuam, quam spero decreturos, reipsa mihi decreveritis, ac posueritis.

[m] *Canam, itemque* [*ocyusque*] Sic emendavit Scioppius, quem secutus sum. Vulgo est corrupte *canacius-*

provincias eat, totoque abhinc orbe, totoque abhinc tempore, laudes benefacti [8] tui ubique gentium semper annorum repræsentet.

NUM. XVII. Viderint, quibus mos est oggerere semet otiosis præsidibus,[9] ut impatientia linguæ [1] [n] commendationem ingenii quærant, et affectata amicitiæ vestræ specie [o] glorientur. Utrumque [p] enim a me,[2] Scipio Orfite,[3] longe

pervagari cunctas provincias, et exhibere laudes vestri beneficii per omnem hinc terrarum orbem, et per omne tempus sequens, apud omnes nationes, et per omnes ætates.

Illi, qui soliti sunt seipsos obtrudere præfectis dum vacant, considerent, si volunt, quomodo comparent laudem suo ingenio ex intemperantia suæ linguæ, et superbiant ficta simulatione vestræ amicitiæ. Nam hæc duo vitia multum aliena sunt a me, o

rum non placet. Wowerii conjecturam veriorem existimo; nisi velis cum Elmenh. præoptare, quod est in eodem Florent. *canam inque libro.* Melius, tamen *itemque* vel *eique.* Ait Auctor se libro conscripto plenius ei gratias per carmen acturum, eidemque libro mandaturum, ut per omnes eat provincias, &c. His tamen omnibus conjecturis amotis vide potius, num ex *canentique* vel *canam inque* scribendum *Græcanicoque*, ut promittat se Græcé librum gratiarum conscripturum, quo per omnes eat provincias et ubique legatur. Passim Auctor 'Græcanicus' utitur pro Græco. V. ad Met. lib. I. p. 11. a. Cogitavi aliquando *Græcacius:* nam in Apol. 'Græcatior oratio' et Tertull. de Pallio c. 4. p. 25. 'Græcatim.' Pro *uti* Lips. *ut.* Oud.—8 Coll. Voss. Lips. et Pith. *beneficii.* Ed. Bas. pr. *benefacti.* Id.—9 *Oggerere se et ot. pr.* Restituendum dubio procul *oggerere sese*, vel *oggerere se nec otiosis* vel *negotiosis præsidibus, ut impudentia linguæ.* Crebro has voces 'impudicitia,' 'impudentia,' 'imprudentia,' 'impatientia,' locum mutuum invasisse comperi: si quis exempla quærit, adeat notas doctissimi Stephani Pighii amici mei ad Val. Maximum: hoc amplius etiam secundo de Asino a Parisien. merito legebatur, *sensit imprudentiæ suæ labem,* cum ante vulgaretur, *impudicitiæ*, quod non nisi ab imprudentibus ibidem suppositum. *Stewech.* Ms. *gerere.* Legendum puto, *semet otiosis.* Colvius. Legerim, *exotiosis* vel *exitiosis.* Brantius. Pith. *hoc gerere se et o.* Mss. et Edd. ante Vulcan. *se et ot.* qui τὸ *semet* recepit e conj. Colvii; sive potius Lipsii, qui allevit quoque *odiosis.* Scriv. expulit τὸ *et.* Prave Brant. at melius Stewech. *se nec ot.* vel *negot.* Oud.—1 Forte: *impotentia.* Sciopp. in Symb. Sive incontinentia linguæ et prurigine dicendi. Perverse itaque Stewech. *impudentia*, et Sciopp. *impotentia:* quod temere in textum recepit Floridus. Lib. II. Met. p. 31. Pric. 'Impatientiam Veneris meæ monstrans,' ubi vide Pric. lib. VII. p. 131. 'Impatientia productus dicere volui:' cum amplius tacere nequiret. Vide et lib. X. p. 211. lib. XI. p. 254. Pric. *Oud.*—2 Vulg. *ejus a me.* Colvius. *Ejus*

NOTÆ

[n] *Impatientia* [*Impotentia*] *linguæ*] Ita idem Scioppius. In vulgatis est *impatientia*, quod etiam tolerabile, utpote in idem recidens. Impotentiam linguæ intellige hic φλυαρίαν, loquacitatem, qua se suasque dotes ad fasti- obtrectationem et maledicentiam: argumento sunt quæ sequuntur.

[o] *Et affectata amicitiæ vestræ specie*] Hoc est, simulantes et jactantes se a vobis amari: patet ex sequentibus.

[p] *Utrumque*] Loquacitas et jactan-

abest. Nam et quantulumcumque ingenium meum jampridem pro captu suo hominibus notius est, quam ut indigeat novæ commendationis. Et gratiam tuam tuorumque similium [4] malo, quam jacto: magisque sum tantæ amicitiæ cupitor,[5] quam gloriator: quoniam cupere nemo, nisi vere putet,[q] potest;[6] potest autem quivis [7] falso gloriari.[r] Ad hoc ita semper ab ineunte ævo bonas artes sedulo colui; eamque existimationem morum ac studiorum cum in provincia [8] vestra,[9] tum etiam Romæ penes amicos tuos quæsisse me, tute ipse locupletissimus testis es: ut non minus vobis amicitia mea capessenda sit, quam mihi vestra est concupiscenda.[1] [s] Quippe non promte veniam im-

Scipio Orfite. Ingenium enim meum, quantumvis sit parvum, jamdudum nimis cognitum est secundum suas vires hominibus, quam ut opus habeat nova commendatione. Et magis cupio amicitiam tuam et tui similium, quam eam ostento: et sum magis exoptator tantæ amicitiæ, quam ejus jactator: quia nullus potest optare, nisi reipsa existimet rem esse optabilem: at quilibet potest se jactare falso. Præterea sic studiose semper incubui bonis artibus ab initio meæ vitæ, et tu ipse es mihi luculentissimus testis, me comparavisse mihi talem famam vitæ et doctrinæ apud tuos familiares tum in vestra provincia, tum maxime Romæ: ut mea amicitia non sit vobis minus acceptanda, quam vestra mihi est expetenda. Etenim non libenter

est quoque in Pith. Plerique tamen Mss. *enim.* Oud.—3 Ed. Vicent. *Sciporfite.* V. Spon. Misc. p. 269. et alibi. *Id.*—4 Al. *tuique sim.*—5 Coll. Voss. Lips. *cupior.* Oud.—6 Pith. Coll. Voss. Lips. Edd. Juntinæ, Aldi *putem.* Fuitne *nisi vere, ut putem, potest.* Lipsius conjecit *nisi mereri.* Τὸ *putet* deleri vult Vincent. Contar. lib. I. V. L. c. 5. Exulat τὸ *potest* a Pith. Coll. Voss. et Ed. Vulc. pr. *Id.*—7 Pith. et Lips. *quis.* Id.—8 Lips. *tum in.* Pith. *cum etiam pr.* Id.—9 Al. *nostra.*—1 Ald. *cupiscenda:* Rom. *inconcupiscenda.* Inconcupiscere, ut infra lib. IV. Incognoscere: 'Ut incognosceret, more ingenii humani, quisnam esset.' Hac verborum compositione gaudet Noster. Ad eum modum lib. VIII. Metam. 'Incoactum lac' dixit. Et ideo recte scriptum infra de Deo Socratis: 'Atque ideo intemperare et regere ea, quorum curam fuerit diligentiamque secuta.' Sic Intribuere apud Plinium, ubi Trajanus ad illum: 'Possumus eorum desiderio indulgere, modo ne quid ideo intribuant, aut minus illis in posterum fiat ad necessarias erogationes:' id est, contribuant; ut Intributiones in jure nostro non semel, pro contributionibus. *Colvius. Inconcupiscenda.* Sic Aldus et Rom. alii, *concupiscenda.* Vide Indicem. *Elmenh.* Mss. Florent. Fulv. Lips. Edd. Bas. Colv. Vulc.

NOTÆ.

[q] *Nisi vere putet*] Subintellige *id quod cupit esse optandum:* aut aliquid simile.

[r] *Falso gloriari*] Nempe se consecutum quod revera non est consecutus.

[s] *Concupiscenda* [*inconcupis.*] Sic lege uno vocabulo: 'inconcupiscere' est vehementer cupere: et particula *in* hoc loco non negat, sed auget verbi significationem. Sic infra lib. IV. 'ut incognosceret, more ingenii humani,

pertire rarenter adeundi,[2] assiduitatem ejus requirentis est: summumque argumentum amoris, frequentibus delectari, cessantibus obirasci, perseverantem celebrare, desinentem desiderare: quoniam necesse est ejusdem esse,[3 t] cujus angat absentia. Ceterum vox cohibita silentii perpeti usu non magis juverit,[4] quam nares gravedine oppletæ, aures spiritu obseratæ, oculi albugine obducti. 2. Quid si manus manicis restringantur? quid si pedes pedicis coarctentur?[5] jam rector nostri animus aut somno solvatur, aut vino mergatur, aut morbo sepeliatur? Profecto, ut gladius usu splendescit, situ rubiginat,[6] ita vox in vagina silentii condita, diutino torpore hebetatur.[7] Desuetudo om-

ignoscere ei, qui raro tantum conveniat, est hominis qui optet frequentius adiri ab illo: et maximum indicium amoris est, gaudere assiduitate amicorum, succensere ipsis cum desinunt nos adire, laudare eum, qui pergit nos frequentare, cessantem vero desiderare: quia necesse est illum amari, cujus absentia cruciat. Porro vox compressa jugi silentio non plus proderit, quam nares obstructæ destillatione, aures clausæ flatu, et oculi obvelati cataracta. Quid, si manus vinciantur vinculis? quid, si pedes constringantur compedibus? mens autem gubernatrix nostra, vel relaxetur sopore, vel absorbeatur vino, vel involvatur ægritudine? Certe, quemadmodum ensis nitescit usu, contrahit autem ferruginem cessatione, sic vox inclusa in vagina taciturnitatis, retunditur longo torpore. Desuetudo creat omnibus segnitiem, seg-

Scal. Wow. *concupiscenda.* Bas. pr. *est concup.* Vicent. et seqq. *est cupisc.* Temere et affectate Colv. Elmenh. Scriv. Florid. ex corrupta lectione Ed. Romanæ arripuerunt *inconcupiscenda.* Addicit quidem Cod. Pith. sed nisi alii et vetustissimi addixerint, non facile credam. *Oud.*—2 Vid. Not. Var.—3 Notandus hic locus, ut mutilus: qui forsitan ita supplendus, *Quoniam necesse est ejusdem gratam esse præsentiam, cujus angat absentia.* Colvius. Locus mutilus, cujus hic sensus: Necesse est te ejus cupidum esse, cujus angat absentia. *Sciopp. in Symb.* Supple *amorem.* Hoc est, necesse est illos amari, amorem pertinere ad illos, quorum, &c. *Florid.* Male. Simpliciter subintelligo superiorem vocem *amoris:* hoc sensu: Necesse est, eum quoque similiter amare te, cujus absentia te angat: nisi malis scribere cum Philom. Pisano in Add. Ed. Junt. post. *ejusmodi,* sive talem, talique animo esse. Pith. *equidem.* Oud. Gruterus XVI.. 2. *quon. n. e. cupitum esse.* Id. in Addend. —4 Vid. Not. Var.—5 Vetus lib. *carcerentur,* novo verbo. *Colvius.* F. *coarceentur.* Brantius.—6 *Rubiginat.* Pith. *robig.* Fabri Thesaurus habet *rubiginatur.* Male. Neutrum est verbum, pro rubiginem contraho. Glossæ, Rubigino, ἰοῦμαι. ut apud Theophr. Char. 10. κλεῖς ἰωμένας. ubi vide Duportum. *Oud.*—7 Edd. Ald. Junt. post. corrupte *torpere habebatur.* Al. *tempore*

NOTÆ

quisnam esset:' et lib. VIII. Metamorphos. p. 528. 'lac incoactum,' pro 'concretum.' 'Eum rogavit unus e nostris, haberetne vænui lacte, vel adhuc liquidum, vel in caseum recentem incoactum.'

[t] *Quoniam necesse est ejusdem esse*] Supple *amorem.* Hoc est, necesse est illos amari, amorem pertinere ad illos, quorum, &c.

nibus pigritiam, pigritia veternum parit.[8] Tragœdi adeo ni quotidie proclament, claritudo arteriis [9] [u] obolescit. Igitur identidem boando purgant ravim.[1] [w] Ceterum ipsius vocis hominis exercendi [2] cassus labor supervacaneo studio plurifariam superatur. Siquidem voce hominis et tuba rudore torvior,[3] [x] et lyra concentu variatior, et tibia questu [4] delectabilior, et fistula susurru [5] jucundior, et buccina [6]

nities vero somnolentiam. Tragœdi quoque, nisi declament quotidie, claritas vocis facessit ab eorum gutture. Ergo expurgant raucedinem subinde clamitando. Porro, irritus labor exercendæ ipsius vocis humanæ vincitur multis modis cura superflua. Nam vox humana stridet ferocius, quam tuba, et magis diversa est in suo concentu, quam lyra, et jucundius queritur quam tibia, et susurrat suavius quam fistula, et

---

habebatur. Hinc Scottus Obs. Philol. lib. I. c. 5. *tempore hebetatur.* Sed *torpore* recte Mss. cum Edd. reliquis. *Id.*—8 Pro *parit* Pith. *pariat.* Id.—9 *Arteriæ.* Potius, *arteriis,* ut in aliis. *Colvius.* Mss. et Edd. Vett. cum Colv. &c. *arteriis.* Aldus tamen Junt. post. Bas. sec. Scriv. habent *arteriæ;* nempe asperæ. Sed et N. 19. 'venarum pulsus inconditos.' *Oud.*—1 Ms. *rajum:* alius: *ranium.* Fulvius putabat: *ravum.* Mox lego: *exercendi cassus labor.* Et infra: *avium instigati clangores.* Et: *propitia voluntas.* Sciopp. in Symb. Nescio cur pro Plautina voce *ravim* sive raucedinem, Edd. Junt. Ald. dent *raucum,* et Ursinus velit *ravum* e Mss. suis, qui habent *rajum* vel *ranium.* Oud.—2 Vid. Not. Var.—3 *Vox hom. tuba rudore torvior.* Sic quidem Vulc. Scalig. Elmenh. Scriv. Florid. edidere contra mentem Auctoris, ut existimo; qui ait variis instrumentorum et bestiarum vocibus ac sonis superari quidem vocem humanam, utpote angustiorem (sic ipse Ap.), sed eam majorem habere utilitatem mentibus. In Mss. Pith. Lips. Edd. Rom. et Vic. est *vocem.* In Ms. Florent. *voces.* In reliquis Edd. *voce:* quod omnino retineo, donec lux mihi clarior hoc loco affulgeat. Si nominativum malis, videtur scribendum e Mss. reliquis *vox est.* Pro *tuba torvior* Ms. Lips. *tuda tordior.* Ald. *tubæ.* Oud. Unice verum est *voce. Tuba, lyra, &c.* sunt nominativi. Mentione tragœdorum clamorisque eorum facta, agere incipit de vero vocis humanæ usu, magis ad utilitatem mentium, quam delectationem aurium adhibendæ. *J. Bosscha.*—4 Pith. *questus.* Oud.—5 Vide ad Metam. init. Pith. *sursū.* Id.—6 Ms. Lips. *bucina,* ut passim. *Id.*—7 Sic vetus cod.

NOTÆ

[u] *Arteriis*] Non arteriis pluribus, sed uni, asperæ nimirum seu laryngi, qui suprema ejus pars est, cujusque ope vox editur.

[w] *Boando purgant ravim*] Plaut. in Prologo Pœnuli: 'Exsurge, præco: fac populo audientiam. Jamdudum expecto, si tuum officium scias, Exerce vocem, quam per vivis et colis. Nam, nisi clamabis, tacitum te obrepet fames.'

[x] *Et tuba rudore torvior, &c.*] Observa Apuleium hic tubam a buccina distinguere, ut et tibiam a fistula. Quidam discrimen tubam inter et buccinam statuunt, quod buccina cornea sit, et litui modo intorta, ciendisque armentis inserviat, tuba vero argentea aut ærea, et adhibeatur ciendis viris, Martique accendendo. At tubam buccinamque promiscue usurpatam passim invenias.

significatu longinquior. Mitto dicere[7] multorum[8] animalium immeditatos sonores,[9] distinctis proprietatibus admirandos: ut est taurorum gravis mugitus, luporum acutus ululatus, elephantorum tristis barritus, equorum hilaris hinnitus: nec non avium instigati clangores,[1] nec non leonum indignati fremores,[y] ceteræque id genus voces animalium[2] truces ac liquidæ,[z] quas[3] infesta rabies vel propitia voluptas ciant.[4] Pro quibus homini vox divinitus data, angustior quidem; sed majorem habet utilitatem mentibus, quam auribus delectationem. Quo magis celebrari debet frequentius usurpata, et quidem[5] non nisi in auditorio,[6]

auditur remotius quam buccina. Non loquor de vocibus plurimorum animalium inarticulatis, quæ mirabiles sunt ob diversas proprietates: veluti gravis mugitus proprius est taurorum, ululatus argutus luporum, barritus mæstus elephantorum, lætus hinnitus equorum: sunt quoque cantus avium incitati, et fremitus iracundi leonum: atque aliæ ejusmodi animalium voces feroces et claræ, quas vel incensus furor, vel blanda voluptas excitent. Quarum loco vox a Deo tributa est hominibus minor quidem: at affert plus commodi animis, quam voluptatis auribus. Quapropter magis colenda est utendo ea sæpius, et sane non alibi quam in concione, præside tanto

Rom. *dicem:* Bas. I. cum ceteris, *decem.* Colvius.—8 Alii *mutorum*, probante Oud.—9 *Immediatos. Immeditatos* legam. *Pyrrh. Immeditatos sonores* potius scribendum putavi, quam *immediatos.* Virgilius: 'Agrestem tenui meditabor arundine musam.' *Colvius.* Prætulerim *immediatos:* parique lima Sidonium in Epistola de Theoderico rege adraserim. *Er. Putean. Immediatos* sensu caret, nec Latinum est. Recte Mss. Florent. Lips. et Ed. Junt. post. *immeditatos.* Sic Met. lib. II. init. 'immeditatus incessus.' ubi v. *Oud.*—1 *Angores.* Becich. recte castigat hunc locum, *avium inst. clangores.* Colvius in Omiss. Quia angustiore gutture sunt. *Pyrrh.* Sed hominis vocem esse angustiorem dicit Auctor. Mss. Lips. Pith. et Edd. ante Wow. habent tamen *angores.* G. Vossius conjecit *ovium inst. angores;* ut balatus significetur. Pro eo facit, quod Apul. videri posset hic loqui tantum de quadrupedibus; quia his subdit rursus 'leones;' et mox demum de avibus agit. Verum illic de avibus dulce canentibus sermo est, hic de gravi sono; quare non est, cur hic aves omiserit, majores præsertim, quibus incondita est vox et propria 'clangere.' Vid. Ælian. H. Anim. v. 51. ad Met. lib. IX. p. 656. b. *Clangores* ergo merito e suis Codd. prætulit Becichem. Ep. 99. ut est in Florent. et conjecit Groslot. atque ita Sciopp. Wow. Scriv. et Florid. *Oud.*—2 *Fremores: ceteræque i. g. voc. an.* Nihil horum in scripto exemplari. *Colvius.* Ed. Vic. *fremos.* Al. *frenores.* Oud.—3 Ed. Aldi *qua.* Id.—4 Becichem. Ep. 99. vult *cient.* Sed est subjunctivus a 'cire.' Vid. ad Met. lib. VIII. p. 524. b. *Id.*—5 Coll. Voss. Lips. caret τῷ *et.* Id.—6 *Auditorio.* Sic Romana editio.

NOTÆ

[y] *Leonum indignati fremores*] Rugitus vulgo dicuntur.

[z] *Liquidæ*] Lenes, blandæ, quæ leniter fluunt: cum contra truces et feroces non fluere, sed magno impetu extrudi, et guttur sua asperitate radere videantur: et hæ sunt, quas mittit infesta rabies.

tanto viro præsidente, in hac excellenti celebritate multorum eruditorum, multorum benignorum. 3. Equidem [7] etsi [8] fidibus apprime callerem, non nisi confertos homines consectarer.[9] In solitudine cantillavit [1]

Orpheus in sylvis,[a] inter delphinas [2] Arion,

quippe, si fides fabulis, Orpheus exilio [b] desolatus, Arion navigio præcipitatus.[c] Ille immanium bestiarum delinitor; [3] hic misericordium belluarum oblectator: ambo miserrimi cantores, quia non sponte ad laudem, sed necessario ad salutem nitebantur.[4] Eos ego impensius admirarer,[5] si hominibus potius, quam bestiis placuissent. Avibus hæc

viro, in hac illustri frequentia plurimorum doctorum, plurimorum benevolorum. Certe quamvis scirem egregie fidibus canere, non quærerem nisi magnos cœtus hominum. Cantitavit in solitario loco, 'Orpheus in nemoribus, et Arion inter delphinos,' nempe, si credendum est fabulis, Orpheus exilio relegatus in solitudinem, Arion deturbatus ex navi. Ille mitigator crudelium ferarum; hic oblectator cetorum misericordium: uterque cantores infelicissimi; quoniam id moliebantur non ultro ad gloriam sibi parandam, sed necessario ad suam conservationem. Ego mirarer eos magis, si placuissent potius hominibus quam belluis. Hæ solitudines certe

Ms. *in auditorio.* Vulgati alii, *adjutorio.* Colvius. Dicta de voce humana hanc credo scripturam desiderant, *celebrari debet, frequentius usurpari et quidem non nisi auditorio, &c.* Stewech. Mss. Flor. Lips. Fulv. Pith. Edd. Elm. Flor. *in auditorio.* ut Fragm. seq. 'in auditorio spectari debet.' Stewech. cum Edd. Rom. Vic. Colv. Volc. Scal. Wow. Scriv. *auditorio* ut jungas τῷ *præsidente.* Sed vel sic posset addi *in.* ut 'præesse in regione.' Vide ad Hirt. lib. VIII. B. G. c. 24. Edd. reliquæ *adjutorio.* Oud.—7 Edd. Ald. Junt. post. *quidem.* Id.—8 Edd. Junt. Ald. *et.* et pro *fidibus* Ed. Vic. *fidubus.* Id.—9 Scripta lectio, *non nisi inter consertos homines consecrarer.* Colvius. Ms. *n. n. inter confertos h. c.* Scioppius in Symbola. Ms. *non nisi inter confertos homines consecrarer,* f. *conversarer.* Brantius. Frustra, nam *inter* irrepsit e seq. versu etiam in Ms. Fulv. *consectare* Ed. Aldi. *Oud.*—1 Edd. Vett. *cantilavit:* ut supra sæpius. *Id.*—2 Prave Edd. Ald. Junt. post. Bas. pr. *delphines.* V. ad Met. lib. VI. p. 440. a. *Id.*—3 Ed. Vic. *delenitor,* ut alibi. *Id.* —4 Eadem, *videbantur.* Colv. F. *trudebantur* vel, *ludebant.* Brantius. Inepte, solenni errore in Mss. confunduntur 'videbantur' et 'nitebantur.' *Oud.*—5 Ed. Vic. *admiraretur.* Id.—6 *Ut inquam.* Lego, *utique.* Brantius. Recte cum Edd. Scriv. et Flor. Ed. Wow. *ut ita inquam.* Mss. Florent. Lips. Pith. et Edd. reliquæ *ut inquam.* Sic *utique* in *utiquam* abiisse quoque vidimus supra ad N. 16. Ms. Bembin. *ut inque:* hinc Vinc. Contar. lib. I. V. L. c. 5. *utrim-*

NOTÆ

[a] *Orpheus in sylvis, &c.*] Desumtus est hic versus ex Pharmaceutria, Ecloga VIII. Virgil.

[b] *Exilio*] At voluntario quidem, ad quod se, post amissam Eurydicen, hominum pertæsus ultro damnaverat.

[c] *Arion navigio præcipitatus*] Gellius omnem historiam, seu potius fabulam, ex Herodoto refert Noct. Atticarum lib. XVI. cap. 19.

secretaria[d] utique[6] magis congruerint[7] merulis, et lusciniis,[8] et oloribus. Et merulæ in remotis tesquis[e] fringultiunt;[9 f] lusciniæ in solitudine Africana[1] canticum adolescentiæ[g] garriunt;[2] olores apud avios fluvios carmen senectæ meditantur.[h] Enimvero qui pueris, adolescentibus,[3] et senibus utile carmen promturus est, is[4] in mediis millibus hominum canat;[5] ita ut hoc meum de virtutibus Orfiti[6] carmen est, serum quidem fortasse,[7] sed serium; nec minus gratum, quam utile Carthaginensium pueris, juvenibus,[8] et senibus: quos indulgentia præcipuus omnium[9]

melius convenerint volucribus, merulis, philomelis, et cycnis. Etenim merulæ cantillant in solitudinibus: philomelæ canunt in deserto Africano cantilenam suæ juventæ: cygni moliuntur canticum suæ senectutis in amnibus solitariis. At qui exhibiturus est canticum conducibile pueris, juvenibus, et senibus, ille debet cantare in mediis millibus hominum: sicut est hoc meum canticum de virtutibus Orfiti, fortasse quidem tardum, at serium; neque minus jucundum quam conducibile pueris, adolescentibus, et senibus Carthaginiensium: quos proconsul omnium præstantissi-

---

que, i. e. in aquis et sylvis. *Oud.*—7 *Congruerint* deest in Mss. Lips. et Pith. *Id.*—8 Coll. Voss. Lips. *aut lusc.* Ed. Vic. *luciniis.* Id.—9 Pith. *fing.* Vir Doctus ad marg. Ed. Junt. post. *friguttiunt.* Sed aliter Mss. et Noster bis in Apolog. V. Fabri Thes. *Id.*—1 Pro *in solitudine Africana* Grutero XVII. 2. in mentem venit *in solitudine aprica.* Nisi statim sequeretur 'apud avios fluvios,' probabiliter conjici posset *in solitudine avia,* ut 'solitudines avias' dixit Lat. Pacat. Panæg. c. 5. et alii plus semel. Vid. Pric. ad Met. supra p. 160. b. *Idem in Addend.*—2 Al. *gurriunt.*—3 Copula in vulgatis, *pueris et adolesc.* Colvius. Ita et Pith. qui pro *senibus* habet *senilibus.* Oud.—4 Abest Florent. bene. *Id.*—5 Vulg. *cantat.* Colvius. Saltem debuisset edi *cantet.* Oud.—6 Ed. Vic. *orfici.* Bas. pr. *onfici.* Id.—7 Sic Mss. et Edd. usque ad Elmenhorst. qui cum seqq. exhibuit *fortasseun:* qua auctoritate, nescio. V. ad Met. lib. v. p. 338. a. *Id.*—8 Ms. liber, *viventibus.* Colvius. Forte, *juventuti.* Brantius. G. Vossius allevit oræ libri 'f. vigentibus.' Sed *viventibus* nil, nisi calami error. *Oud.*—9 Rom. Venet. *hominum.* Colvius. Item

NOTÆ

[d] *Hæc secretaria*] Secreta loca, solitaria, remotiora.

[e] *In remotis tesquis*] De hac voce jam supra Florid. l. II. 'quoniam nullus in suis tesquis fructus est.'

[f] *Fringultiunt*] Et de hoc jam ad Apologiam.

[g] *Canticum adolescentiæ*] Amores nempe suos, qui amores adolescentiam decent.

[h] *Olores apud avios fluvios carmen senectæ meditantur*] Quod morituri canant. Ovid. Epist. Didus ad Æneam. 'Sic, ubi fata vocant, udis abjectus in herbis Ad vada Mæandri concinit albus Olor.' Hanc esse cycnorum indolem permulti magni nominis auctores tradiderunt, at id fabulosum esse multi item docti viri affirmant, atque inter hos Plinius l. x. c. 23. 'Olorum' (inquit) 'morte narratur flebilis cantus: falso, ut arbitror aliquot experimentis.'

proconsul sublevavit, temperatoque[1] desiderio et moderato remedio dedit pueris saturitatem, juvenibus hilaritatem, senibus securitatem. Metuo quidem, Scipio, quoniam laudes tuas attigi, ne me[2] impræsentiarum refrænet[3] vel tua generosa modestia, vel mea ingenua verecundia. Sed nequeo, quin ex plurimis, quæ in te meritissimo[4] admiramur, ex his plurimis quin vel paucissima attingam. Vos ea mecum, cives ab eo servati, recognoscite.

mus sublevavit sua benignitate, et moderata cupiditate, et medela temperata, tribuit satietatem pueris, lætitiam adolescentibus, et tranquillitatem senibus. Vereor equidem, o Scipio Orfite, quia delibavi tua præconia, ne aut tua nobilis modestia, aut meus nativus pudor me nunc coerceat. Verum non possum abstinere quin ex plurimis quæ justissime miramur in te, saltem perpauca delibem ex his plurimis. Vos, cives conservati ab eo, agnoscite ea mecum.

Vic. solenni variatione. *Oud.*—1 Abest *que* ab Ed. Vic. *Id.*—2 *Ne me.* Desunt Edd. Juntinis, Aldi. *Id.*—3 *Refrenes.* Sic Mss. Florent. Lips. et Edd. Vett. Wower. ex conject. Piccarti Per. Crit. c. 16. et seqq. dant *refrenet*, ut sequentia non sexto, sed primo casu ponantur: quod et mihi præplacet. *Id.* —4 Alii codices habent *mitissimo.* Pyrrhus. Vulg. *mitissimo.* Ms. *merentissimo.* Sic supra lib. I. et infra de Deo Socratis: 'Falsum meritissimo dixeris.' Cæcilius Asoto: 'Meritissimo hic me dejecit ex hac decuria.' Plautus Asinaria Epidico, et alibi, item Terentius. *Colv.* Flor. *mitissimum.* Elmenhorstius. *Meritissimo*, adverbialiter. Adi ad Met. lib. v. p. 339. b. 'rarissimo.' Pith. *meratissimo.* Oud.

APULEII MADAURENSIS

FLORIDA.

LIBER IV.

NUM. XVIII.[5] Tanta multitudo ad audiendum convenistis, ut potius gratulari Carthagini debeam, quod tam multos eruditionis amicos habet, quam excusare, quod philosophus non recusaverim dissertare. Nam et pro amplitudine civitatis frequentia collecta,[6] et pro magnitudine frequentiæ locus delectus est.[7] Præterea in auditorio hoc genus spectari debet, non pavimenti[8] marmoratio,[i] nec proscenii contabulatio, nec scenæ columnatio:[k] sed nec culminum eminentia, nec lacunarium[9] refulgentia, nec se-

Tanta turba confluxistis ad me audiendum, ut debeam potius gratulari Carthagini, quod habeat tot amatores doctrinæ, quam me purgare, quod cum sim Philosophus, non abnuerim verba facere. Cœtus enim congregatus est respondens magnitudini urbis, et locus captus est respondens amplitudini cœtus. Insuper in hujusmodi concione consideranda sunt, non stratum marmoreum, nec tabulata proscenii, nec columnæ scenæ: sed neque sublimitas fastigiorum, nec splendor laquearium,

5 Verisimile mihi est hanc fuisse præfationem ad lib. II. de Deo Socr. usque ad illa verba *Asclepiades ille, &c.* Groslot.—6 Mea Coll. Lips. *freq. dilecta.* Oud.—7 Ms. cod. *dejectus est.* Colvius. Pith. *delectatus.* Oud.—8 Lips. *ut non p.* Id.—9 Florentinus 2. *lacunarum.* Elmenhorstius. Item Ms. Lips. et Ed. Flor. Scio, quid pro hac lectione afferri possit; non placet tamen.

NOTÆ

[i] *Pavimenti marmoratio*] Marmorea pavimenta quibus solum sternitur. Marmoratum, apud Vitruvium, est marmor tusum calce admixta, quo utebantur Veteres in tectoriis.

[k] *Nec proscenii contabulatio, nec scenæ columnatio, &c.*] Theatri descriptionem vide apud Vitruvium lib. v. c. 6. et sequentibus.

dilium circumferentia: nec quod hic alias mimus hallucinatur,[l] comœdus[1] sermocinatur, tragœdus vociferatur,[m] funerepus[2] periclitatur, præstigiator furatur, histrio gesticulatur, ceterique omnes ludiones ostentant populo, quod cujusque artis est: sed istis omnibus supersessis,[n] nihil amplius spectari[3] debet, quam convenientium ratio, et dicentis oratio. Quapropter, ut poëtæ solent,[4] hic ibidem[5] varias civitates substituere; ut ille Tragicus,[o] qui in theatro dici facit:[6]

Liber, qui augusta[7] hæc loca Cyhæronis[p] colis:[8]

neque ambitus sedilium, neque quod hic modo mimus decipitur, comœdus disserit, tragœdus clamat, funambulus versatur in discrimine, circulator subripit, histrio gesticulatur, et omnes alii scenici monstrant populo quod spectat ad suam cujusque artem: verum, omissis iis omnibus, nihil aliud considerandum est, quam ingenium confluentium, et sermo disserentis. Quare, quemadmodum poëtæ solent hic fingere diversas urbes, veluti ille Tragœdus, qui inducit histrionem dicentem in theatro: 'Bacche, qui habitas hæc sancta loca Cythæronis.' Item ille comicus, qui dicit:

N. 22. 'lacunaria auro oblita.' *Oud.*—1 Idem, *comœdiis.* Colvius.—2 Pith. *funereus.* Ed. Vic. *funepeus.* Vide supra ad N. 5. *Oud.*—3 Idem, *specture.* Et post, ubi, *oratio*, ōronē. id est, *orationem.* Colvius. Pith. *specture debes.* Oud.—4 Pith. *solent ut.* Id.—5 Male Sopingius margini allevit *alicubi dum.* Significat, hic loci. Vide ad Met. lib. I. p. 69. a. 'Hic ibidem opperiminor.' *Id.*—6 Romæ ita editum. In aliis omnibus, *in th. dici solet.* Unde alii, *dicere solet.* Colvius. Lego: *in th. dicere solet.* Modius. *Dici facit* recte Mss. Florent. Pith. Lips. Fulv. et Edd. Rom. Junt. post. cum Colvio et seqq. Dicuntur facere poëtæ et auctores, quicquid in scenam inducunt, vel quos loquentes inferunt: ut multis est observatum. Infra hoc fragm. 'facio quendam percontari.' Gell. v. c. 1. 'poëtarum sapientissimus auditores non vociferari facit.' *Oud.*—7 Flor. *angusta.* Elmenhorstius.—8 Ms. Lips. *Ci-*

NOTÆ

[l] *Mimus hallucinatur*] Observa verbum hallucinari activa significatione hic usurpari pro eo quod est fallere, decipere, cum vulgo significet decipi.

[m] *Tragœdus vociferatur*] Dum vehementiores movet affectus, quod in tragœdiis solet.

[n] *Istis omnibus supersessis*] Dicitur tamen supersedere aliqua re, non aliquam rem: at multa sibi indulget Apuleius; quin et cum accusativo constructum hoc verbum reperio apud Gellium Noctium Atticarum l. II. c. 29. 'Alia luce orta avis in pastum profecta est. Cognati et affines operam quam dare rogati sunt supersedent;' unde et 'opera supersessa' dici potuisset, quomodo hic 'omnibus supersessis.'

[o] *Ille Tragicus*] Cujus Tragici sit versus quem subjungit, dicere mihi in promtu non est.

[p] *Cithæronis*] Mons est Bœotiæ Baccho sacer in quo ejus Orgia celebrabantur. Ovid. III. Metam. 1. 'Vadit ubi festus facienda ad sacra Cithæron Cantibus et clara bacchantum voce sonabat.'

item ille comicus,[q] qui

Quam parvam partem[9] postulat Plautus loci
De vostris magnis atque[1] amœnis mœnibus,[r]
Athenas quo sine architectis[s] conferam:[2]

non secus et mihi liceat[3] nullam longinquam et transmarinam civitatem hic,[4] sed enim ipsius Carthaginis vel curiam vel bibliothecam substituere. Igitur proinde habetote, si curia digna protulero, ut si in ipsa curia me audiatis: si erudita fuerint, ut si in bibliotheca legantur. 2. Quod[5] utinam mihi pro amplitudine[6] auditorii prolixa[7] oratio suppeteret,[8] ac non hic maxime clauderet,[9] [t] ubi me facun-

'Plautus poscit sibi perexiguam portionem loci Ex vestris amplis et pulchris muris, In quam transferat Athenas absque architectis:' similiter fas sit mihi quoque ponere hic nullam quidem remotam et transmarinam urbem, verum vel Senatum, vel Bibliothecam ipsius Carthaginis. Ergo, si pronuntiavero verba digna Senatu, itidem ea existimate, ac si auscultetis me in ipso Senatu: et, si ea, quæ dixero docta fuerint, accipite ea, ut si recitentur in Bibliotheca. Atque utinam mihi parata esset longa oratio respondens magnitudini auditorii: neque hic finiretur, ubi optarem me

ceronis scolis. Edd. Junt. Ald. *Cythærois.* Oud.—9 *Qui parvam partem, &c.* Meo judicio Plauti nomen Auctor non ascripsit, de quo tamen tuum audire lubet judicium. *Stewech.* Lego: *itemque perparvam partem p. P. l.* Modius. Versus e Plautinæ Truculenti Prologo numeris hic suis reddidimus, ita ut in Camerariana editione leguntur. Vulgo, *parvam.* Colvius. *Perparvam* Colv. et Wower. expressere. At Mss. Pith. Lips. Edd. Vett. dant *parvam:* unde deceptus Stewechius hunc versum non considerat tanquam Plautinum, sed Apuleii habet verba. At Mss. Florent. Lips. Edd. Vulc. Scal. Elm. &c. habent *quam parvam:* quod probo. Facile enim memoriæ vitio Ap. *quam* loco τοῦ *per* hic adhibere potuit. Præsertim cum amet τὸ *quam* cum positivo jungere. Vide ad Met. lib. III. p. 181. b. et lib. VIII. init. Pith. *partim.* Oud.—1 *De vestris magnis atque.* Ibidem, *de nostris mag. at.* Lipsius Antiquis Lectionibus, *de muris magnis atq.* Colvius. Male Lipsius. Edd. ante Colv. *de nostris.* Scribendum scilicet *de vostris,* ut in Plauto. Prologus alloquitur Romanos. V. Gruter. ad Plautum. *Oud.*—2 Vid. Not. Var.—3 Vulg. *licet.* Colvius. Mss. Ed. Junt. post. cum Colvio et seqq. *liceat.* Oud.—4 Pith. *hoc.* Id.—5 Edd. ante Vulc. *quo.* Id.—6 Ed. Vic. *amplitudinem.* Id.—7 Ms. cod. *auditorii prolixi.* Colv.—8 Edd. quædam vitiose *suppetet.* Oud.

NOTÆ

[q] *Ille comicus*] Plautus in Truculento, ex cujus Prologo desumti sunt versus sequentes.

[r] *De vostris magnis atque amœnis mœnibus*] Hoc est, de ampla vestra et amœna urbe mœnibus cincta: continens pro contento.

[s] *Sine architectis*] Sana lectio est. Nugantur qui aliud quærunt: 'sine architectis,' est sine opera architectorum, qui Athenas ipsas destruant, et translatis illinc lignis, lapidibus, aliaque omni materia, eas hic ædificent denuo, quod Plauto certe ad exhibendam suam comœdiam necesse non erat, cum satis esset si spectatores animo fingerent se esse Athenis.

[t] *Clauderet*] Si sincera sit lectio,

dissimum cuperem! Sed verum verbum est profecto,[1] quod aiunt: Nihil quicquam[u] homini tam prosperum[2] divinitus datum, quin ei[3] tamen admixtum sit aliquid difficultatis; ut etiam in amplissima quaque lætitia subsit quæpiam vel parva querimonia, conjugatione quadam mellis et fellis. Ubi uber, ibi tuber.[w] Id ego cum ante alias,[4] tum etiam nunc[5] impræsentiarum usu experior. Nam quanto videor plura apud vos habere ad commendationem suffragia, tanto sum ad dicendum nimia reverentia vestri cunctatior.[6] Et qui penes extrarios[7] sæpenumero promtis-

esse eloquentissimum! At verum est certe quod vulgo dicitur: Nihil adeo fortunatum concessum esse a Diis, cui nihilominus aliqua difficultas non sit conjuncta: ita ut etiam in maxima quaque hilaritate lateat aliqua saltem exigua querelæ materia, quadam commixtione dulcedinis et amaritudinis. Ubi est mamma, ibidem est tumor. Ego hoc usu sensi alias, et sentio nunc maxime. Etenim quo videor habere plura suffragia apud vos ad laudem, eo sum timidior ad disserendum, quia nimis revereor vos. Atque ego, qui sæpius disputavi paratissime apud exteros, nunc hæreo apud

—9 Vulg. *clauderetur.*—1 *Profecto* abest Ms. Lips. *Oud.*—2 Ms. cod. *prospere.* Colvius.—3 Ms. Pith. Edd. vett. præter Junt. post. *et.* Oud.—4 *Etiam alias.* Vulgatum ubique, *inalias:* et post: *tum etiam nunc.* Colvius. Ms. et vulgati: *cum in alias.* Sicut Græci, εἰς τὰ ἄλλα pro ἐν τοῖς ἄλλοις. *Sciopp. in Symb.* Ms. *etiam alias.* vulgatum ubique *inalias,* quod probo. *Brant.* Mss. Florent. Lips. et nonnulli Codd. Becichemi, Edd. Vulc. Colv. Scal. Wow. *cum etiam alias.* Codd. Fulv. Pith. et Edd. Vett. *cum inalias.* Forsan *tum in alias* divisim scribendum, ut ' in ante diem,' nam *inante* non est Latinum. Sed recte Cod. vet. Becichemi *cum ante alias.* Oud.—5 *Nunc* male ejecit Colvius, sequentibus eum Vulc. Scal. Wow. Agnoscunt voculam Mss. Florent. Pith. et Edd. vett. ut alibi quoque Auctor. Certe bis in Flor. N. 16. ' nunc inpræsentiarum.' *Id.*—6 *Contatior.* Flor. *cunctatior.* Elmenhorstius. Item Edd. Ald. Junt. post. et aliæ. Vulgo *contatior.* Al. *cunctantior.* De hoc comparativo adi Cl. Burm. ad Sueton. Jul. c. 60. ' ad dimicandum cunc-

NOTÆ

' claudere ' hic neutraliter sumitur pro ' desinere:' at Rom. habet *clauderetur,* quod melius esse mihi videtur. Colvius ' claudere,' hic pro ' claudicare ' positum autumat: sed favet meæ interpretationi quod supra dixit: ' utinam pro amplitudine auditorii prolixa oratio suppeteret.' Brevis enim et cito desinens oratio melius opponitur prolixæ, quam claudicans.

[u] *Nihil quicquam, &c.*] Sic Plautus, Amphitruone: ' Ita quoque comparatum est in ætate hominum, ita Diis placitum; voluptati ut mœror comes consequatur.' Lucret. lib. IV. ' medio de fonte leporum Surgit amari aliquid.'

[w] *Ubi uber, ibi tuber*] Proverbium est cujus sensus: commodum absque incommodo non inveniri. Ubera enim percommoda sunt, quippe quibus infantes aluntur: at hoc habent molestiæ, quod turgida sint, et nutricibus in multis obeundis muniis suo tumore incommodent.

sime disceptavi,[8] idem nunc penes meos hæsito: ac, mirum dictu, ipsis illecebris deterreor, et stimulis refrænor,[9] et incitamentis cohibeor.[1] An non multa mihi apud vos adhortamina suppetunt, qui sum vobis nec Lare alienus, nec pueritia invisitatus,[2] nec magistris peregrinus, nec secta incognitus,[x] nec voce inauditus, nec libris illectus improbatusve? Ita mihi et patria in concilio Africæ,[3] [y] enimvero[4] et pueritia apud vos,[5] et magistri vos. Et secta, licet Athenis Atticis confirmata, tamen hic inchoata est:[6] et vox mea utraque[7] lingua[z] jam vestris auribus ante

meos populares: et, quod mirandum est, avocor a dicendo ipsis allectamentis, retardor ipsis instigationibus, et coërceor ipsis stimulationibus. Nonne sunt mihi penes vos plurima hortamenta, cum non sim domo extraneus vobis, et sæpius visus sim a vobis dum essem puer, et habuerim magistros apud vos, neque ignoretis meam sectam, et audiveritis jam me dicentem, et legeritis ac probaveritis meos libros? Sic mihi et patria est in finibus Africæ, sed et pueritia quoque mea apud vos transacta est, et vos fuistis mei magistri, et Philosophia mea, quamvis sit corroborata Athenis Atticis, nihilominus hic sumsit exordium: et mea vox jam est optime nota ves-

tatior factus:' et J. Gronovium in Var. Lect. ad Tac. lib. III. Hist. c. 4. 'natura et senecta cunctator:' ubi etiam in Ms. Bodl. *cunctatior.* de Deo Socr. p. 697. Ed. Flor. *Cunctatius credere* Edd. quædam contra Mss. Vide Ind. Not. *Oud.*—7 Vulg. *extraneos.*—8 Conjicit Wower. *dissertavi*, improbante Oud.—9 Vulg. *etsi multis refrænor.* Colvius. Florent. 2. *et simultis refrænor.* Elmenhorstius. *Et stimulis refr.* habet e correctione Becichemi Ep. 100. Ed. Junt. post. jam ante Colv. Bene. Reliquæ Edd. vett. cum Pith. *etsi multis refr.* Ms. Lips. *etsi stimulis refr.* Oud.—1 Ms. lib. *cohibebor:* post, pro *An non*, vulgo, *At non.* Colvius.—2 Vulg. *inusitatus.* Colvius. Flor. *invisitata.* Rom. *inusitatus.* Elmenhorstius. Pith. Ed. Junt. post. cum Colv. et seqq. recte *invisitatus.* Vid. ad Met. lib. VIII. p. 515. a. *Oud.* —3 Forte potius, *in confinio Africæ.* Colvius. Ego nihil muto. *Brant.* I. e. Madaura: ubi forsan habebant concilium sive κοινὸν Afri. Erat enim colonia Romana. Male Colv. Pricæus, Floridus et Jac. de Rhoer in Fer. Dav. p. 228. *confinio*, ut Africa proprie dicta intelligatur, ex loco Apuleii in Apol. p. 443. Flor. 'Numidiæ et Getuliæ in ipso confinio.' *Oud.*—4 Vulg. *id est vestro.* Colvius.—5 Ms. Lips. *ap. nos.* Oud.—6 Edd. Ald. Junt. post. hic rursus e superioribus intrudunt *et magistri vos.* Abest τὸ *est* ab Ed. Junt. post. *Id.*—7 Pith. Ed. Junt. post. *utrique.* vitiose: unde vir doctus margini alle-

NOTÆ

[x] *Nec secta incognitus*] Nec ignoretis quam sectam profitear, cujus Philosophi me sectatorem feram, Platonis scilicet.

[y] *Mihi et patria in concilio Africæ*] Scribe *in confinio*, et Africam proprie dictam hic intellige: Noster in Apologia: 'De patria mea vero, quod eam sitam Numidiæ et Getuliæ in ipso confinio meis scriptis ostendisti,' &c.

[z] *Utraque lingua*] Græca et Latina.

proximum sexennium probe cognita. 3. Quin et libri mei non alia ubique[8] laude carius censentur,[9] quam quod judicio vestro comprobantur. Hæc tanta ac totjuga[1] invitamenta communia non minus vos ad audiendum prolectant,[2] quam me ad dicendum[3] retardant: faciliusque laudes vestras alibi gentium, quam apud vos prædicarim: ita apud suos cuique[a] modestia[4] obnoxia est; apud extrarios[5] autem[6] veritas libera. Semper adeo et ubique[7] vos quippe ut parentes[8] ac primos magistros meos celebro, mercedemque vobis rependo:[9] non illam, quam Protagoras[b] sophista pepigit, nec accepit; sed quam Thales sa-

tris auribus in utraque lingua plusquam a sex annis. Libri quoque mei non magis celebrantur ubique ullo ... gloria, quam quod approbantur vestra sententia. Hæc tanta ac tam multiplicia lectamenta communia non minus vos alliciunt ad audiendum, quam remorantur me a disserendo, et facilius celebraverim vestra præconia apud alias gentes, quam apud vos. Sic modestia coërcita est unicuique apud suos, veritas vero est libera apud exteros. Etenim prædico vos semper et ubique tanquam parentes meos et primos institutores, et reddo vobis remunerationem non illam, quam Protagoras sophista pactus est, nec tamen tulit; sed quam Thales sapiens non

verat *utique*. Id.—8 Edd. Vic. Bas. pr. *denique*. Id.—9 Sive pretiosius. Prave Ed. Floridi *clarius cens*. Id.—1 Ed. Bas. pr. *totjuga*. Male. Vide ad Met. lib. II. p. 150. b. 'totjugis diebus.' *Id*.—2 Lips. *perlectant*: male. *Id*. —3 Pith. Coll. Voss. Lips. *ad audiendum*. Unde G. Vossius margini allevit *ad audendum*: de qua paronomasia vide ad Met. lib. III. p. 231. a. *Id*.—4 *Apud vos cuique mod.* Reponebam, ut mihi videbar, non infeliciter: *ita apud suos cuique mod. obn. e.* etsi enim civis Carthaginiensis non esset Apuleius, in cujus Senatu hæc dicebantur, tamen ad conjecturam meam pertinet, quod subjicit: 'mihi et patria in concilio Africæ, id est vestro, ut pueritia apud vos, et magistri vos.' *Stewech*. *Utique*, forte. *Brant*. Optime correxit Stewechius, et post eum Pricæus ad Apol. p. 120. assensumque præbuit Floridus. Supra jam 'meos' vocavit Carthaginienses, eisque 'extraneos,' ut hic, opposuit. Mss. et Edd. *apud vos*. Oud. Gruterus Suspic. Ined. XVIII. cap. 2. *ita apud suos cuique modestiæ obnoxia est; apud extrarios autem veritas libera semper audit et pudica*. Idem in Addend. —5 Pith. et Edd. ante Colv. *extraneos*: ut supra. *Id*.—6 Lips. *aut*. Id.—7 *Semper adeo. Et ubique*. Vulg. *semper adeo, et ubique*. Colvius. *Libera semper adeo, et ubique vos*. Sic interpungo: supra: 'quam ubique equidem et semper prædicabo.' *Sciopp. in Symb*. Distingue: *veritas libera. Semper adeo et ubique*. Wowerius. Rectius distinxerunt cum Scioppio Wower. et seqq. quam Colv. vel Edd. priores, quæ habent *libera semper adeo et ubique*. *Vos*. Groslot. *est ubique*. Elmenh. in Ed. sua prave distinxerat cum Colvio, sed correxit in Erratis. *Oud*.—8 Pith. *parentis*. Id.—9 Romæ, *impendo*. Colvius. Flor. *impendo*. Elmenhorstius. Pith. Edd. Rom. Vic. *impendo*. Minus

NOTÆ

[a] *Apud suos cuique*] Vulg. *apud vos* male. Stewechio debetur hæc emendatio.

[b] *Protagoras*] Patrem habuit Arte-

piens nec pepigit, et accepit. Video, quid postuletis: utramque [1] narrabo. Protagoras qui [2] sophista fuit longe multiscius, et cum primis Rhetoricæ repertoribus perfacundus,[3] Democriti physici civis [c] æquævus:[4] inde [5] ei suppeditata doctrina [d] est. Eum [6] Protagoram aiunt cum suo sibi discipulo Euathlo [7] mercedem nimis uberem [e] conditione temeraria pepigisse, ut [8] sibi tum demum id argenti

pactus est, et tulit. Intelligo quid poscatis: exponam quæ fuerint hæc duo præmia. Fuit quidam sophista Protagoras longe doctissimus, et eloquentissimus pro initio Inventionis Rhetoricæ: civis et æqualis Democriti Physici: a quo hausit scientiam. Ferunt hunc Protagoram pactum fuisse cum suo discipulo Euathlo nimis amplam mercedem sub conditione imprudenti: nempe ut tum demum sibi per-

****

bene: mox 'Mercedem sibi rependi.' Non autem *impendo* est in Cod. Florent. ut ait Elmenh. *Oud.*—1 Pith. *utrumque.* Id.—2 Al. *Prot. quidam.*—3 *Cum primis Rhet. repertis perf.* Malim, *in primis:* id est, inter primos. *Colv.* Flor. *repertoribus.* Elmenhorstius. Exponit Floridus 'eloquentissimus pro initio inventionis Rhetoricæ.' sed tum saltem *pro primis* legi deberet. At hæc scriptura nata est in cerebro Vulcanii: nam Mss. et Edd. Vett. habent *repertoribus,* inter quos eum quoque nominat Quinctilianus ibidem. Nec opus est cum Colvio reponi *in primis.* Perfacundus erat, sicuti primi Rhetorices inventores. *Oud.*—4 Non male quidam libri vet. *socius æq.* quos citat Becichemus. *Colv. in Omiss.* Lib. antiquus: *Dem. Physici socius.* Tolle distinctionem: *civis æquævus.* Wowerius. Bene. Vide Gell. lib. v. c. 3. et ibi laudatos. Pith. *cujus æ.* Mss. Fulv. Coll. Voss. Lips. cum Codd. Becichemi *socius æq.* probante ipso et Colvio. Edd. vett. *civis, æquævus.* Oud.—5 Pith. *in.* Coll. Voss. Lips. *mihi.* Præfero *unde* cum Stewechio. *Id.*—6 Vulgati quidam, *hunc.* Colvius. Pith. *cum.* Edd. Junt. Bas. *hunc.* Oud.—7 Ms. *Euado.* Sed nomen idem in Gellio. *Colv.* Pith. quoque *Euado.* Oud.—8 Edd. Vic. Junt. Ald. cum Pith. *uti.* Id.—9 Pith. *vitibus.* Id.—

NOTÆ

monem, seu ut quidam volunt Mæandrum, ut refert Laërtius lib. IX. in ejus Vita. Ob principium cujusdam sui operis (quod sic se habebat, *περὶ μὲν θεῶν οὐκ ἔχω εἰδέναι εἴθ' ὡς εἰσὶν, εἴθ' ὡς οὐκ εἰσίν. πολλὰ γὰρ τὰ κωλύοντα εἰδέναι, ἥ τε ἀδηλότης, καὶ βραχὺς ὢν ὁ βίος τοῦ ἀνθρώπου.* 'De Diis quidem statuere nequeo an sint, necne: sunt enim plurima quæ id scire prohibeant: quipper et summa rei incertitudo, et brevis hominis vita.') pulsus ab Atheniensibus est, librique illius in foro sub præconis voce a singulis qui illos habebant investigati.

[c] *Democriti physici civis*] Abderites enim fuit Protagoras, ut tradidit Heraclides Ponticus in libris *περὶ νόμων.* Eupolis tamen in Tragœdia quæ inscribitur, Κόλακες, eum facit Teium, hoc versu: *Ἔνδοθι μέν ἐστι Πρωταγόρας ὁ Τήϊος.* 'Intus quidem est Protagoras Teius.'

[d] *Inde ei suppeditata doctrina*] Audivit enim Democritum, ut refert Laërtius.

[e] *Mercedem nimis uberem*] Laërt. ait eum primum pro mercede minas centum exegisse. Ceterum de conditione cum Euathlo pacta nihil habet. Sed litem Euathli cum Protagora ita refert, ut infra dicitur. At Gell. l. v. c. 10. rem sic prorsus narrat, ut hic Apuleius.

daret, si primo tirocinio agendi penes judices vicisset.[9] 4. Igitur Euathlus, postquam cuncta illa exorabula judicantium, et decipula adversantium,[1] et artificia dicentium, versutus alioquin et[2] ingeniatus[3 f] ad astutiam, facile perdidicit;[4] contentus scire,[5] quod concupierat, cœpit nolle[6] quod pepigerat, sed callide[7] nectundis[8] moris frustrari magistrum, diutuleque[9] nec disserere velle, nec reddere;[1] usque dum Protagoras eum ad judices provocavit,[2] expositaque conditione, qua docendum[3] receperat, anceps argu-

solveret illam pecuniam, eum superior evasisset apud Judices in prima causa, quam oraret. Euathlus ergo callidus alias et indolis pronæ ad vafritiem, cum facile didicisset cuncta illa artificia flectendorum Judicum, et fallendorum adversariorum, et astutias orantium: sat habens scire quod optaverat, cœpit nolle præstare quod promiserat: sed fraudare præceptorem suum, rem protrahendo astute, et diutius neque velle negare, neque persolvere; donec Protagoras vocavit eum in jus, et, explicata conditione, qua aggressus fuerat eum erudire, protulit argumentum utrimque ambi-

1 *Decipula advers.* Absunt hæc a veteri: num legendum potius, *dicibula advers.* Sic 'Dicibula puerilia,' apud Tertullianum adversus Valentinianos cap. 11. 'Satis meminerat Ptolemæus puerilium dicibulorum, In mari poma nasci, et in arbore pisces.' *Colv.* Adi tu ad lib. x. Met. p. 725. a. 'fraudis decipulo.' In Coll. Voss. Lips. desunt quoque *et artif. dic.* Oud.—2 In veteri libro, *alio quieti.* Colvius. Abest τὸ *et* Pith. Edd. Vic. Junt. pr. Ald. (in qua *alioqui*) et Bas. pr. *Oud.*—3 Ald. *ingenatus.*—4 Male Pith. et Edd. ante Colv. *perdidit;* licet id jam monuisset Becichemus. *Oud.*—5 Minus bene Edd. Junt. Ald. Bas. *contentusque.* Coll. Voss. Lips. *certent se.* Id.—6 An add. *dare?* Burmannus.—7 Ed. Ald. *calide.* Oud.—8 *Nectendis.* Ald. Ven. *nectendi.* Colvius. Ms. Fulv. et Ed. Scriv. *nectundis.* Bene. *Oud.*—9 Sic Mss. Florent. Pith. Lips. et Edd. Scriv. Flor. In aliis *diutileque.* Sed tum *diutine* foret dicendum. In Flor. N. 2. 'diutule tacentem.' N. 21. 'si diutule percontetur, ambulant diutule.' et sic Gellius, aliique. *Id.*—1 Vid. Not. Var.—2 In vulgato *ad jud. provocatum, &c. proposuit,* quod est in Mss. Lips. Pith. Edd. Rom. Vic. Ven. Elm. Scriv. Flor. nemo non videt esse anacoluthon, de quo sæpe egimus; ad quod tamen hic refugere non necesse est, cum in Ms. Florent. Edd. Junt. Ald. Bas. Vulc. Scal. Wow. exaretur *provocavit,* uti rectissime jam correctum est a Becichemo Ep. 100. G. Vossius alleverat *provocatus,* deponentiali forma. *Id.*—3 *Quam in docendum.* Sic expresse idem Ms. Vulg. *qua docendum.* Quam in, in quam: sic scribendum semper putavi Plauti Casina: 'Nec qua in plura sunt, mihi quæ ego velim:' maleque edi, *Nec quacum.* Sed hoc jam supra monui, ni memoria fallit.

NOTÆ

[f] *Et ingeniatus*] Hoc etiam vocabulo utitur Plautus in Milite glorioso, Act. III. scen. 1. 'Itidem Divos dispertisse vitam humanam æquum fuit, Qui lepide ingeniatus esset, vitam longinquam darent: Qui improbi essent et scelesti, iis adimerent animam cito.' Gellius quoque Noct. Attic. l. XII. c. 1. 'Quæ, malum, igitur ratio est, nobilitatem istam nati modo hominis, corpusque et animum bene ingeniatis primordiis inchoatum insitivo degenerique alimento lactis alieni corrumpere?'

mentum ambifariam proposuit. Nam, sive ego vicero, inquit,[g] solvere mercedem debebis, ut condemnatus: seu tu viceris, nihilominus reddere debebis, ut pactus;[4] quippe qui hanc primam causam penes[5] judices viceris. Ita si vincis, in conditionem[6] incidisti: si vinceris,[7] in damnationem. Quid quæris?[8] Ratio conclusa judicibus acriter et invincibiliter videbatur. Enimvero Euathlus, utpote[9] tanti veteratoris perfectissimus discipulus, biceps illud argumentum retorsit. Nam, si ita est, inquit, neutro modo, quod petis, debeo. Aut enim vinco, et judicio dimittor: aut vincor, et pacto absolvor: ex quo non debeo mercedem, si hanc primam causam fuero penes judices

guum. Nam, inquit, seu superior fuero causa, cogeris persolvere mercedem, utpote damnatus: seu tu superaveris me, debebis tamen eum præstare ex pacto, utpote qui superior fueris apud Judices in hac prima lite. Sic, si superas, lapsus es in conditionem pacto tuo positam: si superaris, in condemnationem. Quid vis amplius? Conclusio videbatur Judicibus illata solerter et ineluctabiliter. Atenim Euathlus, quippe qui esset præstantissimus discipulus magistri tam vafri, convertit in eum illud argumentum anceps. Si enim sic se res habet, inquit, nullatenus debeo tibi quod postulas. Nam, vel te supero, et dimittor causa: vel superor, et liberor pacto, juxta quod non debeo mercedem, si superatus fuero apud Judices in hac prima lite.

Colv. Lege cum Romano, *qua docendum receperat.* Elmenhorstius. Sic expresse in Ms. explicat Colvius pro, *in quam.* Ego etiam puto, *qua im,* pro, eum. Ab eo quod est *is,* non *eum* casu accusativo, sed *im* dicebant, ut docet Macrob. I. Satur. c. 4. et utique delectari Lucium nostrum antiquitate scimus, verbisque subinde uti paulo magis priscis, et 'vetustas quidem nobis semper, si sapimus, adoranda est,' ut monet idem Macrob. lib. II. cap. 10. *Brant.* Mss. Florent. Lips. Edd. Colv. Vulc. Scal. *quam in doc.* pro in quam conditionem; ut capit Colvius. Wower. *qua in doc.* Vulcanius divinavit *qua eum doc.* Sed tum malim cum Brantio retinere *im* ἀρχαικῶς. *Oud.*—4 *Ut condemn. seu . . . ut pactus.* Omnia hæc absunt a Ms. libro. *Colv.* Ut et Pith. *Oud.*—5 Al. *hac prima causa p.* Vid. Not. Var.—6 Pith. non habet *in.* Oud. —7 Liber scriptus, *et si vinceris.* Colvius.—8 Vulg. *quod quæris.* Colvius. Monuerat id jam Becichem. *Oud.*—9 Pith. *Euadus, ut poete.* Id.—1 Pith.

NOTÆ

[g] *Nam, sive ego vicero, inquit*] Laërtius Argumentum Protagoræ tantum refert, nec meminit Euathli responsionis. Fertur, inquit Laërtius, cum mercedem aliquando exigeret, Euathlusque illius discipulus diceret, 'sed nondum quicquam vici, dixisse: ἀλλ' ἐγὼ μὲν ἂν νικήσω, ὅτι ἐγὼ ἐνίκησα λαβεῖν με ἔδει· ἐὰν δὲ σὺ, ὅτι σύ. At ego quidem si vicero, necesse est me accipere quia vici: si vero tu viceris, etiam oportebit me capere, quia tu viceris.' Quod quidem conditionem Protagoram inter et Euathlum prius pactam innuit, quamvis Laërt. nullam ejus prius fecerit mentionem.

victus. 5. Ita me omni modo[1] liberat, si vincor, conditio; si vinco, sententia.[2] [h] Nonne vobis videntur hæc sophistarum[3] argumenta obversa invicem vice spinarum, quas ventus convolverit,[4] inter se cohærere,[5] paribus utrimque aculeis, simili penetratione, mutuo vulnere? Atque ideo merces Protagoræ tam aspera, tam senticosa,[6] versutis et avaris relinquenda est. Cui scilicet[7] multo tanto[8] præstat illa altera merces, quam Thalem memorant[9] suasisse.

Sic, si supero, decretum Judicum me omnino absolvit; si autem superor, conditio nostro pacto lata me absolvit. Nonne hæc argumenta sophistica videntur vobis in se mutuo conversa instar spinarum, quas ventus conglobaverit, sibi invicem impingi aculeis ab utraque parte æqualibus, pari confossione, plaga reciproca? Proptereaque merces Protagoræ tam horrida, tam spinosa, permittenda est callidis et avaris, qua nimirum longe excellentior est hæc altera merces, quam Thales fertur postu-

omnino. Id.—2 Vid. Not. inf. et Not. Var.—3 *Sophismatum.* Flor. *sophistarum.* Elmenhorstius. Item Lips. Recte: atque ita jam legi voluit Beichemus. *Oud.*—4 Edd. ante Colv. *q. v. cum voluerit.* Id.—5 *Inter se terere.* Elegans e veteri codice hæc lectio. Vulgant, *inter se coërcere.* Paulo ante pro, *obversa,* Ms. idem, *obversus.* Colvius. Aldina editio: *inter se cohærere:* quod præferendum. *Wower.* Sic Lipsii lib. et Florent. Ald. et Rom. *inter se coërcere:* unde alii non male, *inter se cohærere.* Elmenhorstius. *Coërcere* vulg. Legendum *cohærere:* ut in Aldina editione legi testatus Joannes a Woweren, vir accuratissime doctus atque eruditus. *Brant.* Sic Mss. Florent. Lips. Edd. Colv. Scal. Wow. Elm. ut exprimat vim aculeorum, se invicem pungentium mutuo vulnere. Plin. lib. x. c. 74. 'asini atterunt se spinetis.' Obstat tamen huic lectioni, quod *terere* non tam de iis dicatur, quæ pungunt, quam quæ abradunt. In Pith. Edd. Colvio prioribus est *cohercere;* unde Schickerad. Wower. et Groslot. legunt, probantibus Elmenh. et Brantio, *cohærere:* quomodo jam edidit Scriver. quod et ego præfero. Hoc convenit iis, quæ præcedunt, 'spinarum, quas ventus convolverit.' Sic hostis hosti cohæret, cum mutuis vulneribus se complexi alter alterum occidunt, et ferientes feriuntur. Edidit Floridus *hærere.* Oud.—6 Ms. *sententiosa.* Colvius. Male, vulgata cum Plauto est, Captiv. Ac. I. Sc. 2. 'Nam meus scruposam victus commeat viam.' *Brant.* Pith. quoque *sententiosa.* Ed. Aldi *sentiosa.* Oud. —7 Vulg. *cui sed.* Simile supra ad lib. x. Metamorph. *Colv.* Mss. et Edd. Junt. post. Colv. &c. *scilicet.* Oud.—8 Pith. Lips. *m. tanta.* Id.—9 Coll.

NOTÆ

[h] *S. vincor, c. s. vinco* [*Si vinco, conditio; si vincor, sententia*] Præpostere. Repone meo periculo. *Si vinco, sententia: si vincor, conditio.* Hoc est, si vinco, sententia judicis me liberat; si autem vincor, liberat me pacta inter nos conditio ex qua nihil debeo nisi primam causam vicero. 'Tum judices' (inquit Gellius) 'dubiosum hoc inexplicabileque esse, quod utrimque dicebatur, rati, ne sententia sua, utramcumque in partem dicta esset, ipsa sese rescinderet, rem injudicatam reliquerunt, causamque in diem longissimam distulerunt.'

Thales Milesius ex septem illis sapientia [1] memoratis viris facile præcipuus fuit: [2] enim geometricæ penes Graios primus repertor,[i] et naturæ rerum certissimus explorator, et astrorum [3] peritissimus contemplator, maximas res parvis lineis reperit: temporum ambitus, ventorum flatus, stellarum meatus, tonitruum sonora miracula, fulgurum obliqua curricula,[4] Solis annua reverticula: idem Lunæ [5] vel nascentis incrementa, vel senescentis dispendia, vel delinquentis [6] obstacula.[7] [k] 6. Idem sane jam proclivi senectute divinam rationem de Sole commentus est: quam equidem non didici [8] modo, verum etiam experiundo comprobavi: quoties Sol magnitudine sua circulum, quem permeat, metiatur.[l] Id a se [9] recens inventum Thales memo-

lasse sibi reddi. Thales Milesius fuit facile princeps illorum septem virorum celebratorum ob sapientiam: nam fuit primus inventor Geometriæ apud Græcos, et accuratissimus observator rerum naturalium, et doctissimus speculator siderum, invenit lineis exiguis res maximas: puta circuitus temporum, flamina ventorum, vias siderum, admirandos fragores tonitruum, obliquos meatus astrorum, annuas revolutiones Solis: præterea vel augmenta novæ Lunæ, vel decrementa veterascentis, vel obices deficientis. Ille idem jam vergente senecta excogitavit divinum inventum de Sole, quod ego quidem non tantum didici, sed etiam confirmavi experientia; nempe quoties Sol mensuret sua latitudine circulum quem percurrit. Hoc a se nuper

Voss. Lips. *Thales mem.* Id.—1 Ed. Vicent. *sapientiæ.* Id.—2 Abest Mss. Lips. Pith. Edd. Vic. Junt. pr. Bas. pr. *finit* Edd. Ald. Junt. post. *Id.*—3 Aldus: *Astroon.* Elmenhorstius.—4 *Siderum obl. curr.* Atqui jam præcesserant 'stellarum meatus:' bis ergo idem dicit. Proxime anteit 'tonitruum miracula:' unde nullum hic mihi dubium est, quin scribendum sit *fulgurum obliqua curricula* vel *fulgetri.* Passim 'fulmen' et 'tonitru' junguntur: et 'obliquum' fulmini proprium. Utrumque vide in Notis ad Lucan. lib. I. vs. 154. 'Obliqua perstringens lumina flamma.' *Oud.*—5 Malim scribere, *item Lunæ.* Colvius. Sic et Groslot. *Oud.*—6 Al. *deliquentis.* Vid. Not. Var.—7 Idem vetus, *obstiticula.* Colvius. Item Fulv. *Oud.*—8 Pith. *dici.*

NOTÆ

[i] *Geometricæ penes Graios primus repertor*] Cujus scientiæ præcepta ab Ægyptiis hauserat, ut refert Laërtius in ejus Vita, quem vide.

[k] *Vel delinquentis obstacula*] Terram: quæ, cum media Solem inter et Lunam intercedit, tenebras offundit huic sideri.

[l] *Quoties Sol magnitudine sua circulum, quem permeat, metiatur*] Hoc est, quotam circuli illius partem occupet Solis diameter, seu quot sit minutorum. Hujus solaris diametri mensuræ Laërtius in Thaletis Vita nusquam meminit, at aliud refert ejusdem Thaletis de magnitudine Lunari et Solari inventum; Lunarem nimirum Solaris esse tantum septingentesimam et vicesimam.

ratur edocuisse [1] Mandraytum [2] Prienensem: [m] qui nova et inopinata cognitione [3] impendio delectatus, optare jussit, quantam vellet mercedem sibi pro tanto documento rependi. Satis, inquit, mihi fuerit mercedis, Thales sapiens,[4] si id, quod a me didicisti, cum proferre ad quospiam cœperis, tibi non asciveris,[5] sed ejus inventi me potius, quam alium, repertorem prædicaveris.[6] Pulchra merces prorsum,[7] ac tali viro digna, et perpetua.[8] Nam et in hodiernum, ac dehinc [9] semper, Thali ea [1] merces persolvetur ab omnibus nobis, qui ejus cœlestia studia vere cognovimus.[2] Hanc ego vobis mercedem,[3] Carthaginienses,[4] ubique gentium dependo,[5] pro disciplinis, quas in pueritia sum apud vos adeptus. Ubique enim me vestræ civitatis alumnum fero, ubique vos omnimodis laudibus celebro; vestras disciplinas studiosius percolo, vestras opes gloriosius prædico, vestros etiam Deos [6] religiosius [7] veneror. Nunc quoque [8] igitur

repertum Thales dicitur ostendisse Madrayto Prienensi: qui vehementer delectatus hac nova et inexpectata observatione, præcepit ei ut peteret quantum præmium vellet sibi persolvi pro tanto documento. Satis præmii mihi erit, inquit Thales sapiens, si, quando incipies exponere aliquibus, id quod edoctus es a me, non attribueris illud tibi, sed celebraveris me tanquam auctorem ejus reperti, potius quam alium. Egregium plane præmium, et dignum tali viro, et æternum. Nam et nunc, et in posterum, semper reddetur id præmium Thaleti a nobis omnibus, quibus vere perspecta sunt ejus studia cœlestia. Ego, o Carthaginienses, persolvo vobis hoc præmium apud omnes nationes pro scientiis, quas acquisivi apud vos dum essem puer. Nam ubique dico me educatum fuisse in vestra urbe, ubique effero vos omnimodis præconiis; diligentius colo vestras artes; gloriosius jacto vestras divitias; adoro etiam religiosius vestra Numina. Ego nunc etiam sumam mihi faustissimum ex-

Id.—9 Idem, *ad se.* Colvius.—1 Coll. Voss. Lips. *adivisse.* Pro *memoratur* Pith. *memora.* Oud.—2 Flor. *Mandritum.* Elmenhorstius. Item Lips. *Oud.* —3 Pith. *cogitatione.* Id.—4 Post *inquit* voces *Th. sapiens* ponit Floridus. *Id.* —5 Abest *non* a Coll. Voss. *Id.*—6 *Prædicaveris.* Pith. *prædicaris.* Ed. Vic. *prædicatis.* Id.—7 Ms. *prorsus.* Colv.—8 Pith. *ac perp.* Oud.—9 Lips. *deinde.* Pith. *de his.* Id.—1 Idem, *Thalica.* Colv.—2 *Vere cognovimus.* Fulv. suspicatur: *recognovimus.* Sciopp. in Symb. Non ego. *Oud.*—3 Lips. *merc. vob.* Id. 4 Idem, *Karthaginiensibus.* Colvius.—5 Idem, *rependo.* Sed nihil mutavi. Supra lib. VII. de Asino Aur. 'Nonnihil vobis, cum lupanari servierit, vindictæ depensuram.' *Colv.* Bene nil mutat Colv. 'Dependo' significat enim omnino rependo. Adi me ad lib. IX. Met. p. 667. a. 'depensis pro prandio lacrymis.' Sequentia usque ad *ubique* desunt in Pith. *Oud.*—6 *Etiam* deest

NOTÆ

[m] *Mandraytum Prienensem*] Neque hujus meminit Laërtius. Cod. Flor. habet *Mandritum.*

principium mihi apud vestras aures auspicatissimum ab Æsculapio Deo capiam, qui arcem vestræ 9 Carthaginis [n] indubitabili numine propitius respicit.[1] 7. Ejus Dei hymnum Græco et Latino carmine vobis heic canam,[2] jam illi a me dedicatum. Sum enim non ignotus illi sacricola,[3] [o] nec recens cultor, nec ingratus antistes: ac jam et prorsa et vorsa[4] facundia veneratus sum; ita ut etiam nunc hymnum

ordium apud vestras aures a Deo Æsculapio, qui favens intuetur certa præsentia arcem vestræ Carthaginis. Hic concinam vobis hymnum illius Dei versibus Græcis et Latinis, jam illi consecratum a me. Nam sum cultor ejus sacrorum non obscurus, et adorator non novus, et Pontifex non displicens Deo; et jam colui cum oratione soluta et stricta; sicut nunc quoque concinam hymnum ejus utraque lin-

Pith. *Id.*—7 Ed. Vic. *religiosus.* Id.—8 Editum ante, *Et nunc quoque.* Colvius.—9 Edd. ante Colv. *nostræ.* Forsan *vostræ.* Oud.—1 Sic Romana editio. Ms. *pvius strepit:* aliarum, *propitius strepit.* Forte etiam, *repit:* tanquam de serpente. *Colv.* Rom. *strepit.* Inepte. *Elmenh.* Grosl. conj. *regit.* At bene Becich. et Edd. Junt. post. Bas. sec. Colv. &c. *respicit.* In Lips. Pith. Edd. primis *strepit:* unde frustra conjecit Colvius, sive potius Lipsius, *repit.* Oud.—2 *Vobis sic canam.* Legendum: *hic.* Sciopp. in Symb. Fortasse melius: *vobis occinam.* Wowerius. Alii, *hæc occinam.* Flor. *hæc canam.* Elmenhorstius. Ms. Lips. *hic canam:* quomodo e conjectura Scioppii edidit Floridus. In Edd. Bas. sec. Colv. Vulc. Wower. Elmenhorst. *sic canam.* Edd. priores *occinam,* quod placet Woweriο. N. 13. 'animalia inter se occinunt.' Non ergo male, nisi præferas *occanam* ut apud Sallustium et Tacitum. Pith. *hoc c.* Florent. Cod. *hæc c.* unde Scriver. exhibuit *heic canam.* Recte. *Oudendorp.*—3 *Illius agricola.* Ms. cod. *illis agricola.* Gulielmius noster non male, *illius sacricola.* Colvius. *Illius sacricola* elegantissimi Guilhelmii in Miscellis Quæst. cap. 4. emendatio est. Mss. et editi legunt, *ignotus i. agricola.* Insulse. *Elmenh.* Optime jam ante Gulielmium emendarat M. Accursius in Diatr. ad Solinum edita Romæ 1524. *sacricola* pro *agricola,* quod est in Mss. et Edd. O. ante Wowerium. Passim *c* et *g* confundi,' nemo nescit. V. Salmas. ad Solin. cap. 1. 'viscerationem sacricolis daret, ut diserte legitur in Voss. pr. et jam ed. Cam. Sed cum in Mss. Lips. et Pith. sit *illis agricola,* omnino puto cum Viro Docto in marg. Ed. Colv. in Bibl. Reg. amplius emendandum esse *ignotus illi sacricola:* quod quivis sentit longe esse efficacius elegantiusque. *Oud.*—4 *Et vorsa* desunt Pith. *Id.*—

NOTÆ

[n] *Ab Æsculapio Deo capiam, qui arcem vestræ Carthaginis*] Tertullianus: 'In ipsis denique templis Deum judicem imploras sub Æsculapio stans.' Fuit quoque urbis Œensium tutelare numen Æsculapius, templumque habuit nobile Œæ, ut jam observavi ad Apologiam, ad hæc verba: 'Ea disputatio celebratissima est, vulgo legitur, in omnium manibus versatur, non tam facundia mea, quam mentione Æsculapii religiosis Œensibus commendata.'

[o] *Illi* [*Illius*] *sacricola*] Sic emendavit Guilhelmius in Miscellis Quæstionibus c. 4. prius erat *illius agricola,* inepte.

ejus utraque lingua canam: cui dialogum similiter Græcum et Latinum prætexui:[5] in quo sermocinabuntur[6] Sabidius Severus et Julius Persius,[7] viri et inter se mutuo, et vobis,[8] et utilitatibus publicis merito amicissimi, doctrina et eloquentia et benevolentia paribus:[9] incertum modestia quietiores, an industria promtiores, an honoribus[1] clariores. Quibus cum sit summa concordia, tamen hæc sola æmulatio, et in hoc[2] unum certamen est, uter eorum magis Carthaginem diligat:[3] atque[4] summis medullitus viribus contendunt ambo; vincitur neuter. Eorum ego sermonem ratus et vobis auditu gratissimum, et mihi compositu congruentem, et dedicatu religiosum; in principio libri facio quendam ex his,[5] qui mihi[6] Athenis condidicere,[7] percontari[p] a Persio[8] Græce, quæ ego pridie in templo Æsculapii disseruerim: paulatimque illis Severum adjungo: cui interim Romanæ linguæ partes dedi. Nam et Persius, quamvis et ipse optime Latine possit, tamen hodie nobis ac vobis Atticissabit.[9] [q]

gua: cui præposui colloquium pariter Græcum et Latinum: in quo colloquentur Sabidius Severus et Julius Persius; viri amicissimi et sibi invicem, et vobis, et publicis commodis, æquali scientia et facundia, et benignitate: dubium est an pacatiores moderatione sua, an expeditiores sua solertia, an sublimiores dignitatibus. Qui cum sint valde unanimes, tamen rivales sunt, et contendunt in hoc solum, uter eorum plus amet Carthaginem: et in hoc quidem certant uterque ex totis penitus viribus; at neuter superatur. Ego existimans eorum orationem futuram esse et vobis jucundissimam auscultatu, et dignam quam componerem, et satis piam ut eam consecrarem, initio libri induco quendam ex meis condiscipulis Athenarum, quærentem Græce a Persio, quænam ego disputaverim pridie in æde Æsculapii: sensimque addo eis Severum: quem interea induco loquentem lingua Romana. Persius enim Attice loquetur nobis ac vobis, tametsi ipse quoque possit perbene loqui Latine.

5 Pith. *Græce.* Scriv. *pertexi.* Id.—6 Mss. Lips. Pith. Edd. ante Colv. *sermocinabantur.* Id.—7 *Savidius Sev. et Jul. Persius.* Idem Ms. *Safidius Severus, et Julius Perseus.* Colvius. *Sabidius* primus rescripsit Scriver. Ms. Florent. et Edd. priores *Savidius.* Lips. et Pith. *Safidius.* Sed *Sabidii* vel *Sacidii* occurrunt in Inscriptionibus. *Oud.*—8 Edd. ante Colv. *nobis.* Id.—9 Malim cum Becichemo et Sopingio legere *pares.* Id.—1 Ms. *ac honoribus.* Colvius. —2 Ed. Vic. *in hæc.* Oud.—3 Ms. *deligatus.* Colvius.—4 V. C. *ad quod.* V. D. in marg. Ed. Colv. in Bibl. Reg.—5 Vid. Not. Var.—6 Becichemus male *a me.* Oud.—7 Lips. Pith. *condidicerunt.* Id.—8 Flor. *Perseo.* Elmenhorstius. Item Coll. Voss. Lips. et Pith. Statim et ante quoque *Perseus.*

NOTÆ

[p] *Facio quendam ex his, qui, &c. percontari*] Similiter supra: 'ut ille Tragicus qui in Theatro dici facit,' &c.

[q] *Atticissabit*] Plaut. in Prologo

Num. xix. Asclepiades ille, inter præcipuos medicorum, si unum [1] Hippocratem excipias, ceteris princeps, primus etiam vino [2] opitulari ægris reperit; [r] sed dando scilicet in tempore: [s] cujus rei observationem probe callebat, ut qui [3] diligentissime animadverteret [4] venarum pulsus inconditos, vel præclaros. Is igitur cum forte in civitatem [t] sese reciperet, et rure suo suburbano rediret, aspexit in pomœriis civitatis [6] [u] funus ingens locatum, plurimos homines ingenti multitudine, qui exequias venerant, circumstare omnes tristissimos et obsoletissimos [7] vestitu.

Ille Asclepiades, inter primarios medicos, reliquorum primus, si demas solum Hippocratem, invenit etiam primus vino mederi ægrotantibus; at præbendo illud ipsis tempestive: quod optime sciebat explorare; utpote qui accuratissime observaret pulsus arteriarum inordinatos aut valde depravatos. Ille ergo cum forte rediret in urbem, et reverteretur ex prædio suo suburbano, vidit magnum funus positum in pomœriis urbis, permultos homines magna turba, qui prosecuti fuerant funus, circumsistere ipsum, cunctos mæstissimos et sordidissime indutos. Accessit

Oud.—9 Flor. *optime p. t. h. vobis atticissabit*. Elmenhorstius. Solum *vobis* est etiam in Ms. Pith. et Edd. ante Colvium, quod præferrem ego. *Oud.* Ms. *atticissavit*. Colvius. Item Pith. *Oud.*—1 Mallem, *et si unum*. Id.—2 Pith. *primus in vino*. Edd. Vett. et Pith. *reperit ægris opit.* Junt. post. *ægris rep. opit.* Id.—3 Vulg. *et qui*. Colvius. Mss. cum Becichemo et Edd. Junt. post. Colv. &c. *ut qui*. Oud.—4 Becichemus *animadverterat*, vel potius *animadvertat*, ut est in Pith. *Id.*—5 Vid. Not. Var.—6 Operarum, ut reor, vitio in Scriverii Ed. irrepsit *pomariis*. Oud.—7 Vet. cod. *obsolentissimos*. Colvius. Ita et Pith. et Ed. Bas. pr. Præfero autem, quod tacite expres-

NOTÆ

Menæchmorum: 'Atque adeo hoc argumentum Græcissat, tamen Non Atticissat, verum Sicilicissitat.'

[r] *Primus etiam vino opitulari ægris reperit*] De Asclepiade hoc medico Plin. l. vii. cap. 37. 'Summa autem Asclepiadi Prusiensi' (fama fuit) 'condita nova secta, spretis legatis et pollicitationibus Mithridatis regis, reperta ratione qua vinum ægris medetur, relato e funere homine et servato: sed maxime sponsione facta cum fortuna, ne medicus crederetur, si unquam invalidus ullo modo fuisset ipse: et victor suprema in senecta lapsu scalarum exanimatus est.' Cn. Pompeii familiaris fuit. De ipso, deque ejus secta vide plura apud Corn. Celsum in prooemio operis.

[s] *Sed dando scilicet in tempore*] De eodem Asclepiade Scribonius Largus in Præfat. lib. de composit. medicament. 'Ille enim febricitantibus, vitiisque præcipitibus correptis, quæ ὀξῆ πάθη Græci dicunt, negavit medicamenta danda: quia cibo vinoque apte interdum dato remediari tutius eos existimavit.'

[t] *In civitatem*] Romam.

[u] *In pomœriis civitatis*] Recte. Funera enim in urbe facere vetitum lege xii. Tabularum: 'Hominem mortuum in urbe ne sepelito, neve urito.'

Propius accessit, ut etiam cognosceret,[8] more ingenii humani,[9] quisnam esset; quoniam percontanti nemo responderat; an vero ut ipse aliquid in illo ex arte deprehenderet.[1] [w] Certe quidem jacenti homini, ac prope deposito fatum abstulit.[2] Jam miseri illius membra omnia [3] aromatis perspersa,[x] jam os ipsius unguine odoro delibutum, jam cum

propius, ut, juxta indolem hominum, sciret etiam quisnam esset, quia nemo responderat ipsi, cum id sciscitaretur. Aut potius ut ipse ope suæ scientiæ animadverteret aliquid in eo. Sane quidem depulit mortem ab illo homine strato, ac pæne jam tumulato. Omnes artus illius infortunati jam erant respersi aromatis: facies ejus jam

sit Wower. et margini allevit G. Vossius, *obsoletissimo*. In Apolog. p. 404. Flor. 'vestis obsoletior.' p. 524. 'venit nupta, &c. flammeo obsoleto.' *Oud.*—8 Vulg. *incognosceret*. Vid. Not. Var.—9 Abest *humani* a Pith. Edd. ante Bas. sec. vel Colv. V. ad Petron. c. 71. 'Vitio mentis humanæ concupiit scire.' *Oud.*—1 *At vero ut i. a. in i. e. a. deprehenderet*. Ms. *at vero ut ipse vir aliquid in il. e. a. deprehenderet*. Rejecto illo *at*, quod ex præcedenti dictione repetitum fuisse videtur, lego, *venit, ut ipse aliquid in illo ex ar. deprehend*. Colvius. Corrige, *deprehenderet*. Wowerius. Colvius, rejecto τῷ *At*, legit: *Venit ut i. a. i. i. e. a. d.* Ego, *asseverat ipse vivi aliquid in illo ex arte deprehendere*. Vel etiam, *venit ut ipse vivi aliquid in illo ex arte deprehenderet*. Brantius. Roman. *depræhenderat*. Elmenhorstius. *An vero ut, &c.* Sic τὸ *an* extat in Mss. Pith. Lips. Becichemi, Ursini, ipsis et Lipsio probantibus, et Edd. Vicent. Junt. post. Wow. Scriv. et Flor. clarissimo sensu, pro *sive*. In Mss. Florent. Coll. Voss. et Colv. Lips. Edd. Junt. pr. Ald. Bas. Colv. Vulc. Scal. Elmenh. exaratur *at:* non male, si supra aliter legeretur, ubi vide. Inepte vero *at* delent Colv. et Brant. leguntque *venit ut* vel *asseverat:* vel sic supra quoque *non* addi debuisset. Pro *vero* autem hic τὸ *non* habent Edd. Vic. Junt. pr. Ald. Bas. pr. contra Auctoris, ut mihi videtur, mentem. Dein *ut* exulat ab Edd. Vulc. Scal. Elmenh. qui edidere *deprehenderat* cum Scriverio, *ut* retinente, quod tum notaret *postquam simul ac;* et certe sic exarari videtur in Mss. Lips. et Florent. Sed non deprehendere id poterat, priusquam accessisset. In ceteris Edd. usque ad Wower. sine sensu extat *reprehenderet*. Insuper in Ms. Lips. *ipse vir al.* unde non inepte Brantius conjecit *ipse vivi aliquid*, quod tamen mordicus defendere nolim. *Oud.* Gruterus XVIII. 2. *aut vero, &c.* Et idem paucis mutatis et transpositis sequentia ibid. ita legit: *contemplatus quam diligentissime, etiam atque etiam pertractavit corpus hominis, et, ut quibusdam signis animadvertit in illo vitam latentem, conf. &c.* In seqq. idem Grut. probat emendationem Stewechii *avebant*, ipsi tamen in mentem venisse ait *hiabant*. Id. in Add.—2 V. Not. Var.—3 Deest *omnia* in Coll.

NOTÆ

[w] *Aliquid in illo ex arte deprehenderet*] Ex quo cognosceret an viveret. Vide Cornelium Celsum in proœmio operis.

[x] *Membra omnia aromatis perspersa, &c.*] Ex more Antiquorum, ad letalem illum fœtorem abigendum. Virg. l. VI. Æneid. in Miseni funere: 'corpusque lavant frigentis et ungunt.' Tertull. de Resurrect. carnis: 'Proinde enim et corpora medicata condimentis, sepulturæ Mausoleis, et monumentis sequestrantur.'

pollinctum,[4] [y] jam cœnæ paratum [5] [z] contemplatus, cum diligentissime [6] quibusdam signis animadvertit et etiam atque etiam pertractavit corpus hominis, invenit in illo vitam latentem. Confestim exclamavit, vivere hominem: procul ergo [7] faces abigerent,[8] procul ignes amolirentur; rogum demolirentur, cœnam feralem a tumulo ad mensam referrent.[a] Murmur interea exortum: partim medico credendum dicere, partim etiam irridere medicinam. Postremo, propinquis etiam hominibus invitis, quodne jam [9] ipsi hæreditatem avebant,[b] an quod adhuc illi fidem non habe-

erat uncta unguento suaveolente; cum considerasset attentissime eum jam unctum, et jam præparatum silicernio deprehendit aliqua indicia vitæ in eo. Contrectavit sæpius corpus hominis; et reperit vitam delitescentem in ipso. Statim exclamavit eum vivum esse. Igitur arcerent tædas, removerent flammas, destruerent pyram, reportarent epulum funebre a sepulcro ad mensam. Interim oritur strepitus, alii dicunt fidem habendam esse medico, alii etiam derident medicinam. Denique Asclepiades exoravit brevem moram mortuo, ægre nihilominus et difficulter, invitis quoque cunctis ejus cognatis, dubium an quia ipsi jam occupaverant ejus hæreditatem,

Lips. *Oud.*—4 Pith. *pollicitum.* Id.—5 Alii, *scenæ pene p.* Elmenh. Coll. Lips. et Ed. Vic. *penæ.* Al. *pænæ.* Wower. cum Lipsio in marg. et Ms. Pith. edidit *scenæ.* Male. Sequitur statim 'cœnam feralem a tumulo ad mensam referent.' De hac cœna sive silicernio vide multa apud Kirchman. de Funer. l. IV. c. 4. *Oud.*—6 *Contemplatus enim dil. etc.* Mirum in modum corrupta hæc omnia, et cum sensu scripta nullo: quem efficere conabar legens: *contemplatus est diligentissime: quibusdam signis animadvertit, et etiam atque etiam pertractavit corpus hominis: et invenit in illo vitam latentem.* Colvius. Schickeradus: *animam advertit.* Elmenhorstius. Sic distingue: *contemplatus: enim dilig. q. s.* Groslotius. *Contempl. eum dil. q. signis animadvertit. Etiam, etc.* Sic primus edidit Vulcan. cum in Edd. Vett. sit *enim,* in Bas. pr. et Wow. cum Mss. Pith. Lips. *quam dil.* In Edd. Vic. et Ms. Pith. *animadversit.* Vir doctus, *animadversis.* Schickerad. *animum advertit,* sed hoc mox demum sequitur. Burm. *vivere eum* vel *agere eum d. q. s. animam adv.* Ego malim simpliciter *cum d. q. s. animadvertit, et etiam a. e. p. c. h. invenit.* Male fuit transposita copula *et,* et jam præcessit *τὸ eum.* *Et* ante 'invenit' deest in Lips. Pro *latentem* Pith. *jacentem.* Ed. Vic. *pertrectavit.* Oud.—7 Vulg. *procul igitur.* Colvius. Pith. cum Edd. ante Colv. *igitur.* Oud.—8 Alii *abjicerent* vel

NOTÆ

[y] *Jam eum pollinctum*] Hoc est, unctum, et odoratis herbis fartum, linteaminibusque involutum: hoc enim est pollinci, et pollinctores qui cadavera sic curabant. Plaut. in Prologo Pœnuli: 'Nam mihi pollinctor dixit, qui eum pollinxerat.'

[z] *Jam cœnæ paratum*] Novissimæ cœnæ ferali, quæ silicernium dicebatur.

[a] *Cœnam feralem a tumulo ad mensam referrent*] Hinc patet cœnam illam feralem juxta ipsum rogum esitari solitam.

[b] *Quodne jam ipsi hæreditatem avebant* [*hæreditate habebant*] Lips. Elect.

bant, ægre tamen ac difficulter Asclepiades [1] impetravit brevem mortuo dilationem. Atque ita vispillonum [2] manibus extortum,[3] velut ab Inferis, postliminio domum retulit,[c] confestimque [4] spiritum recreavit: confestimque animam in corporis latibulis delitescentem [5] quibusdam medicamentis provocavit.

NUM. XX. Sapientis viri [6] super mensam celebre dictum est. Prima, inquit, cratera [d] ad sitim pertinet, secunda ad hilaritatem, tertia ad voluptatem, quarta ad insaniam. Verum enimvero Musarum cratera, versa vice, quanto crebrior [7] quantoque meracior, tanto propior ad animi sanitatem. Prima cratera Literatoris,[e] ruditatem eximit: [8] se-

an vero quoniam nondum ipsi credebant. Et sic ereptum e manibus vispillonum, et tanquam ob Orco, reportavit eum domum postliminio, et statim refocillavit ei spiritum, statimque excivit quibusdam medicaminibus animam reconditam in latebris corporis.

Extat insignis sententia sapientis viri de mensa: Primum, inquit, poculum spectat ad sitim sedandam, secundum ad lætitiam, tertium ad delectationem, quartum ad furorem. At enim Musarum poculum e contra quo sæpius iteratur, et purius bibitur, eo magis accedit ad sanitatem mentis. Primum poculum quod est lite-

---

abicerent.—9 Vid. Not. Var.—1 Ed. Vicent. *Asclepides.* Oud.—2 Sic scriptum in veteri libro: vulgo vero, *vespillonum.* Colvius. Mss. Florent. Pith. Lips. Edd. Vic. Colv. etc. *vispillonum.* Sed Floridus reposuit cum Edd. Junt. post. Bas. sec. *vesp.* Edd. Junt. Ald. *villispillonum.* Oud.—3 Flor. *exoratum.* Elmenhorstius.—4 Pith. Edd. ante Colvium carent τῷ *que.* Oud.—5 Pith. *delitescentis.* Id.—6 *Provocavit. Sap. v.* Videtur hiare, et deesse aliquid. *Brant.*—7 Ed. Scriv. *crebior.* Pro *propior* Coll. Lips. *promtior:* non male. *Oud.*—8 Lectio Bas. II. Aliarum est, *literatoris rudato eximit.* Ms. *literatores ruato eximit.* Forte, *literatoris ruditate exuit.* Sed amplius deliberandum. *Colv.* Locum, distinctione prava corruptum, recte restitui. *Wower.* Lectio aliarum editionum est, *literatoris rudato eximit.* Ms. *literatores ruato*

NOTÆ

l. II. cap. 11. vult hic legi non *habebant*, sed *havebant*, hoc est, inhiabant hæreditati.

[c] *Velut ab Inferis, postliminio domum retulit*] Similiter x. Metam. 'Ecce pater suis ipse manibus cooperculo capuli remoto, commodum discusso mortifero sopore, surgentem postliminio mortis deprehendit filium.' Vide notata, p. 105.

[d] *Sapientis viri super mensam celebre dictum est. Prima, inquit, cratera, &c.*] Laërtius, in Vita Anacharsis, hoc ejus dictum refert, τὸν ἄμπελον τρεῖς φέρειν βότρυς, τὸν πρῶτον, ἡδονῆς· τὸν δεύτερον μέθης· τὸν τρίτον, ἀηδίας. 'Vitem uvas tres ferre: primam voluptatis; secundam ebrietatis; tertiam mœroris.' Vetus Poëta apud Suidam, in voce οἶνος, non tres, neque quatuor, sed decem crateras memorat, et decimum facit μανίας.

[e] *Literatoris*] Literator est legendi Magister qui pueros docet literarum

cunda Grammatici, doctrina[9] instruit: tertia Rhetoris,[1] eloquentia armat. Hactenus a plerisque potatur. Ego[2] et alias crateras[3] Athenis bibi: Poëticæ commixtam,[4] [f] Geometricæ[5] limpidam,[g] Musicæ dulcem, Dialecticæ austerulam:[6] [h] enimvero universæ philosophiæ, inexplebilem[7] sci-

ratoris, aufert puero ignorantiam: secundum, quod est Grammatici, erudit scientia: tertium, quod est Rhetoris, instruit facundia. Plerique huc usque tantum bibunt. Ego hausi etiam alia pocula Athenis: Poëticæ fabulosum, Geometriæ clarum. Musicæ suave, Dialecticæ acerbiusculum: sed enim totius Philosophiæ nunquam satians

eximit. Colv. *literatoris ruditate exuit;* forte, *literatoris rude eximit*, ut significet ferulam tristem, sceptrum pædagogorum, ut vocat Martial. lib. x. Epig. 62. nos dicimus, *de roede ontwassen.* Nisi 'rudatus' sit magisterium rudis. *Brant.* Flor. 2. *Literatores ruato eximit.* Aldus, Pyrrhus et Romanus *l. rudato e.* Basiliens. 2. *l. ruditatem eximit.* Elmenhorstius. *Cratera Literatoris ruditatem eximit.* Sic habent e correctione Becichemi Edd. Junt. post. Bas. sec. Wow. et seqq. Quare id retinui. Nam is sine dubio Auctoris est sensus, et male in Mss. Pith. Florent. et Lips. legitur *literatores:* nam jungendum cum *cratera* ut viderunt bene Wower. et Salmas. ad Tertull. pall. p. 437. 'primus informator literarum:' et sic 'cratera Grammatici,' 'cratera Rhetoris,' &c. Rectius ergo Junt. post. *exemit.* In Edd. primis est *rudato.* Vulcan. Seal. *ruditu.* Codd. Florent. uterque, Pith. et Lips. *ruato.* Non male conjecit Colv. *ruditate exuit.* Certe longe melius Brantio. Ceterum 'cratera' in ablativo et 'crateram' habes quoque ap. Hygin. Astron. II. 40. supra 'chlamyda:' de quibus nominativis e Græco accus. vide præter alios et me ad Frontin. l. II. c. 3. ac Cæs. de B. G. III. 20. Munkerum diss. ad Hygin. Huc pertinet idem l. II. Astron. c. 21. 'Lacedæmona bellum gesserit:' ut diserte legitur in Cod. Voss. Sic apud Auson. 'hebdomada' et 'decada:' ut e Mss. est legendum. *Oud.*—9 Scriptus liber, *doctrinam.* Colvius. Flor. *doctrinam instravit.* Elmenhorstius.—1 Idem, *rhetores.* Colvius. Flor. *rhetores.* Elmenhorstius.—2 Ed. Bas. pr. *ergo.* Oud.—3 Idem, *aliam crateram.* Colvius.—4 Vid. Not. Var.—5 Sic supra N. 18. Sed *Geometriæ* N. 16. atque ita hic Mss. Flor. Fulv. Edd. Vic. Junt. Ald. *Oud.*—6 Quidam, *amarulam.* Colvius. Nempe Ed. Bas. pr. *Oud.*—7 *Enimvero universas Ph. inexpl. &c.* Ms. cod. cum plerisque vulgatorum, *Jam vero universitas phil. inexpleb. scilicet et nectaream.* Putabam concinnius, *enim vero universæ Philosophiæ inexplebilem scilicet, et nectaream.* Colvius. *Universæ ph. inexplebilem sc. nectaream.* Sic locum hunc exhibui cum Becichemo, Colvio, et Florido: quomodo etiam Vir Doctus ad marg. Ed. Junt. post. in qua, ut et Edd. Bas.

NOTÆ

characteres dignoscere, et sonos, quorum illi signa sunt, visis iis proferre. Et illi primam puerorum imperitiam tollunt.

[f] *Poëticæ commixtam* [*commentam*] Corruptus videtur hic locus, at restituere in promtu non est. Interim interpretatus sum fabulosam. Verti etiam potuit *inventricem*, aut *excogitatricem.* Certe quæcunque sit hujus loci vera scriptura, hic debuit esse ejus sensus.

[g] *Geometricæ limpidam*] Recte. Evidentia enim et perspicuitas hujus est disciplinæ propria, quippe quæ nihil affirmat quin illud demonstret.

[h] *Dialecticæ austerulam*] Ob argumentorum et argutiarum et captionum sentes, quibus horret tota.

licet, nectaream. Canit enim Empedocles carmina,[i] Plato dialogos,[k] Socrates hymnos,[l] Epicharmus modos,[m] Xenophon historias,[n] Xenocrates[8] satiras:[o] Apuleius vester[9] hæc omnia; novemque Musas pari studio colit, majore scilicet voluntate, quam facultate: eoque[1] propensius fortassis[2] laudandus est, quod omnibus bonis in rebus conatus in laude, effectus in casu est: ita ut contra[3] in maleficiis etiam cogitata scelera, non perfecta adhuc, vindicantur,[4]

nempe, et nectareum. Nam Empedocles composuit versus, Plato colloquia, Socrates cantica, Epicharmus modulos, Xenophon historias, Xenocrates satiras: vester Apuleius scripsit hæc omnia; et colit novem Musas æquali studio, majori nempe affectu, quam virtute. Et forsitan ideo libentius laudandus est; quia in omnibus bonis rebus nisus laudandus est, effectus pendet a fortuna. Sicut contra in malefactis, crimina quamvis tantum meditata, et nondum perpetrata, puniuntur cum animus jam

Colv. Vulc. Scal. Elm. Scriv. *universas:* atque ita Ms. Florent. *Universitas* Mss. Pith. Lips. et Edd. Vett. G. Vossius ascripsit quasi e Cod. *universam.* Bene. Wower. edidit *universas ph. inexplebiles sc. et nectareas.* Oud.—8 Alii legunt *Xenophanes.*—9 Vulgo ante, *noster.* Colvius. Mss. et Becich. Edd. Junt. post. Bas. sec. Colv. &c. *vester.* Aliæ cum Pith. *noster* pro *vester.* Oud.—1 Τὸ *que* deest Pith. *Id.*—2 Pith. Lips. et Edd. vett. *fortasse.* Id.—3 Prave Edd. primæ Junt. pr. Ald. Bas. pr. *circa.* Monuerunt jam Becich. et Stewech. Sæpissime ita in Apuleio peccatum vidimus supra. *Id.*—4 Sic Bas. II. Ms. cum aliis, *judicantur.* Colvius. Pith. Edd. Vet. Junt. pr. Bas.

NOTÆ

[i] *Canit enim Empedocles carmina*] Laërt. in ejus Vita ait, quæ ille de Natura deque expiationibus scripsit, ad quinque millia versuum pertingere: quæ vero de medicina, ad sexcentos. Item scripsisse Tragœdias et Xerxis transitum versibus, atque alia poëmata.

[k] *Plato dialogos*] Numero quinquaginta sex scripsisse eum testatur Laërt. in ejus Vita, quos etiam singillatim recenset.

[l] *Socrates hymnos*] Laërt. refert ipsi a nonnullis tanquam auctori tribui Pæana quendam, cujus initium, Δήλι' Ἄπολλον χαῖρε, καὶ Ἄρτεμι, παῖδε κλεεινώ. Hoc est, 'Delie Apollo salve, et Diana, pueri gloriosi.'

[m] *Epicharmus modos*] Cous fuit hic Philosophus, Pythagoræ auditor. Hujus commentariorum de natura rerum, de sententiis, de medicina meminit Laërt. sed de modis, sive modulis, ne verbum quidem habet.

[n] *Xenophon historias*] Nempe, περὶ παιδείας Κύρου libros octo, περὶ ἀναβάσεως Κύρου libros septem, et περὶ Ἑλληνικῶν libros septem, qui omnes etiamnum extant cum aliis ejus tum Philosophicis, tum Rhetoricis operibus.

[o] *Xenocrates satiras*] Eum scripsisse versus refert Laërtius, at satirarum expresse non meminit. Wowerius hic non *Xenocrates*, sed *Xenophanes* legi volebat, intelligebatque Xenophanem poëtam, cujus meminit in Xenophanis Philosophi Vita idem Laërt. et quem ait scripsisse Iambos: qui versus primum satirographorum fuit. Horat. in arte Poëtica: 'Archilochum proprio rabies armavit Iambo.'

cruenta mente, pura manu. Ergo sicut ad pœnam sufficit meditari punienda, sic et ad laudem satis est, conari prædicanda. Quæ autem major laus, aut certior, quam Carthagini benedicere, ubi tota civitas eruditissimi estis, penes quos omnem disciplinam pueri discunt, juvenes ostentant, senes docent? Carthago provinciæ nostræ magistra venerabilis, Carthago Africæ Musa cœlestis,[p] Carthago Camœna togatorum.

NUM. XXI. Habet interdum et necessaria festinatio honestas moras,[5] sæpe uti malis[6] interpellatam voluntatem.[q] Quippe et illis, quibus curriculo confecta via opus est, adeo uti præoptent[7] pendere equo, quam carpento sedere, propter molestias sarcinarum, et pondera vehiculorum, et moras orbium, et salebras orbitarum, adde et lapidum globos, et caudicum toros,[r] et camporum rivos, et collium clivos.

sit sanguinolentus, licet manus sit adhuc pura. Igitur quemadmodum satis est ad supplicium subeundum moliri digna supplicio, ita sufficit ad laudem merendam aggredi laudabilia. Quæ vero major, aut certior laus, quam eleganter loqui Carthagini, in qua vos omnes cives estis doctissimi, apud quos pueri docentur omnes scientias, juvenes eas præ se ferunt, senes eas docent? Carthago est veneranda Magistra nostræ provinciæ, Carthago est cœlestis Camœna Africæ, Carthago est Musa togatorum.

Necessaria properatio habet etiam aliquando honestas retardationes, adeo ut sæpe gaudeas interruptum esse tuum propositum. Nam et iis qui necesse habent celeriter peragere iter, ita ut malint vehi equo quam sedere in curru, ob incommoda impedimentorum, et gravitatem curruum, et retardationes rotarum, et asperitates orbitarum, adjunge et cumulos lapidum, et prominentias stipitum, et rivos, qui in planis

pr. *judicantur.* Correxit jam Becichem. et cum Jure Romano convenit. V. Præs. Bynkersh. Obs. l. III. c. 10. *Oud.*—5 Bas. I. *honestatis mores.* Colvius. Optime Mss. et Edd. Rom. Vic. ac margo Bas. pr. et seqq. *honestas moras.* In Junt. Aldi, *honestatis mores.* Vide ad Met. l. VII. p. 484. b. Flor. N. I. 'religiosam moram.' *Oud.*—6 Forte, *ut in aliis.* Colv. Inepte. *Oud.*—7 *Ut præoptent.* Ms. cod. *utique præoptent.* Colvius. Mss. Pith. Lips. *uti* vel *uti-*

NOTÆ

[p] *Carthago Africæ Musa cœlestis*] Quæ hic Colvius de Cœlesti Africæ Dea ex Pithœo et Lipsio refert, erudita quidem sunt; sed ad hunc locum minime spectare mihi videntur. Illa enim Cœlestis Juno erat, quam Virginem vectura leonis cœlo commeantem Carthago percolebat, ut habet Noster lib. VI. de Asino: at hic 'Cœlestis' est Epitheton Musæ, itaque Uraniam, unam ex novem Musis, intelligere malim. Carthaginem vero Apuleius figurate vocat Africæ Musam cœlestem, eo quod in illa urbe Afri literas docerentur humaniores.

[q] *Voluntatem*] Festinandi.

[r] *Caudicum toros*] Hoc est, arbo-

Hisce igitur[8] moramentis omnibus qui volunt devitari,[s] advectorem[9] [t] sibimet equum deligunt,[1] diutinæ fortitudinis, vivacis pernicitatis :[2] item[3] et ferre validum, et ire rapidum :[4]

Qui campos collesque gradu perlabitur uno,[5]

ut ait Lucilius :[u] tamen cum[6] eo equo per viam concito[7] per-

locis occurrunt, et acclivia collium. Igitur qui volunt occurrere his omnibus retardationibus, eligunt sibi vectorem equum constantis roboris, celeritatis vividæ : insuper et firmum in vehendo, et celerem in gradiendo : Qui prætergreditur planities et clivos eodem gressu, *ut inquit Lucilius. Post cum currunt per viam illo equo*

---

que: et Edd. ante Bas. sec. Bene. Vulgo *ut.* Oud.—8 Idem, *hisce g.* Colvius. —9 Ms. *ac victorem.* Scribo *atque vectorem.* Lucillius : 'Ipse equus non formosus, gradarius, optimus vector.' Semper Noster, 'vector meus,' cum de equo ei sermo. *Colv.* Malim scribi : *ad vecturam.* Wowerius. Lego, *ad vectorem,* ex iis quæ noto ad lib. I. de asino. 'Vector equus' sæpiuscule hic occurrit. *Brant.* Alii, *ad vecturam:* vide Notas Merceri ad Nonium p. 93. *Elmenh. Ad vectorem* pro ut vector sit, vix Latinum. Colvii *atque* pro *statim* esse suspicor. Adi ad Met. l. I. p. 60. b. Sed nil ego muto. 'Advector equus,' qui vehat ad destinatum locum. Vide Mercerum ab Elmenh. cit. *Oud.*—1 Ed. Vicent. *diligunt:* ut quidam scribere malunt. Vide ad Cæs. B. G. VI. 13. *Id.*—2 Pith. *vivace pertinacitatis.* Id.—3 *Idem.* Lego, *item,* vel, ut etiam doctissimus Dousa, *eundem.* Colvius. Lege cum Colvio et Sopingio *item,* qui frequens est error, vel *itidem.* Oud.—4 Ms. lib. *valide et ire rapide.* Colvius. Item Pith. Male Edd. quædam vett. *ire.* Oud.—5 Optime Mss. Florent. et Lips. ut reposuit Colv. Vulgo, *immo* vel *imo.* Est qui mallet *imos.* Id.—6 *Tum cum.* Sic Becichem. Mss. Florent. Lips. Pith. Edd. Rom. Vic. *tamen.* Forsan recte, licet sequatur *tamen.* Sæpe enim, intermissis mediis quibusdam, idem verbum repetit Auctor : ut vidimus ad Met. l. I. p. 11. b. Supra, 'verba, quæ volantia poëtæ vocant, ea verba :' et sæpius. Im-

NOTÆ

rum truncos paulum extra terram prominentes et rotundos.

[s] *Hisce igitur moramentis omnibus, &c. devitari*] Florent. Codex *devitare.* Locus hic mendi suspectus mihi est. Quid enim sit *moramentis devitari* vel *devitare?* Hoc certe verbum postulat non tertium casum, sed quartum. Melius mihi videtur fore si legatur *obviare,* aut etiam, quod minus alienum erit, *deviare:* ita ut subintelligatur præpositio *ab :* et *deviare ab illis moramentis,* sit ab illis deflectere, illa vitare. Hæc mea conjectura est, quam lectoris judicio subjectam volo. Brantius reponebat, *hisce igitur moramentis omnibus qui nolunt divexari:* recte, si Ms. alicujus testimonio juvaretur.

[t] *Advectorem*] Vel tollenda syllaba *ad,* legendumque *vectorem,* vel vocabulum in duo dividendum, ut sit *ad vectorem,* id est, *in vectorem,* vel potius legendum *ad vecturam,* sensu planissimo.

[u] *Qui campos, &c. ut ait Lucilius*] Satir. lib. XXV. cujus fragmenta aliqua nobis supersunt. Colvius autem plures ejusdem Lucilii versus ad equi virtutes spectantes singillatim a Grammaticis veteribus laudatos refert, et continua serie digerit : quos hic retulisse non pigebit : 'Ipse equu' non formosu', gradarius, optimu' vector, Qui colles camposque gradu perlabitur uno : Quem neque Lucanis

volant; si quem interea conspicantur ex principalibus[8] viris nobilem hominem, bene consultum, bene cognitum; quanquam oppido festinent,[9] tamen honoris ejus gratia cohibent cursum, relevant[1] gradum, retardant equum: et illico in pedes desiliunt: fruticem,[2] quem verberando equo gestant, eam virgam in lævam manum transferunt. Itaque expedita dextra[3] adeunt, ac salutant:[4] et, si diutule[5] ille quidpiam percontetur,[6] ambulant diutule, et fabulantur: denique quantumvis moræ in officio libenter insumunt.

incitato, si interim aspiciunt aliquem ex primariis hominibus virum clarum, magnæ auctoritatis, et valde notum; licet multum properent, nihilominus, ad ipsum honorandum, reprimunt cursum, suspendunt gressum, remorantur equum: et confestim desultant in pedes: quantum ad virgam quam ferunt ad pulsandum equum, transmittunt illam virgam in manum sinistram. Et sic libera dextra eunt ad ipsum et salutant, et si ille aliquid sciscitetur diutius, spatiantur diutius, et colloquuntur: postremo ultro impendunt quantumlibet temporis in obsequio.

mo statim, 'fruticem, quem, &c. eam virgam.' *Id.*—7 Ms. lib. *concitato.* Colvius. Atque ita legit Becichem. sed vide ad l. IV. p. 279. b. 'concito gradu.' *Oud.*—8 Mss. Lips. Pith. *Et princ.* Id.—9 *Quanquam o. festinant.* Mss. Lips. Pith. et Edd. O. ante Colv. vel Bas. sec. *festinent.* Recte. Vide supra ad N. I. *Id.*—1 Idem vetus et alii vulgati, *revelant gradum.* Forte, *revetant gradum*, seu, *rebetant.* Revitare, seu revitere: et Rebitare, seu rebitere. Rebitant gradum, id est reflectunt equum, ut sistat: gradum repetunt. Glossæ veteres: Revitere περικάμψαι. Elegans lectio Jos. Scaligeri in Festo: *Revitant, repetant.* Ennius: 'Rives camposque revitant.' Rebitare, pro redire posuit ter una comœdia Plautus, Captivis. Alii hic legunt, *repedant:* quidam, *relentant:* quidam, *resecant.* Colvius. Ms. *revelant.* unde Colv. *revetant gradum*, seu *rebetant.* f. *relentant.* Brantius. Flor. *revelant gr.* Brantius *relentant gr.* Neutrum mihi placet, nec quid substituam, invenio. *Elmenh.* *Relevant gradum* primum comparet ex emendatione Becichemi in Ed. Junt. post. et dein Bas. sec. ac ceteris, exponitque Floridus, 'suspendunt gressum.' Optime. cf. Pyrrh. Retrahit fræno equum, ita ut gradum suum et priores pedes allevet, quo in cursu retardetur. Hinc patet nihil hic esse mutandum, ut putarunt viri docti. In Mss. tamen Florent. Lips. Pith. et Edd. Vett. est *revelant.* Lipsius conjecit *releniunt.* Pro *retardant* Pith. *tardant.* Oud.—2 Edd. Ald. Junt. post. *fructicem.* Id.—3 Ed. Scriv. *dextera.* Id.—4 Omnes vulgati codices, excepto Bas. II. *auscultant.* Unde Stewechius legit, *ausculantur*, id est, *osculantur.* Arnobius salutandi verbum hic probat, loco quem jam modo laudavi. *Colv.* Rom. *ac auscultant.* Elmenhorstius. Male Stewech. In Pith. *ac sultant.* Sed recte Mss. Florent. Lips. Becichem. Edd. Junt. post. Bas. sec. et seqq. *ac salutant.* Oud.—5 Mss. Lips. Pith. *diutile.* Id.—6 Vulg. *percertetur.* Colvius. Recte Mss. Florent. Lips. *percontetur.* In aliis *percerte-*

NOTÆ

oriundi montibu' tauri Ducere protelo validis cervicibu' possint: Hunc milli passum qui vicerit atque duobus, Campanus sonipes sub cursor nullu' sequetur Majore spatio; ac diversu' videbitur ire.'

NUM. XXII. [7] Crates ille,[w] Diogenis sectator, qui ut Lar familiaris apud homines ætatis suæ Athenis cultus est.[8] Nulla domus ei [9] unquam clausa erat:[x] nec erat patris familias tam absconditum secretum, quin eo tempestive Crates interveniret, litium omnium et jurgiorum inter propinquos disceptator atque arbiter. Quod Herculem [1] olim poëtæ memorant [2] monstra illa immania hominum ac ferarum virtute subegisse, orbemque terræ purgasse; similiter adversum [3] Iracundiam et Invidiam, Avaritiam [4] atque Libidinem, ceteraque animi humani monstra et flagitia, philosophus iste Hercules fuit. Eas omneis pestes mentibus exegit, familias purgavit, malitiam perdomuit: seminudus et ipse,[y] et clava insignis:[z] etiam Thebis oriundus, unde

Ille Crates, discipulus Diogenis, qui adoratus est Athenis ab hominibus sui ævi tanquam Lar domesticus, nulla domus ipsi clausa erat unquam; neque ullus paterfamilias habebat arcanum tam abstrusum, quin Crates opportune interveniret ad illud, examinator et judex omnium litium et altercationum inter affines. Quod poëtæ narrant Herculem fortitudine sua quondam domuisse illa enormia monstra hominum et belluarum, et liberasse ipsis orbem terrarum; pariter ille Philosophus extitit alter Hercules adversus Iram et Livorem, Cupiditatem opum et Luxuriam, atque alia monstra et scelera mentis humanæ. Expulit ex animis omnes illas pestes, mundavit familias, subegit improbitatem: ipse quoque seminudus et spectandus clava:

tur; unde Stewech. conjecerat *perscitetur*. Mss. sequendi sunt. *Oud.*—7 Huc retraxi Mss. et Edd. Vett. auctoribus hoc fragmentum, quod alii præposuerant fragmento decimo quarto: quia et illud de Cratete agit. Male. Nam ista *sicuti navem, &c.* patet esse ejusdem argumenti, et hisce connectenda, quod et vidit Floridus, qui tamen male ea inter hoc et XIV. fragm. voluit interponere. *Id.* Sic tamen desideratur apodosis post protasin *post ubi intellexit, &c.* J. Bosscha.—8 Post *cultus est* ponendum τελεῖον στίγμα. *Oud.*—9 Τὸ *ei* non est in vet. cod. Diogenes Laërtius de hoc ipso philosopho: Ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Θυρεπανοίκτης, διὰ τὸ εἰς πᾶσαν εἰσιέναι οἰκίαν, καὶ νουθετεῖν. *Colv.* *Ei* abest quoque Pith. in quo pro *unquam* est *nunquam:* mox in eodem *patrisfam.* deest. *Oud.*—1 Pro *quod* Pith. *quidem*. Ald. *Herculum*. Id.—2 V. C. *poëtam memorari*. Id.—3 Pith. *adversus*. Id.—4 Edd. ante Vulcan. *atque avaritiam*.

NOTÆ

[w] *Crates ille*] De hoc jam aliquid diximus ad Apologiam, ubi de carmine ludicro in Manticæ laudem ab eo conscripto.

[x] *Nulla domus ei unquam clausa erat*] Idem refert in ejus vita Laërt. lib. VI. ἐκαλεῖτο δὲ, inquit, καὶ θυρεπανοίκτης, διὰ τὸ εἰς πᾶσαν εἰσιέναι οἰκίαν, καὶ νουθετεῖν· 'vocabatur autem' (Crates nempe) 'θυρεπανοίκτης (portarum apertor) quod in omnem ingrederetur domum, et corriperet.'

[y] *Seminudus et ipse, &c.*] Quemadmodum fuit Hercules.

[z] *Et clava insignis*] Baculo nimirum, qui una cum mantica supellex erat Cynicorum.

Herculem fuisse memoria extat.[5] [a] Igitur priusquam plane Crates [b] factus, inter proceres Thebanos numeratus est: lectum genus, frequens famulitium, domus amplo ornata [6] vestibulo: ipse bene vestitus, bene prædiatus.[c] Post ubi intellexit [7] nullum sibi in re familiari [8] præsidium legatum, quo fretus ætatem agat, omnia fluxa infirmaque [9] esse: quicquid sub cœlo divitiarum est, eas omneis ad bene vivendum nequicquam esse.[1] Sicuti [2] navem bonam, fabre factam,[3] bene intrinsecus compactam, extrinsecus [4] eleganter depictam, mobili clavo,[5] firmis rudentibus, procero malo, insigni carchesio,[c] splendentibus [6] velis, postremo omnibus

et natus quoque Thebis, unde proditum est Herculem fuisse. Is ergo antequam factus esset prorsus Crates, recensitus est inter optimates Thebanos: stirps ejus ex primariis, familia numerosa erat, ædes decoratæ magno vestibulo: ipse erat egregie indutus, optimis fundis instructus. Postquam vero cognovit nullum sibi relictum esse subsidium in suis opibus, quo nixus vitam degeret: cuncta esse caduca et debilia: quantumcumque opum est sub cœlo, eas universas nihil conferre ad beatam vitam. Quemadmodum videmus bonam navem, solerter fabricatam, bene coagmentatam interius, pulchre picturatam exterius, habentem gubernaculum agile, funes validos, altum malum, carchesium conspicuum, carbasa nitentia, denique cuncta armamenta

Pro *animi* Pith. *omni*. Id.—5 Pith. *memor*. Edd. Ald. Junt. post. *extet*. Id.—6 Pith. Edd. Vic. Ald. Junt. post. *ornato*. Id.—7 Ed. Junt. post. *intelligit*. Id.—8 Vulgati libri omnes, *vitæ famulare*. Colvius. Bene correxere Becichem. Ep. 100. et Colv. Vulg. *vite* vel *vitæ famulare* contra Mss. et sanum sensum. 'Familiaris' et 'famularis' alibi quoque confusa. V. ad Val. Max. v. 6. 1. vi. 7. 3. *Oud.*—9 Edd. ante Colv. et Stewech. *infimaque*. Male. *Id.*—1 *Non quicquam esse*. Legerim, *non cicci esse*, vel, *ciccum*, aut, *cicum*. Brantius. Colv. cum seqq. *non quicquam esse* sive nihil et nullius pretii esse. A Codd. Florent. Lips. Pith. et Edd. primis, item Junt. pr. Ald. Bas. pr. exulat τὸ *non*. Sed recte Becichem. Stewech. et Ed. Junt. post. legunt *nequicquam esse*. Oud.—2 Cod. Lips. *securi*. Id.—3 Sic hæc distinguenda sunt cum Edd. nonnullis. Vulgo *bonam fabre f*. Id.—4 Vulgo cum copula, *et extrinsecus*. Colvius.—5 Ms. *cabero*. Latet quippiam. *Sciopp. in Symb.* Fulv. Pith. *m. cabero*. Oud.—6 Pith. *splentibus*. Id.—7 Lege,

NOTÆ

[a] *Unde Herculem fuisse memoria extat*] Filius quippe fuit Hercules Jovis et Alcmenæ uxoris Amphitruonis, regis Thebanorum. Vide Plaut. in Amphitruone.

[b] *Plane Crates*] Hoc est, Cynicus, sectator Diogenis, et spretor opum.

[c] *Bene prædiatus*] Salmas. ad Vopiscum legit hic *bene præditus*: sed nihil mutandum: *bene prædiatus* est multis et bonis prædiis sive urbanis sive rusticis locupletatus.

[c] *Insigni carchesio*] Carchesium summitas mali cui rudentes alligati, vulgo

armamentis idoneis ad usum, et honestis ad contemplationem: eam navem si aut gubernator [7] non agat, aut tempestas agat, ut [8] facile cum illis egregiis instrumentis aut profunda hauserint, aut scopuli comminuerint! Sed et medici cum intraverint [9] ad ægrum, uti visant, nemo [1] eorum, quod tabulina [2] [f] perpulchra in ædibus cernant, et lacunaria auro oblita, et gregatim pueros [g] ac juvenes eximia forma in cubiculo circa lectum stantes, ægrum jubet uti sit animo bono: sed ubi juxtim consedit, manum hominis prehendit, eam pertractat,[3] venarum pulsum et momenta captat: si quid illic [4] turbatum atque inconditum offendit, illi renuntiat, male morbo haberi. Dives ille cibo interdicitur, ea die in sua sibi copiosa domo [5] panem non accipit: [6] cum

apta usui, et pulchra aspectu. Si vero vel nauta non regat illam navim, vel tempestas eam jactet, quam facile vel gurgites eam absorpserint cum illis præclaris armamentis, vel rupes fregerint! Quin et medici cum ingressi fuerint ad ægrotum ejus visitandi causa, nullus ex ipsis præcipit ægro ut bene speret, eo quod videant pulcherrima tablina in domo, et laquearia deaurata, et servos atque adolescentes egregia facie positos agminatim circa lectum in cubiculo: verum postquam sedit prope ipsum, capit manum ejus, tractat illam, explorat pulsum arteriarum, et ejus tempora: si reperit ibi aliquid perturbatum et inordinatum, monet eum, ipsum gravi laborare morbo. Cibus prohibetur huic locupleti, illo die non sumit panem, dum

cam autem navem si gubernator non agat. Stewechius. Edd. Elm. Scriv. Flor. tacite *eam autem navem* e conjectura Stewechii contra Mss. et Edd. Vett. Adi ad N. 7. init. *Aut*, quod idem Stewech. delebat, πολυσυνδέτως bene sequitur. Ms. Lips. *navim.* Oud.—8 Legit Lipsius *ne.* Id.—9 Ald. *intractaverint.* τὰ *sed et med. cum intr.* desunt in Pith. *Id.*—1 Junt. post. *et nemo.* Id.—2 V. C. *p. tab.* Id.—3 Junt. post. *pertrectat.* Id.—4 Ed. Scriv. *ille.* Id.—5 Ms. Lips. *in domo sua cop.* Id.—6 Ms. *non accepit panem.* Colvius.—

NOTÆ

la hunc: a cujus figura Carchesia etiam dicta sunt quædam pocula.

[f] *Tabulina*] Seu *Tablina*, Conclavia sunt, in quibus tabulæ seu instrumenta contractuum, nomina debitorum, atque aliæ ejusmodi chartæ asservantur. 'Pinacothecæ' vero, in quibus tabulæ pictæ et alia ornamenta. Tablinorum proportiones vide apud Vitruvium, l. VI. c. 3.

[g] *Et gregatim pueros, &c.*] Maximum opulentiæ argumentum greges servorum habere. Horat. l. Epod. Ode 2. 'Positosque vernas, ditis examen domus, Circa renidentes lares.'

interea totum ejus servitium hilares sunt[7] atque epulantur. Nec in ea re quicquam efficit conditione.[8]

NUM. XXIII. Qui me voluistis[9] dicere ex tempore,[h] accipite rudimentum, post experimentum.[i] Quippe, prout mea opinio[1] est, bono periculo periculum faciam, postquam re probata meditata sum dicturus incogitata.[2 k] Neque[3] enim

interim omnes ejus famuli sunt læti, et convivantur. Nec ejus conditio quicquam eum juvat in hoc.

Vos qui voluistis ut loquerer e vestigio, accipite nunc tirocinium, postea specimen. Etenim, quantum arbitror, secure experiar, si dico improvisa, postquam dixi præcogitata quæ revera approbata sunt. Nam haud timeo, ne ego, qui gratus fui

7 Forte erat scribendum, *totum ejus servitium hilarescunt.* Colvius. Male. In collectivis non solum numerus, sed genus mutari solet; sicut innumeris patet exemplis. Vide modo, quæ notavi supra ad N. 6. 'Est genus, qui novere.' *Oud.*—8 Gruterus margini alleverat *efficit conditioni.* Florid. edidit *conditio.* Sed deësse quædam videntur. *Id.*—9 Principium hujus libri [De Deo Socr. *J. Bosscha.*] admodum incongrue hic positum cum Lipsio Elect. l. II. cap. 21. Pithœo Advers. lib. II. c. 10. et Wowerio retulimus ad finem Floridorum. *Elmenh.* Hoc et sequens fragm. olim junctum fuit libro de Deo Socratis: cui etiam annectunt Mss. cuncti: ita tamen ut in Ms. per Lindenbrogium collato ante illud *Jam dudum scio* scribatur APULEI MADAURENSIS DE DEO SOCRATIS *liber* I. *incipit* PROLOCUTIO, et ad vocem *Plato* NARRATIONIS EXORDIUM. In Cod. quoque Harlemensi et Cujac. secundo exaratur *Explicit Prologus de Deo Socratis, Tractatus incipit.* Nihil minus est, quam Pologus; sed hinc clare patet hæc duo addenda esse Fragmentis seu Floridis, quæ nihil cum argumento Orationis de Deo Socratis habent commune. Ei vero annexa sine dubio sunt: quod in vetustissimis exemplaribus liber iste excepit Florida, iisque continuo fuit annexus: quare et nos quoque post Florida sequi jussimus eum librum: uti est quoque in Edd. quibusdam Vett. In aliis post libros de Philosophia vel aliter. In Ed. Junt. priore hæc cum tota oratione de Deo Socratis non comparent. Bene autem duo hæc fragmenta ad Florida retulerunt jam Lips. Pithœus, Wower. Mercerus et seqq. Adjuti autem hic sumus accuratiore Vulcanii in Philosophicis, quam reliquis libris, cura, et Mss. multis. *Oud.* quorum indicem vero Libri initio Lector inveniet præfixum. *J. Bosscha.*—1 Abest *mea* a Cod. Bened. coll. Cantabrig. *Oud.*—2 Vulgo *dict. incognita.* Vid. Not. Var.—3 Edd. ante Elmenh.

NOTÆ

[h] *Qui me voluistis dicere ex tempore*] Fragmentum hoc in multis editionibus, et in Ms. Thuan. a me sæpius laudato, legitur initio libri de Deo Socratis, perperam. Nihil enim cum eo habet commune, et diversi prorsus est argumenti. Itaque illud ad finem Floridorum merito rejecerunt Elmenhorstius et Wowerius.

[i] *Accipite rudimentum, post experimentum*] Similiter l. I. Florid. 'Sed in omnibus ferme ante est spei rudimentum, quam rei experimentum.'

[k] *Postquam re probata meditata sum dicturus incogitata*] Intricatus locus, et, ut puto, corruptus: sensum tamen qualemcumque erues, si loco *postquam*, reponas *cum post*, et vocem *me-*

metuo, ne in frivolis [4] displiceam, qui in gravioribus placui. Sed ut me [5] omnifariam noveritis, etiam in isto,[6] ut ait Lucilius, schedio [l] incondito [7] experimini,[8] an idem sim repentinus, qui et præparatus ;[9] si qui tamen [1] vestrum nondum subitaria ista nostra cognostis :[2] quæ scilicet audietis, pari labore, quo scribimus, venia propensiore,[3] [m] quam [4] legimus. Sic enim ferme assolet apud prudentes viros esse in operibus elaboratis judicatio restrictior,[5] in rebus [6] subitariis

in majoribus, offendam in levioribus. At ut me cognoscatis ex omni parte, periculum facite etiam in hoc compendio et inordinato specimine, num sim talis ex improviso, qualis sum meditatus: si tamen aliqui ex vobis nondum novistis nostra hæc repentina, quæ nimirum auscultabitis eodem labore, quo auscultatis illa quæ scribimus, at faciliori indulgentia, quam ea quæ recitamus e scripto. Nam ita vulgo solet judicium esse accuratius penes viros sapientes in operibus expolitis ; at major

nec contra Mss. *Oud.*—4 Voss. *fribolis.* Id.—5 *Sed me.* Sic Romana editio: reliquæ omnes, *Sed ut me.* Colvius. Mss. cum P. Pithœo l. II. Subsec. c. 10. Vulc. &c. *sed ut me.* Bene. Alius Cod. *sed et me.* Edd. ante Vulc. *sed ne.* Oud.—6 Brem. Fulvii liber, et Flor. *etiam in isto.* Elmenhorstius. Accedunt duo Cantabr. Harlem. Voss. In Ms. Fulv. *etiam isto.* Recte. Edd. ante Elmenh. *et in isto.* Oud.—7 *Schedio et incondito.* Ms. *schedio incondito.* Ita scripsit Apuleius. *Wower.* Romanus et Aldus *Schedico*: male. *Elmenh.* Ms. Cantab. *schedito.* Edd. ante Vulc. *schedico.* Rectum est *schedio.* Adi Colv. Festum, et Pithœum l. II. Advers. c. 10. Sed insuper malim cum Wowerio delere τὸ *et* e Cod. Fulviano. *Oud.*—8 Brem. *experiamini.* Elmenhorstius.—9 Τὸ *et* dele ex Florentinis. *Elmenh.* Immo bene Vulc. Scal. Wow. Edd. addito *et*, quod agnoscunt Mss. Vulc. Brem. aliique. Elmenhorstio accedunt duo Cantabr. Harlem. Voss. et Edd. vett. Sed loco suo exciderat. Male Edd. vett. *præperatur.* Oud.—1 *Tamen tum.* Malim, *tamendum.* Colvius. Mss. et Edd. Vett. carent recte τῷ *tum.* Edd. Ald. Junt. post. *si qui tum.* In Harl. *si qui tamen tamen subitaria nostra ista nondum.* Oud.—2 *Cognoscitis.* Flor. *cognostis.* Elmenhorstius. Edd. Elmenh. Scriv. Flor. *cognostis.* Reliqui Mss. et Edd. *cognoscitis.* Oud.—3 Ms. Bened. *expressiore.* Paulo ante pro *quo* Voss. *quos.* Id.—4 Scil. *ea quæ.* Male Harl. et Edd. ante Vulc. *qua.* Id.—5 Aldus: *resecatior.* Rom. et Bas. I. *resecratior.* Inepte. *Elmenh.* Edd. Vulc. Scal. Heins. *esse quod.* Sine dubio male. Judicatio et venia enim non

NOTÆ

ditata passive intelligas, ut jam alibi observavimus intelligendam: ut sit *cum post reprobata meditata*, hoc est, nunc enim postquam quæ meditatus fueram revera probata a vobis sunt, *sum dicturus incogitata.* Interpretationem hanc firmat quod sequitur. 'Neque enim metuo ne in frivolis' (ea sunt quæ incogitata dixit) 'displiceam, qui in gravioribus' (ea sunt meditata) 'placui.'

[l] *Etiam in isto, ut ait Lucilius, schedio*] Petronius arbiter: 'Sed, ne me putes improbasse schedium Lucilianæ humilitatis; quod sentio et ipse carmine effingam.' *Scheda* sive *schedium* scriptum est inemendatum et rude.

[m] *Pari labore, quo scribimus, venia propensiore, &c.*] Obscurior oratio, ad quam intelligendam supplenda sunt

venia prolixior. Scripta enim pensiculatis et examinatis:[7] repentina[8] autem noscitis simul et ignoscitis; nec injuria. Illa enim, quæ scripta legimus, etiam tacentibus vobis[9] talia erunt, qualia[1] illata sunt: hæc vero, quæ impræsentiarum, et quasi[2] vobiscum partienda[3] sunt, talia[4] erunt, qualia vos illa favendo[5] feceritis. 2. Quanto enim exinde orationi modificabor, tanto a vobis in majus tolletur.[6] Vos enim adverto[7] libenter audire. Proinde[8] in vestra manu

indulgentia in rebus repentinis. Nam perpenditis et examinatis quæ scripta sunt, at una auditis subitaria, et condonatis quod in iis peccatum est: atque id merito. Nam ea quæ legimus scripta, talia erunt etiam vobis silentibus, qualia prolata sunt. At hæc quæ sunt digerenda nunc, et veluti vobiscum, talia erunt, qualia vos effeceritis ea vestra benevolentia. Nam quo magis moderabor dehinc meo sermoni, eo ille efferetur altius a vobis. Video vos auscultare libenter. Ideo positum est in vestra

sunt idem, sed fere contraria. Abest autem τὸ *elaboratis* prave ab Edd. ante Vulcan. *Restrictior* autem hic notat attentior, accuratior: ut apud Nonium in Afranio: 'restrictim cogitatum.' Statim metaphorice: 'Vela restricta et caperata.' Plerumque notat 'parcior.' Vide Græv. ad Justin. lib. XII. cap. 3. Cort. ad Plin. lib. v. Ep. 8. § 13. Edd. Rom. Vic. Bas. *resecratior*. Ald. Junt. Colv. *resecatior*. Oud.—6 Abest Ms. Bened. τὸ *in*. Idem.—7 Bas. I. *pensiculatius exami*. Colvius. Bas. I. *pensiculatius examinatis*. Bremens. *pensiculatis, præconsideratis, examinatis*. Non placet. *Elmenh*. Ed. Vic. *pensiculatus*. Hinc Bas. pr. *pensiculatius*. Cod. Bened. *exminatis*. cf. supra ad N. 9. *Oud*.—8 Edd. Vett. *repentinam*. Id.—9 Ms. Bened. Edd. Ald. Junt. Bas. *et*. Bene autem Scal. Elmenh. et seqq. dedere *vobis*, cum Mss. præter Vulcan. Harlem. et Edd. ceteras, *nobis*. Sensus est: Licet vos de scriptis taceatis; iis tamen manebit suum pretium, prout bona vel mala erunt. *Id*.—1 Flor. *quali*. Elmenhorstius.—2 *Quæ inpr. et quasi*. In ipso hujus opusculi limine offendit me illa Lucii opinio de rebus quæ domi leguntur et quæ audiuntur in gymnasio: hæc, quod subitaria sint, veniam facilius mereri contendit, his verbis: *Illa enim, quæ scripta legimus, et tacentibus nobis talia erunt, qualia illata sunt. Hæc vero in præsentiarum, et quasi nobiscum patienda sunt, talia erunt, qualia vos illa favendo feceritis*. Ex quibus verbis sententiam idoneam confieri posse non Apollini, non veritati crediderim: fortean poterit si scripserimus: *Hæc vero, quæ in præsentiarum quasi vobiscum partienda sunt, talia erunt, qualia vos illa favendo feceritis*. Stewechius. Forte non male legam, *et quæ quasi vobis impartienda sunt*. Colvius. Bremens. et excerpta Batavica: *Quasi vobis compartienda*. Rom. et Ald. *Quasi vobis partienda*. Elmenh. Exulat τὸ *quæ* ab Edd. Vulcanio prioribus. Wower. autem delevit recte τὸ *et*; ut monuerat Stewech. Colvius legebat *inpr. et quæ q*. Sed Mss. *quæ* præponunt τῷ *inpr*. Oud.—3 Sic recte idem Stewech. Vulc. et seqq. cum Ms. Voss. Colvius legendum conjecerat *vobis impart*. Vulgo olim inepte edebatur *nobiscum patienda*. Mss. Brem. Leid. Harlem. Cantabr. duo *vobis compartienda*. Nusquam reperi τὸ 'compartior:' alioqniu præferrem. *Id*.—4 Ed. Junt. *alia*. Id.—5 Florentin. et Leidens. *faciendo*. male. *Elmenh*. Accedunt Voss. et Harlem. *Oud*.—6 *Tanto, &c. tolletur*. Non sunt hæc in Mss. Flor. et Brem. *Elmenh*. Nec in Voss. et Harlem. *Oud*.—7 Ms. Harlem. Edd. Elm. Scriv. Flor. *Vos animadverto*. Alii cum

NOTÆ

quæ in Interpretatione supplevimus: quod patet ex sequentibus.

situm est,[9] vela nostra sinuare, et immittere,[1] [n] ne pendula et flaccida,[2] neve restricta[3] et caperata sint. At ego, quod Aristippus dixit, experiar: Aristippus ille Cyrenaicæ[4] sectæ repertor,[o] quodque malebat ipse, Socratis[5] discipu-

potestate attollere nostra carbasa, et mittere ventum in ea: ne sint pendentia, neu laxa, neve contracta et corrugata. Ego vero periculum faciam ejus quod Aristippus dixit. Ille Aristippus fuit inventor sectæ Cyrenaicæ, et, quod ipse præopta-

Edd. Vulc. Scal. Wow. *Vos enim animadverto.* Sed Cantabr. uterque et Edd. vett. *vos enim adverto.* Recte. 'Adverto' enim idem est quod, sentio, animadverto. Vide ad Cæsar. B. G. IV. 26. et VII. 46. ad Hirt. B. Alex. cap. 30. Cic. de Inv. II. 51. *Id.*—8 Edd. Vic. Bas. *perinde.* Id.—9 Edd. vett. *manu vestra.* et Voss. Cantabr. Mss. *situm esse.* Id.—1 Edd. vett. *et jam immittere.* Edd. Vulc. Scal. Heins. Wow. *et mittere.* Cantabr. duo cum Vossiano *et jam mittere:* unde bene emendavi, ni fallor, *et immittere:* quod verbum passim adhibent, sicut in aurigatione, ita et in velificatione: cum, pedali fune emisso, laxantur vela, ne nimis astricta et caperata sint, sed laxe fluant. Iis ergo hoc bene rursus opposuit: sicut etiam contraria sunt τῷ immittere, astringere, adducere, contrahere. Est ergo plenis velis navi liberum cursum dare, et permittere, quo ventus agat. Pessime ergo Stewech. Manganus et Elmenh. voluere, immo edidit jam Floridus, *auram immittere:* quod hic nihili est. Si aliud quid reponendum, malim e Mss. Harlem. ac Leid. *et pendere mittere,* ac Florent. Edd. Elm. Scriv. *etiam remittere,* reponere *et jam remittere.* Verum 'remittere vela' potius videtur notare, sinere ut flaccida pendeant, ut in illis 'remittere fræna,' 'arcum,' &c. quod a mente Auctoris est alienissimum. Quare *et immittere* præstat, nisi e vestigiis Mstorum velles rescribere *et habenam immittere:* metaphora de equorum frænis sumta: ut solet sæpissime. Adi me ad Lucan. l. IX. 332. 'flatum effudere prementem:' ut legendum docui. et Cl. Duker. ad Flor. l. II. c. 2. 'classis remis quasi habenis agebatur.' *Oud.*—2 *Pend. neve fl.* Sic perperam exhibent Scal. Elm. Scriv. Flor. Non enim hæc distinguenda sunt. Agitur de una re, et recte Mss. et Edd. reliquæ dant *et f.* Id.—3 Edd. Vic. Ald. Junt. Bas. *ne.* Mss. Voss. et Harlem. *caperrata.* Id.—4 Rom. *Cyrenaciæ:* male. Vide Laërtium in vita Aristippi, et Hieronymum in Ecclesiast. c. VIII. *Elmenh.* Ms. Bened. *Cyrenaceæ.* Oud.—5 Harlem. Voss. *Socrati:* ut Neocli, Ulixi, &c. vid. ad

NOTÆ

[n] *Vela nostra sinuare et [summare et auram] immittere]* Sic recte emendavit Stewechius: prius erat, *sinuare et etiam remittere,* sensu prorsus contrario iis quæ sequuntur, 'ne pendula neve flaccida,' &c. Vela summare, est vela extollere et expandere, opponiturque τῷ 'legere,' seu 'deducere,' quod inferioribus sæculis 'calare' dictum est: posset tamen retineri *sinuare,* et exponi, in sinum curvare. Ms. Thuan. habet *et amittere.*

[o] *Cyrenaicæ sectæ repertor]* Quæ sic dicta fuit, quia Aristippus erat Cyrenæus. Hæc postea ex simplici triplex effecta est, cum alii se ad Hegesia *Hegesiacos,* alii ab Anniceride *Annicerios,* alii demum a Theodoro *Theodoreos* appellarent. Aristippus ille, ut refert Diog. Laërt. in ejus Vita, primus Socraticorum mercedem exegit, et quæstu philosophatus est. De Cyrenaicis Cicero Tusculan. Quæst. l. III. 'Atque ab Aristippo Cyrenaici Philosophi nominati omne bonum in voluptate posuerunt, virtu-

lus. Eum quidam tyrannus rogavit, Quid illi [6] philosophiæ studium [p] tam impensum tamque diutinum profuisset. Aristippus respondit: Ut cum omnibus, inquit, hominibus secure et intrepide fabularer.[7] Verbo subito sumta est sententia, quia de repentino oborta est: quasi velut [8] [q] in maceria [9] [r] lapides temerario interjectu poni necesse est: [1] neque interjecto intrinsecus pondere,' [s] neque collineato pro fronte situ,[2] neque conniventibus [3] [t] ad regulam lineis. Quip-

bat, discipulus Socratis. Quidam tyrannus quæsivit ab eo, Cui usui amor Philosophiæ adeo vehemens et adeo diuturnus ei fuisset. Aristippus retulit; ut loquerer secure et audacter cum omnibus hominibus. Hoc dictum sumtum est derepente, quoniam exortum est subito: quemadmodum necesse est lapides in maceria collocari fortuito fartu: neque interposito interius rudere, neque directa positura eorum in fronte, neque lineis revocantibus eos ad normam. Etenim ego ipse ædificator hujus

Met. l. I. p. 46. a. *Id.*—6 Voss. Cod. *quod.* Bened. *ille.* Id.—7 Pro *fabularetur* Wow. Ed. *fabularet.* Mox Edd. vett. *est sententia.* Pro *oborta* Harlem. *aborta.* Id.—8 *Quam velut.* Edit. vet. *quasi velut.* Colv. Reposuit Colv. *quam* contra Mss. et Edd. Vett. in quibus est *quasi velut.* Wower. pejus delevit τὸ *quasi.* Vide ad Met. l. I. p. 58. a. *Oud.*—9 Excerpt. Batav. *materia.* Elmenhorstius. Harlem. Leid. *materia.* Vide Salmas. Exerc. Plin. p. 269. *Oud.*—1 Harlem. *est nec.* Mox pro *interjecto* Harlem. Leid. *intersecto.* Id.—2 Ita Pithœus ex libro Cujaciano. Vulgo passim est, *inclinato profunde situ.* Colvius. Alter Ms. *coliniato proponte.* Alter *conlineato pro fronte.* Legendum potius, *collineato*, quam *collimato:* sicut et in Cujaciano fuit. *Sciopp. in Symb.* Cod. Fulvii: *neque conlineato:* recte ita deinde: *conniventibus.* non: *cohibentibus.* Wowerius. Rescrib. ex Mss. omnibus *collineato.* In Rom. et Ald. est *inclinato profunde situ.* Elmenhorstius. Recte P. Pithœus e Ms. Cujacii correxit; atque ita Mss. nostri *collineato*, vel *coliniato*, vel *conlineato*, nisi quod Vulcan. et Bened. cum Ed. Vulc. dant *collimato:* forsan recte, si quidem id magis, quam collineare de oculis dicatur: quod incertum. Vide ad Met. l. IX. p. 675. a. 'collineatis oculis:' sive directis. Ed. Scal. *collinito.* In Voss. et Cantabr. *fonte* et *fronte*, in Fulv. *ponte.* Oud.—3 *Cohibentibus.* Flor. *conibentibus.* Excerpt. Batav. *coniventibus.* Scaliger: *conniventibus.* recte. *Elmenh.* Vid. N. Var.—

NOTÆ

temque censuerunt ob eam rem esse laudandam, quod efficiens esset voluptatis.'

[p] *Eum quidam tyrannus rogavit, Quid illi philosophiæ studium, &c.*] Tyrannus ille proculdubio Dionysius fuit, cui valde familiaris erat Aristippus. Multarum Dionysii interrogationum responsionumque Aristippi meminit Laërtius; hujus tamen mentionem nullam facit.

[q] *Quasi velut*] Abundat alterutrum.

[r] *In maceria*] Maceria paries est ex lapidibus absque calce et arenato. Cato tamen De Re Rustica cap. 15. Maceriam aliter usurpat: 'Maceria,' inquit, 'si ex calce et cæmentis, vel silice ædificetur,' &c.

[s] *Pondere*] Farcimine minutiorum lapidum et arenati.

[t] *Neque conniventibus* [*cohibentibus, &c.*] Sic etiam habet Ms. Thuan. Scriveriana editio *conniventibus.* Quod vertendum esset, collimantibus.

pe qui structor orationis hujus egomet,[4] non e meo monte [5] [u] lapidem directim cæsum [6] afferam, probe omnifariam complanatum,[7] læviter ex optimis oris [w] ad unguem coæquatum; sed cuique operi accommodem,[8] vel inæqualitate aspera,

orationis, non adveham ex meo monte saxum sectum directe, bene æquatum ex omni parte, accurate lævigatum usque ab extremitatibus. Verum aptabo unicuique operi,

4 Rom. Ald. et Bas. *structum o.* Elmenhorstius. Sic Mss. et Edd. Floridus tacite ejecit *qui*. Bene, si Mss. addicerent. *Structor* autem primus reposuit Vulc. nec damno. Sic enim exhibent Mss. plerique. *Structior* Harlem. *Stinctum* Bened. *Structum* Cantabr. Voss. et Edd. priores. Forte *quippe qui in structum* seu *structuram orationis hujus, &c.* Frequenter jungunt 'quippe qui:' et Noster sæpe. Nihilominus verissimam puto lectionem *quippe quum* seu *cum*, quod cum subjunctivo construi solet. Vide ad Met. l. VII. p. 461. a. *Oud.*—5 *Non de meo monte.* Edd. Vic. Bas. Colv. *non e monte modo.* Ald. Junt. *nonne monte modo.* Ms. Bened. *nomine meo in fonte.* Recte Vulc. astipulantibus ceteris Mss. correxit. Aliunde petitam suæ orationis materiam ait, non e solo ingenio, vel propria penu. *Id.*—6 Bremens. *derectum cæsum.* Elmenhorstius. Ms. Bened. *erectum cæsis.* Brem. Harlem. *derectum.* Voss. *directum.* Edd. Vett. *e directo.* Colv. *directo.* V. ad Liv. I. 11. Sed bene Vulc. cum Mss. reliquis *directim:* ut sæpe Noster in Philosophicis. Vide Indic. *Oud.*—7 Ms. Bened. *planatum.* Id. *Leviter ex optimis horis ad ung. coæquatum.* Ita Mss. Vulgati: *complanatum leniter ad extrema soras.* Visa est via ad veritatem: recte enim hoc modo rescripseris: *complanatum, leviter ex omnibus oris ad unguem.* vel: *extremis oris ad unguem coæquatum.* Wowerius. Ms. *ad existimas horas.* Ill. Pinellus, *ad extimas horas.* Er. Puteanus. *Ex optimis oris.* Sic Flor. et Exc. Batav. Scaliger *ex omnibus oris.* Vulgo *ex optimis horis.* Elmenhorstius. Primo τὸ *læviter* recte reposuit Mss. omnibus assentientibus, vel *leviter* de more, Vulc. et seqq. Male tamen ille junxit cum præcedente 'complanatum,' quod habet satis sua adverbia 'probe omnifariam.' In Edd. Vett. *compl. leniter.* Deinceps cum Elmenh. et Scriv. legendum *ex optimis oris* cum Mss. Florent. Thuan. Leid. Putean. Harlem. In Edd. Vulc. et Scal. est *ex optimis horis*, ut est in Fulv. Brem. &c. more solito *horis* pro *oris*. Wower. temere e conject. edidit *ex omnibus oris.* Idem rectius conjecerat *extremis oris.* Floridus exhibuit *ex extimis oris*, quod surripuisse eum opinor Salmasio, qui ad Solin. p. 207. legit *læviter extimis oris* vel potius *extimas oras*, ut habent quidam libri, quos vidit. Id unice verum puto, per notissimam et Apuleio frequentatam synecdochen, quo faciunt etiam Edd. Vett. *ad extremas oras*, et Voss. *ex optimas oras*, ac Cantabr. uterque *ex optimas hora.* Quid velit Ed. Scalig. exhibens *leviter seni ex Opt. oris*, non capio. *Oud.* Legendum *extimas oras.* J. Bosscha.—8 Flor. *accommodem.* Brem. *accommodum.* Bene. *Elmenh.* Edd. Rom. Vic. Bas. *quem.* Ald. Junt. Colv. *quæ.* Wow. *qui*, prave et contra Mss. O. Dein Scalig. Elmenh. Florid. edidere *accommodabo.* Scriver. autem e Ms. Brem. probante quoque Elmenhorstio *accommodum.* Non intellexisse locum videntur Viri Docti. 'Accommodem' est subjunctivus. Quippe cum structor operis non afferam lapidem bene ad id præparatum, sed accommodem operi talia, qualiacumque

NOTÆ

[u] *Non e meo monte, &c.*] Pergit in metaphora sua, ab arte ædificatoria desumta.

[w] *Ex optimis* [*extimis*] *oris*] Sic malui: vulgo est *ex optimis oris*, aut etiam *horis*. Excerpta Batav. *ex omnibus oris.*

vel lævitate[9] lubrica,[x] vel angulis eminula, vel rotunditate volubilia,[1] sine regulæ correctione,[2] et mensuræ parilitate, et perpendiculi solertia. 3. Nulla enim res potest esse eadem festinata simul[3] et examinata: nec esse[4][y] quicquam omnium, quod habeat[5] et laudem diligentiæ simul, et gratiam celeritatis. Præbui me quorundam voluntati, qui oppido[z] voluerunt,[6] quæ a me desiderabantur, ut dicerem ex tempore. Et est, hercule, formido, ne id mihi evenerit,[7] quod corvo suo evenisse Æsopus fabulatur. Id erit, ne,

aut scabra sua inæqualitate, aut lubrica sua expolitione, aut prominentia suis angulis, aut volubilia sua rotunditate, absque emendatione regulæ, et æqualitate mensuræ, et arte perpendiculi. Nam nihil potest esse simul acceleratum et pensiculatum: nec quicquam omnium est, quod simul habeat et honorem sedulitatis et venustatem festinationis. Morem gessi voluntati quorundam, qui vehementer cupiverunt, ut illico dicerem, quæ petebantur a me. Et certe timeo ne hoc mihi contigerit quod Æsopus fingit contigisse suo Corvo. Hoc est, ne, dum aucupor hanc novam gloriam,

sunt. Vel lege *quæque* pro quæcumque. *Oud.*—9 Flor. *lenitate.* male. *Elmenh.* *Lævitate* bene edidere Colv. Vulc. Scal. Wow. jubentibus Mss. O. si excipias Florentinum. Viderunt id quoque Elmenh. et Florid. licet *lenitate* cum ceteris Edd. retineant. Opponuntur τοῖς 'inæqualitate aspera.' *Oud.*—1 *Rotundo volubilia.* Florent. *rotunditate volubilia.* Brem. *coæqualitate v.* Roman. *Rotundo volubilia.* Elmenhorstius. *Rotunditate volubilia* extat in Mss. Florent. ut expressere Elmenh. Scriv. Florid. In Cantabr. duobus *rotunda.* Ceteri habent cum Edd. prioribus *rotundo:* quod pro rotunditate occurrit apud Hygin. Astron. l. I. c. 1. ubi V. Munk. et l. II. c. 27. 'stellæ in rotundo deformatæ.' Forsan hic legendum *rotunde vol.* Oud.—2 Voss. Cantabr. *correptione.* Id.—3 Τὸ *simul* non est in Florent. *Elmenh.* Quare uncis inclusere Elmenh. Scriv. Florid. Male. *Oud.*—4 *Nec esse* scil. *potest*, quod præcedit. Sed Mss. Thuan. Harlem. Cantabr. *nec est*, atque ita calamo editioni suæ allevit Scriver. ac corrigit Florid. Sed et aliud quid latere videtur: nam in Voss. a manu prima exaratum fuit *nec esse est* et pro *quod habeat* in Florent. Voss. Cantabr. a m. pr. Harlem. exaratur *quod habere.* In Bened. Cantabr. a m. sec. *non habere.* An fuit *nec est quicquam omnium pote habere?* De illo *pote* diximus ad Metam. Vide Ind. Not. Pro *quicquam* Bened. *quicquid.* Id.—5 Flor. *habere.* Elmenhorstius. Mox Edd. ante Vulc. *dil. suæ simul.* Lips. *dil. summæ simul.* Oud.—6 Τὸ *voluerunt* non agnoscit Flor. Brem. legit: *Qui oppido a me desiderabantur, ut dicerem expetivere.* male. *Elmenh.* Exulat τὸ *voluerunt* etiam a Mss. Voss. Harlem. Cantabr. duobus. Supponit *volunt* Cantabr. a m. sec. Fuit forsan: *qui oppido quæque a me desiderabant, ut dicerem ex tempore.* Initio hujus Fragm. 'qui me voluistis dicere ex tempore.' Vel ut placuit Burmanno: *quia oppido a me desiderabatur, ut dic. ex tempore.* Oud.—7 Cod. Bened.

NOTÆ

[x] *Vel lævitate* [*lenitate*] *lubrica*] Ms. Thuan. habet *levitate*, scribe *lævitate*.

[y] *Nec esse*] Scribe ex Ms. Thuano: *nec est.*

[z] *Qui oppido, &c.*] Ms. Thuan. *Qui oppido quæ a me desiderabantur, ut dicerem expetivere.*

dum laudem hanc novam capto, parvam illam,[8] quam ante peperi, cogar amittere. Sed de Apologo[9] quæritis, non pigebit aliquid fabulari. Corvus et vulpis[1] [a] unam offulam simul viderant, eamque raptum[2] [b] festinabant pari studio, impari [c] celeritate: vulpis[3] cursu, corvus volatu. Igitur ales bestiam[4] prævenit, et secundo flatu, propassis utrimque pennis prælabitur, et anticipat,[5] atque ita præda simul et victoria lætus, sublime evectus,[6] in quadam proxima quercu,

cogar perdere illam exiguam quam antehac acquisivi. Si rogatis illam fabulam, narrabo libenter aliquid. Corvus et Vulpes conspexerant simul unam offulam: et properabant una ad eam tollendam æquali cupiditate, at inæquali velocitate: vulpes cursu, corvus volatu. Ergo volucris antevertit ferum, et prospero vento expansis ambabus alis prævolat, et prævenit, et sic gaudens ob prædam simul et ob victoriam, elata in altum, consedit secura in quadam quercu vicina, in supremo ejus vertice.

advenerit. Id.—8 Ms. *pariter parvam illam.* Scioppius in Symb. Scioppius ex Ms. Fulvii *pariter parvam illam.* Elmenhorstius. *Capto, parvam illam* Vulc. et seqq. consentiuntque Mss. nisi quod Cantabr. uterque et Harlem. habent *parum.* In Edd. vett. est *captare apparo, illum.* Ms. Fulvii, ut edidit Scriv. c. *pariter parvam illam,* quod etiam probo; vel potius ejiciendo τὸ *parvam.* Oud.—9 *Si de Apologo.* Flor. *sed de apologo.* Elmenhorstius. *Sed* Mss. O. et Edd. præter Scal. Elm. Flor. quæ habent *si.* male. Auctor dicit, *sed* jam vultis scire, quæ sit illa Æsopi fabula. *Si* videtur Scaliger rescripsisse e Flor. N. 16. 'An etiam de ingenio ejus pauca vultis?' *Oud.*—1 Sic leg. cum Vulcanio, ad cujus Ed. Heinsiana ad apicem expressa est, astipulantibus Ms. Harlem. et mox aliis quoque; non *vulpes.* Adi omnino Cl. Burmann. ad Phædr. fab. VII. et nos alibi. *Idem.*—2 Alii: *raptam.* Vid. Not. Var.—3 Ita Harlem. Vulc. *Igitur vulpes* Bened. *Oud.*—4 Mss. Vulc. et Edd. ante Bas. sec. *bestia:* male. Licet enim 'ales bestia' Latinissime dicatur, hic tamen opponit corvum et vulpem. Justin. lib. II. c. 13. 'alites bestiæque.' *Id.*—5 *Passis alis utrumque pr. et jam a.* Hoc modo ex mente scriptoris et sententia apologi bene restitutum iri puto, *passis alis, utique prælabitur, et illam anticipat:* vel quod propius scripturam vulgarem, *utcumque prælabitur.* Stewechius. Scribo, *passis alis utrimque:* id est, a parte utraque. *Colv.* Ego *utrumque,* ut non semel in Asino. *Brant.* Rom. et Ald. *passis alis utramque.* Elmenhorstius. *Propassis utrimque pennis præl.* Sic optime ediderunt Vulc. Wow. Scriv. nam primo *propassis* extat in Mss. cunctis, nisi quod Harlem. det *præpassu;* tum *utrimque* habent Mss. Vulc. Voss. Harlem. Cantabr. pr. et alii: atque ita correxerat jam Colv. *Utrisque* edidere Scal. Elm. Flor. *pennis* legas in Mss. omnibus præter Cantabr. qui retinent *alis:* abest a Voss. In Edd. Vett. enim est *passis alis utrumque.* Sed legendum esse ut diximus, vel cum viro docto potius *propansis utrimque pennis,* evincit locus lib. VI. Metam. ubi eadem hæc verba occurrunt de aquila. *Oud.* Edd. ante Vulcan. *et jam ant.* Rectius tum *et eam ant.* Sed Mss. non agnoscunt eam voculam. *Id.*—6 *In sublime evectus.* Roman. *sublime evectus.* Elmenhorstius. Male Edd. Ald.

NOTÆ

[a] *Corvus et vulpis*] Hunc apologum vide apud Phædrum: 'Cum de fenestra corvus raptum caseum,' &c.

[b] *Raptum* [*simul*] Addidi vocem *simul,* ex Ms. Thuano.

[c] [*Sed*] *impari*] Et hanc particulam *sed,* ex eodem Ms. adjeci.

in summo ejus cacumine [7] tutus sedit. 4. Eo tum vulpis,[8] quia illuc pedem nequibat,[9] dolum jecit: namque eandem arborem successit: et subsistens, cum superne raptorem [1] præda ovantem [2] videret, laudare astu adorsa est: [3] Næ ego inscita,[4] quæ cum alite Apollinis [d] frustra certaverim; quippe cui jampridem corpus tam concinnum est,[5] ut neque [6] oppido parvum, neque nimis grande [7] sit, sed quantum

Nihilominus vulpes illuc etiam fraudem misit, quia non poterat mittere lapidem: subiit enim eandem arborem: et illic manens, cum cerneret sursum raptorem lætum sua præda, cœpit laudare eum dolose. Certe, inquit, ego sum imperita, quæ incassum contenderim cum ave Phœbi: utpote quæ habet jamdudum corpus adeo elegans, ut neque valde exiguum sit, neque nimis vastum, sed quantum sufficit ad usum et

Junt. Bas. sec. Colv. *in sublime*. Vide ad lib. IX. Met. p. 670. b. *Oud*.—7 Mss. Cantabr. *acumine*. Et pro *tutus* Harlem. *tutius*. Id.—8 *Eo quoque tum vulpes*. Vet. edit. *tamen vulpes*. Colv. Edd. Vett. *eoque*, et pleræque ante Vulcan. *tum*. Recte Harlem. *Eo tum vulpis*. *Vulpis* quoque Mss. Flor. Putean. Leid. Edd. Vulc. Scal. Vide supra. *Oud*.—9 *Quia lapidem nequibat*. Ita Leid. et Basil. 2. Bremensis, *quia illic pedem nequibat*. Excerpt. Batav. *Quæ alipedem nequibat*. Roman. *Quo alipedem nequibat consequi*. Florentin. *Qui alipedem nequibat*. Elmenhorstius. *Quo alipedem nequibat consequi, dolum fecit*. Hæc est constans Edd. Vett. ante Vulcan. lectio, qui primus expressit e suo Cod. *quia lapidem nequibat, d. i.* quam scripturam secure secuti sunt ceteri præter Wower. qui edidit *quia alitem nequibat consequi*. Sine dubio melius, nam quæso, cui bono illum lapidem jaceret vulpis? per eum non poterat consequi prædam, nec corvum adigere, ut eam dejiceret. Attamen Mss. O. carent τῷ *consequi*, et *quia lapidem nequibat*, aiunt quoque extare in Bas. sec. Ed. forsan et in Cod. Palat. In Mss. Cantabr. Florent. Voss. et aliis *qui alipedem nequibat*. Leid. Harlem. *que alipedem nequibat*. Ms. Brem. et Bonmanni (qui forsan idem est) *quia illic pedem nequibat*. Unice mihi vera videtur scriptura *quia illa* vel *illuc pedem nequibat*: jacit vulpes eo dolum, quia eo currere non poterat sive jacere pedem, Gr. *βάλλειν πόδας*. *Oud*.—1 Edd. ante Vulcan. *victorem*. Id.—2 Ms. Bened. *ociantem*. Id.—3 Sic Harlem. et Edd. Elm. Scriv. Flor. Reliqui Codd. cum Edd. prioribus *adorta*, perpetua variatione. V. Ind. Not. *Id*.—4 Excerpt. Bat. et Brem. *Næ ego quidem inscia*. Elmenhorstius. Al. *ne*. Vide ad lib. I. Met. p. 53. a. Mss. Leid. Harlem. a m. sec. *inscia*. Brem. Boum. *quidem inscia*. Oud.—5 *Cum pridem tam concinnum est*. Deest huic loco aut imperfecto supplementum, aut non bene sano medicina: quam adhibere tentabat flos eruditorum Lipsius, legens, *corpus eidem tam concinnum est*. Incipiebam ego, *cui*: nec ulterius procedere poteram. *Colv*. Bene exhibuit Vulc. et seqq. *cui jam corpus tam conc. est*. Antea editum *cum pridem tam conc.* sine *corpus*, quod necessario addendum esse viderunt jam Lipsius in Elect. lib. II. p. 93. et Colv. In Cod. Voss. *cum jam pridus tam c.* in Cantabr. sec. *quippe jam corvus pridus tam concinentium*. In Cantabr. pr. deerat, sed a m. sec. *corvus*. Ceteri Codd. servant lectionem Vulcan. *Oud*.—6 Hic quoque in Edd. ante Vulcan. deerat *ut*. Id.—7 *Nimis grande*. Abest a

NOTÆ

[d] *Cum alite Apollinis*] Cui etiam augurium dedit; ex albo tamen, qui prius erat, mutavit in nigrum pœnitentia ductus Apollo, post interfectam ejus monitis et suasu Coronida, ut canit Ovid. lib. II. Metam. Fab. 11.

satis[8] ad usum decoremque:[9] pluma mollis, caput argutum, rostrum validum. Jam ipse[1] oculis persequax,[2] unguibus pertinax:[3] nam de colore quid dicam? Nam cum duo colores[4] præstabiles forent, piceus et niveus, quibus inter se nox cum die differunt;[5] utrumque colorem Apollo suis alitibus condonavit:[6] candidum olori, nigrum corvo.[e] Quod utinam sicuti cycno cantum indulsit, ita huic quoque vocem tribuisset! ne tam pulchra ales, quæ ex omni avitio[7][f]

venustatem: pluma ipsi mollis, caput exile, rostrum firmum. Jam ipsa avis egregie insequitur oculis, et retinet unguibus prædam: quid autem dicam de colore? Cum enim duo colores essent excellentiores, niger et albus, quibus nox et dies discrepant a se invicem; Phœbus dedit hos ambos colores suis avibus: album cycno, atrum corvo. Atque utinam concessisset etiam huic vocem, quemadmodum concessit cantum olori! ne avis tam formosa, quæ multo præstantissima est totius generis avium,

Cod. Bened. *Id.*—8 *Sed quantum satis.* Prima et ultima vox abest a Bened. *Id.*—9 Ed. Junt. *decorem.* Ms. Bened. *dearem.* Id.—1 *Ipse* (*ales*). Primus hanc vocem intrusit Vulc. sed uncis inclusam, quam tamen recepere ceteri præter Wower. Extat tamen in plerisque Mss. *alis* in Vulc. Cod. Sed abest a Cantabr. Voss. Rectius, nam glossam olet. *Id.*—2 Sic Flor. Leid. Basil. 2. et Excerp. Batav. alii legunt, *oculis perspicax.* Elmenhorstius. Cod. Vulc. quoque *persequax,* ut edidere Bas. sec. Vulc. Wow. et seqq. sed Putean. Voss. Brem. Harlem. Cantabr. cum Edd. prioribus et Scaligero *perspicax:* quod mutari nolim. Nimis captata est altera lectio, cum olim vulgata sit clarissima, et communi ex usu desumta, nec non paronomasiæ τοῦ *pertinax* accommodatior. *Oud.*—3 Edd. ante Vulcan. *tenax.* Male Plaut. Capt. II. 2. 39. 'tenaxne pater est ejus?...Immo edepol pertinax.' *Id.*—4 Sic rursus Mss. plerique. Alioquin mallem, quod videtur esse in uno et Edd. prioribus Vulcanio *Enimvero.* Præcedit *nam.* Id.—5 Ms. Bened. *differt:* prave. Vide ad Met. lib. III. p. 224. a. 'Hector cum asino capita conferunt.' *Id.*—6 Ms. Bened. *donavit.* Mox pro *cygno* Voss. *cinno.* Id.—7 Sic scribendum fuit, non, *a vitio.* Avitium, avium multitudo, genus omne. Notemus vocabulum novum. *Colv.* Ms. *quæ omi a. l. p. voce viduata.* Scioppius in Symb. Bremens. *ex omni aviculo.* Elmenhorstius. Ex indicio Scioppii *ex* abest a Ms.

NOTÆ

[e] *Suis alitibus condonavit: c. olori, nigrum corvo*] De Apollinis avibus hæc habet Lil. Gyraldus Syntagmate 7. 'Sed enim non modo Gryphes huic Deo ascripsit antiquitas, sed et corvum, ut docet Ælianus in historiis animalium: unde ab Ausonio Phœbeius oscen corvus dicitur: cujus fabulam et Ovidius exequitur, et Hyginus. Phornutus tamen hoc abnuere videtur. Corvum enim ait a Phœbo alienum esse, quod vel ipso colore profanus ac impurus sit habitus, id est μιαρός: illique potius cycnum avem attribuit, μουσικώτατον καὶ λευκότατον ὀρνέων, quod scilicet avium sit maxime musicus et candidissimus. Sane et Apollini quidem eruditiores attribuunt accipitris genus, quod Perdicoteros dicitur, ut ministret illi.'

[f] *Avitio*] Vox est Apuleiana. Avitium dicitur genus, seu populus avium, qua forma famulorum grex dicitur famulitium.

longe præcellit, voce viduata, deliciæ facundi Dei,[8] muta viveret et elinguis. Id vero ubi corvus audit,[9] hoc solum sibi præ ceteris deesse, dum vult clarissime clangere, ut ne isthoc saltem [1] olori concederet; oblitus offulæ, quam mordicus retinebat, toto rictu [2] hiavit: atque ita, quod volatu pepererat,[3] cantu amisit: enimvero vulpis,[4] quod cursu amiserat, astu reciperavit.[5] Eandem istam [6] fabulam in pauca cogamus, quantum potest fieri [7] cohibiliter.[8] [g] Corvus ut se vocalem probaret,[9] quod solum deesse tantæ ejus formæ vulpis [1] simulaverat, crocire [2] adorsus, prædæ, quam ore gestabat, inductricem [h] compotivit.[3]

amor Dei eloquentis, privata voce, viveret muta et elinguis. Cum autem Corvus hoc audivit, id tantum sibi deesse, ut superet reliquas aves; dum vult clangere acutissime, ut ne in hoc quidem inferior esset cycno; immemor offulæ quam tenebat mordicus, aperuit totum rostrum. Sicque perdidit cantu, quod acquisiverat volatu. At vulpes recepit calliditate sua quod perdiderat cursu. Contrahamus in pauca hanc eandem fabulam quam brevissime fieri potest. Corvus ut ostenderet se esse canorum, quod unum Vulpes finxerat deesse tantæ ejus pulchritudini, aggressus crocitare, fallacem Vulpem compotem fecit prædæ, quam gerebat ore.

Urs. *vitio* Cantabr. *aviculo* Brem. *a vitio* Edd. quædam: inepte. *Oud.*—8 Vid. Not. Var.—9 *Ut corvus audit.* Florent. *ubi corvus a.* Elmenhorstius. *Ubi* Mss. Florent. Cantabr. Voss. Harlem. et Edd. Elm. Scriv. Flor. In reliquis *ut.* Floridus male etiam *audivit.* Oud.—1 *Ut ne id saltem.* Ms. *ut ne illud saltem:* alius Ms. *ut ne hoc saltem,* quod etiam placet, ut sit, hac re. *Sciopp. in Symb.* Ms. Fulv. *hoc.* Cantabr. uterque Voss. Harlem. Vulc. *id hoc.* Edd. ante Vulcan. *adhoc.* Alter Cod. Fulv. *illud* cum Wowerio. *Hoc* placet Scioppio, mihi *isthoc.* V. ad Met. lib. I. p. 15. b. *Oud.*—2 Ed. Junt. *tuto.* Prave. *Id.*—3 Bremens. *acquisiverat.* Elmenhorstius. E glossa. Cl. Burman. ad Phædr. lib. I. f. 13. vs. 10. *præceperat* vel *ceperat.* Sed nil muta. Adi me ad Vegetii lib. IV. in Misc. Obs. vol. IX. tom. II. p. 214. *Oud.*—4 Sic Florent. Put. Leid. Harlem. Cantabr. Edd. Vulc. Scal. Elm. Scriv. Flor. Vide supra. *Id.*—5 Sic Harlem. et Edd. vett. *Recuperavit* recentiores. *Id.*—6 Harlem. *eandem eam.* Id.—7 Inverso modo Harlem. et Voss. *Id.*—8 Brem. *cohibentes.* Elmenhorstius. Ms. Thuan. *cohibentes.* Item Harlem. Sed *cohibilis* de oratione habili et suas proportiones decenter habente in Apol. p. 464. Flor. 'Ordinatius et cohibilius eadem Græce et Latine adnitar conscribere:' ubi tamen nunc vulgo cohibitius legitur. Gell. lib. XVI. c. 10. 'celeri et cohibili oratione:' ubi vide Oizel. Male alii ibi legunt *coibili,* alii per 'cohærentem' exponunt. *Oud.*—9 Rom. et Ald. *præberet.* Elmenhorstius. Et omnes ante Vulcan. contra Mss. *Oud.*—1 Sic rursus iidem Mss. et Edd. *Id.*—2 *Groccire.* Excerpt. Batav. *Grotare.* Rom. Ald. et Brem. *crocitare.* Basil. *grocitare.* Elmenhorstius. *Crocire* bene edidit Florid. forsan e Ms. Thuaneo. In Ms. Brem. et Edd. Vett. Colv. Scriv. *crocitare.*

NOTÆ

[g] *Cohibiliter*] Ms. Thuan. *cohibentes.*

[h] *Inductricem*] Vulpem, quæ eum in fraudem induxerat.

NUM. XXIV. Jamdudum[4] scio,[i] quid hoc significatu[k] flagitetis,[5] ut cetera[6] Latinæ materiæ[l] persequamur.[7] Nam et in principio vobis diversa tendentibus,[8 m] ita memini

Jam pridem novi, quid postuletis hac significatione, nempe ut exequamur reliqua materiæ Latinæ. Cum enim initio flagitaretis diversa, recordor me promisisse ita

Vulc. Scal. Wow. Elm. *groccire:* atque ita sane est in Mss. plerisque. In Harlem. et Leid. est *grotare.* Unice verum est *crocire*, pro quo librarii suo more *c* et *g* confundentes scripserunt *grocire*, ut 'grossus' pro 'crassus,' contra 'crassari' pro 'grassari.' Plaut. Aul. IV. 3. 2. 'corvus voce crocibat sua.' Hinc 'crocitus' apud Nonium et 'crocitio' apud Festum, ut legendum puto cum G. J. Vossio in Etymol. Vulgo ibi *crocatio.* 'Porro leg. *adorsus.* V. supra. *Oud.*—3 *Præda q. o. g. seductricem compotivit.* Vulgo, *prædam quam ore gestabat in seductricem competivit.* Scripsi de hoc loco supra ad lib. II. Metam. *Colv. Præda quam o. g. inductricem compotivit.* Ita Scaliger. Flor. *Præda q. o. g. i. c.* Leid. et Exc. Batav. *prædæ q. o. g. inductricem compotuit.* Ald. et Rom. *competivit:* minus bene. *Elmenh.* Recte hunc locum constituerunt Viri docti hoc modo: *Prædæ q. o. g. inductricem compotivit.* Ante Colv. in Edd. vett. legebatur *prædam in seductricem competivit:* ineptissime: ille ergo reposuit *præda sed. compotivit* cum Wowerio. J. Guielm. *in seductricem compotivit* in Plauti Rud. c. 2. Sane *præda* habent Mss. plerique, ut et Edd. Vulc. Scalig. ac cum sexto casu hoc verbum construxit Plautus. Verum *prædæ* extat in Voss. Leid. ac Florent. ut emendavit primus Elmenh. Sic ipse Auctor lib. XI. Met. p. 800. a. 'voti compotiret:' ubi idem in verbo error. Hic etiam *compotuit* vitiose Leid. Cantabr. et Vulc. Ed. qui optime cum Scal. Elmenh. &c. reposuit *inductricem,* quod extat constanter in Mss. vel *industricem. Seductrix* hoc sensu non adhibitum nisi a Christianis scriptoribus, ideoque notius monachis librariis; unde videmus qui in Edd. vett. irrepserit simul *in seduct.* Oud.—4 Vid. Not. Var.—5 Ita recte Elm. &c. uti exaratur in Mss. Florent. Voss. Harlem. Mercerianis et aliis. Vulc. cum Colvio et Wower. dant *scio quod fl.* Non satis Latine: *quid* etiam exhibent Edd. vett. Sed eædem male contra Mss. O. præbent *hæc significari.* In Cod. Bened. *hoc segregatus flores ut.* Inepte. *Oud.*—6 *Ut cetera, &c. polliceri.* Pro his omnibus, quæ extant in Mss. cunctis, Edd. ante Vulcan. tantum edunt *vobis Latine.* Id.—7 Ms. Fulviii: *Latine narrare persequamur.* Wowerius. Scioppius ex lib. Fulvii *L. narrare p.* Elmenhorstius. Ed. quoque Scriv. habet *narrare:* quo faciunt Edd. vett. Et certe videtur Auctor magis agere de 'lingua,' quam de 'materia,' quare nequaquam displicet. Conjecturam Jos. Merceri, *ut cetera materiæ Latine pers.* quæ magis etiam placet, expressit etiam in Ed. sua Baro de Coutures, qui eum ubique sequitur. Voss. solenni variatione *prosequi.* Oud.—8 Alii *petentibus;* et pro

NOTÆ

[i] *Jamdudum scio*] Aliud fragmentum argumenti ab hoc priore diversi, quod quidem in Ms. Thuano separatum a superiore legitur.

[k] *Hoc significatu*] Murmure aliquo quod excitarant auditores, aut gestu nutuve aliquo.

[l] *Latinæ materiæ*] Materiæ Latina oratione explicandæ: neque enim materia, quantum ad se, Latina vel Græca est, sed lingua qualibet potest explicari. Scioppius ex Libro Fulvii legebat *Latine narrare prosequamur.*

[m] *Diversa tendent.* [*petentibus*] Ms. Thuan. *diversa tendentibus*, melius: mox enim sequitur 'petebatis.'

polliceri, ut neutra pars vestrum, nec qui Græce, nec qui Latine petebatis, dictionis hujus expertes abiretis. Quapropter, si ita videtur,[9] satis oratio nostra atticissaverit.[1] Tempus est in Latium[2] demigrare de Græcia. Nam et quæstionis hujus ferme media tenemus:[3] et, quantum[4] mea opinio[5] est, pars ista[6] posterior præ[7] illa Græca, quæ antevertit, nec argumentis[8] fit effœtior,[9] nec sententiis rarior, nec exemplis pauperior, nec oratione defectior.

facturum, ut neutri ex vobis, neque qui postulabatis Græca, neque qui postulabatis Latina, discederitis hinc vacui hujus orationis. Quare, si sic vobis placet, noster sermo satis Atticissaverit. Tempus est transeundi in Latium ex Græcia. Pervenimus enim fere ad medium hujus quæstionis; ita ut, quemadmodum arbitror, illa posterior pars, collata ad illam Græcam quæ præcessit, non sit minus plena argumentorum quam ipsa, neque minus frequens sententiis, neque magis destituta exemplis, neque minus prolixa sermone.

vobis alii dant *nobis*.—9 Edd. Rom. Vic. Ven. Ald. Bas. Colv. *videretur*. Oud. —1 Notat hinc P. Pithœus, disputationis de Dæmonio principium a Nostro Græce conscriptum deesse. *Colv*. Manus. *or. nostra cessaverit*. Alter codex Fulvii: *Atticis faverit*. Sciopp. in Symb. Fulvii liber: *atticis faverit*: male. *Elmenh*. Harlem. *vestra att*. Bened. *atticassaverit*. prave. N. 18. 'Atticissabit:' ubi vide Colv. *Oud*.—2 Harlem. *Latinum*: et pro *demigrare* Bened. *demeare*. Id.—3 *Formæ media tenemus*. Τὸ *formæ* non est in Florentino. Bremensis et Aldus *ferme* habent. *Elmenh*. *Ferme med. ten.* primus et sec. Cujaciani. tertius *forme*: aberat ea vox male a libro Fabri et a Florentinis. Mox omnes libri habent, *ars ista posterior*; male: nam verius est quod vulgatur, *pars ista*. Mercerus. Vitiose Edd. Scalig. Elm. *formæ*. Oud.—4 *Ut quantum*. Abest *ut* ab Harlem. In Edd. ante Vulcan. legas *et*. Bene si pro *sit* statim cum Colvio et Bas. sec. legas *fit*; immo id præfero. *Id*.—5 Abest *mea* a Cod. Bened. *Id*.—6 Flor. et Leidens. *ars ista*. Elmenhorstius. Accedunt Mss. Mercer. Voss. Fulv. Vulc. Cantabr. pr. Harlem. Exulant hæc a Bened. *Oud*.—7 Sic recte Scalig. vel Vulc. Ed. sec. et seqq. cum Mss. plerisque. In Leid. et Edd. prioribus *per*: unde Lips. *per illam Græcam*: in Bened. *post*. Sed comparativus cum præpos. *præ* alibi quoque occurrit. Vide me ad Cæs. lib. I. B. G. c. 32. 'graviorem fortunam præ reliquorum.' Herod. I. 62. ἡ τυραννὶς πρὸ ἐλευθερίας ἦν ἀσπαστότερον. Sic quoque 'ante.' ut infra in lib. de Dogm. Plat. videbimus. *Id*.—8 Bened. *agreas*. Id.—9 Sic idem Pith. ex eodem scripto codice. Basilienses, Rom. *efficacior*. Ald. Ven. *effectior*. Colvius. Ed. Colv. *fit eff.* bene, si *et* retineas. Dein *effectior* Harlem. Vulc. pro var. lect. Ald. Ven. Junt. *efficacior* Rom. Bas. prave et vulgari errore. Correxit hic jam P. Pithœus Subs. lib. II. c. 10. Vide etiam Beichem. Ep. 66. *Oud*.

APULEII MADAURENSIS

LIBER

DE DEO SOCRATIS.

INDEX CODD. MSS.

Mss. qui usui fuere in duobus ultimis Floridorum fragmentis et libro de Deo Socratis sunt:

Mss. Florentinus, *Puteaneus*, *Leidensis*, et *Bremensis*, omnes collati a Lindenbrogio et citati ab Elmenhorstio; qui autem in Excerptis Lindenbrogii vocatur Cod. *Boumanni* idem est ac Bremensis.

Thuanæus citatus a Florido.

Mss. Fulviani duo, adhibiti a Scioppio et Wowerio, sed quorum fides suspecta est Mercero. Vide eum infra ad pag. 680. Ed. Flor.

Cujaciani tres, et unus *N. Fabri*, aliique citati a Jos. Mercero.

Ms. Palatinus collatus a Grutero, qui liber idem est ac *Vulcanii*.

Mss. Cantabrigiensis et *Benedictinus* collati a Jac. Gronovio Cantabrigiæ.

Vossianus e Bibliotheca Leidensi, codex optimus, collatus ab ipso Oudendorpio, et

Harlemensis, item ab Oudendorpio collatus.—*J. Bosscha.*

APULEII MADAURENSIS

LIBER

DE DEO SOCRATIS.[1]

[P. 664. *Ed. Flor.*]

PLATO omnem naturam[a] rerum, quod ejus ad animalia præcipue pertineat,[2] trifariam divisit:[b] censuitque, esse

Plato distribuit in tres partes totam naturam rerum, præsertim illud ex ipsa quod

1 Hic titulus hujus libri, nec alius: ut, DE DÆMONIO SOCRATIS, quemadmodum quidam scribunt. Quos falsi coarguit Divus Augustinus lib. VIII. cap. 14. de Civit. Dei, cujus verba habes alibi. Plutarchi vero opusculum est, Περὶ τοῦ Σωκράτους δαιμονίου. *Colv.* Hic liber in manuscripto Bremensi appellatur duplici titulo, *De Deo Socratis, sive natura dæmonum.* In Florentinis et Leidensibus membranis prior saltem comparet inscriptio, quam veram et germanam esse docent nos Augustin. de Civ. Dei lib. VIII. c. 14. Priscian. Gramm. lib. X. p. 855. Sarisberiensis lib. VI. de nugis curial. c. 28. et Epist. 172. p. 280. Vincentius Belnacensis specul. historiar. lib. III. c. 66. et lib. IV. c. 7. *Elmenh.* Sic Mss. Edd. Vett. et auctores hunc librum citantes, non *de dæmonio Socratis*, ut citant Servius ad Virg. Æn. III. 63. B. Pius tom. I. Thes. Crit. p. 570. alii. Vide Grammat. Putsch. Ind. vel *de D. S. sive natura Dæmonum*, ut habet Cod. Bremensis. Vide præter Colv. et Elmenh. etiam Fabric. de L. L. scriptoribus p. 519. Cum Nostro conferendus est Maxim. Tyrius Diss. XXV. et XXVI. atque illic vid. comment. Heinsii ac Davisii. *Oud.*—2 Ita Mss. et Edd. Vulc. Scalig. Elmenh. et seqq. Scilicet

NOTÆ

LIBRI hujus sub hoc nomine meminerunt D. Augustinus De Civitate Dei, lib. VIII. cap. 14. Priscianus Grammaticus, lib. X. Joannes Sarisberiensis, lib. VI. De Nugis Curialium, cap. 28. et alii multi.

[a] *Plato omnem naturam*] Male hic liber incipit in multis editionibus ab eo fragmento, cujus initium est, 'Qui me voluistis dicere,' &c. quod ad Floridorum finem rejeci, auctoribus Lipsio, Elect. l. II. c. 21. Pithœo, Adversar. l. II. cap. 10. et Wowerio. Ms. codex Bibliothecæ tum Thuanæ, nunc Menarsianæ, a D. Quesnel mihi communicatus, tractatum hunc continens, ab eo quoque Fragmento incipit. Ejus porro Ms. ope non pauca toto hoc Opusculo emendata invenies.

[b] *Trifariam divisit*] In Timæo, cujus locum retulimus ad lib. de Philo-

Deos secundum [3] summum, medium, et infimum.[c] Fac intelligas non modo loci disclusione,[4] verum etiam naturæ dignitate: quæ et ipsa neque uno, neque gemino modo, sed pluribus cernit.[5] Ordiri tamen [6] manifestius fuit a loci dispositione. Nam proinde ut [7] majestas postulabat, Diis immortalibus cœlum dicavit: quos quidem Deos cœlites partim visu usurpamus; alios intellectu vestigamus. Ac visu [8] quidem cernimus

[665] Vos, o clarissima mundi
Lumina,[d] labentem cœlo quæ ducitis annum.

spectat ad animalia: et existimavit existere Deos juxta summum, medium, et imum. Intellige non tantum separatione loci, sed præstantia quoque naturæ: quæ etiam distinguitur non una ratione, neque duabus, sed multis. At fuit clarius incipere a situ loci. Etenim assignavit Cœlum Diis Immortalibus, prout eorum dignitas poscebat: quorum quidem Deorum Cœlestium alios assequimur oculorum acie, alios indagamus mente. Et intuemur quidem oculis Vos, o splendidissimæ lampades orbis, quæ agitis per Cœlum annum currentem. *Neque tantum hos Principes Deos: So-*

illud naturæ, quod. In Edd. prioribus *quæ ad a. jure pert.* Hinc Vir Doctus margini Junt. Ed. allevit *ad animarum jura*. Male. Wowerius edidit, *quæ ad an. præc. pertinet.* In Ms. Bened. *quod est*, et mox *dividi* pro *divisit*. Oud.—3 Vid. N. Var.—4 Typothetarum vitio a Bas. et Par. Edd. excidit vocula *non*; hinc Stewech. pro *modo* conjecit legendum *non*, ut ἐλλείπῃ *modo*. Non male, si id darent Mss. Sed illi omnes retinent *non modo*. Oud.—5 *Sed pluribus cernitur*. Mire variant libri; alter Cujacianus, *tenuit*. Fabri, *discernit*. Primus et tertius Cujaciani, *cernit*; atque id omnino positum pro composito, discernit, vel secernit. Hoc enim ait, Platonem summum, medium, et infimum, non uno modo, sed pluribus discernere. Ut infra in comparatione Deorum et hominum, 'Deos ab hominibus plurimum differentes loci sublimitate, vitæ perpetuitate, naturæ perfectione,' &c. Et sane non raro simplicia usurpata pro compositis. Infra, 'cum se vigore animi quantum licuit a corpore moverunt,' pro, semoverunt. Velleius lib. II. 'qui multum amore Imperatoris sui crepantes ante in hostem inciderunt,' &c. pro, discrepantes; frustra enim ibi aliam medicinam quærunt viri docti. *Merc.* *Discernitur* tacite exhibent Elmenh. et Flor. Scilicet quia in Cod. Lindenbr. erat *pl. eis cernitur*, ut conjicio. At Mss. ceteri et Edd. habent simplex *cernitur*, etiam de Contur. Sed Cod. Bened. *cernit*, ut editum a Mercero. quod non temere mutem. 'Cerni' enim pro 'discerni' alibi quoque occurrere observarunt viri docti. Adi hic Mercer. N. Heinsium ad Ovid. Met. lib. VII. 223. *Oud.*—6 *Ord. tum.* Ald. et Bas. 2. Reliquæ, *ordiri tamen*. Colvius.—7 Ita Mss. cum Edd. Scal. vel Vulc. sec. Elm. &c. Aliæ *perinde*. Sed vide ad Met. lib. V. p. 342. a. 'proinde ut merebantur.' *Oud.*—8 Harlem. *at*. Bened. *visi-*

NOTÆ

sophia Naturali.

[c] *Deos secundum summum, medium, et infimum*] Divisionem hanc explicat ipse Apuleius, l. de Philosophia Naturali, his verbis: 'Deorum trinas nuncupat species,' &c. vide locum, p. 583.

[d] *Vos, o clarissima mundi Lumina*] Desumta hæc ex lib. I. Georgic. Virgilii.

Nec modo ista præcipua: Solem diei opificem,[9] Lunamque Solis æmulam, noctis decus: seu corniculata, seu dividua,[1] seu protumida,[2] [e] seu plena sit; varia ignium face: quanto longius facessat a Sole,[3] tanto longius collustrata: pari incremento itineris et luminis,[4] mensem suis auctibus,[5] ac dehinc[6] paribus dispendiis æstimans:[7] sive[8] illa proprio, seu[9] perpeti candore, ut Chaldæi arbitrantur, parte luminis compos, parte altera cassa fulgoris, pro circumversione oris discolor, multijuga, pollens[1] [f] speciem sui variat: seu

lem patrem diei, et Lunam imitatricem Solis, honorem Noctis: sive sit falcata, sive dimidia, sive gibbosa, sive rotunda: splendore luminis diverso: eo impensius illuminata, quo discedit longius a Sole: æquali augmento viæ ac lucis, definiens mensem suis incrementis, ac deinde æqualibus decrementis: seu illa habens alborem proprium ac permanentem, ut Chaldæi existimant, dimidia sui parte luce prædita, altera parte carens splendore, habens multiplicem conversionem faciei suæ discoloris,

****

tu. Id.—9 Tò *Solem* delet Flor. et Brem. cod. Festus Avienus p. 83. 'ignea cujus Lumina sunt late, et soror ille diei Tendat ut infusi rutilum jubar, altera noctis Ut face flammanti tenebrosos rumpat amictus.' *Elmenh.* Delenda vox *Solem*, auctoribus omnibus Mss. satis enim intelligitur, quis sit diei opifex. *Merc.* Delevit itaque Coutur. Deest sane in Mss. Florent. Brem. Voss. utroque Cantabr. Harlem. &c. Lindenbrogius e Glossa interlineari natum autumat. Sed tum pro *Lunamque Solis æm.* rectius foret *illius æm.* Oud.—1 Harlem. a m. sec. *dimidia* e Glossa, *de halve maan.* In Apol. p. 546. ed. Flor. 'dividua pars dotis.' Bened. *divina.* Id.—2 Alii *pertumida.* Elmenhorstius. *Protumida* primus edidit Vulcan. astipulantibus Mss. O. In prioribus *pertumida.* Lipsius allevit *prætumida.* Huic loco comparanda quæ dicta sunt ad Met. lib. XI. p. 757. a. *Oud.*—3 Vulgata lectio, *ea cessat a Sole.* Quam expressimus, ea in Cujacii libro est, ut testatur Pithœus. *Colv.*—4 Abest *et* a Bened. *Oud.*—5 *Menses suis a.* Alii omnes libri *mensem.* Mihi religio non fuit sequi alterum Cujacianum, quem animadverti ex optimo exemplari descriptum, in quo disertim, *mensis.* Mercerus. Harlem. quoque *mensis.* Oud. *Suis actibus.* Emendat amicus noster Th. Canterus, *s. auctibus.* Colv. *Auctibus*, i. e. incrementis. Prave Mss. quidam et Edd. ante Colv. et Vulcan. *actibus*, perpetua variatione. Vide ad Lucan. lib. X. vs. 217. ad Catal. Burm. p. 577. Solin. c. 23. in f. 'auctus vel eliquia maris.' Auson. in Protr. vs. 89. 'sublimi auctu.' Noster lib. III. Met. 'immodicis auctibus.' *Oud.*—6 Bened. *aut dehinc.* Edd. ante Colv. *de*, et pro *dispendiis* Bened. *dispectus.* Id.—7 Bremens. *æstuans.* Rom. et Ald. *extimans.* Elmenhorstius.—8 Bened. et Edd. ante Vulc. *seu.* Oud.—9 Delet Lips. *seu:* Dousa legit *et* ad Catull. C. sec. XXXV. An *Ceu?* Id.—1 Vid. Not. Var.—2 Harlem. *expars.*

NOTÆ

[e] *Seu corniculata, seu dividua, seu protumida, &c.*] Hæc et multa alia, quæ sequuntur, ex Platonis Epinomide desumta sunt.

[f] *Circumversione oris discolor, multijuga, pollens, &c.*] Hanc hypothesin sic exponit Lucretius, lib. V. 'Est etiam quare proprio cum lumine possit Volvier, et varias splendoris reddere formas. Corpus enim licet esse aliud, quod fertur, et una Labitur, omnimodis occursans offi-

tota proprii candoris expers,[2] alienæ lucis [666] indiga,[3] denso corpore, seu lævi ceu quodam speculo radios Solis obstiti[4] vel adversi usurpat,[g] et, ut verbis[5] utar Lucretii,

Notham[6] jactat de corpore lucem.[h]

Utra harum[7] vera sententia est, nam hoc postea videro,[8] ta-

mutat suos vultus; sive omnino destituta propria albedine, et egens alieno lumine, corpore opaco, vel polito tanquam aliquo speculo excipit radios Solis obliqui, vel recta oppositi, atque, ut adhibeam verba Lucretii, Vibrat adulterinum lumen ex suo corpore. *Utravis harum opinionum vera sit, hoc enim expendam infra, certe,*

Oud.—3 V. C. *indicia.* Vulcanius. Florent. et Rom. *Lucis indicia,* male. Festus Avienus in Arateis Prognost. p. 116. 'Seu plenum luminis orbem Cynthia distendit, seu cum teres ambitus olli Ceditur, et mediæ velut indiga lucis, utrinque Sustinet obductæ sibimet dispendia formæ, Cornua prima replens, et cornua fessa dehiscens.' Chalcidius in Platonis Timæum p. 112. *Elmenh.* Harlem. Bened. Voss. et Edd. Rom. Elm. *indicia.* Vitiose. Quid enim foret 'usurpare indicia alienæ lucis.' *Oud.*—4 Al. *obsistit.* al. *obstitit.* Vid. Not. Var.—5 Colv. conjecit *sive ut verbis;* quia τὸ *et* abest ab Edd. ante Vulcan. qui bene e Mss. addidit. Consentiunt Mss. O. *Oud.*—6 Inepte Edd. usque ad Wower. *notam:* quamvis jam monuerat Colv. e Lucret. lib. v. vs. 575. ubi omnino vide Lambin. Voss. et Harlem. *jactam.* Id.—7 *Utraque harum.* Ex Cujacii etiam libro hic emendatus locus: qui vulgabatur, *Utraque ex animarum.* Unde semper legimus, *Utraque enim harum.* Colv.—8 *Nec hæc postea video.* F. *nec post hæc.* Brantius. Inepte Edd. ante Vulcan. contra Mss. dant *nec hæc p. video.* Vulcan. et seqq. ante Elm. *nam hoc postea videro.* Elmenh. autem et seqq. ediderunt *videro; tamen, &c.* ut præcedentia pertineant ad sententiam, et hic nova incipiat periodos, quasi

NOTÆ

ciensque, Nec potis est cerni, quia cassum lumine fertur. Versarique potest, globus ut, si forte, pilai, Dimidia ex parti candenti lumine tinctus; Versandoque globum variantes edere formas, Donicum eam partem, quæcumque est ignibus aucta, Ad speciem vertit nobis, oculosque patentes: Inde minutatim retro contorquet, et aufert Luciferam partem glomeraminis, atque pilai: Ut Babylonica Chaldæam doctrina, refutans Astrologorum artem, contra convincere tendit.' Ubi obiter observa Lucretium opinionem hanc non Chaldæis tribuere, sed Babyloniis Chaldæos refutantibus. Ceterum eam refellunt Lunæ Eclipses, in quibus ea quantumvis tota facie nobis obversa splendens, ubi primum in terræ umbram incidit, obscuratur paulatim, et prout illam umbram ingreditur: quod fieri minime posset, si lumen suum facies illa Lunæ ex sese haberet.

g *Radios Solis obstiti vel adversi usurpat*] Ita Scaliger legendum censuit. Obstitus Sol est obliquo aspectu Lunam respiciens. *Obstitum* Festo, *obliquum.* Lucret. 'Et libella aliqua si ex parti claudicat hilum, Omnia mendose fieri, atque obstita, necesse est.' Ennius, lib. XVIII. a Festo laudatus: 'Montibus obstitis obstantibus, unde oritur nox.' Noster paulo infra: 'pro situ, et flexu, et obstito Circulorum.'

h *Notham jactat de corpore lucem*] Ad hos Lucretii versus respexit, qui leguntur lib. v. 'Lunaque sive no-

men neque de Luna, neque de Sole quisquam Græcus aut barbarus facile cunctaverit,9 Deos esse: nec modo istos, ut dixi, verum etiam quinque stellas,1 quæ vulgo vagæ ab imperitis nuncupantur: quæ tamen [i] indeflexo 2 et certo et stato cursu 3 meatus longe ordinatissimos diutinis vicibus 4 æternos efficiunt, varia quippe 5 [k] curriculi sui specie,6 sed

quantum ad Lunam et ad Solem, nemo Graius vel Barbarus non conjecerit facile eos esse Deos; neque tantum hos, sicut dixi, ast quinque etiam Astra, quæ vulgo appellantur Errantia ab indoctis: quæ nihilominus suo circuitu recto et certo et constante faciunt sibi transitus quam optime dispositos, per quos obeant perpetuo suos divinos cursus, diversa quidem apparentia sui cursus, verum eadem semper et

dicat, *de sententia postea videro: hoc tamen certum est, quod ad Lunam et Solem, neminem conjecisse.* Et certe ita extat in Florent. Voss. Cantabr. Harlem. Merc. Sed in Edd. Rom. Vic. Ven. est *video sum.* Bas. *video sed.* In aliis *videro cur.* Ms. Vulc. sive Pal. *Videro, cur vero.* Unde mihi maxime placet legere *Utra quippeni vera sent. est. Nam hoc postea videro tamen, cur,* &c. Oud. —9 *Cur neque de s. n. d. l. f. conjectaverit.* Florent. *tamen neque de s. n. d. l. f. cunctaverit.* Elmenhorstius. Rom. *sum neque.* Bas. 1. *sed neque.* Colvius. Vid. Not. Var.—1 *Quinque stellas* clare expressis literis habent Mss. Leid. Vulc. Harlem. Brem. Merc. ut reponi jussit Elmenh. et ita a Sole et Luna planetas quinque distinguunt Hygin. lib. I. Astron. præf. Plato in Timæo p. 1052. Vulc. tamen Scal. et Wow. edidere *VII.* cum Cod. Florent. ut Solem et Lunam includat: quomodo unus et alter jam nominatus deinde toto numero comprehenditur. Sic in Act. Apost. sæpius: 'Petrus et XII. Apostoli.' atque alibi sæpissime. Verum nimis diserte hic præcedit, *non modo istos, ut dixi.* in Cantabr. est *u* in altero et Voss. *ut.* Edd. primæ cum Basil. *et.* Fuitne *verum, &c. stellas.* i. e. *et ceteras st.* ut loquitur de dogm. Plat. lib. I. p. 581. Ed. Flor. 'Solis et Lunæ globum, hoc agere, ceterasque stellas, quas non recte Erroneas et Vagas dicimus.' Ald. Junt. Colv. simpliciter *Verum etiam stellas.* Oud.—2 Ms. *quæ tamen inflexo.* Scioppius in Symbola.—3 *Et stato cursui.* Bened. *constatuto c.* Harlem. *et statuto c.* Male: passim ita librarii. Veget. lib. v. c. 10. 'circa diem statum:' ibi 3. Leidd. et Edd. nonnullæ *statutum:* Noster de Mundo p. 735. Ed. Flor. 'statis cursibus:' ubi eadem confusio. Vide ad Flor. N. 15. Voss. *et e statu c.* Oud.—4 *Divinis vicibus. Diutinis v.* Bremensis. *Elmenhorstius.* Quænam sint illæ 'divinæ vices,' non capio. Optime Bremens. *diutinis,* sive diuturnis, longis, et perpetuis: quod et margini allevit Vir doctus. Passim *diutinus* in *divinus* corruptum est, etiam apud Nostrum. V. Ind. Not. *Oud.*—5 Male hoc e solo Florentino contra reliquos Mss. cunctos et Edd. mutavit Elmenh. cum

NOTÆ

tho fertur loca lumine lustrans, Sive suam proprio jactat de corpore lucem.'

[i] *Quæ vulgo vagæ ab imperitis nuncupantur: quæ tamen, &c.*] Noster, in lib. de Philosophia Naturali: 'Solis quippe et Lunæ globum hoc agere, ceterasque Stellas, quas nos non recte Erroneas et Vagas dicimus,' &c. Cic. lib. I. Quæst. Tuscul. 'Astra suspeximus, tum ea, quæ sunt infixa certis locis, tum illa non re sed verbo Errantia. Archimedes Lunæ, Solis, quinque Errantium motus in Sphæram collegit.'

[k] *Varia quippe* [*quidem*] Ms. Thuan. *varia quippe.*

una semper et æquabili pernicitate, tunc progressus,[7] tum vero[8] regressus mirabili vicissitudine assimilant[9] pro situ et flexu,[1] et obstito circulorum,[1] [m] quos probe callet, qui signorum ortus et obitus [667] comperit.[2] In eodem visibilium[3] Deorum numero, cetera quoque[4] sidera, qui cum Platone sentis, locato,[5]

Arcturum, pluviasque Hyadas,[n] geminosque Triones,[6] [o]

æquali celeritate repræsentant mutatione admiranda, modo progressiones, modo autem regressiones, secundum posituram, et curvaturam, et obliquitatem Circulorum, quos ille optime novit, qui didicit ortus, et occasus Astrorum. Tu, qui Platonem sequeris, repone in eodem numero Deorum conspicuorum, Arcturum, et Hyadas

seqq. in *quidem;* quod intricatiorem reddit periodon. In Ms. Bened. est *variam quippe c. s. speciem.* Id.—6 Bremens. *circuli s.* Elmenhorstius. Abest τὸ *sui* ab editis ante Elmenhorst. ut et ab ed. Merc. contra Mss. plerosque. *Oud.*—7 Sic Mss. et Edd. præter Floridi *tum.* Id.—8 Harl. Ursin. Voss. *tunc vero.* Vulc. aliique et Edd. Vulc. Scal. Wow. *tum autem.* Ms. Pal. *tunc autem.* Id.—9 Mss. et Edd. pleræque *assimulant.* V. Ind. Not. *Id.*—1 *Et flexu et abstituto circ.* Scribe: *et flexu obstito circulorum.* Wowerius. Flor. *abstituto.* Rom. *obstitato,* inepte. *Elmenhorstius.*—2 Editi quidam *competit.* Catullus: 'Qui signorum ortus comperit, atque obitus.' *Colvius.* Harlem. *compererit.* Basil. *competit.* Oud.—3 *In eodem visib.* Male hæc Edd. Vett. ante Vulcan. connectunt τῷ *comperit,* habentque *eorum* contra Mss. *Id.*—4 Abest Harlem. Cod. *Id.*—5 *Locato* non est in Batav. excerptis. *Elmenh.* Leid. Harlem. *idcirco.* Deest Msto cujus variæ lectiones a Cl. Burmanno margini Ed. Floridi sunt allitæ, qui liber forte est Leid. vel Bremens. Alias enim cum his respondent. Forsan legendum *inserito.* Oud.—6 *Arcturum, geminos.* Manusc. *Arcturum p. h. g. t.* Quæ sic sagaciter resolvit Fulvius:

NOTÆ

[l] *Tum progressus, tum vero regressus, &c. assimilant pro situ et flexu, &c.*] Progressus, stationes, et retrogressiones Planetarum Veneris, Mercurii, et Martis innuit, quas Ptolemaica hypothesis nonnisi magnis Deferentium et Epicyclorum ambagibus, Copernicana simplicissime ac nullo negotio explicat.

[m] *Et obstito circulorum*] Obliquo Circulorum. Supra: 'radios Solis obstiti, vel adversi usurpat.'

[n] *Arcturum, pluviasque Hyadas, &c.*] Versum hunc Fulvius Ursinus apte reposuit, lacunæ explendæ causa. Desumtus est ex lib. III. Æneid. Fulvii conjecturam probant Mss. Leid. excerpta Batav. et Florent. in quibus legitur, *Arcturum, Phiotum, geminosque Triones.* Arcturus porro stella est in Signo Bootæ, post majoris Ursæ caudam, a qua etiam nomen traxit: est enim ἄρκτος Græcis Ursa, et οὐρὰ cauda.

Pluviasque Hyadas] Hyades septem sunt stellæ in capite Tauri. De his Ovid. Fast. lib. VI. 'Ora micant Tauri septem radiantia flammis, Navita quas Hyadas Graius ab imbre vocat.' Veteres Latini Hyadas verterunt Suculas, ut observat Tiro Ciceronis libertus, apud A. Gellium, nomen derivantes ἀπὸ τῶν ὑῶν a suibus, non autem ἀπὸ τοῦ ὕειν a pluendo, quod tamen verum est ejus etymon.

[o] *Geminosque Triones*] Utramque Ursam, majorem et minorem.

aliosque itidem radiantes Deos,[7] quibus cœli chorum [p] comtum [8] et coronatum suda tempestate visimus,[9] pictis noctibus severa gratia,[1] torvo decore:[2] suspicientes in hoc perfectissimo mundi, ut ait Ennius,[3] clypeo miris fulgoribus variata [4] cælamina. Est aliud genus Deorum, quod natura [5] visibus nostris denegavit: [q] nec non tamen intellectu eos rimabundi [r] contemplamur,[6] acie mentis acrius

Pluviosas, et ambas Arctos: *similiterque alios Deos fulgentes, quibus cernimus cœlestem Cœtum ornatum et cinctum sereno tempore, cum noctes pictæ sunt tristi amœnitate, truci venustate: intuentes cælaturas distinctas splendoribus admirabilibus in illo præstantissimo scuto Mundi, ut inquit Ennius. Est alia species Deorum, quam Natura removit a nostro conspectu, et tamen stupentes intuemur eos cogita-*

Arcturum pluviasque hyadas, geminosque Triones. Scioppius in Symbola. Liber scriptus: *Arcturum pluvias Hyadas, geminos leonem.* Repone vulgatum Virgilii versum, qui extat III. Æneid. *Arcturum, pluviasque Hyadas, geminosque Triones.* Wowerius. Hunc versum Fulvius Ursinus ex Virgil. Æneid. III. vs. 516. lacunæ explendæ apte reposuit, cujus emendationem approbant Membranæ Leidenses, Excerpta Batavica, et Florent. in quibus legitur, *Arcturum, Phiotum, geminosque triones.* Arcturum dicit custodem ursæ, Hyadas Pluvias, geminosque triones, boves duos. Vide Veteres Criticos ad hunc versum. Agellium lib. X. c. 9. et Jo. Ludov. de la Cerda in Notis eruditis ad lib. I. Æn. et II. Georg. *Elmenh.* Verissime et acutissime emendavit Fulvius Ursinus, secutus vestigia libri scripti, quibus nostri consentiunt; præcipue Cujacianus alter, in quo erat, *Arcturum phigi.* nam alii minus diserte, A. G. T. *Merc.* Versus egregie restitutus est ab Ursino et Wowerio, cum in prioris codice legeretur *Arcturum phygt.* Consentiunt Mss. Florent. Leid. Harlem. Mercer. dantes *Arcturum PhyGt* vel *phigi.* Non autem, ut ait Elmenh. *Arcturum Phiotum geminosque Triones.* Ante ipsum edebatur *Arcturum, Geminos, Leonem.* Voss. *Arcturum G. L.* Oud.—7 Bened. *itadiantes Deo.* Edd. Ald. Junt. *radientes D.* Id.—8 *Computum.* Leve peccatum, ac dignum animadversione: scribo, *comptum.* Stewechius. *Chorum comptum.* Sic Rom. Ven. Ald. Aliæ, *choram computum.* Hæc pleraque quæ de Diis Dæmonibusque hic disseruntur e Platonis Epinomide mutuata sunt. *Colvius.* Lips. *compictum.* Oud.—9 Excerpta Batavica *vicimus*: male. *Elmenhorstius.* Bened. *infimus.* Leid. Vulc. *vicimus.* Oud.—1 Bened. *serena.* Male. Vide ad Flor. N. 9. 'gravitas jucunda.' *Id.*—2 Bened. Voss. Harlem. *t. decori.* Id.—3 Bened. *eternus:* inepte. *Id.*—4 Bened. a m. pr. *varieta.* Id.—5 Bened. *quo naturam.* Id.—6 *Intellectu eos mirabundi cont.* Lego, *rimabundi.* Brantius. Cum Vulcan. Scalig. Wower. Brantio, Mercero prætuli *rimabundi*, quia con-

NOTÆ

[p] *Cœli chorum*] Plato, in Epinomide χορείαν πάντων χορῶν καλλίστην καὶ μεγαλοπρεπεστάτην dixit.

[q] *Quod natura visibus nostris denegavit*] Ex his tamen, quos infra Ennianis versibus contentos referet, sex sunt visibiles: Diana nempe, cui Luna; Venus, cui stella Phosphorus, seu Lucifer; Mars, cui stella Pyrois; Mercurius, cui proximus Solis Planetes; Jupiter, cui stella cognominis; et Apollo, cui Sol vulgo tribuitur.

[r] *Rimabundi* [*mirabundi*] Ms. Thuan. *rimabundi.*

contemplantes.[7] Quorum in numero[8] sunt illi duodecim, numeroso situ nominum[9] in duos versus ab Ennio coarctati:[1]

Juno, Vesta, Minerva, Ceres, Diana, Venus, Mars,
Mercurius, Jovi',[2] [s] Neptunus, Vulcanus, Apollo:

[668] ceterique id genus,[3] quorum nomina quidem sunt nostris auribus jam diu cognita; potentiæ vero animis conjectatæ,[4] per varias[5] utilitates in vita agenda animadversæ[6] in iis rebus, quibus eorum[7] singuli curant. Ceterum profana philosophiæ turba imperitorum,[8] vana sanctitudinis, priva veræ rationis,[9] [t] inops religionis, impos veritatis, scrupulo-

tione, considerantes eos attentius oculis animi. In quorum numero sunt hi duodecim, comprehensi duobus versibus ab Ennio, nominibus eorum apte inter se dispositis: Juno, Vesta, Pallas, Ceres, Diana, Venus, Mars, Mercurius, Jupiter, Neptunus, Vulcanus, Phœbus, *aliique ejusmodi, quorum vocabula sunt quidem jamdudum nota nostris auribus: virtutes autem, quas conjicimus mentibus, inter vivendum compertæ ob diversa commoda in illis rebus, quarum unusquisque eorum curam gerit. Porro multitudo ignarorum, quæ rejicitur a Philosophia tanquam profana, cujus sanctitas est falsa, quæ caret recta ratione, quæ est religionis vacua,*

firmatur a Mss. Thuan. Putean. Harlem. Leid. Bremens. aliisque, et frequens Auctoris est stylus. Ad hoc facilior depravatio est rarioris vocis *rimabundi* in *mirab.* quam contra. Adi me ad Met. lib. I. p. 95. b. ubi eadem est varietas. *Mirabundi* cum reliquis Edd. habent Florent. Voss. et Cantabr. *Oud.*—7 Aldus *facie m.* male. Batav. excerpta, *arctius contemplantes.* Elmenhorstius. Prave Edd. Ald. Junt. *facie.* Leid. et Harlem. *arctius.* Suspectum autem mihi repetitum illud *contemplantes.* Vir doctus margini Ed. Junt. allevit *contendentes.* Mss. nil variant. *Oud.*—8 Ms. Lindenbr. *de quorum num.* Id.—9 Vid. Not. Var.—1 Ed. Vic. *coarctatis.* Oud.—2 *Jovis.* Inepte Harlem. a m. sec. *Jupiter.* Scriv. Flor. *Jovi'* quia elidi debet *s.* Id.—3 Bened. male *generis.* Id.—4 Sic egregie restituit Vulc. cum Mss. Vulgo erat ut et in Harlem. *possumus conjectare.* Bened. *animæ.* Id.—5 Harlem. *propter v.* Id.—6 Sic recte idem Vulc. et Mss. O. In Edd. Vett. *animadversos,* quia habent *possumus conjectare* sc. *Deos.* Pessime Ed. Colv. *animadversas.* Id.—7 Al. *quas eor.*—8 *Profanæ phil. turba imp.* F. *profana.* Brantius. Ed. Vic. *profane.* Aliæ ante Vulcan. *profanæ.* Male: quod vidit etiam Brant. nec melius *philosophiæ* abest a Bened. 'Profanus,' pro, expers sacris philosophicis, positum est cum Genitivo. *Oud.*—9 *Privæ rationis.* Malim legi, *privata rationis:* consulendus Agellius lib. II. cap. 20. et Festus in 'privus:' Nonius in 'priva.' In eo quod post subditur de summo Deo 'ipsum solum ab om-

NOTÆ

[s] *Jovi'*] Antiquus nominativus, cujus obliqui casus in usu sunt, cum ipse obsoleverit, seu potius in unam vocem coaluerit cum voce 'pater,' ut factum ex utraque fuerit vocabulum *Jupiter.*

[t] *Priva veræ rationis*] Festi breviator Paulus: 'privos privasque Antiqui dicebant pro singulis: ob quam causam et privata dicuntur, quæ uniuscujusque sint.' Hinc et 'privilegium' et 'privatus.' Dicimus ta-

sissimo cultu,[1] insolentissimo spretu[u] [2] Deos negligit;[3] pars in superstitione, pars in contemtu, timida vel tumida.[4] [w] Hos namque cunctos Deos, in sublimi ætheris vertice locatos,

quæ non potest assequi veritatem, Deos inhonestat cultu superstitiosissimo, aut contemtu impudentissimo, dum alii meticulosi sunt ex superstitione, alii vero turgidi ex eorum spretu. Etenim permulti colunt hos omnes Deos residentes in alto cacu-

nibus nexibus patiendi aliquid, gerendive, nulla vice ad alicujus rei mutua
obstrictum:' in eo subdubito legine debeat, *ad alicujus rei munia obstrictum.*
Vide Festum in 'munus.' *Stewech.* *Priva veræ rat.* pro, *privata.* Brantius.
Sic disertim Romanus, Ald. Membranæ Brem. et Bas. 1. Florent. et Exc.
Bat. *prava veræ r.* alii *privata v. r.* minus bene. *Elmenh.* Mss. Voss. Leid.
Harlem. *prava.* Urs. *parva.* At *privum* sine dubio pro experte sumsit Ap.
nam nimis audacter edidit Philomathes Pisanus *expers v. r.* Bened. autem
vero. Ursin. *vera.* Oud.—1 V. C. *vultu.* Vulcanius. Leid. *vultu.* Elmenh.
Male. *Oud.*—2 *Insolentissimo spiritu.* V. C. *insolentissimos precii.* Minus
recte, ut et quæ sequuntur, *pars in contemtu tumida vel timida.* Vulcanius.
Assentior Fulviano codici legenti: *insolentissimo spretu Deos negl. pars in superstitione, pars in contemtu tumida.* Spretus, id est, contemtus. *Scioppius in Symbola.* Non plane rejecerim Fulviani Cod. lectionem: *insolentissimo spretu.*
Et illa: *omnes sed inscie metuunt.* Idem liber: *verissime metuunt.* Wowerius.
Insolentissimo spretu. Rom. et Ald. *insolentissimo spiritu.* Elmenhorstius.
Spretu tacite cum Wower. et Sciopp. reposuit ex Ursini Cod. Elmenh. pro
vulgato *spiritu,* quod recte de insolentibus et animo elatis dicitur. Nihilominus cum in Cantabr. quoque sit *spto,* Voss. *spreto,* et in Vulcan. libro *insolentissimos precii,* Harlem. *insolentissimos precum,* immo diserte in suis *spretu*
legi mox testetur Mercerus, ego quoque *spretu* præfero. Passim in usu est
'spernere Deos.' *Oud.*—3 *Deos negligit.* Male hæc absunt ab Ed. Vulc.
Id.—4 *Pars in contemptum, p. in superstitionem tum.* Florent. *p. in contemtu,*
p. in superstitione timida vel tumida. Elmenhorstius. Libri optimi ita habent,
pars in superstitione, pars in contemtu timida vel tumida: quomodo et Florentinum et Vulcanii librum habuisse video. 'Timida' ad superstitionem refertur, 'tumida' ad contemtum. Male ergo fecerunt viri docti qui alterum
sedibus suis ejecerunt. Ex iisdem libris iidem recte, *spretu,* quod et nostri
præferunt. *Merc.* Priores tres voces male exulant ab Edd. Ald. et Junt.
Pertinent ad eos, qui 'scrupulosissimo cultu Deos negligunt.' Ceterum
Codd. Flor. Urs. Cantabr. Voss. Harlem. Vulcan. Merc. habent *superstitione*
et *contemtu.* Optime: non enim quantitatem notat, sed causam, cur sint
timidi vel tumidi: de qua vi præpositionis *in* egi sæpius supra. Porro *timida*
vel tumida edidit primus Scaliger, habentque Mss. Florent. Voss. Mercer.
Cantabr. pr. Agnoscunt quoque Elmenh. Scriv. qui uncis inclusere *timida*
vel, Mercer. cum Cout. et Florid. In ceteris Edd. et Mss. solum *tumida,*

NOTÆ

men et 'privatum, cui aliquid est ademtum.' Plautus, Pseudolo, Act. III. Scen. 2. 'His discipulis privos custodes dabo.' Hinc *privata* potius quam *priva* hoc loco legendum videtur, potuit tamen Apuleius hanc vocem eodem sensu usurpare, quæ est ejus in abutendis vocabulis licentia.

[u] *Scrupulosissimo cultu, insolentissimo spretu*] Hæc disjunctive intellige, quasi scriptum sit: *alii scrupulosissimo cultu, alii insolentissimo spretu.*

[w] *Timida vel tumida*] Timida nempe in superstitionem, vel tumida in contemtum.

ab humana contagione procul discretos,[5] plurimi, sed non rite, venerantur; omnes, sed inscie, metuunt; [6] pauci, sed impie, diffitentur. Quos Deos Plato existimat naturas incorporales,[7 x] animales, neque fine ullo,[8] neque exordio,[y] sed prorsus [669] ac retro æviternas, corporis contagione [9] suapte natura [1 z] remotas, ingenio ad summam beatitudinem

mine Cœli, longe remotos a contagio hominum, verum eos colunt illegitimo cultu; universi eos timent, sed imperite: pauci negant eos existere, sed irreligiose faciunt. Quos Deos Plato arbitratur esse substantias incorporeas, animatas, absque ullo fine atque principio, verum æternas ante et post, discretas propria sua natura a contagio corporis, mente facta ad supremam felicitatem, bonas non communicatione ullius

vel solum *timida*, ut in Harlem. et Vulc. *Oud.*—5 Bat. Exc. *disertos.* Elmenhorstius. Leid. Harlem. *disertos.* Oud.—6 Fulv. lib. *Sed verissime m.* Elmenhorstius. Item VV. LL. Burmanni. *Oud.*—7 Floren. Bas. 1. et Brem. *Quod eos P. natura i.* Wower. *quod Deos P. e. veros incorporales.* Elmenhorstius. Mss. Cantabr. Voss. quoque *quod eos.* Mss. Thuan. Voss. Putean. Leid. Vulc. Harlem. Cantabr. et Edd. Vulc. Scal. Merc. Cout. Flor. *naturas incorporales, animales.* Recte. 'Naturæ' sunt τὰ entia sive existentia. In Edd. priscis et Wower. legas *veros* et sequentia *æviternos, remotos, bonos* indigniore genere, uti certe deberet esse, si *natura* legamus cum Mss. Florent. et Brem. quod perperam retento fœminino genere in textum recepere Elmenh. et Scriv. Lectioni *naturas* aliquantum obstant τὰ *suapte natura.* Nihilominus placet, nam Mss. fœmininum genus servant. Adi de talibus D'Orvill. in Vanno Crit. p. 172. Dein *aëedis* in Bened.—8 Corrupte Edd. Vett. *sine.* Hinc tamen Ald. Junt. Bas. sec. Colv. *neque sine ullo fine.* Id.—9 Voss. *contagionis.* Id.—1 *Sua quidem natura.* Ms. *suaque nat.* Scioppius in Symbola. Flor. *suaque natura.* Elmenhorstius. *Suaque natura* libri omnes: non, *sua quidem natura*, ut in vulgatis: possis scribere, *sua quoque natura remotas;* nisi velis minus eleganter ab Apuleio scriptum, pro, corporis contagione ejusque natura remotas. *Merc.* Edd. ante Elmenh. *Sua quidem nat.* Sed Mss. Voss. Thuan. Florent. Harlem. Vulc. Cantabr. Merc. *suaque*, ut edidere Elmenh. Scriv. Merc. et Cout. sine ullo sensu. Recte Floridus et Th.

NOTÆ

x *Quos Deos Plato existimat naturas incorporales*] Contrarium habet Plato, in Epinom. νομίσαι δὲ δὴ δεῖ πάντα τὰ κατ' οὐρανὸν ταῦτα εἶναι ζώων γένη· ὃ δὴ πᾶν χρὴ φάναι θεῖον γένος ἄστρων γεγονέναι, σώματος μὲν τυχὸν καλλίστου, ψυχῆς δ' εὐδαιμονεστάτης τε καὶ ἀρίστης. 'Hæc cœlestia putamus animalia esse, divinum astrorum genus, corpore pulcherrimo, animaque beatissima et optima constitutum.' Et in Timæo, corpora eis maxima ex parte ignea tribuit. Pro *Natura*, quod in vulgatis est, reposui ex Ms. Thuano *Naturas.*

y *Neque exordio*] Plato tamen prædictis locis ortum Diis et initium assignat, quin et in Timæo disertis verbis affirmat, non ex suorum corporum natura esse eos immortales et indissolubiles, sed ex supremi Creatoris voluntate, quæ ipsis majus præstantiusque vinculum futurum sit ad vitæ custodiam, quam nexus illi, quibus fuerunt tunc, cum gignebantur, colligati.

z *Suapte* [*suaque*] *natura*] Lege meo periculo *suapte.*

perfecto,[2] nullius extrarii [3] boni participatione,[4] sed ex sese bonas,[5] et ad omnia [6] competentia sibi promtu facili,[7] simplici, libero, et absoluto : [8] quorum parentem, qui omnium [9] rerum dominator atque auctor est, solutum [1] ab omnibus nexibus patiendi aliquid gerendive, nulla vice ad alicujus rei munia obstrictum,[2] cur ego [3] nunc dicere exordiar ? [4] cum Plato cœlesti [5] facundia præditus, æquiparabilia Diis im-

boni externi, verum ex se ipsis, et quibus universa sibi convenientia suppetunt facile, simpliciter, libere, et perfecte: de quorum patre, qui est dominus et creator cunctarum rerum, quique est liber ab omni necessitate quidpiam agendi vel tolerandi, nullo ordine obligatus ad obeunda officia rei cujusquam, quare nunc incipiam loqui? quandoquidem Plato instructus divina eloquentia, verba faciens digna Diis immor-

Sellius Observ. Add. ad p. 26. *suapte.* Vide omnino ad lib. IX. Met. p. 642. a. *Oud.*—2 *Porrecto.* Rom. edit. *provecto.* Colv. Elmenh. *Perfecto* reposuit Vulc. cum seqq. ut habent Harlem. et Mss. multi, si excerptis fides. Cantabr. cum Edd. vett. *provecto.* Voss. et Var. Lect. Burm. *perrecto.* Edd. Bas. Colv. *porrecto,* i. e. late extenso, et summæ beatitudinis capacissimo, ejusque tantum terminis incluso. Belg. *het verstand reikt zoo ver.* Non male. In Bened. est *protecto.* Oud.—3 Ben. *contrarii.* Male. *Id.*—4 Cantabr. pr. *participationem.* Id.—5 Florent. *ex se bonas.* Harlem. et Mss. Mercer. *ex sese bona.* Cantabr. Voss. *ex se bona.* Vulcan. et alii *ex sese bono.* Edd. priores *ex bono.* Wow. *ex sese bonos.* Id.—6 Caret τῷ *ad* Bas. pr. et *sibi* abest Edd. ante Vulcan. *Id.*—7 *Promto nutu.* Ms. habet, *promtu,* pro *promto nutu.* Scioppius in Symbola. Τὸ *nutu* non est in Flor. et Brem. Bas. Ald. Rom. *prono nutu* legunt. *Elmenhorstius. Promtu facili* Mss. plerique, ut reposuere Elmenh. Scriv. Flor. ut in promtu esse, habere. Edd. primæ *prono nutu.* Vulc. Scal. Wow. *promto nutu.* Merc. *promto,* atque ita Mss. Harlem. et Vulc. In Var. Lect. Burm. *promtu nutu.* Oud.—8 Sic Cantabr. Voss. Harlem. Palat. cum Edd. Vulc. Wow. Merc. Cout. Aliæ *et absoluto.* Harlem. *absolvit.* Voss. *obsoluto.* Id.—9 *Cur ego n. d. e.* Male in omnibus scriptis et editionibus hæc separabantur a superioribus, tanquam initium novæ periodi; scriptumque erat, *cur ergo:* nam sane uno ductu legendum, quomodo excudi jussimus: *quorum parentem, &c. cum ego nunc dicere exordiar?* Mercerus. Sine sensu editores Vulcanio priores ante τὸ *cur* ponebant τελεῖον στίγμα: quo fiebat, ut *parentem* sine verbo poneretur. Cantabr. Harlem. Voss. *parentumque o.* Oud.—1 *Solutum.* Edd. ante Vulcan. *solum.* Id.—2 Flor. *N. v. ad a. r. mutua o.* Elmenhorstius. *Mutua* habent libri scripti et antiquæ editiones, prorsus bene: hoc est, mutationis expertem, ut superiori clausula expressit τὸ ἀπαθές. Male recentiores omnes, *munia.* Mercerus. Exponit Floridus 'nullo ordine obligatus:' quod non capio. Sic tamen Mss. O. Verum pro *munia,* quod primus e margine sui Cod. vel Stewechii emendatione recepit Vulc. habent Mss. Cantabr. Florent. Harlem. Voss. Merc. aliique et Edd. priores *mutua.* Forsan *mutua munia* scripserat Auctor. Quod si sit, recte intelligo, quid sit *nulla vice:* ut scilicet ad Deorum parentem nullæ vices obeundi munia deveniant, quæ ceteri Dii *mutua* inter se exercent. Alioqui *nulla vi* deberet legi, ni fallor. *Oud.*—3 Qui tanto minor sum Platone. Male autem Mss. plerique, item Edd. Aldi, Vulc. Scal. Elm. Scriv. habent *ergo.* Correxit jam Merc. *Id.* Sed denuo recepit Ed. Bip. *J. Bosscha.*—4 Ed. Vicent. *exordiare.* Oud.—5 Edd. Vicent. Bas. pr. *lesti.* Id.

mortalibus disserens, frequentissime prædicet, hunc solum majestatis incredibili quadam nimietate et ineffabili,[6] non posse, penuria sermonis humani, quavis oratione vel modice comprehendi;[a] vix sapientibus[b] viris,[7] cum se vigore[†] animi, quantum licuit, a corpore semoverunt,[8] intellectum hujus Dei (id quoque interdum, velut[9] in arctissimis[1] tenebris, rapidissimo coruscamine[2] lumen candidum) intermicare. Missum igitur hunc locum faciam, in quo[3] non mihi quidem tantum, sed ne Platoni quidem meo quiverunt[4] ulla verba pro amplitudine rei suppetere: ac jam[c] in rebus[5] me-

talibus, sæpissime affirmat hunc unum, ob incredibilem et inexplicabilem exuberantiam Majestatis, non posse attingi saltem mediocriter ullo sermone, propter inopiam humanæ orationis, vix sapientibus viris obtingere cognitionem hujus Dei, etiam quando secreverunt se a corpore quam maxime potuerunt acie mentis: atque eam cognitionem interlucere aliquando, quemadmodum lux alba interlucet in profundissima obscuritate fulgore celerrimo. Omittam ergo hunc locum, in quo voces omnes non modo mihi desunt, verum ne potuerunt quidem sufficere Platoni meo magistro, prout amplitudo rei postulabat: et jam canam receptui in rebus excedentibus meam

—6 Harlem. Vulc. cum Edd. Vulc. Wow. *incredibilis q. nim. ineffabili:* non male. *Et* uncis inclusit Scriv. Bened. *quædam.* Id.—7 Vid. Not. Var.—† Cantabr. Voss. *vigori.* Id.—8 Alii *moverunt.* August. *removerunt.* Brem. *admoverunt.* Ald. et Rom. *semoverint.* Elmenhorstius. Edd. vett. *semoverint.* Mss. Florent. Harlem. Voss. Vulc. Merc. ejusque Ed. et Wower. *moverunt,* ut sit simplex pro composito. Vide Merc. supra ad pag. 664. Ed. Florid. In Cantabr. *moveri.* Hinc aliquando cogitavi legendum sine reciproco *se, comprehendi vix sapientibus viris intellectum hujus Dei cum a corpore semoverunt:* sive, cum omnem corpoream cogitationem de hoc Deo a se amoverunt. Verum omnino in priore distinctione acquiescendum, nec conjecturis hic indulgendum, patet e seqq. *Oud.*—9 Cantabr. Voss. Harlem. *vel.* Id.—1 Al. *altissimis.*—2 *Rapacissimo corusc.* Reposuit ex veteribus libris Vives, *rapidissimo corus.* et rectius. *Colvius.* Roman. et Bas. 1. *rapacissimo.* Elmenhorstius. *Rapidissimo* habent constanter Mss. O. etiam apud August. ubi ante Vivem et hic ante Vulcan. vulgo legebatur *rapacissimo:* quæ voces sæpe in Mss. permutantur. Adi ad Frontin. I. 6. 2. 'Rapidus' de igne et lumine celerrimo obvium. Ovid. Rem. Am. 700. 'Nec rapidas ausim tinguere in amne faces:' ubi vide. *Oud.*—3 Bened. *quod.* Abest Ed. Colv. *Id.*—4 Edd. ante Vulcan. *valuerunt.* Id.—5 *Ac jam rebus.* Fœde hæc contaminata erant in omnibus editionibus; in quibus, *quid igitur faciam in rebus:* at illa, *quid igitur,* in nullis scriptis libris comparent; qui omnes habent, *faciam rebus mediocrita-*

NOTÆ

[a] *Cum Plato, &c. prædicet, hunc, &c. non posse, &c. quavis oratione vel modice comprehendi; vix sapientibus viris, &c.*] Ex Timæo Platonis. Noster, lib. de Philosophia Naturali: 'Quem qui-

ut ipse ait, ἄῤῥητον, ἀκατωνόμαστον,' &c.

[b] *Vix* [*a*] *sapientibus*] Tolle *a*, suadente Ms. Thuano.

[c] *Ac jam, &c.*] Ita inveni manu cor-

diocritatem meam et quidem longe[6] superantibus, receptui canam,[7] tandemque orationem de [670] cœlo in terram devocabo: in qua præcipuum animal homines sumus: quanquam plerique se, incuria disciplinæ,[8] [d] ita depravarint, omnibus erroribus ac piacularibus sceleribus[e] imbuerint, et prope exosa[9] mansuetudine[f] generis sui[1] immane efferarint, ut possit videri[2] nullum animal in terris homine postremius.[3] [g] Sed nunc non de errorum disputatione, sed de naturæ distributione[4] disserimus.[5]

tenuitatem longo intervallo, ac demum deducam meum sermonem ex cœlo in terram, in qua nos Homines sumus primarium animal: quamvis maxima pars, negligentia bonæ institutionis, sic se corruperunt, impleveruntque cunctis erroribus, et criminibus atrocissimis, sicque crudeliter feroces evaserunt, prope consumta lenitate suæ naturæ; ut nullum animal queat reperiri in terris vilius Homine. At jam agamus, non de disceptatione errorum, sed de divisione Naturæ.

tem meam inlonge superantibus. Veram lectionem restitui rejecta prima litera, *ac jam rebus m. m. inlonge superantibus receptui canam.* Mercerus. Juvant sane Harlem. Voss. Cantabr. pr. et Mss. Merceri non agnoscentes *quid igitur:* immo in Bened. pro *q. i. fac.* solum scribitur *et.* Oud.—6 Cantabr. pr. Voss. Harlem. et Mss. Merceri, ipso probante, *inlonge.* Male. cf. ad Met. lib. III. p. 226. b. *Id.*—7 Basil. 2. *receptum canam.* male. *Elmenh.* Item in Var. Lect. Burm. Ed. Bas. sec. et Vulcan. ut apud Ovid. lib. I. Met. 340. 'et cecinit jussos inflata receptus:' ubi vide Heins. et Burm. sed Historici passim dicunt 'receptui canere.' *Oud.*—8 *Bellæ disc.* Tὸ *bellæ* delet Florent. Brem. Ald. et Rom. *Elmenh. Bellæ disciplinæ,* quod Vulcanius e suis addidit, inveni in uno Cujaciano: aliis bene aberat, ut et Florentino abfuisse notat Elmenhorstius. Nolui etiam libros sequi, quamvis omnes habeant, *erroribus ac piacularibus depravaverint, sceleribus imbuerint;* prorsus inverso ordine. *Merc.* Apage istud *bellæ,* intrusum e suo Cod. a Vulcanio, licet agnoscat quoque Cantabr. pr. Non convenit huic loco; ubi de re gravi et seria agitur: quare eam quoque rejecere recte Wower. Merc. Cont. uti exulat a Mss. ceteris, et Edd. prioribus. *Oud.* Vid. Not. Var.—9 *Exesa.* In marg. poët. *exosa.* Colvius. F. *excussa,* vel *exuta.* Brantius.—1 Abest *sui* ab Ed. Floridi. *Oud.*—2 Cantabr. *posset,* et Harlem. *videre.* Id.—3 Bened. *postremus:* et pro *errorum* Harlem. *erroris.* Lips. *earum dispunctione.* Id.—4 *Sed de naturæ distributione.* Hæc male omittit Aldus. *Elmenh.* Item Cod. Bened. *Oud.*—5 *Disseramus.* Flor. *disseremus.* Elmenh. *Disserimus* scribendum, non ut vulgo,

NOTÆ

tis, *quid igitur faciam, &c.* quod ideo amplexus sum, quia jam supra interrogatio similis præcessit, cui suam cœpit jam addere subjectionem, 'Missum igitur,' &c.

[d] [*Bellæ*] Deest in Ms. Thuano.

[e] *Ac piacularibus sceleribus*] Piaculum et piaculare scelus est, propter quod expiatio debetur, teste Servio, ad hunc versum lib. VI. Æneid. 'Distulit in seram commissa piacula mortem.'

[f] *Et prope exosa* [*exesa*] *mansuetudine, &c.*] Quid, si legas *exosa?* sic omnino scriptum fuisse nullus dubito.

[g] *Postremius*] Nomini 'postremus,' quod superlativi gradus est, alios gra-

Igitur homines ratione plaudentes,[6] oratione pollentes,[h] immortalibus animis, moribundis membris,[7] levibus et anxiis mentibus,[8] brutis et obnoxiis corporibus, dissimillimis [9] moribus, simillimis erroribus,[1] pervicaci [2] audacia, pertinaci spe, casso [3] labore, fortuna caduca, singillatim [4] mortales, cunctim [5] tamen universo genere perpetui,[i] vicissim sufficienda prole mutabiles, volucri tempore, tarda sapientia, cita morte, querula [6] vita terras incolunt. Habetis interim [7] bina animalia:[k] Deos ab hominibus plurimum differentes, loci sublimitate, vitæ perpetuitate, naturæ perfectione, nullo inter se propinquo communicatu;[8] cum et [671] habitacu-

Ergo homines habitant tellurem præditi ratione, valentes sermone, mentibus immortalibus, corporibus mortalibus, animis futilibus et solicitis, corporibus stupidis et infirmis, vita maxime dispari, erroribus valde paribus, temeritate pertinaci, spe obstinata, labore vano, fluxa sorte, singuli mortales, omnes tamen æterni in tota sua specie, in hoc mutabiles, quod substituant alternis sobolem in suum locum, celeri ævo, lenta prudentia, propera morte, vita querula. Interea ecce vobis duo genera animalium, Deos nempe permultum discrepantes ab hominibus, altitudine habitationis, æternitate vitæ, præstantia Naturæ, nullam habentes cum iis communicationem proximam: cum illæ supremæ sedes dirimantur ab imis tanto intervallo

disseramus, nec, ut scripti omnes, *disseremus.* Mercerus. Cantabr. quoque et Voss. et Harlem. cum Ed. Elmenh. *disseremus*. Bened. *disserimus*, ut vere conjecit Mercerus. *Oud.* Hinc igitur firmatur conjectura initio hujus lib. proposita: *secundum Deos summam, mediam, infimam.* J. Bosscha.—6 Vid. Not. Var.—7 *Et mor.* Bened. *moribundos* Edd. Ald. Junt. *Oud.*—8 Margar. poët. *et annexis mentibus.* Colvius. Abest *et* a Bened. *Oud.*—9 Augustin. *dissimilibus.* Id.—1 *Similibus err. Et sim.* Edd. Ald. Junt. *simillimis* Edd. Elmenh. Scriv. Flor. *Id.*—2 Voss. *pervicacia.* Id.—3 Vitiose Edd. quædam August. *crasso.* V. ad Flor. N. 17. *Id.*—4 *Singulatim.* In B. August. *singillatim*, ibid. et etiam lib. XII. cap. 10. *sigillatim.* Dixi ad Florida. *Colvius.* Rom. *singulatim.* Elmenhorstius. *Singillatim* Mss. at Edd. Vic. Bas. Colv. *singulatim.* Vide supra ad Flor. N. 9. Vitiose Ald. Junt. *sigillatim.* Oud.—5 Al. *cunctis* et *cuncti.*—6 Prave Ed. Scal. *quærula.* Oud.—7 Ridicule Cantabr. *interra.* Id.—8 Fulvii liber *concomitatu:* male. *Elmenh.* Cantabr. *municatu.*

NOTÆ

dus tribuit Noster, hic comparativum, in Apologia superlativum. 'Cum adolescentulis postremissimis inter scorta et pocula puer hoc ævi convivium agitat.'

[h] *Ratione plaudentes, oratione pollentes*] Sic legitur hic locus apud D. Augustin. de Civit. Dei, lib. IX. cap. 8. Colvius malebat *ratione cluentes.* Lud. Vives, *ratione gaudentes.* Wower. invertenda verba arbitratur, et legendum, *ratione pollentes, oratione plaudentes.*

[i] *Cunctim tamen universo genere perpetui*] Ex Platone, lib. IV. de Legibus.

[k] *Habetis interim bina animalia, &c.*] Vide Divum Augustinum, lib. IX. cap. 12. de Civitate Dei.

la[9] [l] summa ab infimis [1] tanta intercapedo fastigii dispescat,[2] et vivacitas illic æterna et indefecta sit; hic caduca et succidua:[3] et ingenia[4] illa ad beatitudinem sublimata sint; hæc ad miserias infimata.[5] [m] Quid igitur? nullone[6] connexu natura se vinxit,[7] sed in divinam et humanam partem sectam se et interruptam,[8] et veluti[9] debilem passa est? Nam, ut idem Plato ait, nullus Deus miscetur hominibus:[1] [n] sed hoc præcipuum[2] eorum sublimitatis specimen est, quod

altitudinis, et illic vita sit perpetua et nunquam deficiens; hic vero fluxa et interrupta: atque illæ mentes sint erectæ ad felicitatem; hæ vero depressæ ad calamitates. Quid ergo? an Natura nullo vinculo seipsam connexuit, sed reliquit se divisam in partem Deorum, et in partem hominum, atque ideo interruptam, et quasi mancam? Ut enim idem Plato dicit, Nullus Deus conversatur cum hominibus: verum hoc est præcipuum argumentum eorum celsitudinis, quod non inqui-

Vulgatis consentit August. *Oud.*—9 *Ea habitacula.* Ex Ursini libro tacite sic edidit, cum Scriv. Flor. Elmenhorstius, cui accedunt Harlem. Voss. et Cantabr. uterque. Sed abest *τὸ ea* a 2. Codd. Lindenbrogii. In Edd. prioribus item Merc. et Cont. et August. lib. IX. c. 12. Prisciano p. 885. editur *cum et habitacula;* melius pro genio Apuleii, qui amat Polysyndeton, ut monui sæpius. V. Ind. Not. Bened. *habicula.* Id.—1 Deest *ab* in Harlem. Voss. et Cantabr. utroque, atque Edd. Merc. et Cont. *Id.*—2 *Dispescant.* Id est, distent: ut accipitur a Prisciano lib. x. ubi hic locus in medium adducitur. Non ita Augustinus, sed: *Cum et habitacula summa ab infimis tanta intercapedo fastigii dispescat.* Colvius. Priscianus et Edd. ante Vulcan. *intercapedine dispescant:* neutraliter pro *distent.* Sed Mss. O. cum August. *intercapedo dispescat:* nec video causam, cur ab ea lectione recedamus. Adi ad Flor. N. 15. 'nec ab ea multo pelagi dispescitur.' Salmasius tamen Plin. Exerc. p. 563. accedit Prisciano, et Mss. vulgares corruptos pronuntiat. *Oud.*—3 Vid. Not. Var.—4 Edd. ante Vulcan. carent copula. Mox pro *sint* Harlem. *sunt.* Oud.—5 Sic recte Rom. Aldus, Augustinus et Ms. Bremensis: in Florent. et Leidensi est, *infirmata:* male. Verbo 'infimare' bene respondet τὸ 'sublimare,' atque ita loquitur lib. I. Metam. 'Manes sublimare, Deos infimare.' *Elmenh.* Ubi vide. *Infirmata* habent etiam Voss. Cantabr. Harlem. *Oud.*—6 Harlem. *qui igitur ullone.* Id.—7 *Natura sejunxit.* Legerim, *in se junxit.* Brantius. Bene Vulc. cum seqq. et Mss. *natura se vinxit.* Oud.—8 Vid. Not. Var.—9 *Ac veluti.* Ita Mss. Cantabr. uterque Voss. Harlem. Ursin. Ed. Merc. Cont. non ut vulgo *et veluti.* Oud.—1 August. lib. IX. c. 16. *homini.* Id.—2 Bened. *principum.* Id.—3 *Contractione.* Lego, *contactione* vel

NOTÆ

[l] *Cum et [ea] habitacula, &c.*] Locum hunc aliter paulo legit Priscianus l. x. 'Dispesco,' inquit, 'dispescui, quod ponit Apuleius in Dialogo, qui est de Deo Socratis:' cum habitacula summa ab infimis tanta intercapedine dispescant, id est, distent.

[m] *Ingenia illa ad beatitudinem sublimata sint, hæc ad miserias infimata*] Noster, lib. I. Metamorph. 'Manes sublimare, Deos infimare.'

[n] *Ut idem Plato ait, nullus Deus miscetur hominibus*] In Convivio: *θεὸς δὲ ἀνθρώπῳ οὐ μίγνυται.* 'Deus vero non miscetur homini.'

nulla attrectatione[3] nostra contaminantur.[4 o] Pars eorum tantummodo[5] obtutu hebeti visuntur; ut sidera: de quorum adhuc et magnitudine et coloribus[6] homines ambigunt: ceteri autem[p] solo intellectu, neque promto, noscuntur.[7] Quod quidem mirari super Diis[8] immortalibus nequaquam congruerit;[9] cum alioquin[1] et inter homines, qui fortunæ munere opulenti[2] elatus, et usque ad regni nutabilem[3] suggestum et pendulum tribunal evectus est, raro aditus,[4 q] longe remotis arbitris,[5] in quibusdam dignitatis suæ pene-

nentur ullo contactu nostro. Quidam ex illis conspiciuntur solum visu debili, puta Astra, de quorum mole et coloribus homines etiamnum dubitant: reliqui vero percipiuntur tantum cogitatione, eaque non facili. Quod sane minime mirandum est in Diis immortalibus, cum alias ex hominibus quoque qui erectus est beneficio Fortunæ, et elatus usque ad solium vacillans, et thronum pendentem regni, raro conve-

contrectatione, aut, *attrectatione:* quemadmodum B. August. lib. VIII. cap. 16. etiam legisse videtur. Sic infra: 'Neque illos sacris rerum humanarum, sed a contrectatione sola removi.' *Colvius.* Rom. Bas. 1. August. *contractione.* Elmenhorstius. *Attrectatione* recte seposuit Vulc. et seqq. nam consentiunt Mss. plerique, item Augustinus et auctor de Mundo p. 738. Ed. Flor. 'summam illam potestatem neque indecore attrectantem cominus cuncta.' Olim edebatur *contractione:* unde Colv. et Acidalius ad Velleium divinarant *contactione:* quod minus bene olim mihi placuit ad Lucan. lib. v. 91. 'Contactumque ferens hominis:' rectius esset *contrectatione:* ut cuivis facile incidere potest, extatque in Var. Lect. Burm. et paulo post p. 674. Ed. Flor. et apud Augustin. *Oud.*—4 Sic quoque August. et Mss. plerique. At Cantabr. uterque Voss. et Edd. ante Vulcan. *contaminatur.* sc. sublimitas. Non placet. *Id.*—5 Edd. ante Vulcan. *tamen.* Id.—6 *Et magn. et color.* Prave Bened. *magn. et color.* Id.—7 Ut Dii majorum gentium, sed quibus non attributa sidera, ut prioribus. Est autem hæc emendatio egregia Vulcanii, cui consonant maxima ex parte Codices. Antea excusum *cœlo a. soli intellecta n. p. nosc.* sine sensu. *Ceteri* est in Mss. O. nisi quod Florent. et Voss. *celeri.* Sed *sola intellecta* iidem et Cantabr. uterque. In Harlem. *solo intellecto.* Dein *nascuntur* Florent. Bened. et Voss. *Id.*—8 Edd. ante Vulcan. *super his.* Id.—9 Edd. Bass. Colv. *congruit.* Id.—1 Voss. et Ald. *alioqui.* Id.—2 Al. *opulentia.*—3 Al. *mutabilem.*—4 *Aditus et.* Emendo, *aditur.* Vulcanius. Durissima hæc est lectio *aditus.* Sed Wower. et Contur. tacite ediderunt *aditur,* ex conjectura Vulcanii, quod placuit etiam Mercero, sed Mss. O. *aditus.* Quid si legamus *aditus det, l. &c.* passim 'dare, præbere aditum' is dicitur, qui facile quemvis ad se admittit, ut sæpe apud Ovidium. *Oud.*—5 Rom.

NOTÆ

[o] *Quod nulla attrectatione nostra contaminantur*] Deos Plato a contrectatione removet rerum humanarum, non autem ab earum cura: nam in Epinom. dicit, 'Deos rerum omnium maximarum simul et minimarum curam habere.'

[p] *Ceteri autem*] Ut Juno, Vesta, Minerva, Ceres. Neptunus, Vulcanus, Tethys, et reliqui, quibus astra assignata non sunt.

[q] *Raro aditus*] Supple *sit,* ita ut 'aditus' participium passivum sit verbi 'adeo,' et, 'raro aditus sit,'

tralibus degens. Parit enim conversatio contemtum, raritas conciliat[6] admirationem.[r] Quid [672] igitur, oro te, (objecerit aliqui,)[7] post istam,[8] cœlestem quidem, sed pæne inhumanam tuam sententiam[s] faciam?[9] si omnino homines a Diis immortalibus procul repelluntur,[1] atque ita in hæc terræ tartara[2] relegantur, ut omnis sit illis adversus cœlestes Deos communio denegata; nec quisquam[3] eos e cœli-

niatur, et semotis procul testibus vivat in quibusdam recessibus suæ majestatis. Nam familiaritas creat contemtum, raritas parit admirationem. Quid ergo agam (opponet quispiam orator) post hanc tuam opinionem, cœlestem quidem, sed fere crudelem? si homines penitus removentur a Diis immortalibus, et si detruduntur in hæc infima telluris, ut omnis communicatio sublata sit ipsis cum Diis cœlicolis,

Venet. Ald. *arbitriis:* id est, *arbitris:* ut Ministeria, id est, ministri, et talia id genus. *Colvius.* Ms. Bened. cum Edd. primis *arbitriis.* Vide ad Met. lib. I. p. 52. a. *Oud.*—6 *Ipsa rebus.* In Ms. deest vox *ipsa.* Scioppius in Symbola. Dele has voces jubentibus membranis Flor. Bremens. et Fulvianis. *Elmenh.* Expunxi cum Merc. et Cout. has voces fide Mss. trium Lindenbr. item Voss. Cantabr. utriusque et Harlem. A Fulviano abest quoque *ipsa;* quod hinc tacite induxit Wower. *Oud.*—7 *Orator objecerit aliquis.* Ita et Fulvii alter legit; nisi quod pro *aliquis* habet, *alicui.* Magis autem placet alterius libri lectio: *tuam sententiam faciam.* Scioppius in Symbola. Flor. *aliqui.* Elmenhorstius. Libri, *aliqui,* vel, *aliquid.* Mihi non facile eripietur, totum hoc esse scioli cujusdam additamentum, scriptumque ab Apuleio: *Quid igitur, oro te, quid post istam cœlestem quidem, sed pæne inhumanam sententiam faciam?* Sane *faciem* libri omnes, non *patefaciam.* Mercerus. Ego malim cum Gronovio Obs. in Eccles. auct. c. 21. p. 231. rescribere *Oro te, objecerit aliqui.* Ultimum enim clare Florent. Harlem. Voss. cum Merceri aliquot Codd. In Vulcan. et uno Fulv. *alicui.* Vide ad Flor. N. I. *Oud.*—8 Inepte Edd. ante Vulcan. *primo istam.* Id.—9 *Patefaciam* fere libri omnes, sed tamen scribendum: *faciam.* Wowerius. *Faciam* Flor. Bat. et Puteani. Excerpta *missam faciam,* Leidens. et Basil. 2. *patefaciam,* male. *Elmenh.* *Faciam* bene rescripsit primus Wower. licet male pronuntiet, in plerisque libris esse *patefaciam.* Id enim non comparet nisi in altero Fulviano et Vulcan. Cod. qui cum Scaligero sic edidit, cum antea exprimeretur *missam faciam.* Reliqui omnes modo *faciam.* Forsan ex *pate* fieri posset *rite.* Oud. —1 Vulgo *pelluntur.* Elmenhorstius. Var. Lect. Burm. cum Ed. Scal. *pelluntur.* Oud.—2 Harlem. *tarta.* Id.—3 Cantabr. Harl. Edd. ante Vulcan. *ne*

NOTÆ

idem sit ac 'raro adeatur.'

[r] *Raritas conciliat* [*ipsa rebus*] *admirationem*] Ms. Thu. non habet: *ipsa rebus.*

[s] *Sed pæne inhumanam tuam sententiam*] Cum vox 'inhumanam' possit significare et crudelem, et ab humana natura alienam, utrumque hic sensum habet, opponiturque decentissime 'cœlesti.' Cum autem hujusmodi voces ambigui sensus non possint recte per alias simpliciter exponi, ne mirere quod omnem hujus vim in Interpretatione non expresserim.

tum numero velut pastor, vel equiso,[4] vel bubsequa[5] seu[6] balantium, vel hinnientium, vel mugientium greges intervisat, qui[7] ferocibus moderetur, morbidis medeatur,[8] egenis opituletur? Nullus, inquis,[9] Deus humanis rebus[1] intervenit. Cui igitur preces allegabo? cui vota[2] nuncupabo? cui victimam[3] cædam? quem miseris auxiliatorem, quem bonis fautorem,[4] quem adversatorem[5] malis in omni vita ciebo?[6] quem denique, (quod frequentissimum est,) jurijurando arbitrum adhibebo? an ut Virgilianus Ascanius,

Per caput hoc[7] juro,[t] per quod pater ante solebat?

neque ullus ex numero Deorum visitet eos, tanquam opilio greges ovium, aut equitarius greges equorum, aut bubulcus armenta boum; ut reprimat ferocientes, sanet ægros, juvet pauperes? Nullus Deus (ais) se immiscet rebus hominum. Quem igitur precabor? cui faciam vota? cui immolabo hostiam? quem invocabo per totam meam vitam, tanquam adjutorem infortunatorum? quem tanquam amicum proborum? quem tanquam hostem improborum? quem postremo admovebo testem sacramento (quod frequentissime accidit)? num dicam sicut Iulus apud Virgilium, Juro per hoc caput, per quod meus pater consueverat prius jurare?

quisq. Præpos. *e* abest ab Harlem. *Id.*—4 Flor. *Equitio.* Rom. et Aldus *Equisio.* Bas. 2. *equisitio.* Elmenhorstius. Cantabr. uterque et Voss. *equitio.* Harlem. et Edd. ante Bas. sec. *equisio.* Ms. Vulc. et Edd. Bas. sec. Vulc. Scal. *equisitio:* prave. Vide ad Met. lib. VIII. p. 473. a. *Oud.*—5 *Bobsequa.* Rom. *bubsequa.* Bremens. *Busseca.* Bas. 2. Excerpt. Bat. et Puteani *Bosequa.* Elmenhorstius. Cantabr. Voss. Edd. Ald. et Junt. *busequa.* Harlem. Leid. et Vulc. Ed. *bosequa.* Edd. Scal. Elm. Scriv. *bobsequa.* Vide itidem ad Met. lib. VIII. p. 505. a. *Oud.*—6 Vulc. cum seqq. præter Wower. minus bene reposuit *ceu*, i. e. quasi, velut; nam id jam præcesserat. Ita tamen videtur esse in Mss. nonnullis; sed Mss. Fulv. et Harlem. recte servant *seu*, i. e. sive. Offendisse videtur Vulcanium aliosque, quod sequatur *vel* pro *sive.* Sed vide ad Met. lib. V. p. 107. Pric. *Id.*—7 Harlem. *interius a.* Id.—8 Bened. *mederetur.* Id.—9 *Inquit.* Romæ impressum, *inquis.* Colvius. Lege, *inquis.* Wowerius. Vitiose Edd. Vic. Ald. Junt. Bas. Colv. *inquit.* Vulc. *inquis.* Mss. et Ed. Rom. *inquis.* Oud.—1 Abest ab Ed. Scalig. *Id.*—2 Præfero *vota* e Mss. utroque Cantabr. Voss. Harlem. atque ita Edd. Vulc. Wow. Merc. et Cont. Flor. Al. *votum.* Id.—3 Edd. Ald. Junt. *victima.* Id.—4 Edd. ante Vulcan. *faut. bon.* Id.—5 Vid. Not. Var.—6 *Cum vita.* Tentabam, *cum voto:* sed ἐπέχω. *Colvius.* Recte Vulc. &c. cum Mss. *in omni vita.* Ante edebatur *cum vita.* In Bened. et Voss. est *omni vita ciebo*, sine τῷ *in.* Oud.—7 *Jurijurando, &c. hoc.* Totus hic locus de Jurejurando corruptus, hiulcus, mutilus viros doctos merito torsit. Sed quis Œdipus se tantis difficultatibus explicare absque veteri cod. potuisset? cujus ope pauca aliquot literis immutatis adjectis, spero me optimam ei medicinam attulisse. *Vulc.* Bene hæc omnia inseruit Vulc. cum seqq. astipulantibus Mss. cunctis. *Oud.*

NOTÆ

[t] *Per caput hoc juro*] Desumtus hic versus ex lib. Æneid. IX. Duplici autem sensu intelligitur a Virgilii Interpretibus: alii enim 'caput hoc' intelligunt caput Æneæ, per quod solitus esset ipse Æneas jurare, et per

At enim, o Iule, pater tuus hoc jurejurando uti poterat[8] inter Trojanos stirpe cognatos, et fortassean[9] inter Græcos prælio cognitos:[1] at enim inter [673] Rutulos[2] recens cognitos, si nemo huic capiti crediderit,[u] quis pro te Deus fidem dicet?[3] An, ut ferocissimo[4] Mezentio,[w] dextra[5] et telum? quippe[6] hæc sola advenerat,[7][x] quibus propugnabat,

Dextra mihi Deus,[y] et telum, quod missile libro.

Apagesis tam cruentos[8] Deos, dexteram cædibus fessam, telumque sanguine rubiginosum:[9] utrumque idoneum non

Sedenim, o Ascani, tuus parens poterat adhibere hoc sacramentum inter Troës affines origine, atque etiam forsitan inter Græcos sibi notos certamine: verum, inter Rutulos nuper tibi notos, si nullus fidem habuerit isti capiti, quis Deus fidejubebit pro te? Num tua manus, et jaculum, veluti ferocissimo Mezentio? nam invocat hæc tantum, quibus se defendebat. Manus mea mihi est Deus, nec non jaculum, quod mitto libratum. Aufer, quæso, Deos tam sanguinolentos: manum fatigatam homicidiis, et jaculum ferruginosum cruore. Hæc ambo

—8 Edd. carentes priore periodo habent *potero*. Id.—9 Sic hic Mss. O. Edd. ante Vulcan. *fortasse*. Vide ad Met. lib. v. p. 338. *Id.*—1 Ita Mss. O. in Edd. iisdem *gentes pr. cognitas*. Unde vero habeat Floridus suum *Graios*, ipse viderit. *Id.*—2 Sic habent Codd. Fulv. Cantabr. uterque Voss. Thuan. Harlem. Batav. nec dubito de ceteris, ut et Edd. priores. *Enim* excidit ex Ed. Vulc. et hinc seqq. Passim ‘at enim’ Apul. utitur cum ceteris, pro ‘sed autem.’ V. Ind. Immo modo hic præcesserat, quæ forsan causa est, cur omiserit Vulc. Sed forsan sub eo latet aliquid, ut statim videbimus. *Id.* Vid. Not. Var.—3 Cantabr. duo et Harlem. *dicit*. Oud.—4 Brem. *fortissimo*. Elmenhorstius. Uterque Cantabr. Fulv. Harlem. Vulc. Voss. Mss. *ut se feroc.* Oud.—5 Ed. Scriv. *dextera*. Id.—6 *Quippe, &c. telum*. Desunt Ms. Bened. et Edd. ante Vulcan. Male. *Id.*—7 Vide Not. inf. et Not. Var.—8 Bened. *cruento*. et, *dextra cæd. fessa*. Oud.—9 Ald. *rubigiosum*. Elmenhorstius.

NOTÆ

quod tunc temporis, natus ejus, patrem imitatus, juraret: alii (quod magis placet) caput intelligunt ipsius Iuli, per quod, utpote sibi carissimum, pater jurare esset solitus, antequam esset Pontifex; eum enim ex quo Pontifex fuisset factus, jurare jam per nati caput non potuisse, sed tantum per Deos.

[u] *At* [*enim*] *inter Rutulos recens cognitos, si nemo huic capiti crediderit* [*credat, &c.*] At non Rutulis jurat Iulus, sed Euryalo, qui et ipse Trojanus erat, et Priamo ex matris parte cognatus, ut videre est lib. IX. Æneid. jam laudato. Ms. Thuan. habet: *atenim inter Rutulos.*

[w] *Mezentio*] Qui sæpius apud Virgilium ‘contemtor Divum’ dicitur.

[x] *Hæc sola advenerat* [*adjurat*] Ms. Thuan. *advenerat*, fortasse *advenerat[ur]*.

[y] *Dextra mihi Deus, &c.*] Lib. x. Æneid. Mezentius hos Deos sic invocat: ‘Dextra mihi Deus, et telum, quod missile libro, Nunc adsint.’

est, propter quod [1] adjures; ne ut per ista juretur,[2] [a] cum sit summi Deorum hic honor [3] proprius. Nam et jusjurandum [4] Jovis jurandum [b] dicitur, ut ait Ennius. Quid igitur censes? [5] Jurabo per Jovem lapidem, Romano vetustissimo ritu? [c] Atqui,[6] si Platonis vera sententia est, nunquam se Deum cum homine communicare, facilius me audierit lapis, quam Jupiter. Non usque adeo [7] (responderit [8] enim [9]

non sunt digna quæ invoces, neque jurandum est per illa, quandoquidem hic honor peculiariter pertinet ad supremum Deorum. Etenim jusjurandum quoque appellatur Jovisjurandum, ut inquit Ennius. Quid ergo suades? an jurabo per Jovem lapidem, antiquissimo Romanorum more? Verum, si opinio Platonis est vera, Deum nempe nunquam habere commercium cum homine, saxum facilius me audiet, quam Jupiter. Hoc non verum est. Nam Plato reponet meo ore pro sua opinione:

Immo Ald. habet *rubigionosum*. Var. Lect. Burm. *rubigiosum*. Oud.—1 Vulgo *per quod*. Elmenhorstius. Mss. Florent. Voss. Cantabr. aliique cum Edd. Wow. Merc. Coutur. et Elmenh. in notis *propter*. At rectius delebis utrumque, et *per* et *propter*. Certe nullum idoneum sensum elicio e τῷ *propter*. Oud.—2 Vid. Not. Var.—3 Exulat *hic* a Bened. *Oud.*—4 Acute Lipsius, *Jovis jurandum*. Colvius. Puto deesse verbum *Jovis*. Nam et apud Cic. III. de Offic. ita legitur: Ennius: 'O fides alma apta pinnis et jusjurandum Jovis.' Lipsius legit, *Jovis jurandum*. Brantius. *Jovis jurandum* non est in Florentino, Rom. et Aldo. Vide Lips. Elect. I. cap. 18. *Elmenh.* Egregie supplevit Vulcan. *nam et jusjur. Jovisjur. dic.* e suo codice, cui astipulantur Thuan. Harlem. Putean. Brem. et alii. Vulgo deerat *Jovis jurandum:* ut et in Florent. ac Bened. Contra Cantabr. habet, *nam et* (*ad* in Ms.) *Jovisjur. d.* uti conjecerat Lipsius. Vir Doct. in marg. Ed. Junt. *ei Jusjur. d.* Non male Brant. *jusjurandum Jovis dic.* Oud.—5 *Quid igitur censes.* Ultima vox abest Edd. ante Vulcan. nec male, si Mss. addicant. Sed supra hoc lib. 'quid igitur faciam?' *Id.*—6 Voss. Harlem. *atque*. Id.—7 *Non usque adeo.* Hoc quoque delendum est, suppositum alieno loco, et deinde auctore Ms. scribendum: *non usque adeo, inquit, sejunctos.* Wowerius. Ita recte omnes libri; quæ male induxit Wowerius. *Merc.* Parenthesi interposita suo more repetit primas voces. Vide ad Met. lib. I. init. et sæpius. Ante Vulcan. editum solum *non* contra Mss. *Oud.*—8 *Respondebit.* Flor. *responderit.* Elmenhorstius. Putean. quoque Harlem. Voss. Cantabr. *responderit*, elegantius quam vulgare *respondebit*. Bened. *respondit*. Oud.—9 Abest Ed. Wow.

NOTÆ

[a] *Propter quod adjures, &c.*] Ms. Thuan. *propter quod adjures, neve per ista:* ut etiam manu emendatum video in meo Elmenhorstiano exemplari: in Interpretatione sic verti, quasi desit initio *propter*, idque sensus commodioris causa.

[a] *Ne ut* [*neve*] *per ista juretur*] Totam hanc periodum Wowerius delet, veluti suppositititiam.

[b] *Jovisjurandum*] Sic Lipsius, l. I. Elect. cap. 18. restituit, cum prius abesset a textu vox *Jovisjurandum*. Laudatur a Cicerone versus Ennii, ad quem videtur hic Noster respicere: 'Fides alma, apta pennis, jurandum Jovis.' Citatur et a Lipsio versus Nævii: 'In sacratum Jovisjurandum sanguine.'

[c] *Per Jovem lapidem, Romano vetustissimo ritu*] Ritum hunc explicat Festus in voce 'lapidem.' 'Lapidem'

Plato pro sententia sua,[1] mea voce), Non usque adeo, inquit,[2] sejunctos et alienatos a nobis Deos prædico, [674] ut ne vota quidem nostra ad illos[3] arbitrer pervenire. Neque enim ipsos cura[d] rerum humanarum,[4] sed contrectatione sola removi. Ceterum sunt quædam divinæ mediæ[5] potestates, inter summum æthera et infimas terras, in isto intersitæ[6] aëris spatio, per quas et desideria nostra[e] et merita ad Deos commeant. Hos Græci nomine[7] δαίμονας nuncupant: inter terricolas cœlicolasque vectores,[8] hinc pre-

Non dico (ait) Deos tantopere semotos et aversos a nobis, ut ne existimem quidem nostras preces deferri ad eos. Nam non arcui eos a cura, sed tantum a contactu rerum humanarum. Porro sunt quædam virtutes divinæ mediæ, positæ in hoc intervallo aëris inter supremum Cœlum et imam tellurem, quarum opera et vota nostra, et egregié facta transeunt ad Deos: hos appellant Græco vocabulo Dæmonas, qui inter incolas terræ et ætheris portant hinc preces, inde beneficia: qui ab

****

Id.—1 Edd. vett. *sua sent.* A Cantabr. et Voss. abest *sua.* Id.—2 Edd. ante Scal. vel Vulc. Ed. sec. carent hoc verbo contra Mss. O. *Id.*—3 *Nostra ad illos.* Edd. eædem *vestra*, male; omissis duabus ultimis voculis. *Id.*—4 *Illos sacris rerum h.* V. C. *illa* (alias *ulla*) *sacra r. h. sed contrectationem solam removi.* Vulcanius. Ms. *illa sacra rer.* Forte: *illos a cura.* Scioppius in Symbola. Flor. Brem. et Leid. *illos sacra r. h. s. contrectatione:* unde Scioppius *neque e. i. a cura r. h. s. contrectatione.* Elmenhorstius. Religio mihi non fuit exprimere certissimam Scioppii conjecturam, *illos a cura rerum humanarum;* pro quo in libris, *illa sacra*, omissa litera *a*. Mercerus. Bened. cum Florent. Brem. Leid. *illos sacra.* Harlem. *illa sacris.* Immo Var. Lect. Burm. *ipsos cura r. h.* Sane malim ego hic quoque delere præpositionem *a*, uti mox *a contrectatione* præpositio non comparet in ullo codice nec Edd. Merc. Vulcan. *Oud.*—5 Cantabr. *medicæ.* Id.—6 Brem. *intersito:* probat Oud.—7 Al. *Græco n.*—8 *Terricolas* male abest a Florentinis. Brem. *inter homines cque.* v. Photius ex Hierocle fol. 750. Plato τὰ σώματα πρῶτα οὐράνια καλεῖ, καὶ θεοὺς, τὰ δὲ μέσα λογικὰ αἰθέρια καὶ δαίμονας ἀγαθοὺς ἑρμηνέας τε καὶ ἀγγέλους τῶν συμφερόντων ἀνθρώποις γινομένοις. *Elmenh.* Edebatur vulgo, *inter mortales cœlicolasque.* Vulcanius edidit, *inter terriculas cœlicolasque:* quem secutæ sunt posteriores edd. At illud, *terricolas*, nusquam in libris nostris, ne in Florentinis quoque, teste Elmenhorstio, qui ex Bremensi affert, *inter homines cœlicolasque:* quam ego veram esse lectionem puto, eamque in codicibus nostris

NOTÆ

(inquit) 'silicem tenebant juraturi per Jovem hæc verba dicentes: SI SCIENS FALLO, TUM ME DIESPITER SALVA URBE, ARCEQUE, BONIS EJICIAT, UTI EGO HUNC LAPIDEM.' Apud Athenienses lapis erat destinatus ad quem juramenta fierent, teste Suida.

[d] *Ipsos [a] cura*] Sic reposui vestigia secutus membranarum Thuanarum, quæ habent *ipsa sacra*, in vulgatis legitur *illos a sacris*, nullo sensu.

[e] *Sunt quædam mediæ potestates, &c. per quas et desideria nostra, &c.*] Ex Platonis Symposio, et Epinomide. Ejusmodi Dæmones 'Αθάνατοι δεύτεροι Maximo Tyrio, 'secundæ beatitatis Numina' Martiano Capellæ dicuntur.

cum, inde donorum; qui ultro citro[9] portant, hinc petitiones, inde suppetias,[1] ceu quidam utriusque interpretes,[2] et salutigeri.[3] [f] Per hos eosdem, ut Plato in Symposio autumat, cuncta denuntiata,[4] et Magorum varia miracula,[5] [g] omnesque præsagiorum species reguntur. Eorum quippe de numero præditi curant singula,[h] proinde ut est eorum[6]

una parte in alteram gerunt hinc supplicationes, illinc auxilia, tanquam aliqui interpretes et salutatores amborum. Opera horum ipsorum, quemadmodum Plato ait in Symposio, omnes revelationes, et diversa miracula Magorum, et omnia genera prædictionum diriguntur. Etenim ex illis præfecti curam gerunt uniuscujusque

latere in voce, *nomine*, quæ prorsus alieno loco posita versu præcedenti, *quos Græci nomine dæmones nuncupant.* Mox libri omnes, *ultro citro*, eleganter. Iidem etiam, *utriusque interpretes et salutigeruli:* quæ cur mutemus causa nulla. *Merc.* *Terricolas* dedit Vulc. e suo Cod. ad Libr. de Mundo init. Abest hæc vox a Flor. Cant. Voss. Harlem. Merc. Codd. *Mortales* Edd. ante Vulc. e glossa. Forsan alia insuper vox latet. *Oud.*—9 *Qui ultro citroque.* Ms. *quæ ultro citroque.* Scioppius in Symbola. Flor. *ultro citro.* Elmenhorstius. Fulv. *quæ*, scil. potestates. Sed jam præcessit *hos.* Dein *ultro citro* cum Florent. habent Voss. Cantabr. uterque Mercer. et Harlem. atque ita bene edidere Merc. et Cotur. Adi ad Met. lib. I. p. 26. a. *Oud.*—1 Bened. *vim suppetitiarum.* Cantabr. Voss. *suppeticias.* Pro *Ceu* Harlem. *seu.* Id.—2 *Utrinque interpretes.* Flor. *utriusque.* Elmenhorstius. *Utriusque* Vulc. reposuit cum Elm. Scriv. Merc. Cotur. et Flor. quibus assentiunt Mss. Florent. Harlem. Voss. Vulc. Bened. Mercer. scil. 'hinc et inde.' Malim tamen ego aliam lectionem *utrimque.* Oud.—3 Al. *salutiferi.*—4 Lipsius, *Deum nuntiata:* cui adversari videtur locus Mart. Capellæ, qui statim citabitur. *Colvius.* Lips. *Deum nuncia.* male. *Elmenh.* Lips. Epist. Quæst. lib. II. p. 65. *Deum nuntiata.* Hinc Wowerius tacite edidit *Deum denuntiata.* Non arridet: nam 'cuncta Deum' non solum per eos nuntiabantur hominibus, sed et cuncta hominum Diis. *Cuncta Deum nunt.* tamen in Var. Ms. Lect. Burm. *Oud.*—5 Inverse Harlem. Ed. Merc. *var. Mag. mir.* Id.—6 Flor. et Brem. *singuli eorum proinde ut est.* Elmenhorstius. Lego, *singulis.* Brantius. *Singuli eorum.* Ita scribendum, non *singula*, ex omnibus libris, quos sequi debuerant præcedentes editores. Iidem mox recte, *somniis conformandis.* Mercerus. *Singula proinde ut est eorum* Scaligeri lectio est, cum Vulcan. ediderat *singula eorum proinde ut est tr. pr.* Forte cum Brantio *singulis* in Dati-

NOTÆ

[f] *Et salutigeri*] Plaut. Aulul. Act. III. Scen. 5. 'Salutigerulos pueros' dixit, qui salutem heræ nomine, quo juberet, ferrent.

[g] *Per hos eosdem, ut Plato in Symposio autumat, cuncta denuntiata, et Magorum varia miracula, &c.*] Ait revera Plato, loco ab Apuleio laudato, per hoc Dæmonum genus vaticinium omne procedere, Sacerdotumque artem circa sacrificia, expiationesque, et incantationes, et divinationem omnem, atque Magiam. Deum quidem homini non misceri, sed per id medium commercium omne atque colloquium inter Deos hominesque confici, et vigilantibus nobis, et dormientibus.

[h] *Eorum quippe de numero præditi curant singula*] Vox *præditi*, si germana sit lectio, nihil aliud hic sonat, quam præpositi, præfecti. Eodem sensu usurpatum invenio hoc libro in-

cuique tributa provincia: vel somniis conformandis,[7] vel extis fissiculandis,[8] [i] [675] vel præpetibus gubernandis, vel oscinibus erudiendis,[k] vel vatibus inspirandis,[9] vel fulminibus jaculandis, vel nubibus[l] coruscandis, ceteris-

rei, prout assignata est provincia singulis eorum, aut fingendis insomniis, aut findendis visceribus, aut regendis alitibus, aut instruendis avibus canoris, aut afflandis prophetis, aut immittendis fulminibus, aut illuminandis fulgure nubibus, ac, uno

vo. Vide supra ad p. 668. 'quibus eorum singuli curant.' Abest hic *eorum* a Bened. Edd. ante Vulcan. *provide*. Vide ad Met. lib. v. p. 342. a. *Oud.*—7 *Somn. confirmandis.* Malo cum Ms. *conformandis.* Scioppius in Symbola. Secutus V. C. scripsi: *conformandis.* Wowerius. *Conformandis.* Sic Flor. et Fulvii liber. Vulgo *confirmandis.* Vide Minutium Felicem fol. 43. *Elmenh.* Msstis Ursini et Florent. consentiunt Harlem. et Mercer. et recte ita rescribi curarunt Sciopp. Wow. &c. Mox dicit Auctor 'somnum pingat.' V. Ovid. Metam. l. xi. de Morpheo. Harlem. *somnis.* Oud.—8 Vulgo *ext. physiculandis.* Vide Not. Var.—9 Sic Mss. omnes, quod inepte Vulcanius mutavit in *Tagibus i.* Minutius Felix fol. 19. 'Auctoritatem quasi præsentis numinis consequuntur, dum inspirantur interim vatibus, dum fanis immorantur.' *Elmenh.* Non Vulcan. contra Mss. mutavit, sed Scaliger, quem merito hic nemo audivit. Nihil frequentius apud poëtas 'inspiratione vatum.'

NOTÆ

fra: 'at ubi vita edita remeandum est, eundem illum, qui nobis præditus fuit, raptare illico,' &c.

[i] *Vel extis fissiculandis*] Glossæ Isidori 'fissiculator: augur naturas in extis animantium quærens.' A 'fissuris,' quæ nonnunquam in extis observantur, tractum verbum 'fissiculare,' quod Elmenhorst. explicat 'rimari,' id est, observare fissuras: qui quidem sensus cum Glossis Isidori congruit. Hic tamen crediderim potius 'fissiculare' idem esse ac fissuris exta distinguere, nempe ante extispicium: quod munus, ut et formationem somniorum, eruditionem oscinum, ceteraque ad divinationem spectantia Dæmonibus tribuit post Platonem Apuleius: fuerint ergo ii causa illa arcana, omnia ad divinationem præparans, quam Cicero se ignorare fatetur lib. i. De Divinatione: 'quid fissum in extis, quid fibra valeat, accipio, quæ causa sit, nescio.'

[k] *Præpetibus gubernandis, vel oscinibus erudiendis*] Præpetes, quæ et alites, teste Festo, 'aves sunt volatu auspicia facientes,' ideo præpetes dictæ, quod se ante auspicantem ferant: nam præpetere Antiqui dicebant pro anteire. Oscines vero, teste eodem, 'aves auspicium ore facientes.' Harum ergo observabatur cantus et garritus ad auguria; illarum autem volatus. Dicitur porro avis volatus gubernari, eadem metaphora, qua infra Noster dicit, 'ceterum cum illis fessa sunt remigia pennarum, terra ceu portus est.'

[l] *Vel fulminibus jaculandis, vel nubibus, &c.*] Totum hunc locum mire illustrant hæc Martiani Capellæ l. ii. 'At intra Solis meatum' (inquit) 'usque lunarem globum secundæ beatitatis Numina, supparesque potentiæ: per quæ tamen vaticinia, somniaque, ac prodigia componuntur: hæc aruspicio exta fissiculant, admonentia quædam, vocesque transmittunt, au-

que adeo, per quæ futura dinoscimus. Quæ cuncta cœlestium voluntate et numine et auctoritate, sed Dæmonum obsequio et opera et ministerio fieri arbitrandum est. Horum enim munus et opera[1] atque cura est,[2] ut Hannibali somnia orbitatem oculi comminentur,[3] [m] [676] Flaminio[4] extispicia[5] periculum cladis prædicant,[6] [n] At-

verbo, reliquis faciendis, quorum ope discimus ventura. Quæ universa existimandum est geri jussu, nutu, atque arbitrio Deorum, at famulatu et labore ac ministerio Dæmonum. Nam eorum est officium et labor et solicitudo, ut somnia prædicant Annibali captivitatem oculi: ut inspectio viscerum prænuntient Flaminio

Oud.—1 *Et ministerio, &c. et opera.* Hæc cuncta ante Vulcan. refragantibus Mss. O. deerant. Quia tamen in Florent. Harlem. Voss. et Cantabr. scribatur *atque opera*, et præcedat *et opera*, sequatur *atque cura*, putarim τὰ *et opera* vacare. *Id.*—2 Exulat *est* ab Edd. ante Vulcan. *Id.*—3 *Comminarentur.* Fulv. *comminarent.* Rom. *commoneant.* Elmenhorstius. *Comminarentur* Vulcanio debetur, habentque Mss. O. nisi quod in Fulv. sit *comminarent.* In Edd. prioribus *commoneant.* Certe locutionis ratio et sequentia jubent esse præsens; quare etiam Wower. Merc. Cont. et Florid. tacite edidere *comminentur.* Forsan fuerit *comminitentur.* Vide ad Met. lib. III. p. 202. a. Alioquin si Codd. addicerent, præferrem *commoneant.* Hoc enim verbum somnis est proprium. Adi omnino N. Heins. ad Ovid. Met. lib. XIII. vs. 216. Broukhus. ad Tibull. III. 4. 11. *Oud.*—4 Ita diserte optimus Cujacianus: omnes vero, *addicant* et *præcurrant*: ad quod exemplum etiam, *comminentur* et *prædicant*, scripsi secutus doctorum judicia, quamvis libri habeant, *comminarentur* et *prædicent*, nisi quod in uno, *prædiceret.* Mercerus. Voss. *flamminion.* statim *Flamminio.* Oud.—5 Al. *auspicia.*—6 *Prædicerent.* Sic hic quoque Scal. Elm. et Scriv. Edd. cum Mss. Flor. Fulv. et aliis. At Leid. Harlem. *prædiceret.* Cantabr. uterque Voss. cum Mss. Mercer. et Edd. vett. *prædicent*, quasi a 'prædicare,' ut lib. IV. Met. p. 299. b. 'de somniis anxiatum iri prædicant:' ubi etiam Ms. *prædicunt.* Lib. III. init. 'fore mihi Chaldæus prædicabat:' ubi itidem variatur. Quare hæsito an hic *prædicent*, an *prædicant* cum Stewechio (ad Met. lib. IX. p. 182. Ed. Pric.) Wower.

NOTÆ

guratisque loquuntur ominibus. Plerumque enim quærentes admonent vel sideris cursu, vel fulminis jaculo, vel ostentaria novitate.' Plura vide in eodem libro huc facientia.

[m] *Ut Hannibali somnia orbitatem oculi comminentur*] Cicero lib. I. de Divinat. 'Hannibalem Cœlius scribit, cum columnam auream, quæ esset in fano Junonis Laciniæ, auferre vellet, dubitaretque utrum ea solida esset, an extrinsecus inaurata, perterebravisse: cumque solidam invenisset, statuissetque tollere, secundum quietem visam esse ei Junonem prædicere ne id faceret: minitarique, si id fecisset, se curaturam ut eum quoque oculum, quo bene videret, amitteret: idque ab homine acuto non esse neglectum: itaque ex eo auro, quod exterebratum esset, buculam curasse faciendam, et eam in summa columna collocavisse.'

[n] *Flaminio extispicia periculum cladis prædicant*] Cladis, qua, ipso duce, ad Thrasymenum lacum ab Annibale deletus est exercitus Romanus. Vide Livium lib. XXII. capp. 3. et 4. Cice-

to Navio[7] auguria[8] miraculum cotis addicant:[9] [o] item ut nonnullis[1] regni futuri signa præcurrant, ut Tarquinius[2] Priscus aquila obumbretur ab apice,[p] Servius Tullius

periculum stragis; ut auspicia concedant Attio Navio miraculum cotis: præterea, ut indicia venturi imperii præcedant in quibusdam: ut Aquila operiat verticem Tarquinio Prisco; flamma collustret caput Servio Tullio: denique omnes prædic-

Merc. Cout. et Florido recipere præstet. *Oud.*—7 *Attio Navio.* Ms. *Accio Navio auguri.* Scioppius in Symbola. Edd. primæ et infra multæ aliæ *Accio*. Ms. Bened. *Acio navigio*, et statim *Quatio Navio*, ubi Voss. *Actio.* Bas. pr. utrobique *Nævio.* mox abest *Navio* a Cantabr. Omnia male. Legendum *Atto Navio.* Adi Cl. Drakenb. aliosque ad Liv. lib. I. c. 36. *Oud.*—8 Hæc vox exulat ab Edd. ante Vulcan. Cod. Fulv. *Auguri:* male. *Id.*—9 Var. Lect. Burm. et Edd. ante Colv. prave *adjiciant*. Augurale verbum esse 'addicere,' nemo nescit. *Id.*—1 Ita tacite exhibuere Merc. Cout. Florid. cum in Edd. primis edebatur *itaque ut.* sed in Mss. et Edd. Vulc. Scal. Elm. Scriv. *ita ut*, sive, *adeo ut*. Wower. silens delevit *τὸ ita.* Cogitavi aliquando, num jungenda sint *addicant ita*, scil. ut voluerat Navius, vel simile quid. Vide de hoc 'ita' Cl. Burmann. ad Phædr. lib. I. prol. vs. 12. Sed *ἐπέχω.* Dein male *nonnulla* Edd. ante Vulcan. *Id.*—2 Bened. *q̃. Tarq.* Id.—3 Brem. *col-*

NOTÆ

ro, lib. I. de Divinatione. 'Quid? bello Punico secundo, nonne C. Flaminius Consul iterum neglexit signa rerum futurarum magna cum clade Reipublicæ? qui exercitu lustrato, cum Arretium versus castra movisset, et contra Annibalem legiones duceret, et ipse et equus ejus ante signum Jovis Statoris sine causa repente concidit: nec eam rem habuit religioni, objecto signo, ut peritis videbatur, ne committeret prælium. Idem cum tripudio auspicaretur, pullarius diem prælii committendi differebat. Tum Flaminius ex eo quæsivit, si ne postea quidem pulli pascerentur, quid faciendum censeret: cum ille quiescendum respondisset: Flaminius, Præclara vero auspicia, si esurientibus pullis, res geri poterit, saturis nihil geretur! itaque signa convelli, et se sequi jussit, &c. itaque tribus his horis concisus exercitus, atque ipse interfectus est.'

[o] *Atto [Attio] Navio auguria miraculum cotis addicant*] Rem narrat Livius, l. I. cap. 36. 'Tarquinius' (Priscus) 'equitem maxime suis deesse viribus ratus, ad Ramnenses, Titienses, Luceres, quas Centurias Romulus scripserat, addere alias constituit, suoque insignes relinquere nomine: id quia inaugurato Romulus fecerat, negare Attius Navius inclytus ea tempestate augur, neque mutari, neque novum constitui, nisi aves addixissent, posse. Ex eo ira Regi mota, eludensque artem, (ut ferunt,) 'Agedum,' inquit, 'divine tu, inaugura, fierine possit, quod nunc ego mente concipio.' Cum ille, in augurio rem expertus, profecto futuram dixisset, 'Atqui hæc animo agitavi,' inquit, 'te novacula cotem discissurum: cape hæc et perage quod aves tuæ fieri posse portendunt.' Tum illum haud cunctanter discidisse cotem ferunt.' Cicero lib. I. de Divinatione idem testatur, additque cotem illam et novaculam defossam fuisse in comitio, supraque impositum puteal.

[p] *Ut Tarquinius Priscus aquila obumbretur ab apice*] Livius lib. I. cap.

flamma colluminetur[3] a capite;[4][q] postremo cuncta ariolum[5] præsagia, Tuscorum [677] piacula,[r] fulguratorum bidentalia,[6][s] carmina Sibyllarum:[t] quæ omnia, ut dixi, mediæ quæpiam potestates inter homines ac Deos obeunt.[7] Neque enim pro majestate Deum cœlestium fuerit, ut eorum quisquam vel Hannibali[8] somnium pingat,[9] vel Flaminio

tiones divinorum, expiationes Hetruscorum, circumseptiones locorum fulmine tactorum, versus Sibyllarum: quæ universa geruntur, ut dixi, ab aliquibus virtutibus mediis inter Deos et homines. Nam non sit conveniens dignitati Deorum cælicolarum, ut ullus eorum aut repræsentet somnium Annibali, aut subtrahat victimam

lustretur. Elmenhorstius.—4 Bas. pr. *ut a capite.* Oud.—5 Vulg. *ariolorum.* —6 Vide Not. Var.—7 Al. *obediunt.*—8 Bened. caret τῷ *vel.* Oud.—9 L. *fingat* vel *inping.* Burmannus. *Somnium fingat* quasi e Mss. citat Salmas. ad

NOTÆ

34. 'Ad Janiculum forte ventum erat: ibi ei (Tarquinio) carpento sedenti cum uxore, aquila, suspensis demissa leniter alis, pileum aufert: superque carpentum magno clangore volitans, rursus, velut ministerio divinitus missa, capiti apte reponit: inde sublimis abiit. Accepisse id augurium læta dicitur Tanaquil, perita, ut vulgo Etrusci, cœlestium prodigiorum mulier: excelsa et alta sperare, complexa virum, jubet,' &c.

[q] *Servius Tullius flamma colluminetur a capite*] Idem Livius lib. I. cap. 39. 'Eo tempore in regia prodigium visu eventuque mirabile fuit. Puero dormienti, cui Servio Tullio nomen fuit, caput arsisse ferunt multorum in conspectu: plurimo igitur clamore inde ad tantæ rei miraculum orto, excitum regem, &c. tum adducto in secretum viro Tanaquil: 'Videsne tu puerum hunc,' inquit, 'quem tam humili cultu educamus? scire licet hunc lumen quondam rebus nostris dubiis futurum, præsidiumque Regiæ afflictæ, proinde materiem ingentis publice privatimque decoris omni indulgentia nostra nutriamus:' inde puerum liberum loco cœptum haberi, erudirique artibus, quibus ingenia ad magnæ fortunæ cultum excitantur.'

[r] *Tuscorum piacula*] Cærimoniarum, auguriorum, divinationisque omnis, atque expiationum peritissimos olim habitos fuisse Tuscos, sive Hetruscos, legere est apud Livium passim.

[s] *Fulgurat.* [*fulguritorum*] *bidentalia*] Festus: 'Fulguritum, id quod est fulmine ictum: qui locus statim fieri putabatur religiosus, quod eum Deus sibi dicasse videretur.' Sepiebatur ejusmodi locus, bidentalque dicebatur a bidentibus, hoc est, ovibus; quæ, fulminis expiandi causa, in eo immolabantur. Sidon. Apollinaris Carm. 9. ad Felicem Consulem: 'Nec quæ fulmine Thuscus expiato Septum Numina quærit ad bidental.'

[t] *Carmina Sibyllarum*] Æneas apud Virgil. lib. VI. Æneid. Sibyllam alloquens: 'foliis tantum ne carmina manda.' Librorum Sibyllinorum frequentissima apud Livium mentio. Consulebantur ii a Quindecimviris, quorum munus hoc erat, si quod prodigium evenisset: atque ex ijs sacra ei expiando decernebantur.

hostiam corroget,[1] [u] vel Atto Navio avem velificet,[2] [w] vel Sibyllæ fatiloquia versificet,[3] vel Tarquinio velit apicem [x] rapere, sed reddere,[4] Servio vero inflammare verticem, nec exurere. Non est operæ [y] Diis superis ad hæc descendere. Mediorum Divorum [5] ista sortitio [6] est, qui in aëris plagis [7] terræ [8] contiguis,[9] nec minus confinibus cœlo, perinde ver-

Flaminio, aut dirigat alitem Accio Navio, aut redigat in carmina oracula Sibyllæ: aut velit eripere pileum Tarquinio, verum statim ei restituere; accendere vero caput Servio, at non cremare. Dii summi non dignantur sese demittere ad ista. Hæc est provincia Deorum mediorum, qui sic habitant in regionibus aëris, quæ vicinæ sunt telluri, et simul contiguæ cœlo, quemadmodum animalia propria de-

Solin. p. 781. *Oud.*—1 Libri vulgares: *corrodat.* Scripserim: *corripiat.* Narrat enim lib. II. Livius, et alii, vitulum sacrificanti aufugisse. *Wower.* Rom. et Ald. *corrodat.* Wower. *corripiat.* Elmenhorstius. Quid si *abroget* vel *obroget*, i. e. detrahat? Vide ad Sueton. Cæs. cap. 28. Mss. O. *corroget* vel *conroget:* quod nemo facile intelligat. Edd. ante Vulcan. *corrodat,* quod bene dictum foret de extis mutilis. *Oud.*—2 Vide Not. Var.—3 *Vel Sib. vatil. versificet.* Hæc verba non sunt in manuscriptis Florentinis. *Elmenh.* Quare uncis inclusere Elm. et Scriv. *Oud.*—4 *Rapere sed reddere.* Duas priores voces non agnoscunt Mss. Cantabr. Voss. et Edd. ante Vulcan. minus bene, ut ex historia notum. *Id.*—5 Vulgati non agnoscunt. *Elmenh.* Nempe Edd. ante Vulcan. uti nec Mss. Cantabr. et Voss. *Oud.*—6 Edd. Vic. Bas. *sortio.* Id.—*Aëriis plagis.* Florent. Rom. et Basil. *aëris plagis.* Elmenhorstius. Vulc. Wow. Merc. *aëriis.* Cantabr. et alii cum Edd. Scal. Elm. *aëreis.* Harlem. et Bened. cum Edd. vett. *aëris.* Oud.—8 Abest Ed. Vulc. *Id.*—9 *Conterminis.* Excerpta Bat. et Puteani *continuis.* Brem. *contiguis,* quod

NOTÆ

[u] *Flaminio hostiam corroget*] Latet mendum. Roman. et Ald. habent *corrodat.* Wower. *corripiat,* melius, ut opinor. Lego enim apud Livium l. XXII. cap. ult. cum Arimini consulatum iniret Flaminius, immolaretque, vitulum jam ictum e manibus sacrificantium sese proripuisse, multosque circumstantes cruore respersisse; quod a plerisque in omen magni terroris acceptum est.

[w] *Vel Atto* [*Accio*] *Navio avem velificet*] Sic Lindenbrogius, et Wowerius ex corrupta lectione Florent. Leid. et Bremens. *navem velificet:* quæ et Thuani codicis est. Porro 'avem velificare' dicit Apuleius, ut supra dixit 'præpetibus gubernandis,' et infra, 'cum illis fessa sunt remigia pennarum,' metaphora ducta a navibus. Veteres editiones habent *cotificet:* unde Lipsius Elect. I. cap. 18. *cotim sicet*, hoc est, *secet*, acute certe, et verisimiliter: sed ne ejus conjecturam sequar, prohibet quod sequitur, 'vel Sybillæ fatiloquia versificet,' unde hoc loco scriptum fuisse *velificet* satis superque evincetur, si meminerimus quam studiosus sit Noster figuræ illius, Afris Scriptoribus in deliciis habitæ, quæ Græcis ὁμοιόπτωτον, et ὁμοιοτέλευτον, Latinis 'similiter cadens,' et 'similiter desinens' dicitur.

[x] *Apicem*] Pileum, quem summo capite gestabat.

[y] *Non est operæ*] Supple *pretium.*

santur, ut [678] in [1] quacumque parte naturæ propria animalia, in æthere volantia, in terra gradientia.[2] Nam cum quatuor sint elementa notissima, veluti quadrifariam [3] natura magnis partibus disterminata,[4] sintque[z] propria [5] animalia terræ, aquæ, flammarumque; [6] (siquidem [7] Aristoteles auctor est,[a] in fornacibus flagrantibus quædam propria animalia pennulis [8] apta volitare, totumque ævum suum in igni [9] diversari,[1] cum eo exoriri, cumque eo extingui;) præterea, cum totjuga sidera,[2] [b] ut jam [3] prius dictum est, sur-

gunt in singulis regionibus mundi, volatilia nempe in aëre, et quæ pedibus incedunt, in terra. Cum enim sint quatuor elementa maxime cognita, quasi Natura divisa sit in quatuor vasta membra, et sint animalia peculiaria telluri, et igni; quoniam Aristoteles affirmat quædam peculiaria animalia instructa alis volare in caminis ardentibus, et degere omnem suam vitam in igne, nasci cum eo, et cum eo interire; insuper, quandoquidem, ut jam dictum est ante, tot varia astra conspiciuntur su-

placet. *Elmenh.* Glossa est vocis *contiguis* vel *continuis*, quod extat etiam in Harlem. Utrum verius sit vix dixerim, nam æque bonum. Inclino in posterius, quia proxime accedit ad literas vocis *conterminis.* Oud.—1 *Aut in* Cantabr. Flor. Voss. *Id.*—2 Edd. ante Vulcan. *sint an. et in æth. vol. et in t. gr.* Id.—3 Edd. Vic. Bas. *quadrifaria.* Id.—4 Voss. Edd. ante Vulcan. *distermina.* Id.—5 *Sunt quædam propria.* Flor. et excerpta Bas. *sit, quæ propria.* Elmenhorstius. Libri omnes, *sit, quæ propria:* unde patet legendum ut edidi, *sintque propria,* rejectis quæ male addita in aliis editionibus. Mox scriptum erat, *terrarum, flammarum,* sine conjunctione; sed omnino deest, *et aquarum.* Enumerat enim animalia trium elementorum, ut probet etiam quarto aëri esse sua. *Merc.* Revocavi cum Mercero, Coutur. et Florido, qui se ita primus corrigere credit ex scripta viri docti manu (forsan fuit ipsius Merceri, nam sæpius illa manus cum eo consentit) lectionem vulgarem ante Vulcan. qui hic e suo cod. cum Scal. et Wow. reposuit *sint quædam.* Verum Auctor non vult, ut hoc ita sit; sed supponit ita esse, *cum quatuor sint elementa, et cum sint animalia, &c.* Pejus Elmenh. et Scriv. *quæ sit,* sine sensu: nam 'natura disterminata' sunt ablativi. *Sitque* vel *sit quæ* extat in Mss. Thuan. Harl. Voss. Cantabr. utroque, tribus a Lindenbrogio collatis, cunctisque Merceri. *Oud.*—6 *Terrarum et flamm.* Abest τὸ *et* a Cantabr. Voss. et Mercer. libris: at in Harlem. exaratur *terræ, aquæ, flammarumque.* Bene: sic enim infra, 'Ut in igni flammida, in unda fluxa, in terra globulenta.' V. de Dogm. Plat. Vidit id jam Merc. qui deesse aiebat *et aquarum,* quod ideo invexit quoque Coutur. Mercerum hic laudans. *Id.*—7 Edd. Ald. Junt. Colv. *siq. et.* Id.—8 Rom. *pinnulis.* Elmenhorstius. Nec non Var. Lect. Burm. Edd. primæ, Bas. Colv. ut supra sæpe. *Oud.*—9 Harlem. *igne.* male. *Id.*—1 Brem. *versari.* Elmenhorstius. Harlem. cum Ed. Colv. *deversari.* Oud. —2 *Tot vaga sid.* Flor. *tot juga s.* Elmenhorstius. *Totjuga sid.* Ita recte li-

NOTÆ

[z] *Disterminata, sintque* [*quæ sit*] Ms. Thuan. *disterminata sit, quæ,* unde suspicor *disterminata, sintque,* ut in meo Elmenhorstiano exemplari correctum est.

[a] *Aristoteles auctor est*] Lib. v. Historiæ Animalium, cap. 19.

[b] *Totjuga sidera*] Sic malo cum Florent. membranis legere, quam *tot vaga:* neque enim Planetas tantum,

sum in æthere,[4] hoc est,[5] in ipso liquidissimo ignis ardore compareant; cur hoc solum quartum elementum[6] aëris, quod tanto spatio intersitum[7] est, cassum ab omnibus,[8] desertumque[9] a cultoribus suis natura pateretur? quin in eo quoque aëre animalia gignerentur,[1] ut in igni[2] flammida, in unda fluxa,[3] in terra glebulenta?[4] Nam quidem qui[5] aves aëri attribuat,[6] falsum sententiæ[7] meritissimo[8] dixeris: quippe nulla earum ultra[9] Olympi verticem[c] sublima-

perne in æthere, id est, in ipsa clarissima flagrantia ignis; quare Natura sineret tantum illud quartum elementum Aëris, quod tam late patet, inane omnium rerum, et vacuum incolis? quidni animalia procrearentur etiam in illo Aëre, quemadmodum procreantur animalia ardentia in igne, mollia in aqua, terrea vero in terra? nam certe jure affirmaveris eum, qui assignet volucres aëri, falli opinione: siquidem nulla volucris ex iis extollitur supra cacumen Olympi, qui tametsi feratur altissi-

bri, non *vaga:* quos debuerant sequi viri docti: 'totjuga' nihil aliud quam tot sidera, ut 'multijuga,' multa. Iidem libri, *solum quatuor;* e quo malui facere, *solum e quatuor*, quam *quartum;* cum eandem scripturam videam confirmari Florentini et Bremensis assensu. Mox scripsi, *gigneret*, ut in altero Cujaciano: in aliis, *gignerent*. Mercerus. *Totjuga*. Recte. consentit Voss. In Apolog. quoque 'totjuga sidera.' V. Ind. *Oud.*—3 Abest Edd. Wowerii et Vulcanio prioribus. *Id.*—4 Flor. et Brem. Fulvii liber, *cursum in æth.* Elmenhorstius. Item Harlem. Voss. Vulc. Cantabr. vitiose, nisi *comparent* legas active, et de planetis capias. Sed non puto. *surcus* Bened. *Oud.*—5 Voss. *id.* Ed. Merc. *id est.* Id.—6 Flor. et Brem. *cum h. s. quatuor e.* Elmenhorstius. *Solum quartum el. aëris.* Hæc lectio rursus Vulcanio debetur. Antea excusum fuit *ex quatuor*, scil. elementis. Merc. *solum è quatuor*. Sed Mss. Florent. Brem. Voss. Cantabr. Harlem. aliique *solum quatuor elementa aëris.* Bened. *IIII^or elementorum.* Forsan bene, nisi *elementum* sit per syncopen pro *elementorum.* Oud.—7 Edd. Vulc. Wow. *interpositum:* male. V. supra. *Id.*—8 Brem. *ab hominibus.* Elmenhorstius.—9 Abest *que* a Cantabr. Harlem. Voss. Edd. Merc. Cout. *Oud.*—1 Harlem. Cujac. sec. *gigneret* cum Mercero et Cout. In Voss. et aliis *gignerent.* Id.—2 *In igne.* Malim *igni* cum Mss. Harlem. Voss. et Edd. ante Vulcan. ut supra et alibi. Sic enim cum Antiquis etiam Virg. Æn. IV. 2. Sept. de B. Tr. II. 12. Abest *in* a Voss. *Id.*—3 Ms. Bremens. *fluxida:* recte. *Elmenh.* Sed auctoritatem quæro. Si quid mutandum, malim ego *fluida:* ut conjecit vir doctus in marg. Ed. Junt. *Oud.*—4 Cantabr. *glebulenda.* Id.—5 Ita Mss. et Vulcan. cum seqq. Al. *quod quidam.* Id.—6 *Qui aves aëri attribuet.* Ita recte libri omnes, in quibus etiam mox, *quippe qui aves nulla earum;* repetitis ex superiori versiculo dictionibus illis, *qui aves*, quæ sunt delendæ. *Merc.* Voss. *avas.* Idem cum Harlem. Edd. Merc. Cout. *attribuet.* In reliquis *attribuat.* Oud.—7 Vulgo *falsum sentire.* Elmenh. Sic rursus Vulc. et seqq. cum Mss. Ante *sentire.* Harlem. *sentient.* De hoc genitivo vide ad Met. l. I. p. 67. a. Apud Terentium 'falsus animi.' *Oud.*—8 Bened. male *meritissime.* Id.—9 *Quum avis nulla earum ul-*

NOTÆ

sed et cetera Astra intelligit. *Totjuga* dicit pro tot vel totuplicis generis, ut 'multijuga' pro multiplici, initio hujus libri de Luna loquens; 'circumversione oris discoloris multijuga pollens.'

[c] *Ultra Olympi verticem*] Mons est Thessaliam inter et Macedoniam

tur; qui cum[1] excellentissimus[2] omnium perhibeatur, tamen altitudinem perpendiculo si metiare, ut geometræ autumant, stadia decem[3] altitudo fastigii non [679] æquiparat;[d] cum sit aëris agmen[4] immensum usque ad citimam Lunæ helicem,[5] quæ porro[6][e] ætheris sursum versus[7] exor-

mus omnium montium, altitudo tamen ejus verticis non æquat decem stadia, ut existimant Geometræ, si mensures ejus altitudinem ad perpendiculum; cum sit immensa moles aëris, usque ad citeriorem Lunæ gyrum, qui est initium ætheris sur-

tra. F. *parum ultra.* Brantius. Forsan recte: *quum avis nulla earum* est lectio Edd. Colv. et Flor. At Wower. edidit *quum nulla earum.* Scriv. *quum aves nulla.* In Mss. O. et Edd. reliquis *qui* vel *quæ aves nulla ear.* nisi quod Ald. et Junt. dent *avis.* Hinc vir doctus tentavit *quia vix ulla.* Placet *quia.* Sed *quæ aves* videtur Mercero, qui cum Coutur. delevit *quæ* vel *quum aves,* et mihi irrepsisse e præcedenti versu: nisi adhibuerit Auctor *aves* in sing. numero, ut 'valles' pro vallis apud Cæsar. ubi similia plura vide ad lib. VII. B. G. c. 74. Sed vel sic *aves* vel *earum* superflue ponitur. *Oud.*—1 *Id* Bened. *Idem.*—2 Conjicit Colv. *excellentissimus.*—3 *Stadia* * * Bene Colvius supplevit *stadia X.* nota res ex Plutarcho et antiquis Geographis. *Merc.* Var. Lect. Burm. cum Brem. *stadia centum.* Sed egregie Colv. et Wower. cum seqq. correxere. *Oud.*—4 Hoc rursus debemus Vulcanio, et Mstorum consensui; pro mole, copia, et magnitudine. Vide ad Met. l. IV. p. 248. a. 'Agminibus stagnantibus:' de Mundo p. 718. Ed. Flor. 'nebularum agmina.' Vulgo *augmentum.* Id.—5 *Usque ad citima Lunæ falcem.* Hæc lectio ex ora posterioris Basileensis est. Vulgatum passim, *usque ad stitima Lunæ felicemque.* Sed ex ista scriptura, quam primam posui, legerim, *usque ab citima Lunæ saltem, quæ porro, &c.* Lud. Vives in cap. 15. lib. VIII. de Civit. Dei aliter citat hunc locum, nempe, *usque ad extima Lunæ cælique; porro ætheris sursum versus exordium est.* Colvius. *Citima Lunæ Helicemque.* Flor. Leid. et Brem. *citamam L.* Vide August. de Civit. lib. VIII. c. 15. Brem. et Leid. *felicemque p.* Puteani excerpta *facemque p.* male. *Elmenh.* *Ad citimam Lunæ facem.* Ita scribendum. Libri omnes, *citamam.* Sed iidem fere omnes corrupte *felicemque.* Unus Cujacianus, quem dixi ex optimo descriptum, *facemq.* optime. Citimam dicit Lunæ facem, respectu hominum, alludens ad notum illud Ciceronis e VI. de Republ. 'Quæ ultima cœlo, citima terris luce lucebat aliena.' Iidem libri omnes habent *exortum* pro *exordium,* minus bene. At rectissime in iis, *aëris agmen immensum.* Mercerus. Vid. Not. Var.—6 Brem. *partem:* a Puteani manuscripto τὸ *porro* abest. *Elmenh.*—7 Bened. *verso.*

NOTÆ

Thessaliæ tamen vulgo ascriptus. Sunt et alii montes hoc nomine, in Mysia, in insula Lesbo, in Æthiopia ad Mare Rubrum haud procul ab urbe Heliopoli, &c.

[d] *Stadia decem altitudo fastigii non æquiparat*] Deerat numerus *decem,* sed supplevit Colvius Martiani Capellæ auctoritate ductus, qui lib. II. sic habet: 'Non enim de humilitate aëris illius quæro qui volucribus permeatur, quem Olympi montis cacumen excedit, qui vix decem stadiorum altitudine sublimatur.' Plutarchus, in Paulo Æmilio non vix, sed plusquam decem stadiorum ait esse Olympi altitudinem.

[e] *Ad citimam* [*citima*] *Lunæ helicem, quæ porro, &c.*] Ms. Thuan. *ad citimam Lunæ felicemque:* unde omnino resti-

dium[8] est. Quid igitur tanta vis aëris, quæ ab humillimis[9] Lunæ anfractibus usque ad summum Olympi[f] verticem interjacet? quid tandem?[1] vacabitne animalibus suis, atque erit ista naturæ pars mortua ac debilis? Immo enim, si sedulo[2] advertas, ipsæ quoque aves terrestre animal,[3] non aërium, rectius perhibeantur. Enim semper[4] illis victus omnis in terra, ibidem pabulum, ibidem cubile,[5] tantum quod[6] aëra proximum terræ volitando[7] transverberant. Ceterum, cum illis fessa sunt remigia[8] pennarum, terra ceu portus est. Quod si manifestum flagitat[9] ratio, debere propria etiam animalia[1] in aëre intelligi; superest, ut, quæ

sum versus. Quid ergo tanta copia aëris, quæ expanditur ab infimis meatibus Lunæ ad supremum usque cacumen montis Olympi? quid demum? an carebit suis animalibus, atque hæc pars mundi erit inanima et manca? Etenim, si diligenter observes, ipsæ etiam volucres melius censebuntur animalia terrena, non autem aëria. Namque tota earum vita est semper in terra: in ea est earum cibus, in ea requiescunt, nihil habent aërii, nisi quod tranant volatu aërem contiguum telluris. Porro, quando remi alarum sunt ipsis defatigati, tellus est eis quasi portus. Quod si ratio evidenter postulat, ut intelligenda sint etiam propria animalia in aëre; restat ut

Oud.—8 Rom. Leid. et Brem. *exortum.* Elmenhorstius. Item Fulv. Harlem. Voss. Mercer. *Oud.*—9 Edd. ante Vulcan. *humilibus.* Ceterum *Lunæ anfractibus usque ad summum* vitiose desunt in Ed. Scriv. *Id.*—1 Edd. eædem *tum.* Id.—2 Bremens. *sedule.* Elmenhorstius. Pro *quoque* Harlem. *queque.* Oud.—3 Flor. et Leid. *per terrestre an.* Elmenhorstius. *Perterrestre* libri omnes nostri, non *semperterrestre,* nec *superterrestre.* Mercerus. Mss. Cantabr. Edd. Vic. Bas. Par. *semper terrestre.* At Florent. Harlem. Voss. Leid. Mercer. et Edd. Ald. Junt. Merc. Cont. *perterrestre.* Oud.—4 *Enim semper* extat quoque in Voss. *Est enim semper* a Vulcanio est. Edebatur ante *semper enim* sine τῷ *est:* atque ita Cantabr. uterque et Harlem. Sed aliter Mss. plerique. Scilicet ab Auctore fuit *Enim semper.* Vide Indicem. *Id.*—5 Bened. *et ibidem c.* Id.—6 Male Harlem. et Edd. ante Vulcan. *tantumque.* De hac formula vide laudatos viros doctos ad Nepot. Datam. c. 6. § 7. ad Petron. c. 78. ad Vellei. l. II. c. 117. Græv. ad Luciani Solœc. init. Salm. ad Solin. c. 19. in f. 'tantum quod villosos habet armos.' *Id.*—7 Eædem *volando.* Id.—8 Brem. *regimina.* Elmenhorstius. Male. Voss. *pinnarum,* et pro *portus* Bened. *precatus,* Edd. Vic. Bas. *potitus.* Oud.—9 Harlem. *flagitet.* Id.—1 Alio ordine Bened.

NOTÆ

tuendum est *ad citimam Lunæ helicen, quæ porro, &c.* eo sensu, qui in Interpretatione expressus est: 'citima helice Lunæ' sunt gyri spirales, quos Luna quotidiano motu describit, qua parte illi gyri terram spectant. Ludovicus Vives in cap. 15. lib. VIII. de Civitate Dei D. Augustini, hunc locum aliter citat, nempe, *usque ad extima Lunæ cœlique, &c.*

[f] *Quæ ab humillimis Lunæ anfractibus, usque ad summum Olympi, &c.*] Hæc quoque lectio Ms. Thuani est: in Scriverii editione, perperam, *quæ ab humillimis Olympi, &c.*

tandem et cujusmodi ea sint, disseramus. Igitur terrena nequaquam, devergunt[2] enim pondere; sed ne flammida,[3] ne sursum versus calore rapiantur. Temperanda[4] ergo nobis pro loci medietate media natura, ut ex regionis ingenio sit etiam[5] cultoribus ejus ingenium. Cedo igitur mente formemus, et gignamus animo[6] id genus corporum texta,[7 ε] quæ neque[8] [680] tam bruta, quam terrea,[9] neque tam levia, quam ætherea, sed quodammodo utrimque sejugata,[1] vel enim[2] utrimque commixta sint, sive amolita,[3]

disceptemus quæ demum, et qualia illa sint. Ergo minime sunt terrestria, nam deprimerentur sua gravitate: verum non sunt quoque ignea, ne extollantur sursum suo ardore. Igitur formanda nobis est quadam natura temperata justo temperamento habitationis, ut incolæ ejus habeant indolem conformem induli loci. Age ergo, fingamus animo, et mente procreemus corpora sic constituta, ut nec sint tam gravia quam sunt terrena, nec tam levia quam sunt cœlestia, at sint aliquo modo diversa ab utrisque, aut etiam temperata ex utrisque, sive remota a participatione

in quo pro *ut quæ* statim *ut qui*. Id.—2 Videtur scripsisse *devergant:* sed illud retinent omnes libri, qui et mox, *sed ne flammida;* quod et rectum est. Mox: *temperandæ ergo:* e quo feci, *temperanda est ergo*. Et statim, *sit etiam cultoribus ejus ingenium;* ex omnibus libris. *Merc.* Non male *devergant:* edidit ita Florid. *Oud.*—3 *Nec flammida.* Harlem. Vulc. Voss. Bened. Mercer. cum Edd. Merc. et Cout. *ne* pro nè quidem: bene, ut sæpe. Edd. vett. *flammea* contra Mss. Paulo ante 'in igni flammida.' *Id.*—4 Frigide additur *est* in Edd. Cout. Flor. e conjectura Merceri. Voss. *temperande.* Id.—5 Ita rescripsi cum Mss. Harlem. Flor. Voss. Fulv. Bened. Edd. Merc. Cout. Vulgo *sed et.* Edd. ante Vulcan. cum Ms. Cantabr. *sit et in.* Id.—6 Edd. eædem *omnino.* Id.—7 *Tertia quæ.* Flor. *texta quæ.* Elmenhorstius.* *Id genus corporum texta.* Ita recte libri, quos secutus Vulcanius in prima editione; in altera malo consilio mutavit, et in eandem fraudem induxit sequentes editores. *Merc.* Hunc quoque locum non intelligentes librarii mire corruperunt: unde in vett. Edd. legas *corpus, tertia quædam animalia. Corporum* bene jam edidere Vulc. et Wow. *Quædam animalia,* delevit in sec. Ed. Vulc. et Elmenh. ac Scriv. Bene. Sed optime Merc. Cont. et Florid. exhibuere *id genus corporum texta.* Sic enim diserte exprimunt Mss. Vulc. Florent. et Mercer. Voss. *corporum textia.* Omnes *corporum.* In Harlem. solum legas *id genus corporum, quæ.* Sed perperam. 'Id genus' Nostri more pro ejus generis. 'Textum,' 'textus' et 'textura' sæpe in usu est de fabrica corporis. Vide Lexica. Hinc Lucan. l. IX. vs. 777. 'laterum textura.' Manil. II. 663. 'Et duo centauri licet uno corpora textu:' ut bene Bentlei. unde et sæpe 'filum corporis' occurrit, ut mox videbimus. Hesych. ὀφή, σῶμα. 'Textum mundi' Mart. Cap. p. 14. *Oud.*—8 *Quæ neque sint.* Abest a Mss. quod sciam, cunctis, et Edd. Vulc. Scal. Merc. Cout. nec opus: immo statim sequitur *τὸ sint.* Id.—9 Al. *terrena.*—1 Lego, *utrimque secus jugata.* Brantius.—2 *Vel enim utrimque commixta* legendum esse docui ad Nonium. Male enim editiones omnes habuerunt, *velut enim,* ante Elmenhorstianam. At libri scripti diserte, *vel enim.*

NOTÆ

ε *Corporum texta*] Sic reposui ex Thuano codice, ubi est *textu:* male in vulgatis *tertia.*

seu[4] modificata utriusque rei participatione. Sed facilius ex utroque, quam ex neutro, intelligentur.[5] Habeant igitur hæc Dæmonum corpora et modicum[6] ponderis, ne ad superna incedant;[7] [h] et aliquid levitatis,[8] ne ad inferna præcipitentur. Quod[9] ne vobis videar poëtico ritu incredibilia confingere, dabo primum exemplum hujus libratæ medietatis. Neque enim procul ab hac corporis subtilitate nubes concretas videmus, quæ si usque adeo leves forent, ut ea, quæ omnino carent pondere, nunquam infra[1] juga, ut sæpenumero animadvertimus, gravatæ,[2] caput editi montis ceu quibusdam curvis torquibus coronarent. Porro, si suapte natura tam spissæ ac graves[3] forent, ut nulla illas[4] vegetioris[5] levitatis admixtio sublevaret, profecto non se-

amborum, sive attemperata ex ea. Verum facilius concipiuntur commixta ex ambobus, quam ex neutris. Ergo illa corpora Dæmonum habere debent et paululum gravitatis, ne ferantur sursum, et aliquantum levitatis, ne detrudantur deorsum. Ac ne existimetis me excogitare incredibilia more poëtarum, afferam primum exemplum hujus temperatæ mediocritatis. Nam cernimus nubes coalescere haud multum diverse ab hac tenuitate corporis: quæ, si essent æque leves atque ea, quæ prorsus non habent gravitatem, nunquam cingerent cacumen excelsi montis veluti quibusdam torquibus incurvis, depressæ infra ejus verticem, ut observamus sæpissime. Ceterum, si essent ex suamet natura tam densæ ac ponderosæ, ut nulla temperatio levitatis vividioris eas sustolleret, certe impingerent in terram labentes suo-

ut primo Florido: 'vel enim colliculus sepimine consecratus.' *Merc.* Sic Scal. Elm. Merc. &c. cum Mss. Reliquæ *velut enim.* male. *Enim* valet vero, autem. Voss. *vel en. utrumque.* Oud.—3 Al. *inolita.*—4 Harlem. Edd. Merc. Cont. *sive.* Oud.—5 In præsenti Edd. Elm. Scriv. Flor. *Id.*—6 Carent *et* Edd. ante Vulcan. statim *ne* deest Bened. *Id.*—7 Forte, *inscendant.* Colvius. F. *incitent* et *præcipitent.* Brantius. Flor. *incedat.* Elmenhorstius. —8 Ita libri omnes, non *et quid:* quod non fuerat mutandum sine auctoribus libris. *Merc.* Carent τῷ *et* etiam Harlem. Cantabr. et Edd. ante Vulcan. Edd. Vulc. Wow. *quid.* Oud.—9 Ed. Wow. *sed.* Mox pro *exemplum* Bened. *exempli:* et pro *subtilitate* Cantabr. *sublimitate.* Id.—1 Cantabr. *infixa.* Harlem. *intra.* Id.—2 Edd. quædam *gravate.* Pro *montis ceu* Harlem. *montibus seu.* Id.—3 Cantabr. Harlem. Voss. Edd. Merc. Cout. *spissæ tam graves.* Ed. Vulc. *spissæ ac jam gr.* Wow. *spissæ ac tam gr.* Id.—4 Voss. *nullam.* Bened. *illa.* Id.—5 Florent. *veterioris.* Schik. *ventosioris.* Elmenhorstius. *Vegetioris* recte edidit e suo libro Vulcanius, cui alter Cujacianus consentit: alii, *veterioris,* vel *exterioris:* pessime. nec aliud quærendum quam *vegetioris.* Mercerus. Ita recte emendavit Vulc. consensu Mss. plerorumque. Vulgo erat inepte *vetustioris.* Florent. tamen, Voss. et Cantabr. *veterioris.* Bened. et alii *exterioris.* Frustra Schikerad. voluit *ventosioris,* alius *vastioris.* Lips. *vel-*

NOTÆ

[h] *Ne ad superna incedant*] Quid, si legas *inscendant?* Ms. Thuan. *recedant.*

cus quam plumbi rodus,[i] et lapis, suopte nisu[6] caducæ, terris illiderentur. Nunc enimvero pendulæ et mobiles huc atque illuc[7] vice navium in aëris pelago ventis gubernantur, paululum immutantes[8] [681] proximitate et longinquitate. Quippe si aquæ humore[9 k] fœcundæ sunt, veluti

met conatu, perinde ac massa plumbea rudis, et saxum. At nunc ipsæ pendentes et mobiles in hanc atque illam partem reguntur a ventis in mari aëris veluti navigia, nonnihil variantes in propinquitate et remotione. Nam si sunt gravidæ liquore

ut sudioris. Oud.—6 *Plumbi globus et lapis suapte vi, &c.* Nimio placet manuscripti lectio: *plumbi robur vel lapis suopte nisu, &c.* Sicut Lucretius robur ferri, robur æris dixit, pro ferro, ære. Sic lib. IX. p. 167. 'magno nisu ferro librato.' Et 166. 'telum solo nisi violentia defixum,' id est, impetus. *Sciopp. in Symb. Plumbi robur.* Sic Brem. et Fulvii liber. in Florent. et Leid. legitur *plumbi robus:* unde Mercerus in Notis ad Nonium pag. 94. *plumbi rodus* facit. Sed priorem recte explicat Scioppius. *Elmenh. Plumbi rodus.* Ita legendum esse monui dudum. Optimi quique scripti libri præferunt *robus,* quod et in Florentinis et Leidensibus membranis esse testatur Elmenhorstius. *Plumbi rodus* etiam dixit Lucillius, ut 'saxeum rodus' Accius. Qui *plumbi robur* defendunt, inventis frugibus glande vesci digni. Mox recte libri, *suopte nisu,* non *suapte vi.* Mercerus. Egregia Merceri est emendatio pro vulgato *globus* ad Nonium p. 94. quo faciunt Codd. Fulv. Brem. et Harlem. *robur,* quod etiam defendi posset loco Mart. Cap. p. 8. Ed. Gr. 'liventis plumbi fusili robore.' Sed ibi quoque Ill. Heinsius legit *rodere* tom. III. Th. Epist. p. 461. ubi omnino eum vide. Sed inprimis τὸ *rodus* confirmant Mss. in quibus *robus* ut Mercer. Cantabr. uterque, Leid. Voss. et Florent. sic habentes cum glossa interlineari *pistillum perpendiculi.* At *robur* amplexi sunt Elm. et Scriv. *rodus* Floridus. Alibi mentem habuit Burmann. dum hic margini allevit *rhombus.* Vide ad Ovid. Amor. I. 8. et ad II. Fast. 575. *Oud. Et lapis.* Fulv. et Edd. ante Vulcan. *vel.* Id. *Suapte vi.* Rescribe ex Flor. Fulv. Excerpt. Bat. et Put. *suopte nisu.* Elmenhorstius. Voss. quoque Cantabr. Harlem. cum Thuan. Mercer. et Edd. Elmenh. &c. *suopte nisu.* Vide Sciopp. supra. In Bened. *suapte n̄.* in reliquis *suapte vi.* Vide ad Met. l. IX. p. 642. a. Ceterum pessime in marg. Bas. pr. e conjectura ponitur *caduca:* nam *caducæ* ad nubes referendum. *Oud.*—7 Edd. ante Vulcan. *et illuc.* Id.—8 Cantabr. *mutantes.* Id.—9 *Si aliquo humore f.* Placet Ms. *si aquæ humore f.*

NOTÆ

[i] *Plumbi rodus*] Editiones quædam *plumbi globus.* Scioppio magis placet Ms. lectio *plumbi robur:* sic, inquit, 'robur ferri,' 'robur æris' Lucretius dixit pro ferro et ære; nec ferri solum, aut æris, sed et 'saxi robur,' pro saxo dixit lib. I. vs. 880. 'Conveniebat enim fruges quoque sæpe minutas, Robore cum saxi franguntur, mittere signum Sanguinis.' Exemplar meum Elmenhorstianum habet eadem docta manu emendatum *plumbi rodus,* optime profecto. 'Rodus, vel Raudus,' (inquit Festus) 'significat rem rudem et imperfectam, nam saxum quoque raudus appellant poëtæ,' &c. et infra: 'vulgus quidem in usu habuit, non modo pro ære imperfecto,' (hoc est, massa æris, ut hic pro massa plumbi,) 'ut Lucilius, cum ait, Plumbi paxillum, rodus, linique mataxam: sed etiam pro signato,' &c.

[k] *Aquæ humore*] Ms. Thuan. *aliquo*

ad fœtum [1] edendum, deorsum degrassantur. [2] [l] Atque ideo [3] humectiores humilius meant, aquilo agmine,[4] [m] tractu segniore: [5] sudis vero [n] sublimior cursus, et tum lanarum velleribus [6] similes aguntur, cano agmine,[7] volatu perniciore. Nonne audis, quid super tonitru [8] Lucretius facundissime disserat:

aquæ, deprimuntur ad ima, quasi ad pariendum. Propterea que nubes aquosiores deprimuntur inferius, atra caterva, lentiore cursu: at serenæ altius meant, et tunc impelluntur similes globis lanæ, acie candida, celeriore cursu. Annon auscultas quid Lucretius disputet eloquentissime de tonitru? Primo quidem cœruleum cœ-

Sciopp. in Symb. Ms. liber: *Si aquæ humore f.* Vere. *Wower.* Brem. *si a. humecto f.* Fulvii liber, *si aquæ humore f.* bene. *Elmenh.* Non mutavi, quia ita in omnibus libris nostris, nisi quod in optimo Cujaciano, *alia quo.* Aiunt in Fulvii libro esse, *aquæ.* Sed is auctoritatis minus certæ. Si quid mutandum, scriberem *aqueo;* sed melius nihil mutari. Mox pro *degrassantur* credo scribendum, *degravantur;* ut supra, 'nunquam infra juga gravatæ.' *Merc.* Reliqui Mss. *aliquo.* Oud.—1 Harlem. *velut.* Inepte Bened. et Edd. ante Vulcan. *fletum.* Id.—2 Florent. Voss. Bened. et Edd. Elm. Scriv. Flor. *deorsus. Degrassantur* vero retinent Mss. et Edd. O. nisi quod in Elmenh. sit *degressantur.* Videtur Ap. ad proprietatem verbi respexisse; qua notaret, cum impetu et celeri gradu descendere, καταβαίνειν. Audacissime certe Coutur. et Florid. reposuere *degravantur* e conjectura Merceri et alius viri docti, si non is ipse est Mercerus. cf. supra ad p. 678. Ed. Flor. 'sintque propria.' Burmann. conjecit *decrassantur.* Oud.—3 Edd. ante Vulcan. *omnino.* Id.—4 Hoc vero invitis omnibus libris ita rescribendum: *aquilo agmine, tractu segniore,* non *aquilonis agmine, tractu segniores:* e quo pessime Wowerius, *Aquilonis agmine factæ segniores.* Quid enim ad pluviam Aquilo? At, *aquilo agmine,* id est nigro: ut apud Varronem: 'Atque Ægeus fluctu quam lavit ante aquilo.' Indicant sequentia, in quibus pluviæ aquilo agmini opponit nivis canum agmen. *Merc.* Egregia hæc est emendatio Lipsii in marg. et Merceri, quam bene in textum recepere Coutur. et Florid. licet cum editis Mss. constanter habeant *aquilonis.* De τῷ 'aquilus' vide Festum et Nonium. *Oud.*—5 Sic tacite Floridus edidit, e conjectura Merceri, cum antea et in Mss. sit *segniores. s* scilicet adhæsit e seq. voce *sudis.* Hinc tamen Wowerius sese non extricans interpolavit tacite *aquilonis agmine factæ segniores.* quod est nihili. *Id.*—6 Florent. Harlem. Edd. ante Vulcan. *cum.* Bas. pr. *lanatum.* Mox Bened. *agantur.* Id.—7 Rom. *cavo a.* male. *Elmenh.* Optime sic emendarunt jam olim Lips. et Vulc. consentientibus Mss. O. pro edito antiquitus *cavo.* Contra 'cavam nubem' abiit in *canam* de mundo p. 727. Ed. Flor. Canæ nubes sunt tenues, aquilis et nigris oppositæ. *Oud.*—8 *Super tonitrum.* Vulgo plerisque in edit. *tonitruum.* Forte deerat, *natura,* aut tale quid; ut si legas, *super natura tonitruum.* Locus Lucretii est e lib. VI. *Colv.* Rom. *humore.*

NOTÆ

[l] *Degrassantur*] Eadem manu correctum in meo Elmenhorstiano exemplari *degravantur.*

[m] *Aquilo agmine*] Sic proculdubio legendum. Male vulgati omnes *Aquilonis agmine.* Aquilus color est fuscus, subniger, qui color est aquæ. 'Aquilum agmen' hic opponitur cano agmini, quod mox sequitur.

[n] *Sudis vero*] Sudæ nubes sunt nubeculæ illæ tenues quæ cœlo sudo serenoque sæpissime conspiciuntur.

Principio tonitru [o] quatiuntur cœrula cœli,
Propterea quia [9] concurrunt sublime volantes
Æthereæ nubes, contra pugnantibu' ventis.[1]

Quod si nubes sublime volitant, quibus omnis [2] et exortus est terrenus,[3] et retro defluxus [4] in terras est;[5] quid tandem censes [6] Dæmonum corpora, quæ sunt concretu multo tanto subtiliori?[7] Non enim sunt [8] ex hac fæculenta nube-

lum concutitur tonitru, Ideo quod nubes æthereæ alte meantes Inter se concurrunt, ventis ipsis adversantibus. *Quod si in alto volant nubes, quæ omnes habent suam originem ex terra, ac denuo relabuntur in terram; quid postremo existimas corpora Dæmonum esse, quæ sunt longe minus densata, eoque tenuiora? nam non sunt concreta ex hujusmodi nebula sordida, et densa obscuritate, quemad-*

---

et Aldus *tonitruum*. Stew. *tonitrum*. Elmenhorstius. Colv. edidit *tonitrum*, quod conjecit Stewech. extatque in Ms. Cantabr. At *super* hoc sensu non habet accusativum. Quod si sit facile retineri posset *tonitruum:* nam et hoc in singulari pro *tonitru* occurrit. Vide ad Met. lib. VIII. p. 529. b. Quare retineo, quod Vulc. et ceteri cum reliquis Mss. dant, *tonitru*. Oud.—9 Mss. omnes *propter alia*. Elmenhorstius. Certe e nostris Bened. et Voss. At Leid. *propter ava*. Pro *concurrunt* Bas. pr. *concurrant*. Oud.—1 *Propugnantibus ventis*. Excerpt. Bat. *propter nantibus velis*, inepte. *Elmenh.* *Porro pugnantibus ventis.* Ita scripsi, quia in manuscriptis, *propugnantibus*. Delevi etiam iisdem libris auctoribus tres alios Lucretii versus, qui nihil ad mentem Apuleii. Ex iisdem scripsi, *quibus omnis exortus est terrenus, et retro defluxus in terras;* quomodo etiam editum ab Elmenhorstio. *Merc.* Leid. *propter nantibus velis.* Harlem. Voss. *propugnantibus velis.* Cantabr. cum Mercer. *propugnantibus:* prave. Vide Lucret. lib. VI. p. 96. Sed acute Mercerus hinc emendavit *porro pugn.* Ceterum Edd. primæ, nec non Scal. et Wow. addunt 3. sequentes Lucretii versus, verum eos agnoscit nullus meorum codex, nec Merceri, qui bene notat, eos nihil facere ad mentem Apuleii. *Oud.*—2 Sic recte Mss. cum Vulcan. et seqq. Ante *omnisque et*. Id.—3 Ita quoque Mss. O. ut ediderunt Scal. Elm. &c. nisi quod rectius Cantabr. et Harlem. careant τῷ *est*. In Edd. reliquis *et terminus*. Voss. *et exortus et terr.* Id.—4 Harlem. *defluus*. Bened. *deflexus*. Male *earum* additur Edd. ante Vulcan. *Id.*—5 Malim et hic delere τὸ *est* cum Cantabr. Harlem. Voss. Edd. Merc. et Cout. *Id.*—6 Edd. ante Vulcan. contra Mss. *futura censes*. Id.—7 *Concr. multo minus et tanto subt.* Florent. et Leid. *concreta multo tanto subt.* Brem. *concreta multo subt.* Elmenhorstius. Male addebant, *concreta multo minus et tanto subtiliora:* ita enim editiones omnes ante Elmenhorstianam. Libri omnes, *multo tanto:* at duo optimi, *subtilior:* ut videatur scripsisse, *quæ sunt concretu multo tanto subtiliore.* Mox, *non enim ex hac fæculenta nubecula*, libri omnes, inducta voce *sunt*. Mercerus. Etiam Voss. et Cantabr. uterque carent *minus et:* ut ediderunt Elmenh. Scriveriusque. Sed tum Auctor dicere debuit *subtilius*. Recte nihilominus illi *minus et* deleverunt, quæ cum *tanto* absunt etiam a Brem. et Harlem. *tanta* Voss. Bened. Vide ad Met. lib. VII. p. 142. Pric. 'multo tanto pluribus:' et Ind. Pro *subtiliora* in Florent. et 2. Mercer. ac Voss. est *subtilior*, unde Merc. et Cout. edidere *concretu multo tanto subtiliore.* Certe in Harlem. *subtiliori:* sed unde nullum mihi dubium est,

NOTÆ

[o] *Principio tonitru, &c.*] Lucretius lib. VI. 95.

cula, tumida caligine [9] conglobata, sicuti [1] nubium genus [2] est; sed ex illo purissimo aëris liquido et sereno elemento coalita, eoque [3] nemini hominum [4] temere visibilia, nisi divinitus speciem sui offerant,[5] quod nulla in illis terrena soliditas locum luminis occuparit,[6] quæ nostris [7] oculis [8] possit obsistere, qua soliditate necessario [9] offensa acies immoretur;[1] sed fila corporum [2] [p] possident rara, et [682] splendida, et tenuia, usque adeo ut radios omnis nostri tuoris [3] [q] et

modum natura nubium est; verum conflata ex illo elemento aëris purissimo, fluido, ac sudo: et propterea non facile spectabilia cuipiam homini: nisi exhibeant suam imaginem jussu divino: quoniam nulla densitas terrestris in illis usurpaverit locum lucis, quæ obstare queat nostris oculis, in quam densitatem obtutus impingens necessario tardetur; verum habent formas corporum raras, micantes, et subtiles, adeo ut et pervii sint radiis totius nostri visus sua raritate, et repercutiant eos suo ful-

quin exciderit vox *filo*, quod explicantes Glossatores in margine scripserunt *sutura:* unde supra irrepsit *futura.* 'Filum' passim dicitur de habitu corporeo, non secus ac 'textum,' de quo supra. Mox de his ipsis corporibus: 'fila corporum possident rara et tenuia,' &c. ubi vide, nec non comm. ad lib. IV. Met. p. 289. a. Salmas. ad Solin. p. 465. Legendus ergo hic locus sic *concreta multo tanto subtiliore filo.* De 'concretus' vide ad Met. l. VI. p. 415. a. *Oud.*—8 Abest Cantabr. Harlem. Mercer. et Ed. Copt. *Id.*—9 Fortassis scribendum, *et humida calig.* Colv. Conjecerat id jam Lipsius in marg. et extat in Var. Lect. Burm. Sed male. Densam et protuberantem nubis caliginem notat. Sic 'custodum tumor' pro densa corona Propert. lib. II. eleg. 18. 70. ubi vide Comment. *Oud.*—1 Ed. Ald. *sicut.* Bened. Cod. *sint.* Id.—2 *Nubium tenus.* Magis placeret, *nubium genus:* quod etiam Lipsio probatur. *Colv.* *Nubium genus*, et Fulvianus codex, ut ita de veritate hujus lectionis minime sit dubitandum. *Sciopp. in Symb.* Vulgata mihi scriptura non displicet. *Brant.* Bene emendavit Colv. cum Lipsio, probantibus Mss. cunctis. *Oud.*—3 Edd. ante Vulcan. *eaque.* Id.—4 *Nulli hom.* Flor. *nemini h.* Elmenhorstius. Recte, atque ita restituendum auctoritate etiam Mss. Putean. Cantabr. utriusque, Voss. Harlem. et Edd. Vulcan. quem illud in *nulli* mutantem temere secuti sunt posteriores editores, præter Mercer. et Coutur. Adi ad Met. lib. V. p. 325. b. 'hominum nemo.' *Oud.*—5 *Offert.* Elmenh. Cum Cantabr. et Voss. *Oud.*—6 Cantabr. et Edd. vett. *occupaverit.* Voss. *occuparet.* Id.—7 *Qui nostris.* Legendum cum Ms. *quæ nostris.* Sciopp. in Symb. Scribe ex Ms. *quæ.* Woweriis. *Qui* scil. locus. At Voss. cum Fulv. *quæ:* uti edidere Wow. Merc. Cour. et Flor. ut ad soliditatem referas; sed utrumque eodem redit. *Oud.*—8 Abest Ms. Bened. Harlem. inverso ordine *obs. poss.* Id.—9 Cantabr. *neca.* Voss. *necessaria.* Edd. ante Vulcan. *nostra.* Id.—1 Brem. *moriatur.* Elmenhorstius. Var. Lect. Burm. *inmoriatur.* Wow. *inmoraretur.* Oud.—2 Al. *filia corp.*—3 Alii, *nostri oris,* vel *nostri vigoris.*

NOTÆ

[p] *Sed fila corporum, &c.*] Germana lectio. 'Filum corporis' est forma, seu lineamenta, ipseque habitus corporis. A. Gell. lib. I. cap. 9. 'Mores naturasque hominum conjectatione quadam de oris et vultus ingenio, deque totius corporis filo atque habitu, sciscitari.'

[q] *Omnis nostri tuoris*] Intuitus, aspectus. Glossæ Isidori: Tuore, visu.

raritate transmittant,[4] et splendore[5] reverberent, et subtilitate frustrentur.[6] Hinc est illa Minerva[7] Homerica,[8] quæ mediis cœtibus Graium cohibendo[9] Achilli intervenit. Versum Græcum,[1 r] si paulisper operiamini, Latine enuntiabo:[2] atque adeo hic sit[3] impræsentiarum. Minerva igitur, ut dixi, Achilli moderando jussu Junonis advenit,

Soli perspicua est,[4] aliorum nemo tuetur.

Hinc et illa Virgiliana Juturna,[5 s] quæ mediis millibus[6] auxiliabunda fratri conversatur,[t]

Miscetque[7] viris, neque[8] cernitur ulli:

prorsus quod[9] Plautinus miles[u] super clypeo suo gloriatur,

gore, atque eos effugiant sua tenuitate. Inde est illa Pallas apud Homerum, quæ assistit in medi[illegible] conventibus Græcorum ad reprimendum Achillem. Efferam Latine versum Græcum, si expectetis tantillum, et certe hic esto nunc. Pallas ergo intervenit ex mandato Junonis, ad coërcendum Achillem, ut dixi, Visibilis est ei soli, nullus ex aliis ipsam aspicit. *Inde etiam est illa Juturna apud Virgilium, quæ versatur in medio multorum millium hominum ad ferendam opem fratri suo,* Et se intermiscet militibus, neque a quoquam videtur, *potius quam, unde*

Elmenhorstius. Fulv. *oris.* alter Fulv. *vigoris.* Harlem. *cruoris.* Isidori Glossæ: 'Tuore,' 'visu.' ut notavit Elmenh. in Ind. ab antiquo 'tuor' i. e. video: ut leg. e Mss. in Festi v. 'tuor' et 'obtutu.' *Oud.*—4 Brem. et Leid. *transmutant.* Elmenhorstius. Item Harlem. *Oud.*—5 Cantabr. non habet copulam. *Id.*—6 Voss. *frustantur.* Id.—7 Sic Florent. Fulv. Voss. Cantabr. Harlem. et Edd. Wow. Elm. &c. A ceteris exulat τὸ *est.* Id.—8 Edd. ante Vulcan. item Merc. Cout. et Harlem. Voss. *Hom. Min.* ut apud August. lib. IX. c. 7. *Id.*—9 Edd. Ald. Junt. prave *cohibendum.* Id.—1 Iliados A. *Οἴῳ φαινομένη, τῶν δ' ἄλλων οὔτις ὁρᾶτο. Colv. Elmenh.* Τὸ *illum* e suo cod. addidit Vulc. et dein Scal. et Wow. sed abest a Mss. Videtur autem Græcum versum addidisse Apuleius. *Oud.*—2 Brem. *nuncupabo.* Elmenhorstius. Harlem. *nunciabo.* Oud.—3 Voss. *ideo.* Harlem. *fit.* Id.—4 Cantabr. *a se.* Edd. ante Vulcan. *ast.* Id.—5 Brem. *virginum alia:* male. Rom. et Brem. *matrona.* Elmenhorstius. Edd. ante Vulcan. *matrona.* Oud.—6 Sic Mss. O. Edd. vett. ac Wower. addunt *in med. m.* Id.—7 Bened. *misceturque.* Id.—8 Sic Harlem. Voss. Florent. Edd. Merc. Cout. cum optimis Edd. Virgilii, non *nec.* Id.—9 Rom. *protinus.* Lege cum Lipsio, *potius quam Plautinus*

NOTÆ

[r] *Versum Græcum*] Hic est ex Iliad. A. 198. desumtus. *Οἴῳ φαινομένη, τῶν δ' ἄλλων οὔτις ὁρᾶτο.*

[s] *Juturna*] Dauni Rutulorum Regis filia, Turni soror, quam Jupiter Deam fecit. De hac Virgil. lib. XII. Æneid. 'Extemplo Turni sic est affata sororem Diva (Juno) Deam, stagnis quæ ; Præsidet: hunc illi Rex ætheris altus honorem Jupiter erepta pro virginitate sacravit.'

[t] *Conversatur*] Non semper invisibilis, sed nonnunquam etiam 'Formam assimilata Camerti,' nonnunquam, 'in faciem conversa Metisci Aurigæ.'

[u] *Prorsus quod Plautinus miles, &c.*] Lips. Elector. II. cap. 21. legit *potius*

Præstringens [1] oculorum aciem hostibus.

Ac ne ceteros [2] longius persequar, ex hoc ferme Dæmonum numero [683] poëtæ solent,[w] haudquaquam [3] procul a veritate, osores et amatores quorundam hominum Deos fingere, hos evehere et secundare,[x] illos adversari et affligere: igitur et misereri, et indignari, et angi, et lætari, omnemque humani animi faciem [4] pati, ac simili [5] motu cordis [6] et salo mentis [7] ad omnes [8] cogitationum æstus fluctuare. Quæ omnes turbelæque [9] tempestatesque procul a Deorum cœlestium tran-

Miles Plauti ob suum scutum se jactat, Retundens obtutum hostibus. *Et ne necesse habeam fusius recensere reliquos, poëtæ consueverunt ex hac fere multitudine Dæmonum, minime contra veritatem, comminisci Deos inimicos, et amicos quorundam hominum: hos reddere felices et extollere; illos vero odio habere et deprimere. Ergo et misericordia tangi, et irasci, et solicitari, et gaudere, atque experiri cunctas mutationes mentis humanæ, et jactari ad omnes agitationes cogitationum simili commotione pectoris, atque æstu animi. Quæ omnes turbæ ac procellæ longe*

miles. Elect. II. c. 21. *Elmenh.* *Prorsus quod* Mss. O. cum Vulcan. et seqq. nisi quod in Cantabr. et Harlem. sit *prorsusque*: in Var. Lect. Burm. *protinus quod.* Edd. priores *protinusque.* *Potius quam quod*, uti conjecit Florid. certe exigit sensus. *Oud.*—1 Al. *perstringens.*—2 Var. Lect. Burm. Edd. ante Vulcan. *cunctos.* Pro *persequar* Bened. *persequitur.* Oud.—3 Abest *quaquam* ab Edd. ante Vulcan. *Id.* *Haud procul, &c.* *Haud procul a veritate, osores et amatores quorundam hominum Deos fingere: hos prosperare et evehere, illos contra adversari et affligere.* Sic hæc omnia emendatissima sunt ex D. Augustini ejusdem lib. IX. c. 3. ubi sic omnino leguntur. Vulgo sensu nullo: *Haud procul a veritate, censores causæ et amatores quorundam hominum Deos fingere, et tueri illos, interdum adversari et affligere.* Colvius. *Osores* recte Mss. et Colv. cum seqq. Ante *censores causæ.* Oud. Vid. Not. Var.—4 Voss. *faciam.* Oud.—5 Omnibus libris nostris deest *ac.* Mercerus. Item Mss. Cantabr. Voss. Harlem. Edd. Merc. Cout. *Oud.*—6 Vulc. cod. pro var. lect. *corporis*: male. *Id.*—7 Vitiose Ed. Scal. *solamentis.* Vide ad Met. lib. IV. p. 237. *Id.* —8 In D. August. c. 3. 6. et 7. *per omnes.* Colvius.—9 *Turbelæ.* Sic Flor. et Aldus. Leid. et Rom. *turbellæ.* Brem. et Bas. 2. *turbulæ.* August. de Civit. Dei lib. IX. c. 8. *Elmenh.* Libri nostri magno consensu *turbulæ*, quod restitutum a Vulcanio e libro suo non debuerunt mutare editores sequentes.

NOTÆ

quam Plautinus miles, &c. ego scriptum existimo *potius quam quod Plautinus miles, &c.* ut sit sensus, Juturnam, fratri in præliis auxiliantem, ideo potius a ceteris conspici non potuisse, quod eorum visum tenuitate sua fugeret, quam quod ipsis oculorum aciem præstringeret nimio splendore, qualem clypeo suo conciliari præcipit sensum, quia mihi verisimillimus visus est, in Interpretatione expressi.

[w] *Ex hoc ferme Dæmonum numero poëtæ solent, &c.*] Locus hic a Divo Augustino citatur lib. IX. De Civitate Dei.

[x] *Osores et amatores, &c. evehere et secundare* [*hos prosperare et evehere, &c.*] Eadem habet Plato in Epinomide.

quillitate exulant.[1] Cuncti enim cœlites, semper eodem statu mentis, æterna æquabilitate potiuntur, quia nunquam illis[2] nec ad dolorem versus,[3] nec ad voluptatem finibus suis pellitur, nec quoquam[4] a sua perpetua secta[y] ad quempiam subitum habitum dimovetur,[5] nec alterius vi; nam nihil est Deo potentius:[6] neque suapte sponte;[7][z] nam nihil est Deo perfectius. Porro autem qui potest videri perfectus[8] fuisse, qui a priore statu ad alium rectiorem statum[9] migrat?[1] cum præsertim nemo sponte capessat[2] nova, nisi

remotæ sunt a quiete Deorum Cœlicolarum. Nam omnes Cœlicolæ, æqualitate perpetua, fruuntur semper eadem temperie animi, qui illis nunquam dimovetur ex suis sedibus, neque ad dolorem, neque ad voluptatem: nec ulla re distrahitur a sua æterna agendi ratione ad quamvis repentinam habitudinem, neque violentia aliena, quia nihil est validius Deo: neque ultroneo motu: nihil enim est perfectius Deo. Ceterum, quomodo ille potest existimari fuisse perfectus, qui transit a priore statu ad alium statum meliorem? præsertim quoniam nullus ultro amplectitur nova, nisi ille qui

Merc. *Turbelæque.* Sic Bened. Ms. et August. Edd. Ald. Junt. *Turbellæ* cum Leid. Edd. pleræque. *Turbulæ* Florent. Voss. Brem. Cantabr. Puteau. Harlem. Mercer. et Edd. Vulc. Scal. Merc. Cout. Vide de hac confusione Ind. Not. *Turbæ* prave Wower. *Oud.*—1 Edd. Junt. Ald. *exultant.* Id.—2 *Quæ nunq. ill.* Iidem libri recte, *qui nunquam illis:* refertur enim ad statum mentis. *Merc.* Cantabr. quoque, Voss. et Harlem. cum Edd. Merc. Cout. *qui.* Ms. Vulc. *quia.* Recte. *Oud.*—3 Libri, *nec ad dolorem usus:* e quo feci *versus*, ut in Elmenhorstiana Editione. *Merc.* Ita recte Scal. cum Edd. Elm. et seqq. ut habent Mss. vel *usus.* A prioribus, ut et Wower. Ed. male abest *versus.* Passim *ad* et *versus* sic jungi docent Lexica. *Oud.*—4 Sic Mss. et Edd. Vulc. ac seqq. *quaquam* Bened. In Edd. primis *nec enim mens illa.* Id. —5 Cantabr. Voss. Ed. Junt. *demovetur.* Id.—6 *Potentius, &c. Deo.* Desunt Bened. *Id.*—7 Exc. Bat. *sua natura.* Elmenhorstius. Scribendum *neque suapte* cum Florent. Voss. Cantabr. Harlem. aliisque, Edd. Elm. &c. In reliquis *nec.* Dein pro *sponte* in Mss. Thuan. et duobus a Lindenbrogio collatis est *natura*, ut supra p. 669. Ed. Flor. ubi vide. Prave Ed. Cout. *sua sponte.* Ceterum male τὰ *nam nihil est Deo perfectius* ponuntur in Edd. Vulcanio prioribus ante *neque suapte.* Itidem omittuntur in illis τὰ *nam* et *est.* Oud.—8 Flor. *perfectius.* Elmenhorstius. *Qui potest v. perfectus f. qui.* Sic rursus Vulc. et reliqui præter Wower. qui tacite dedit *perfectius:* ut extat in Florent. Cantabr. Voss. Vulc. et Harlem. Damno Latinitatis, nisi pro *qui* legas *quod* cum Harlem. Mire exaratur in Edd. vett. *quid p. v. imperfectius f. quam is qui.* Oud.—9 Ed. Vulc. *statim.* Id.—1 *Migrarit.* Flor. *migrat.* Elmenhorstius. *Migrat* est quoque in alio a Lindenbr. collato, utroque Cantabr. Voss. Harlem. et Edd. Elm. Scriv. Merc. Cout. Flor. Aliæ *migrarit.* Oud.—2 Τὸ *sponte* adjiciunt Memb. Flor. et Brem. *Elmenh.* Exulat *sponte* ab Edd. Vulc. Scal.

NOTÆ

[y] *A sua perpetua secta*] Hoc loco 'secta Deorum' nihil aliud esse videtur, quam constans ac firma sententia, qua res humanas totumque adeo mundum regunt.

[z] *Suapte sponte*] Ms. Thuan. *suapte natura*, quod in idem recidit.

quem pœnituit priorum. Non enim potest[3] subsequi illa mutata[4] ratio, sine præcedentium infirmatione. Quapropter debet Deus nullam perpeti vel odii[5] vel amoris[a] temporalem perfunctionem; et idcirco nec indignatione, nec misericordia[6] contingi, nullo angore contrahi,[7] nulla alacritate gestire; sed ab omnibus animi [684] passionibus[8] liber, nec dolere[9] unquam, nec aliquando[1] lætari,[b] nec aliquid repentinum velle[2] vel nolle. Sed et hæc cuncta, et id[3] genus cetera, Dæmonum mediocritati[4] rite congruunt.[5] Sunt enim inter nos[6] ac Deos, ut loco regionis,[7] ita ingenio

fastidiverit anteriora. Neque enim mutatus ille modus agendi potest succedere, nisi priora irrita fiant. Itaque oportet ut Deus nullam sustineat temporalem functionem aut opitulationis, aut affectus: atque ideo neque afficiatur ira, neque commiseratione, neque angatur ulla solicitudine, neque exultet ulla hilaritate; verum solutus ab universis affectibus mentis, neque mœreat unquam, neque unquam gaudeat, nec velit aut nolit quicquam subitaneum. At illa omnia, et alia ejusmodi, bene conveniunt mediæ perfectioni Dæmonum. Nam illi tam sunt medii inter nos et Deos

Wow. contra Mss. *Capessat* deest Bened. *Oud.*—3 Cantabr. Harlem. Voss. Ed. Merc. *potest enim.* Id.—4 Var. Lect. Burm. Edd. ante Vulcan. *mutatio.* Voss. *muta ratio.* Id.—5 *Vel opis.* Editiones, *vel operis:* at libri scripti constanter, *opis:* e quo procul dubio faciendum, *odii.* Dixerat dæmones osores et amatores hominum, et inde concluserat omnibus etiam aliis passionibus obnoxios. Contra nunc Deos ait odii et amoris expertes: et inde infert etiam aliis passionibus solutos ac liberos. *Merc.* Mss. Fulv. Thuan. Voss. Cantabr. uterque, Merc. omnes *opis,* quod reposuere Merc. Cout. et Florid. Rectius quam *operis,* ut bene monuit Florid. Sed cum Mercero et Lipsio melius puto scribi *odii,* ut respiciat præcedentia, 'osores et amatores,' ac seqq. 'indignatione et misericordia.' *Oud.*—6 Male Edd. ante Vulcan. *ira,* in quod corruptum est e more scribendi *mia,* ut est in Harlem. *Id.*—7 Bened. *trahi.* Id.—8 Τὸ *animi* non est in Flor. *Elmenh.* Hinc uncis inclusere Elm. Scriv. *autem* Bened. Inverso ordine *pass. animi* Edd. Vulcanio priores. *Oud.*—9 *Nec dolere, &c. repentinum.* Desunt in Bened. *dolore* Cantabr. *Id.*—1 Harlem. *alii.* Id.—2 Bened. *vel velle.* Id.—3 Edd. ante Vulcan. *ut hoc.* Cantabr. uterque *et hoc.* Voss. *ut et hic.* Id.—4 Cantabr. *medicritati.* Id.—5 Brem. *conveniunt.* Elmenhorstius. Vide ad Met. lib. I. p. 75. b. Prima vox abest Cantabr. et Edd. ante Vulcan. *Oud.*—6 Edd. ante Vulcan. et Wowerii *inter homines:* sed contra Mss. *Id.*—7 Harlem. *et Deos.* Voss. *Deo.* Bened.

NOTÆ

[a] *Vel odii [operis,] vel amoris*] Ms. Thuanus *vel opis, vel amoris,* melius: hoc est, neque ad opem ferendam præ misericordia, neque ad amandum ferri. Deos enim vult hic esse prorsus ἀπαθεῖς, non autem omnis operis expertes.

[b] *Nec dolere unquam, nec aliquando lætari*] Plato in Epinomide ait similiter, 'Deum, qui divinam sortem perfecte possidet, a doloribus, voluptatibusque liberum esse, et sapientia cognitioneque penitus frui.'

mentis intersiti, habentes communem cum Superis immortalitatem, cum Inferis passionem. Nam, proinde ut nos,[8] pati possunt omnia animorum[9] placamenta vel incitamenta: ut et ira incitentur,[1] et misericordia[2] flectantur, et donis[3] invitentur,[4] et precibus leniantur, et contumeliis exasperentur,[5] et honoribus mulceantur,[6] aliisque omnibus ad similem nobis modum varientur.[7] Quippe, ut fine comprehendam,[8] [c] Dæmones sunt genere animalia, ingenio rationabilia,[d] animo passiva, corpore aëria, tempore æterna. Ex his quinque,

indole animi, quam situ suæ habitationis: habentes immortalitatem communem cum Diis, et affectus communes cum hominibus. Possunt enim, quemadmodum et nos, sentire omnes mitigationes et irritationes animorum: ita ut stimulentur ira, inclinentur commiseratione, illiciantur muneribus, demulceantur supplicationibus, incendantur contumeliis, deliniantur honoribus, et mutentur omnibus aliis rebus, eodem pacto quo nos mutamur. Nam, ut complectar definitione eorum naturam: Dæmones sunt ex genere suo animalia, mente rationabilia, obnoxia affectibus animi, aëria quantum ad corpus, et perpetua quantum ad durationem. Ex his quinque dotibus,

in loco. Cantabr. Vulc. Voss. *religionis.* Id.—8 Sic præter Voss. Mss. O. et Edd. Scal. Elm. &c. In reliquis *perinde:* sed vide ad Met. lib. v. p. 342. a. 'proinde ut merebantur.' *Id.*—9 Sic Cantabr. Harlem. et Edd. Vett. quod nescio cur e suo Vulc. et sequentes ex aliis, in quibus Voss. mutarint in *animarum.* Mox 'animo passiva.' *Id.*—1 *Et ira incitantur.* Sic quidem habent Mss. plerique, et edidere Vulc. Scal. Wow. cum seqq. in Indicativo. At Edd. vett. *ut in ira incitentur, &c.* Sed Florent. cum Elm. et seqq. *ut ira incitentur.* Voss. *et ira incitentur,* et sic porro. Optime Cantabr. uterque *ut et ira incitentur, &c.* nisi quod Bened. vitiose *nitentur.* Id.—2 *In miser.* Edd. vett. sed invitis Mss. alioquin non damnarem. *Id.*—3 Hic et in seqq. ubique *et* ejecere Elmenh. &c. male et contra Auctoris ἔμφασιν. Ausus est hoc Elmenh. quia primo hoc loco *et* abest a Florent. Sed in ceteris exemplis comparet, ut in omnibus Mss. *Id.*—4 Manuscriptus Fulvii *donis mutantur:* male. Arnobius lib. I. 'Deos thure invitatis incenso.' Ad quem locum vide quæ notavi. *Elmenh.* Var. Lect. Burm. *mutentur:* sed *invitentur* recte defendit Elmenh. *Oud.*—5 *Et contum. exasp.* Exulant ab Harlem. et Vulc. *Id.*—6 Florent. *mulcerentur.* Id.—7 Edd. Vulc. Scal. Wow. Merc. Cout. *variant.* Verum Mss. O. habent vel *variantur* vel *carientur:* nisi quod solus Voss. det *varient.* Sed 'variare' Noster non adhibet neutraliter, sed active, ut initio hujus libri 'speciem variat.' Lib. II. Met. p. 45. Pric. 'variat aspectum.' 'Variari' passive, frequenter. *Id.*—8 Quasi dicas *ut tandem absolvam.* Habent autem sic Mss. tantum non omnes cum Edd. Vulc. et seqq. Quæro tamen exemplum, ubi *fine* ita ponatur. Hinc Floridus interpretatus est 'definitione:' absurde. In Florent. cod. exaratur *ut in fine.* Sed Thuan. et Voss. cum Edd. priscis *finem;* quod nescio an non præstet, sive *ut finem ca-*

NOTÆ

[c] *Ut fine comprehendam*] Ms. Th. *ut finem comprehendam.*

[d] *Dæmones sunt genere animalia, ingenio rationabilia, &c.*] Vide Platonem in Timæo, et Augustinum, De Civitate Dei lib. VIII. cap. 16. et lib. IX. cap. 8.

quæ commemoravi, tria a principio[9] eadem nobiscum,[1] quartum proprium,[e] postremum[2] commune cum Diis immortalibus habent; sed differunt ab his passione. Quæ propterea passiva non absurde, ut arbitror, nominavi, quod sunt[3] iisdem, quibus nos, perturbationibus mentis[4] obnoxii. Unde etiam[5] religionum diversis observationibus, et sacrorum variis suppliciis fides impertienda[6] est. Et sunt nonnulli[7] [f] ex hoc Divorum[8] numero, qui nocturnis vel diurnis, promtis vel [685] occultis,[9] [g] lætioribus vel tristio-

quas recensui, tres primæ sunt ipsis communes nobiscum, quarta est eorum peculiaris, ultima est eis communis cum Diis immortalibus: verum discrepant ab illis, quod obnoxii sint affectibus. Atque ideo non inepte, ut puto, appellavi eos Dæmones passivos, quoniam patent iisdem agitationibus animi ac nos. Quam ob causam credendum est etiam variis ritibus religionum, et diversis propitiationibus sacrificiorum. Et sunt quidam ex hoc numero Deorum, qui delectentur victimis aut cærimoniis aut observationibus, nocturnis aut diurnis, apertis aut absconditis, hilarioribus aut

piam. In Bened. est *aprehendam.* Id.—9 Male Edd. Ald. Junt. carent τῷ *a.* Sallust. B. Jug. c. 30. 'A principio acerrime impugnaverat.' *Id.*—1 *Eadem quæ nobiscum.* Sic edidere Merc. Cout. et Florid. quam ego constructionem non capio, licet sic extet in Florent. At Mss. Cantabr. uterque Harlem. Voss. *eademque nobiscum.* Sed ita etiam *que* abundare videtur, uti non comparet in Ms. Vulc. aliisque, nec Edd. prioribus. Tria habent *eadem communia* sc. nobiscum, vel *eadem nobiscum.* Nam hoc rectum esse pro *eadem nobis* vidimus ad Hirt. B. Afric. c. 83. August. habet *tria priora illis esse nobiscum communia.* Id.—2 Bened. *quintum.* Id.—3 Cantabr. *quia sint.* Harlem. cum Edd. ante Vulcan. *quia sunt.* Voss. et Edd. Merc. Cout. *quod sunt.* Bene. In aliis *quod sint.* Id.—4 *Perturbationibus mentis.* Abest ultima vox ab Ms. Cantabr. et Edd. ante Vulcan. Sed idem codex habet *turbonibus.* At Noster cum reliquis inclinat *turbo, inis.* Eleganter tamen dictum foret *turbinibus mentis.* Met. lib. x. 'mentis nubilo turbine correpta:' et simili fere modo vox 'turbinibus' corrupta Met. lib. II. p. 30. Pric. Merc. et Cout. dederunt *etiam turbationibus.* Id.—5 Sic Florent. Voss. Harlem. Bened. Edd. Elm. Scriv. Merc. Cout. Flor. In aliis *unde et.* Id.—6 Fortassis emendandum, *impetrienda.* Vide Festum. *Wower.* Scaliger *F. impetrienda,* recte. Cic. de Divinat. lib. I. fol. 181. 'Ut nunc extis, sic tum avibus magnæ res impetriri solebant.' Festus 'impetritum.' *Elmenh.* Var. Lect. Burm. quoque *impetrienda.* Vide et Fabri Thes. v. 'impetrare.' Non ego accedo. Edd. Ald. Junt. Scriv. *inpartienda:* ut alibi. Vide ad Met. lib. I. p. 16. b. *Oud.*—7 Sic recte Merc. e suis, Cout. et Florid. e Ms. Thuan. quibus accedit Harlem. Vulgo *etsi nonnulli sunt:* quod locum habere nequit. Voss. *etsi nonnullus.* Id.—8 Cantabr. *diversorum.* Id.—9 Fulvianus *pompis,*

NOTÆ

[e] *Quartum proprium*] Nempe, quod sint corpora aërea.

[f] *Et s. n.* [*Etsi nonnulli sunt*] Ms. Thuan. *Et sunt nonnulli:* melius.

[g] *Qui nocturnis vel diurnis, promtis vel occultis, &c.*] Virgil. lib. VI. Æneid. 'ipse atri velleris agnam Æneas matri Eumenidum, magnæque sorori Ense ferit, sterilemque tibi, Proserpina, vaccam. Tum Stygio Regi noctur-

ribus[1] hostiis,[h] vel cærimoniis, vel ritibus gaudeant:[2] uti Ægyptia numina[3] ferme plangoribus,[i] Græca plerumque choreis, barbara autem[4] strepitu cymbalistarum et tympanistarum[5] et choraularum.[6] Itidem pro regionibus et cetera[7] in sacris differunt longa varietate: pomparum agmina,[8] mysteriorum[9] silentia,[k] sacerdotum officia, sacrifican-

mæstioribus: veluti Dii Ægyptii fere delectantur planctibus, Græci ut plurimum saltationibus, Barbari vero sonitu quem edunt cymbalistæ et tympanistæ et tibicines. Similiter et alia discrepant magna diversitate in sacris, secundum varia loca: puta turbæ pomparum, arcana mysteriorum, munia sacerdotum, obsequia sacrifican-

Bas. pr. Colv. *et occ.* Id.—1 Voss. *et trist.* Id.—2 *Gaudeant.* Edd. ante Vulcan. *gaudent.* Id.—3 Lege cum Bremensi *Ægyptiaca numina.* Maxim. Tyr. diss. 38. παρὰ δὲ Αἰγυπτίοις ἰσοτιμίαν μὲν ἔχει τὸ θεῖον τιμῆς καὶ δακρύων. *Elmenh.* Vitiose Edd. ante Colv. *Æg. Minerva.* Bened. *Æg. numera. Ægyptiaca* quod est in Brem. et probavit Elmenh. edidit Florid. sed Met. lib. II. 'Ægyptius propheta.' Ceterum de his vide Spanhem. ad Callim. p. 522. *Oud.*—4 Harlem. Voss. *aut.* Id.—5 *Et tympanistarum.* Hæc delet Ms. Brem. *Elmenh.*—6 Brem. *choraulearum.* Elmenhorstius. Voss. *coraularum.* Harlem. *cor*...sed vide ad Met. lib. VIII. p. 171. Pric. *Oud.*—7 *Et cetera.* Desunt Edd. ante Vulcan. *Id.*—8 Flor. *longe v.* Elmenhorstius. Item Cantabr. uterque et Edd. ante Vulcan. Male autem eædem jungunt *varietate pomp. agm.* Aliæ minus recte post *pomparum* distinguunt. *Oud.*—9 Prave Cantabr.

NOTÆ

nas inchoat aras,' &c. Noster lib. I. Metamorphos. 'devotionibus sepulcralibus in scrobem procuratis:' ad quem locum vide quæ observavimus. Dii Superi sacrificiis diurnis gaudebant in propatulo factis, sæpeque ex albis pecoribus.

[h] *Lætioribus vel tristioribus hostiis*] D. Augustinus, de Civitate Dei, lib. II. cap. 11. 'Labeo, quem hujusmodi rerum peritissimum prædicant, numina bona a numinibus malis ista etiam cultus diversitate distinguit: ut malos Deos propitiari cædibus et tristioribus supplicationibus asserat, bonos autem obsequiis lætis atque jucundis: qualia sunt, ut ipse ait, ludi, convivia, lectisternia.' Vide Lil. Gyraldum, de Diis, Syntagmate 17.

[i] *Ægyptia* [*Ægyptiaca*] *numina ferme plangoribus*] Tibullus lib. II. Eleg. 7. 'Nile pater, quanam possum te dicere causa, Aut quibus in terris occuluisse caput? Te propter nullos tellus tua postulat imbres, Arida nec pluvio supplicat herba Jovi. Te canit, atque suum pubes miratur Osirim Barbara, Memphiten plangere docta bovem.' Apud Ezechielem Prophetam: Phœnissæ mulieres sedebant plangentes Thamus,' qui est Adonis, idemque Osiris, et Bacchus, ut videre est apud Lil. Gyraldum: et Adonia anniversaria ejus festa mense Junio celebrari luctu mulierum solita: unde Orpheus, in Hymno, ab honore lacrymarum qui illi impendebatur, δακρυότιμον eum nuncupat. Maximus Tyrius Dissertat. 58. παρὰ δὲ Αἰγυπτίοις ἰσοτιμίαν μὲν ἔχει τὸ θεῖον τιμῆς καὶ δακρύων. 'Apud Ægyptios vero tantum colitur numen, quantum fletur.'

[k] *Pomparum agmina, mysteriorum silentia, &c.*] Vid. lib. ultimum de Asino, ubi pompam et sacra Isidis fuse describit.

tium obsequia: item Deorum effigies et [686] exuviæ,[1] [l] templorum religiones et regiones,[2] [m] hostiarum cruores et colores.[3] [n] Quæ omnia pro cujusque more loci[4] solennia et rata sunt, ut plerumque somniis[5] et vaticinationibus[6] et

tium: præterea simulacra ac reliquiæ Deorum, religiones et situs delubrorum, varietas sanguinis et coloris in victimis. Quæ universa usitate et rite facta sunt, si fiant juxta consuetudinem singularum regionum, quemadmodum cognovimus potissi-

et Edd. ante Vulc. *ministrorum.* Id.—1 Al. *eximiæ.* Vid. Not. Var.—2 Recte hanc vocem inducunt membranæ Flor. et Leid. *Elmenh.* Colv. cum Ed. Bas. non habet *religiones.* Utramque vocem servant Vulc. et seqq. At mihi hic friget vox *regiones.* Sensus enim foret: regiones variant pro regionibus et cujusque more loci: quare malim simpliciter cum Mss. Florent. Voss. Leid. Harlem. Vulc. Cantabr. utroque et Edd. primis, item Ald. et Junt. *templorum religiones.* Nihil tamen definio. Uncis inclusere Elm. et Scriv. *τὰ et regiones.* Oud. Vid. Not. inf.—3 Bened. *calores.* Oud.—4 Edd. ante Vulcan. carent hac voce. *Id.*—5 *In somniis.* Abest *τὸ in* a Flor. et Brem. Vide Notas ad Minutium pag. 43. *Elmenh.* Carent quoque Mss. Harlem. Bened. et Edd. ante Vulcan. *Oud.*—6 Cantabr. *naucinoibus.* Harlem. *vatici-*

NOTÆ

[l] *Deorum effigies et exuviæ*] Exuviæ Deorum sunt sacra symbola, donaria, aut etiam spolia Diis dicata. Noster lib. XI. Metamorphos. 'potentissimorum Deum præferebant insignes exuvias.' Et sub finem ejusdem libri: 'si tecum nunc saltem reputaveris exuvias Deæ, quas in provincia sumsisti, in eodem fano depositas perseverare.'

[m] *Et regiones*] Male hanc vocem Elmenhorstius delendam censet, faventibus licet Florent. et Leidensibus membranis. Observa orationem binis semper membris procedentem: 'Deorum effigies et exuviæ, templorum religiones et regiones, hostiarum cruores et colores.' Et certe merito dixit Apul. *religiones et regiones:* ut enim variis ritibus et cærimoniis Dii colebantur, ita et variis in locis regionibusque sua templa habebant. Nam qui Paci, qui Pudicitiæ, qui bonis artibus præessent Dii, eos intra mœnia collocandos Veteres putaverunt: qui vero Voluptatibus, rixis, incendiis, ut Venus, Mars, Vulcanus, eos excludere ex urbibus solebant. Vestam autem, Jovem, et Minervam, qui Dii tutores sunt urbium, in ipsarum et arcium medio collocabant: Neptunum ad maris littus. Æsculapium Romani in insula Tiberina reposuerunt, quod ægroti maxime aqua indigeant: alibi tamen extra urbem templa habuit, quod ibi aër sit salubrior. Vitruvius, lib. I. cap. 2. 'Naturalis autem decor sic erit, si primum omnibus templis saluberrimæ regiones, aquarumque fontes in his locis idonei eligentur, in quibus fana constituantur; deinde maxime Æsculapio, Saluti, et eorum Deorum, quorum plurimi medicinis ægri curari videntur: cum enim ex pestilenti in salubrem locum corpora ægra translata fuerint, et e fontibus salubribus aquarum usus subministrabuntur, celerius convalescent: ita efficietur uti ex natura loci majores auctasque cum dignitate Divinitas excipiat opiniones.'

[n] *Et colores*] Virgil. 'Nigram hyemi pecudem, Zephyris felicibus al-

oraculis comperimus sæpenumero indignata numina, si quid[7] in sacris socordia vel superbia negligatur:[o] cujus generis mihi exempla affatim suppetunt; sed adeo celebrata et frequentata[8] sunt, ut nemo ea commemorare adortus sit, quin multo plura omiserit, quam recensuerit. Idcirco supersedebo[9] impræsentiarum in his rebus[1] orationem occupare: quæ[2] si non apud omnes certam fidem,[3] at certe[4] penes cunctos notitiam promiscuam possident.[5] Id potius[6] præstiterit Latine dissertare,[7] varias species dæmonum[8] [687] a philosophis[9] perhiberi, quo[1] liquidius et plenius de præsagio Socratis,[2] deque ejus amico numine[3]

mum ex somniis et prædictionibus atque oraculis Deos frequenter iratos, si aliquid prætermittatur negligentia, vel contemtu in eorum sacris: cujusmodi exempla habeo sat multa: verum ita decantata ac pervulgata sunt, ut nullus aggressus fuerit ea recensere, qui non prætermiserit longe plura, quam commemoraverit. Ea de causa jam desinam insumere mea verba in has res: quibus si non prorsus universi credunt; nihilominus sane omnes passim eas cognoscunt. Melius erit hoc disputare Latine; scilicet recenseri a Philosophis diversa genera Dæmonum, ut clarius et copiosius intelligatis quid fuerit prænotio Socratis, et familiaris ejus Dæmon. Anima enim

nantibus. Voss. *vaticinaonibus.* Id.—7 Bened. *quod.* Id.—8 Inverso ordine Edd. primæ, Vulc. Wow. In Junt. Ald. *frequentia.* *Et* abest Harlem. *Id.*—9 Edd. ante Vulcan. *residebo.* Id.—1 Τὸ *in* adjeci ex Florentino. *Elmenh.* Recte. consentiunt Leid. Cantabr. uterque, Harlem. omnesque Edd. præter Vulc. Scal. Wow. Passim 'occupari in aliqua re' occurrit. *Oud.*—2 Sic Mss. tres a Lindenbrogio consulti, et Harlem. Voss. Merc. cum Bened. Eddque Elm. &c. In reliquis *quod.* Id.—3 *Certam fidem.* Delet Bremensis. *Elmenh.* Bened. *cunctam.* Oud.—4 Voss. *certas.* Id.—5 Male *possidet* Florent. Bened. et Edd. ante Vulcan. *Id.*—6 Bened. *hoc p.* Voss. *hic.* Edd. ante Vulcan. *hæc.* Id.—7 Edd. Scriv. Flor. *edissertare:* sed contra Mss. Vide ad Met. lib. VII. p. 451. *Id.*—8 Sic Vulc. et seqq. cum plerisque ut videtur Mss. At Harlem. tamen cum Edd. prioribus *divinorum numinum.* Voss. Cantabr. *dumunum.* Bened. *divinum.* Sed 'divina numina' ait de Diis, quibus hic non est locus. Vide ad Met. lib. IX. p. 620. b. *Id.*—9 Abest *a* Bened. Harlem. Voss. Edd. Merc. Cont. *Id.*—1 Mss. sex et Ed. Elmenh. *quod:* male: ut passim *quo* est corruptum. *Id.*—2 Cantabr. Voss. *Socrati:* bene: sic supra Flor. N. 23. Mss. et Edd. in eo consentiunt. Plura vide ad Met. lib. I. p. 46. a. *Ulixi.* Id.—3 Sic optime Mss. O. et Edd. Vulc. ac seqq. Antea deerat *amico:* unde Stewech. (vide supra) tentabat *Deique ejus*

NOTÆ

bam.' Vide alios ejusdem versus supra relatos ad hæc verba: 'qui nocturnis vel diurnis,' &c.

[o] *Indignata numina, si quid sacris, &c. negligatur*] Unde persæpe aut oraculis, aut libris Sibyllinis, aut Augurum responso imperata eorundem sacrorum iteratio. Sexcenta invenias exempla apud Livium.

cognoscatis. Nam quodam significatu et animus humanus, etiam[4] nunc in corpore situs, δαίμων nuncupatur.[p]

Diine hunc ardorem[5] [q] mentibus addunt,
Euryale? an sua cuique Deus fit dira[6] cupido?

Igitur et bona cupido animi, bonus Deus est.[7] Unde nonnulli arbitrantur, ut jam[8] prius[9] dictum[s] est, εὐδαίμονας dici beatos, quorum dæmon[r] bonus, id est, animus[1] virtute perfectus est. Eum nostra lingua,[2] ut ego interpretor, haud sciam an bono, certe quidem meo periculo, poteris Genium vocare; quod[3] is Deus, qui est animus sui cuique,[4] [t]

humana, etiamnum cum posita est in corpore, appellatur Dæmon quadam significatione. An Dii inspirant animis hunc fervorem, O Euryale? num vero sua cuique violenta cupiditas evadit Deus? *Ergo et honesta cupiditas mentis est bonus Deus. Quapropter quidam existimant, ut jam ante dictum est, felices vocari Eudæmonas, quorum Dæmon est bonus, hoc est, Mens ornata virtute. Hunc Dæmonem poteris appellare nostra lingua Genium, nescio an secure, sed saltem me sponsore: quia ille Dæmon, qui est mens uniuscujusque, licet sit immortalis, nihilominus*

numine. Bened. *nomine.* Id.—4 Bened. *et.* Id.—5 Excerpta Bat. *Diique hunc ard. menti accommodant.* Vide Ind. *Elmenhorstius.* Ms. Thuan. *Diine hunc animum mortalibus addunt.* At duo Codd. Lindenbrogii et Harlem. *Diique hunc ardorem menti accommodant.* Forsan bene: ut non hi versus sint sed ipsa Apuleii verba. Nam seq. versum non agnoscunt Thuan. Florent. Leid. Cantabr. uterque Harlem. et Voss. qui sic habet *Diine nunc ardorem M. A.* Oud.—6 Ed. Junt. *dura.* Id.—7 Sic Mss. Edd. ante Vulcan. *Deus bonus est.* Ed. Flor. *bonus est Deus.* Id.—8 Abest *ut* a Voss. *Id.*—9 Flor. *jam diu.* Elmenhorstius. Ed. Elm. *jam diu.* Scriv. ejecit *prius.* Quod revocavit Florid. e cod. Thuan. quocum consentiunt reliqui. *Oud.*—1 Ms. Fulv. *dæmon bonus animi.* Exulat *est* a Vulc. et Harlem. Codd. *Id.*—2 *Quem nostra lingua.* Manusc. *cum nost. l.* Vera lectio *eum n. l.* Sciopp. in Symbola. Cantabr. Vulc. aliique cum Edd. ante Elmenh. *quem.* Sed Flor. Fulv. Harlem. Bened. Voss. *cum:* unde bene Sciopp. rescripsit *eum*, et tacite edidere Elm. Scriv. Merc. Cont. Flor. *Oud.*—3 Edd. ante Vulcan. *quoniam.* Harlem. *quia.* Id.—4 Recte Vulc. et seqq. cum Mss. edidere *animus sui cui-*

NOTÆ

[p] *Et animus humanus, etiam nunc in corpore situs, δαίμων nuncupatur*] Videndus Divus Augustinus, De Civitate Dei, lib. VII. cap. 13. Suidas, in εὐδαιμονία.

[q] *Diine hunc ardorem, &c.*] Ex libro Æneid. IX. desumti sunt hi versus. Loco horum Ms. Thuan. habet tantum: *Diine hunc animum mortalibus addunt?*

[r] *Unde nonnulli arbitrantur ... εὐδαίμονας dici beatos, quorum Dæmon, &c.*] Potius forte quia Genium, qui Dæmon est, vocaverunt nonnulli, τὴν ἑκάστου τύχην, 'uniuscujusque fortunam.' Glossar. Henrici Stephani: τύχη ἑκάστου ἀνθρώπου: Genius: unde quod Latini 'jurare per Genium Cæsaris,' id Græci ὀμνύναι τὴν τοῦ Καίσαρος τύχην dicunt: ut observat Lindenbrogius ad Censorini caput secundum.

[s] *Ut jam prius dictum*] Sic Ms. Thuan. et sic emendatum in meo exemplari Elmenhorstiano: ubi autem hoc prius dixerit, non succurrit mihi:

quanquam sit immortalis, tamen quodammodo cum homine gignitur:[5] [u] ut eæ preces, quibus Genium et Genitam precamur,[w] conjunctionem [688] nostram nexumque videantur mihi obtestari, corpus atque animum duobus nominibus comprehendentes, quorum communio et copulatio sumus. Est et secundo significatu species Dæmonum,[6] animus humanus emeritis stipendiis[7] vitæ [x] corpori suo abjurans:[y]

quadam ratione generatur cum homine: ita ut illæ supplicationes, quibus obsecramus Genium et genua, mihi videantur testificari connexionem atque unionem nostram; cum complectantur duobus vocabulis corpus et mentem, quorum unione et conjunctione nos constamus. Est etiam genus Dæmonum altera significatione, Anima humana, quæ

---

que. Ante *cujusque.* Bened. Voss. *civiumque.* Ed. Junt. *animosus.* Male *sui* exulat ab Ed. Wower. *Id.*—5 Al. *genitus.* Vid. Not. Var.—6 Sic Mss. O. cum Vulcanio et seqq. Ante, ac Var. Lect. Burm. *et s. signatu sp. d. sit.* Ed. Colv. *ut s. signatu sp. d. sit.* Oud.—7 Vid. Not. Var.—8 Florent. Harlem.

NOTÆ

certe non hoc opusculo.

[t] *Qui est animus sui cuique*] Vide apud Plutarch. lib. περὶ τοῦ Σωκράτους δαιμονίου, quæ Timarchus, ab antro Trophonii redux, narrat sibi visa auditaque: quæ quidem omnem Geniorum historiam non parum illustrant. Thuanus Ms. habet *suus cuique*, non *sui*: recte.

[u] *Tamen quodammodo cum homine gignitur*] Censorinus, De Die Natali, cap. 3. 'Genius est Deus, cujus in tutela, ut quisque natus est, vivit. Hic, sive quod una genitur nobiscum, sive etiam quod nos genitos suscipit ac tuetur, certe a genendo Genius appellatur.'

[w] *Ut eæ p. q. G. et Genitam* [*hæ preces, quibus Genium et genua*] *precamur*] Sic restitui, Th. cod. auctoritatem secutus: habet enim: *ut hæ preces, quibus Genium et Genia precantur conjunctionem nostram, nec sunt quæ videantur mihi obtestari, &c.* Hoc vult Apuleius, per morem obtestandi per Genium, et amplectendi genua eorum quos precamur, duas partes, ex quibus constat homo, designari, ani- per genua: vocem 'nexumque' ex vocibus 'nec sunt quæ' expressi, ad sonum attendens, qui utrimque pæne idem: vocem *genua* agnoscunt membranæ Florentinæ Elmenhorstio laudatæ.

[x] *Emeritis stipendiis vitæ*] Metaphora a militibus ducta, qui post certum exactum numerum annorum, quos per stipendia numerabant, a militia missionem impetrabant, cui missioni haud absimilis videtur ex hac vita discessus; Militia enim est (ut scripturæ sacræ verbis utar) vita hominis super terram. 'Emeritis' hic passive, ut apud Plaut. Mostellaria, Act. I. Scen. 2. 'Unum ubi emeritum est stipendium, igitur Tum specimen cernitur,' &c. De hac secunda specie Dæmonum videndus est Plato, in Cratylo. Apud Plutarchum, lib. περὶ τοῦ Σωκράτους δαιμονίου, Theanor Crotoniata, Pythagoricus Philosophus, dicit animos ortu liberatos et vacantes postmodum a corpore, et tanquam liberos prorsus emissos, Genios esse, curam hominum gerentes, et, sicut athletæ, vacatione artis ob senium

hunc vetere Latina lingua reperio Lemurem dictitatum.[z] Ex hisce[8] ergo Lemuribus, qui posterorum[9] suorum curam sortitus,[1] placato[2] et quieto numine [689] domum possidet, Lar dicitur familiaris:[a] qui vero ob adversa[3] vitæ merita,[b] nullis bonis sedibus,[c] incerta vagatione,[4] ceu quo-

abdicat se suo corpore post transactam vitam: invenio eam appellatam esse prisco sermone Latino Lemurem. Inter hos igitur Lemures, ille, qui suscepta tutela suorum posterorum incolit ædes numine placido et tranquillo, vocatur Lar domesticus: quantum autem ad eum, qui nullam habens bonam habitationem, propter mala meri-

hiisdem. Oud.—9 Florent. *quo posteriorum.* male. *Elmenh.* Item Cantabr. quoque Harlem. et Edd. ante Vulcan. *posteriorum.* Ut 'posteriores' dicantur pro posteris; uti contra 'priores' passim pro majoribus. Bened. *qui officiorum.* Oud.—1 Bened. *cura.* Edd. Ald. Junt. *sortitur.* Id.—2 Edd. ante Vulcan. *pacato.* Statim pro *numine* Voss. *nomine.* Id.—3 Voss. Cantabr. *ad.* Edd. ante Vulcan. *propter.* Id.—4 *Nullis bonis sedibus intervagatione.* Concinniorem credidi sententiam fore ex hac conjectura, *nullis positis sedibus incerta vagatione.* Larvis id ubique tributum, propter adversa vitæ merita, erraticas esse. Propert. lib. IV. de umbris et manibus: 'Nocte vagæ ferimur, nox clausas liberat umbras.' *Stewech.* Basil. I. *intervagatione.* Emendo, *incerta vagatione:* ut etiam Stewechium corrigere post vidi. *Colv.* Malim, *nullis propriis sed.* Wowerius. *Incerta vagatione* Leid. et Brem. Aldus *in terra vagatione.* Florent. *incerta vacatione.* in Rom. *intervagatione.* Elmenhorstius. *Incerta vagatione* Stewech. et Colvius. forte, *intervagatione*, ut Basil. 1. *Brant.* Ejecit τὸ *bonis* Markland. Epist. Crit. p. 103. ut repetitum e versu sequenti. Ego nil contra Mss. innovo. 'Sedes' habent quidem, sed quales

NOTÆ

abjiciunt studium et curam corporis: sed delectantur, cum alios exerceri vident, exhortantur, iisque præsto adsunt: ita, confectis vitæ ærumnis, animos, qui ob præstantiam in Genios versi sunt, non plane despicere res humanas, hominumque rationes et studia: sed propitios iis, qui eundem finem affectant, adjuvare eorum conatus; incitantes et provehentes, cum eos vident propinqua spe contendere ad finem, eumque jam attingere.

[y] *Corpori [corpore] suo abjurans*] Id est, ita relinquens corpus, ut aliud postmodum non sit ingressurus: quæ quidem omnimoda a corpore missio nonnisi bonis animis concedebatur, qui per innumeros ortus, gravibus ærumnis exactis, bene et alacriter circuitionem absolverant, ut ait idem Theanor apud Plutarchum. Ms. Thuanus non habet vocem *abjurans.*

[z] *Lemurem dictitatum*] Quod nomen genericum hic facit Larium et Larvarum, Nonius Marcellus solis Larvis tribuit. Verba ejus in voce 'Lemures.' Lemures, 'Larvæ nocturnæ, et terrificationes imaginum, et bestiarum. Varro de Vita Populi Romani libro primo: Quibus temporibus in sacris fabam jactant noctu, ac dicunt se Lemures domo extra januam ejicere.'

[a] *Qui posterorum, &c. domum possidet, Lar dicitur familiaris*] Glossæ veteres, θεοὶ κατοικίδιοι: Lares familiares. ἥρωες κατοικίδιοι.

[b] *Qui vero ob adversa vitæ merita, &c.*] Vide Platonem in Phædone.

[c] *Nullis bonis sedibus*] Wowerius *nullis propriis sedibus.*

dam exilio,[5] punitur, inane terriculamentum [6] bonis hominibus, ceterum noxium malis, id genus plerique Larvas [7] perhibent. Cum vero incertum est,[d] quæ cuique eorum [8] sortitio [9] evenerit, utrum Lar sit,[1] an [2] Larva; nomine Manem [3] Deum nuncupant: scilicet honoris gratia [4] Dei vocabulum additum est. Quippe tantum eos Deos appellant,[5] qui ex eodem numero juste ac prudenter vitæ curriculo [6] gubernato, pro numine postea ab hominibus proditi,[7] fanis et

ta suæ vitæ plectitur erratione incerta, veluti quodam exilio, vanos metus incutiens probis hominibus, at nocens improbis, maxima pars appellant ejusmodi Lemures Larvas. At quando dubium est quæ sors obtigerit cuilibet eorum, num scilicet sit Lar, num Larva; nominant ipsum Manem Deum: nempe adjectum est quoque nomen Dei reverentiæ causa. Illos enim solum vocant Deos, qui, cum sint ex eodem numero Lemurum, postquam direxerunt cursum suæ vitæ probe ac sapienter, celebrati postmodum ab hominibus tanquam Dii, passim coluntur templis et ritibus;

Nomades habent, incertas, nec quietas, nec bonas. Dein recte Stewech. et Colv. *incerta* correxere pro *in terra* ut est in Edd. primis vel Bas. pr. et Var. Lect. Burm. *intervagatione*. Mss. O. *incerta:* dein *vacatione* Florent. Cantabr. Voss. de more *c* pro *g*. Oud.—5 Proba lectio est. Sic supra Flor. N. 15. ‘exilio vocis punire.’ Harlem. *seu*. Cantabr. Voss. *excidio*. Al. *exordio*. Salmas. ad Solin. p. 891. Ed. ult. ex V. Cod. *exsortio*. Vide eum et Markland. loco cit. *Ponitur* vitiose Cod. Vulc. *pō̃*. Harlem. quasi fuisset *potitur*. Acute. *Id.*—6 Harlem. *inanes*. Bened. *terriculatum*. Voss. Cantabr. *terricolamentum*. Sed *terriculamenta* de Larvis sic in Apol. p. 508. *Id.*—7 Sic Mss. O. nisi quod vitiose in Cantabr. sit *hoc ego pl. L.* Voss. *hic genus*. Bened. *est hoc genus pleraque*. Vulgo ante Elmenh. *hunc pl. Larvam*. Sed anacolutho sibi frequenti utitur Auctor. *Id.*—8 Bened. *c. horum*. Male exulat ultima vox ab Cod. Vulc. et Edd. ejus, Scal. Wow. *Id.*—9 Voss. *sortio*. Ed. Scriv. *sortito*. Id.—1 Edd. Ald. Junt. *utrumque*. Harlem. *sit Lar*. Id.—2 *Alii* Bened. *Id.*—3 Al. *Manium*. Vid. Not. Var.—4 *Scil. et honoris gr.* Abest *scilicet* a Cantabr. et Harlem. Eddque ante Vulcan. *Et* non agnoscit Florent. Recte. Unde uncis inclusere Elm. et Scriv. Pro *vocabulum* Ed. Merc. *nomen*. Oud.—5 *Tantum appellant*. Edd. ante Vulcan. *cum appellent:* et eædem pro *eodem* mox *eorem*. Id. Legendum videtur *Quemadmodum eos D. appellant*. J. Bosscha.—6 Voss. Harlem. *curric. vitæ*. Oud.—7 Vid. Not. Var.—8 Rom. et Ald.

NOTÆ

[d] *Id genus plerique Larvas perhibent. Cum vero incertum est, &c.*] Martian. Capella l. II. ‘verum illi Manes quoniam corporibus illó tempore tribuuntur, quo fit prima conceptio, etiam post vitam iisdem corporibus delectantur, atque cum his manentes appellantur Lemures. Qui, si vitæ prioris adjuti fuerint honestate, in Lares domorum urbiumque vertuntur: sin autem depravantur ex corpore, larvæ perhibentur, ac Maniæ. Manes igitur hic tam boni quam truces sunt constituti, quos ἀγαθοὺς καὶ κακοὺς δαίμονας memorat Graia discretio.’ In his etiam locis sunt Manes, eorumque præstites Mana, atque Manuana; Dii etiam quos Aquilos dicunt, item Fura, Furinaque, et Mater Mania; et cetera, quæ Martianus pluribus est executus eodem loco.

cærimoniis vulgo advertuntur:[8] ut in Bœotia Amphiaraus,[9][e] in Africa Mopsus,[f] [690] in Ægypto Osiris,[1][g] alius aliubi gentium,[2] Æsculapius ubique.[h] Verum hæc omnis distributio eorum Dæmonum fuit, qui quondam in corpore humano[3] fuere. Sunt autem non posteriore numero,[4] præ-

quemadmodum Amphiaraus in Bœotia, Mopsus in Africa, Osiris in Ægypto, alius apud alias nationes, Æsculapius apud omnes. At hæc divisio fuit illorum Dæmonum, qui olim versati sunt in corpore humano. Verum est alia species Dæmonum

admittuntur, male. Infra: 'bonorum probator, si rite advertatur.' *Elmenhorstius.* Edd. ante Vulcan. et Wowerii *admittuntur*: sed vide Wower. et paulo infra.—9 Flor. *Amphiareus.* Rom. *Amphiaranus*, male. Tertull. de anima c. 45. 'Amphiaraum apud Orosum in confinio Bœotiæ oracula reddidisse,' dicit. Pausanias in Atticis fol. 33. Aristid. orat. in Asclepiadas. Notæ ad Minutium Fel. p. 42. *Elmenh.* Bened. *Bœotica.* Var. Lect. Burm. Rom. Vic. *Amphiaranus.* Harlem. *Amphiareus.* Voss. *aphiareus.* Oud.—1 Bened. *Asiris.* Id.—2 *Alibi gent.* Malo cum Rom. *aliubi g.* Elmenhorstius. *Aliqui* Voss. Cantab. In Edd. Rom. Vic. Bas. pr. Elmenh. &c. *aliubi.* Vide Fabr. Thes. *Oud.*—3 Floren. et Rom. *c. numero.* Excerpta Puteani, Bat. et Bremens. *c. vivo.* Elmenhorstius. Libri nostri, *in corpore numero:* sed alter Cujacianus, *in corpore unio:* hoc est, *in corpore vivo.* Mercerus. *In corpore humano* e suo cod. reposuit Vulc. cum vulgo inepte ederetur *in corporis numero.* At præter citatos etiam Mss. Voss. Cantabr. *corpore numero* seu *nuo.* Leid. et Harlem. quoque diserte *corp. vivo.* uti maluere Merc. Cout. Forsan *mun-*

NOTÆ

[e] *Ut in Bœotia Amphiaraus*] Hic vates erat Argivus, ad bellum Thebanum uxoris dolo abductus, quem in eo bello, terra dehiscente, una cum curru et equis absorptum, vivumque ad Plutonem delapsum canit Statius in fine lib. VII. et initio lib. VIII. Thebaidos: is postea ut Deus cultus est, atque in ejus templo pelli mactati arietis incubantes captabant somnia, ex quibus futura prænoscerent. Cicero, lib. I. de Divinatione: 'Amphiaraum autem sic honoravit fama Græciæ, Deus ut haberetur, atque, ut ab ejus solo, in quo est humatus, oracula peterentur.'

[f] *In Africa Mopsus*] In Cilicia quidem adoratum Mopsum reperio, sed non in Africa. Origenes, lib. III. contra Celsum, ait Celsum dicere non secus nos facere qui comprehensum et mortuum colimus, ac Getæ faciunt, qui Zamolxin adorant et colunt; et Cilices, qui Mopsum; et Acarnanes, qui Amphilochum, et Amphiaraum Thebani, et Lebadii Trophonium. Is Mopsus Argivorum Rex fuit. Cicero eodem lib. II. de Divinat. 'Amphilochus et Mopsus Argivorum Reges fuerunt, sed iidem Augures: iique urbes in ora maritima Ciliciæ Græcas condiderunt.'

[g] *In Ægypto Osiris*] Vide quæ supra observavimus ad hæc verba, 'Ægyptiaca numina ferme plangoribus.' Et lib. II. de Asino. Item Plutarchum libello de Iside et Osiride.

[h] *Æsculapius ubique*] Præcipue tamen Epidauri in Peloponneso: unde et Romam translata ejus effigies grassante pestilentia: quin et peculiari eum cultu Carthaginenses prosequebantur, ut innuit Noster in Floridis.

stantiori [5] longe dignitate, superius aliud augustiusque genus [6] Dæmonum, qui semper a corporis compedibus et nexibus liberi, certis potestatibus curant.[7] Quorum e numero Somnus atque Amor [i] diversam [8] inter se vim possident: Amor vigilandi, Somnus soporandi. Ex hac ergo [9] sublimiori [1] Dæmonum copia Plato autumat, singulis hominibus in vita agenda testes et custodes singulos [2] additos,[k]

sublimior et venerabilior, numero non minore, multo excellentiore dignitate, qui Dæmones perpetuo soluti a vinculis et conjunctione corporis, curam gerunt quarundam virtutum. Inter quos Somnus et Amor habent virtutes inter se contrarias: Amor nempe virtutem expergefaciendi, Somnus vero sopiendi. Ex hoc igitur præstantiori numero Dæmonum Plato existimat singulis hominibus attributos esse singulos, qui sint arbitri et custodes in vivendo, qui nulli visibiles, perpetuo sint præ-

dano vel *terreno*. Oud.—4 Edd. ante Vulcan. *posteriores*. Id.—5 Bened. Voss. Edd. ante Vulcan. *præstantiore*. Id.—6 Edd. ante Vulcan. *genus aliud augustius aio;* nisi quod in Ald. et Junt. sit *animo*. At *superius* agnoscunt Mss. O. idemque ordo est in Mss. Sed *que* non habent Harlem. Vulc. Voss. et Cantabr. uterque (quorum primus habet *augustinus g°*, alter *augustius g₉*) nec Edd. Merc. Cout. *Id.*—7 *Certis potestatibus curantur.* Bene Vulcanius correxit, nisi quod cum Fulviano potius codice scribere debuit: *certis potestatibus curant.* 'Curare alicui' phrasis est vetusta, qua sæpissime hic Noster Madaurensis utitur: et dixi de ea Suspect. Lection. lib. IV. epist. 1. *Sciopp. in Symb.* Scribe, *curant.* Wowerius. Scal. Ms. Puteani et Fulvii *c. p. curant*, recte. Rom. et Aldus, *c. precatibus procurantur.* Elmenhorstius. Bene emendarunt Wower. et Sciopp. e Ms. Ursini, cui, præter alios, astipulantur Mss. Voss. Vulc. et Harlem. Reliqui codd. *certis potestatibus curantur* vel *curantur certis pot.* Edd. ante Vulcan. *procurantur certis precatibus*, vel ut Ald. et Junt. *precantibus.* Inepte. 'Curant potestatibus' dictum more Apuleii pro potestates. Vide Ind. Not. *Oud.*—8 Voss. Edd. Ald. Junt. *diversa.* Voss. *possideant.* Id.—9 Cantabr. Harlem. Voss. *igitur.* Id.—1 Harlem. Voss. et Edd. ante Vulcan. *sublimiore.* Id.—2 Pro *singulos* Florent. Cantabr. Vulc. Harlem. Voss. *singulis.* Id.—

NOTÆ

[i] *Quorum e numero Somnus atque Amor*] De Amore quidem conceptis verbis Plato in Convivio: οὗτοι δὴ οἱ δαίμονες πόλλοι καὶ παντοδαποί εἰσιν· εἷς δὲ τούτων ἐστὶ καὶ ὁ Ἔρως. 'Enimvero hi Dæmones multi atque varii sunt. Ex his unus est Amor.' Somnus Noctis filius est et Mortis frater, apud Hesiodum.

[k] *Singulis hominibus in vita agenda testes et custodes singulos additos*] Euclides Socraticus Philosophus non unum, sed duos unicuique attributos putavit δαίμονας seu Genios, bonum unum, alterum malum. Et post eum idem sensere alii multi. Servius ad hæc Virgilii, "Quisque suos patimur Manes:' cum,' inquit, 'nascimur, duos Genios sortimur: unus est qui hortatur ad bona, alter, qui depravat ad mala: nec incongrue dicuntur Genii, quia cum unusquisque genitus fuerit, ei statim observatores deputantur: quibus assistentibus post mortem, aut asserimur in meliorem vitam, aut condemnamur in deteriorem,' &c. Plutarch. in vita Bruti, apparuisse ei malum ipsius Genium

qui nemini conspicui, semper adsint, arbitri [3] omnium [4] non modo actorum, verum etiam cogitatorum.[l] At ubi vita edita [5] remeandum est, eundem [6] illum, qui [691] nobis præditus fuit, raptare [7] illico [8] et trahere [m] veluti custodiam suam ad judicium, atque illic in causa dicunda [9] assistere: si qua commentiatur, redarguere: si qua vera dicat, asseverare: prorsus illius [1] testimonio ferri sententiam. Proinde vos omnes,[2] qui [n] hanc Platonis divinam sententiam, me interprete, auscultatis,[3] ita animos vestros [4] ad quæcumque vel agenda,[5] vel meditanda formate, ut sciatis, nihil homini [o] præ istis [6] custodibus, nec intra [7] animum,

sentes, testes cunctorum non solum factorum, sed cogitationum quoque. Verum, quando revertendum est, peracta vita, ad Deum judicem, illum ipsum qui fuit præpositus nobis, statim corripere eum, cui præpositus fuerat, et pertrahere, quasi suæ custodiæ traditum, in judicium, ibique astare ipsi, dum suam causam orat ; si comminiscatur quidpiam, illud reprehendere ; si dicat aliqua vera, affirmare illa ; et decretum pronuntiari plane juxta illius testimonium. Itaque vos omnes, qui auditis hanc divinam opinionem Platonis, me ipsam vobis exponente, sic instituite vestras mentes ad quævis sive facienda, sive cogitanda, ut noscatis nihil esse arcanum, neque intra, neque extra mentem, coram iis custodibus, quin ille, qui vobis præfectus

3 Deest Edd. ante Vulcan. Sed post *actorum* illæ addunt *testes* contra Mss. *Id.*—4 Bened. *omni.* Statim pro *at* Edd. ante Vulcan. *ac.* Id.—5 Al. *ædita.* —6 Harlem. *eundi in.* Oud.—7 Ed. Scriv. *aptare.* Id.—8 Male Vulcanius delet. *Elmenh.* Exulat a Ms. Vulc. et Edd. ejus, Scal. et Wow. contra Mss. et Edd. reliquas. *Oud.*—9 Al. *dicenda.*—1 Scaliger *pro illius*, bene. *Elmenh.* Voss. *testimonia.* Oud.—2 *Deinde vos omnes.* Ita libri nostri omnes : quod non fuit mutandum. Mox iidem, *ad quæcumque agenda.* Quod sequitur, *nihil homini*, edidit e suis Vulcanius, quem secutus sum, addicente altero Cujaciano. Vulgo erat, *omnino*, quod et pars scriptorum retinet. *Merc.* Voss. etiam Cantabr. et Ed. Cout. *deinde.* In reliquis *proinde.* Edd. vett. quædam *nos.* Hæc autem usque ad *sententiam* desunt Cod. Harlem. *Oud.*—3 Bas. 1. Rom. *osculatis.* Colvius. Rom. *osculatis*, male. *Elmenh.* Ms. Vulc. *ascultatis.* Voss. *obscultatis.* Bened. *oscultatis.* Hinc vides unde in Edd. Rom. Vic. Bas. irrepserit *osculatis.* Oud.—4 Edd. Vic. Ald. *nostros.* Id.—5 Abest *vel* male a Cantabr. Voss. Harlem. ac Mercer. Mss. ut et Ed. Cout. *Id.*—6 Mss. Flor. Cantabr. Edd. pleræque *nihil omnino.* Edd. Vulc. Wow. *homine.* Sed

NOTÆ

refert, dixisseque se esse ejus κακὸν δαίμονα.

[l] *Arbitri omnium non modo actorum, verum etiam cogitatorum*] Videndus Plato in Epinom. loco jam citato.

[m] *At ubi vita edita remeandum est, eundem illum, qui nobis præditus fuit, raptare illico et trahere, &c.*] Plato in Phædone idem habet.

[n] *Proinde vos omnes, qui, &c.*] Ex his verbis patet libellum hunc esse vel dissertationem, vel dissertationis partem ab Apuleio publice habitæ, qualium fragmenta sunt et ipsa Florida.

[o] *Ut sciatis, nihil homini* [*omnino*] Ms. Thuan. *nihil homini.*

nec foris, esse secreti, quin omnia curiose ille participet,[8] omnia visat, omnia intelligat, in ipsis[9] penitissimus mentibus vice conscientiæ deversetur.[1] Hic, quem dico, prorsus custos,[2 p] singularis præfectus, domesticus speculator,[3] proprius curator, intimus cognitor, assiduus observator, individuus arbiter, inseparabilis[4] testis, malorum improbator, bonorum probator, si rite animadvertatur,[5] sedulo cognoscatur, religiose colatur, ita ut a Socrate justitia et innocentia[6] cultus est; in rebus incertis prospector,[7] dubiis præmonitor, periculosis tutator,[8] egenis opitulator; qui

est, studeat particeps fieri cunctorum, consideret omnia, cognoscat universa, atque inhabitet in ipso infimo animorum loco instar conscientiæ. Hic, de quo loquor, intimus custos peculiaris præpositus, explorator familiaris, curator peculiaris, penitissima perspiciens, perpetuus speculator, testis inseparabilis, individuus arbiter, damnator malorum, laudator bonorum, si legitime colatur, diligenter cognoscatur, pie honoretur, quemadmodum honoratus fuit a Socrate, æquitate et probitate; sit provisor in rebus ambiguis, præmonitor in incertis, defensor in periculosis, auxiliator

Mss. mei reliqui et Cujac. sec. cum Ed. Scal. sive Vulc. sec. Merc. et Cout. *homini*, quod mutandum non fuerat. 'Præ' autem non notat 'coram,' ut interpretatur Floridus, sed 'propter.' *Id.*—7 Voss. *ni intra.* Mox pro *quin* Edd. ante Vulcan. *quando*. Id.—8 Ms. Puteani *percipiat*. Elmenhorstius. Accedit Harlem. Pro *visat* Cantabr. *viset*. Oud.—9 Edd. ante Vulcan. *et in illis.* Agnoscunt *et* Cantabrigienses. *Id.*—1 *Diversetur*. Cantabr. Voss. *deversetur*. Bene. *Id.*—2 Forte, *proprius custos*. Colvius. Quintil. declam. 252. 'unde tantus ac tam prorsus domus tuæ tumultus.' Nihil igitur mutandum. *Elmenh.* Quintiliani locum ascripserat Lindenbrog. Ibi itidem perperam *operosus* vel *proprius* conjecere viri docti. Sequitur hic 'proprius curator.' Bened. *prorso custos*. Oud.—3 Bened. *spicul.* τῷ *proprius* caret Bened. Hæc autem usque ad *observator* absunt ab Edd. ante Vulcan. *Et observ.* Bened. *Id.*—4 Ed. Scal. *insperab.* Id.—5 *Advertatur*. Sic Scaliger, alii, *animadvertatur*. Elmenhorstius. Atque ita Elmenh. et seqq. præter Mercer. et Coutur. ediderunt, non male quidem, ut supra: 'advertuntur.' Mox: 'qui eos auctoritate advertat.' Vide ad Cæsar. Verum Mss. constanter dant *animadvertatur;* quod non mutandum, ut patet ex seq. 'sedulo cognoscatur.' *Oud.*—6 Mss. Vulc. pro var. lect. *juste et innocenter*. Id.—7 Cantabr. et Edd. ante Vulcan. *prospectator*. Wow. *prospectior*. Vitiose. Statim Bened. *præmunitor*. Id.—8 *Periculosis viator*. Emendare conor, *periculosis vitator:* sequentia ipsius Auctoris verba consideranda relinquo; tum et hæc Minucii Fœlicis, qui de eodem Deo disserens, 'Socrates,' inquit, 'novit, qui ad nutum et arbitrium assidentis sibi dæmonis, vel declinabat negotia, vel petebat.' Meminit ejusdem et Lactantius Firmianus lib. II. Divinarum institutionum, c. 15. *Stewech.* *Per. vitator*. Ald. edit. In aliis est *peric. viator*. Colvius. Quid si et, *juvator?* Brantius. Recte cum Mss. *tutator* Vulc. et seqq. *Viator* Ed. Bas. Par. *Vitator* Edd. Rom. Vic. Ald. Junt. Stew. Colv.

NOTÆ

p *Prorsus custos*] Similiter apud Quintil. 'prorsus tumultus.' Declamat. 252. 'unde tantus, ac tam prorsus domus tuæ tumultus.'

tibi queat tum in somniis, tum in signis,[9] tum etiam fortasse coram, cum usus postulat,[1] mala averruncare,[2] bona prosperare, humilia sublimare, nutantia fulcire, obscura clarare, secunda regere, adversa[3] corrigere. Igitur quid mirum?[4] si Socrates, vir apprime perfectus,[5] et Apollinis quoque [692] testimonio sapiens,[q] hunc Deum suum[6] cognovit[r] et coluit,[7] ac propterea ejus custos, et prope dicam,[8] Lar contubernio[9] familiaris, cuncta, quæ arcenda

in inopia: qui possit in somniis et indiciis, et forsitan etiam manifeste, quando est opus, avertere mala, augere bona, extollere depressa, sustentare labantia, illustrare obscura, gubernare prospera, corrigere sinistra. Minime mirandum est ergo, si Socrates vir perfectissimus, et sapientissimus etiam confessione Apollinis, cognovit et coluit hunc suum Dæmonem, atque ideo ille ejus custos, ac pæne,

Oud.—9 Rom. *tum in somnis, tum signis.* Vide Iamblichum de mysteriis Ægyp. p. 52. et 84. *Elmenh.* *Tum insomniis, tum signis.* Ita rectissime libri: iidem omnes, *igitur mirum,* e quo faciendum, *igitur nil mirum.* Mercerus. Non habent *in* Edd. ante Vulcan. Contra Edd. Vulc. Scal. Wow. *tum in somniis* (Vulc. Wow. *somnis.* Vide ad lib. XI. Met. p. 794. b.) *tum in signis:* ut edidi cum Elmenh. et habent Mss. O. nisi quod in Mercer. sit *tum signis,* in Cantabr. Voss. *tum in signis, cum somniis.* Mss. quoque Vulc. Harlem. Voss. *somnis.* Edd. Merc. Coutur. absunt *tum in signis.* Oud.—1 Bened. *postulabat.* Id.—2 Pithœus ita ex lib. vet. Vulgo, *avertere.* Colvius. Brem. *intruncare.* Rom. *avertere,* male. Varro de lingua Lat. lib. IV. 'Ab avertendo averruncare, et Deus qui ejus rebus præest, Averruncus.' In Glossis dicitur ἀλεξίκακος. Vide Notas ad Arnobium. *Elmenh.* Consentiunt Mss. omnes, nisi quod in Cantabr. et Harlem. sit *autruncare,* Voss. *auttruncare,* Brem. *intruncare.* De Deo Averrunco et averruncatione nota omnia. V. Gronov. ad Liv. XXIX. 27. *Oud.*—3 Inepte Edd. ante Vulcan. *sidera adversa.* Id.—4 *Non igitur mirum.* Sic Vulc. et seqq. cum Mss. plerisque. Antea *igitur nimirum.* quod servat Harlem. immo *non* deest quoque Florentino et Voss. Quare rescribendum potius cum Ms. Bened. *igitur quid mirum?* Id.—5 Inverso ordine Harlem. *Id.*—6 Exulat male ab Ed. Scalig. *Id.*—7 Bened. *incoluit.* Id.—8 Ita libri omnes nostri, non ut ediderunt Vulcanius, et qui deinceps secuti, *Et prope ut ita dicam.* Mercerus. Eodem redit. Sed *prope dicam* est in Can-

NOTÆ

[q] *Et Apollinis quoque testimonio sapiens*] Celebre est Pythiæ oraculum Chærephonti interroganti editum: Ἀνδρῶν ἁπάντων Σωκράτης σοφώτατος. 'Mortalium unus Socrates vere sapit.' Quod refert in Socratis vita Laërtius: meminit et Plato in ejus Apologia.

[r] *Hunc Deum suum cognovit, &c.*] Socrates apud Platonem in Theage: [illegible] παιδὸς ἀρξάμενον δαιμόνιον. ἔστι δὲ τοῦτο φωνὴ, ἣ ὅταν γένηται, ἀεί μοι σημαίνει, ὃ ἂν μέλλω πράττειν, τούτου ἀποτροπήν· προτρέπει δὲ οὐδέποτε. &c. 'Adest mihi divina quadam sorte Dæmonium quoddam a prima pueritia me secutum: hoc autem vox est quædam, quæ, cum fit, semper ejus rei, quam facturus sum, dissuasionem innuit, adhortatur vero nunquam.'

sunt, arcuit; quæ cavenda,[1] præcavit; et præmonenda[2] præmonuit: sicubi tamen interfectis sapientiæ officiis,[3] [s] non consilio, sed præsagio indigebat; ut ubi dubitatione clauderet,[4] ibi[5] divinatione consisteret. Multa sunt enim, multa,[6] de quibus etiam sapientes viri ad ariolos et oracula cursitent. An non[7] apud Homerum, ut in quodam ingenti speculo,[8] clarius cernis hæc duo distributa, seorsus divinationis, seorsus[9] sapientiæ officia? Nam cum duo columina totius exercitus dissident,[1] Agamemnon[t] regno pollens,[u] et Achilles bello potens, desideraturque[2] vir fa-

ut ita dicam, æqualis et contubernalis, ac domesticus, repulit omnia quæ sunt repellenda; prospexit quæ sunt prospicienda; et prædixit quæ sunt prædicenda: si quando tamen interclusis muniis Sapientiæ, non opus habebat consilio, sed Divinatione, ut nimirum tunc confirmaretur præsagio, cum vacillaret incertitudine. Nam plurima sunt, de quibus Sapientes quoque viri recurrunt ad Divinos et ad oracula. Nonne vides apud Homerum, velut in quodam amplo speculo, hæc duo munera præsagii et prudentiæ divisa seorsim a se invicem? Etenim quando duo fulcimina totius exercitus, Agamemnon nempe regia potestate præditus, et Achilles fortis in bello, dissentiunt inter se, et opus est viro claro ob

tabr. Florent. Voss. Harlem. et Edd. ante Vulcan. *Oud.*—9 Al. *par. c.* Vid. Not. Var.—1 Elmenh. cum seqq. addidit e Florent. *sunt.* Sed non comparet in Mss. ceteris, nec opus est. ἀπὸ κοινοῦ subintelligitur. *Oud.*—2 Ed. Scal. vitiose *præmovenda.* Voss. *præmovenda præmovit.* Id.—3 Vid. Not. Var.—4 Sic Florent. (sed *ibi*) Voss. 3. Cantabr. et Mercer. Verissime, ut viderunt Gronov. ad Gell. I. 7. 'numero verborum sonus clauderet,' et Davis. ad Cicer. Tusc. Quæst. lib. v. c. 8. 'si ex aliqua parte clauderet:' atque edidere Merc. et Cout. Plura vide ad Flor. N. 18. 'ac non hic maxime clauderet.' *Oud.*—5 Florent. *ubi.* Carent hac voce Edd. Vulc. Scal. Wow. ex Ms. Vulc. Bened. *divinationem.* Id.—6 Posterius *multa* delent Flor. Rom. et Ald. *Elmenh.* Cantabr. *cum multa, &c.* Bened. non habet *sunt enim multa.* Ultimum *multa* exulat ab omnibus Edd. ante Vulcan. item Wow. et Floridi. Male. Vide Mercer. supra. *Oud.*—7 Bas. 2. Reliquæ, *Ac non.* Colvius. Harlem. *at cum.* Bened. Voss. *at non.* Oud.—8 Edd. omnes præter Vulc. Scal. *in quod. ing. sp.* sed invitis Mss. *Quadam specula* Edd. ante Vulcan. male: licet et *specula* sit in Cantabr. *Ingentis* Bened. *Id.*—9 Bis *seorsum* Edd. Vulc. Scal. Wow. *Id.*—1 Bened. *dissiderent.* Id.—2 Abest *que* ab Harlem. *Id.*—3 *Peritia vitæ mo-*

NOTÆ

[s] *Interfectis sapientiæ officiis*] Rom. et Brement. *intersectis.* Alii, *internectis.* Fulvii liber, *interjectis.* Wowerius, *imperfectis.* Lege, meo periculo, *interceptis*: quod etiam in Interpretatione expressi: ait nimirum in rebus quæ casu reguntur, et in quibus nullus est prudentiæ locus relictus, Dæmonii sui voce moneri solitum Socratem, quod consonat iis quæ de eodem Genio habet Plutarchus.

[t] *Nam cum duo columina totius exercitus dissident, Agamemnon, &c.*] Iliad. A.

[u] *Agamemnon regno pollens*] Homero ἄναξ ἀνδρῶν. Huic enim in obsidione Trojana imperium exercitus Græci omnes detulerant.

cundia laudatus, et peritia memoratus,[3] qui Atridæ [w] superbiam sedet,[4] Pelidæ [x] ferociam compescat, atque eos auctoritate advertat, exemplis moneat,[5] oratione permulceat: [693] quis [6] igitur tali in tempore ad dicendum exortus est?[7] Nempe Pylius[8] orator,[y] eloquio comis, experimentis catus,[9] senecta [1] venerabilis; cui omnes sciebant corpus annis hebere,[2] animum prudentia vigere, verba dulcedine af-

eloquentiam, et celebri ob scientiam, qui retundat fastum filii Atrei, et reprimat iracundiam filii Pelei, et revocet eos sua auctoritate, instruat exemplis, et verbis deliniat: quis igitur tunc temporis aggressus est verba facere? Scilicet Nestor orator suavis facundia, prudens usu rerum, reverendus ob senectutem, cui cuncti cognoscebant corpus debilitatum esse senio, at mentem consilio valere, et verba

ratus in Edd. ante Vulcan. Contra Mss. Recte *peritia* absolute ponitur. Adi ad Cæsar. p. 313. et 607. Nec opus est *rerum* vel simile addi, licet ita alibi occurrat. *Id.*—4 Sic bene tacens edidit Floridus. Carent hoc verbo Edd. ante Vulcan. qui cum Scal. Elm. Scriv. Merc. habet *sed et*, uti in Mss. exaratur, nisi quod tantum in Harlem. sit *et*, ut edidit e Fulviano Wower. Sed recte 'sedare iram.' Sallust. Jug. c. 38. Ed. Wass. 'dignitati quam iræ magis consulens sedare motus.' *Id.*—5 Malim, *moveat:* sed illud retinent omnes libri, qui et rectissime, *peritia memoratus;* et mox *experimentis catus.* At, *exortus est*, alter Cujacianus, verissime; nam ceteri male, *exortatus.* In iisdem recte, *corpus annis hebere*, non *abire*, neque *hebescere;* item, *deligendi*, non, *dirigendi.* Mercerus. Scriv. cum Mercero edidit *moveat.* Oud. *Atque, &c. advertat* absunt Edd. ante Vulcan. *Id.*—6 Florent. Voss. Cantabr. uterque *quid.* Fulvianus *qui.* Id.—7 *Ad dicendum exhortatus.* Si me audis, leges, *ad dicendum exoptatus.* Virgil. III. Æn. 'Optavitque locum regno.' Imitatus idem Petronius: 'Hæc ubi calcavit Cæsar juga milite læto, Optavitque locum summo de vertice montis.' *Stewech.* Mendose, sed recte restituit Fulv. cod. *qui i. t. i. t. ad dicendum exortus est.* Wowerius. *Ad dic. exortus* Fulvius. In Flor. Leid. Brem. Aldo et Rom. est *exhortatus.* Stewech. *exoptatus* legit. *Elmenh.* *Exortus est* e Mss. Fulv. et Cujac. sec. restituere Wow. Elm. Merc. et seqq. Antea edebatur *est ad dicendum exhortatus.* In Florent. Harlem. Voss. Cantabr. et aliis scribitur, *me ad dic. exhortatus est.* Fuitne *Qui se igitur tali in tempore ad dicendum exhortatus est?* Hæc sane conjectura mihi valde blanditur. Quis dicendi fiduciam sumsit? *Oud.*—8 Cantabr. *Phyclidus.* Voss. *Phielidus.* Id.—9 Sic Flor. et Fulvii liber, Brem. *canus.* Leid. et Rom. *cautus.* Elmenhorstius. Sic legendum cum Scaligero Merc. Cout. Jubentibus Mss. Florent. Voss. Fulv. Putean. Mercer. Cantabr. Vulc. Harlem. Vulgo *cautus.* Vide ad Flor. N. 3. 'catus canere.' *Oud.*—1 Ed. Junt. *senecto.* Bened. *senectute.* Id.—2 Sic etiam ex Membranis Cujacii Pithœus. Vulgo erat, *abire.* Colvius. Rom. et Ald. *abire.* male. *Elmenh.* Edd. ante Colv. inepte *abire.* Pithœus Subsec. lib. II. c. 10. et Merc. *hebere* correxerant, ut habent Mss. O. quare miror Elmenhorstium et seqq. præter Mercer.

NOTÆ

[w] *Atridæ*] Agamemnonis Atrei filii.

[x] *Pelidæ*] Achillis, cui mater Thetis, pater Peleus.

[y] *Nempe Pylius orator*] Nestor ex Pylo Messeniaci agri oppido, de quo videndus Homerus Iliad. A.

fluere. Itidem cum rebus creperis[1,2] et afflictis speculatores[4] deligendi[5] sunt, qui nocte intempesta castra hostium penetrent; nonne Ulixes cum Diomede deliguntur?[a,6] veluti consilium et auxilium, mens et manus, animus et gladius. Enimvero cum Aulide[c] desidibus,[7] et obsessis ab ventis, ac tædio abnuentibus[8,b] difficultati belli, et facultas itineris, et[9]

abundare suavitate. Similiter quando rebus dubiis et labascentibus eligendi sunt exploratores, qui ingrediantur castra hostium multa nocte; annon eliguntur Ulysses et Diomedes? tanquam consilium et auxilium, animus et brachium, mens et ensis? verum quando, Græcis cessantibus et retentis in Aulide, ac jam detrectantibus bellum præ tædio, observanda est difficultas belli, et facilitas itineris, et tran-

et Coutur. dedisse *hebescere*, nisi ex incuria. Apud Virgil. et Valer. Flacc. 'senecta' et 'annis hebere.' Vide ad Valer. lib. I. vs. 53. *Oud.*—3 *Creperis.* Brem. *corporeis*, inepte. *Elmenh.* Bened. etiam *corporeis*. Voss. *crepereis.* Harlem. a manu sec. *dubiis*, e Glossa. *Oud.*—4 Al. *spectatores.*—5 Alii *diligendi*, male. Plautus Amphitr. Sc. 1. 'Continuo Amphitruo delegit viros primorum principes.' *Elmenh.* Stew. et Edd. Colv. Vulc. Scal. Wow. Scriv. Merc. Cout. *diligendi* a dilectu scilicet. Sed præstat alterum, quod est in Mss. O. præter Vulc. et Harlem. *Eligendi* Ed. Junt. Vide ad Met. lib. VII. p. 476. a. *Oud.*—6 Brem. et Flor. *diliguntur*. Elmenhorstius. Mss. Thuan. Florent. Voss. Brem. Cantabr. pr. cum Edd. ante Vulc. *deliguntur*. Male Vulc. e suo codice cum seqq. præter Mercer. Coutur. et Florid. reposuit *diriguntur*: in Bened. *diligentur*. In Harlem. vacat locus. *Oud.*—7 *In Aulide desidibus.* Rom. *in A. desidentibus*. Flor. *ab A. de cædibus*. male. *Elmenh.* *Cum Aulide.* Vulgo edebatur, *in Aulide*: libri omnes nostri *cum ab Aulide de sedibus et obsessis ac tædio abnuentibus*; pro quo vulgo, *retro ventis abnuentibus*; pessime, et pejus quod alii somniabant, *Rhœteo*. Tædio longæ moræ abnuebant navigationem Græci. Dictys lib. II. 'tædione, an recordatione suorum domuitionem cupiebant.' *Ab Aulide* scriptum male repetitione prioris syllabæ. *Merc.* *Ab Aulide* bene reposuere Merc. Cout. ac Florid. quibus consentiunt etiam Cantabr. pr. Voss. et Harlem. in quibus est *cum ab A. des.* Florent. quoque et Bened. ac Mercer. omnes *ab Aulide*. Vulgo *in Aulide*: sed sine sensus dispendio *cum* abesse nequit. Unde istud *ab* inrepserit statim videbimus. Ceterum *desidentibus* habent Edd. Wow. et omnes ante Vulcan. *de cædibus* Florent. *decedibus* Vulc. at Cantabr. uterque Voss. et Harlem. ac Mercer. *desedibus*: quasi a 'deses' formaretur quoque Genitivus 'desedis.' Quod notandum. *Oud.*—8 Vid. Not. Var.—9 Male abest *et* ab Harlem. et

NOTÆ

[2] *Rebus creperis*] Festus, 'creperum, dubium.' Nonius: 'crepera res proprie dicitur dubia: unde et crepusculum dicitur lux dubia, et senes decrepiti dicti in dubio vitæ constituti,' &c.

[a] *Nonne Ulixes cum Diomede deliguntur*] Vide Homerum, Iliad. K. Vulgati habent *diriguntur* male. Codex Thuanus *deliguntur*, quod amplector.

[b] *Enimvero cum Aulide desidibus, et obsessis, ac tædio abnuentibus, &c.*] Hæc est lectio codicis Florent. Brem. Leidens. et Thuani, quam ut germanam amplecti non dubito.

[c] *Aulide*] Αὐλὶς Straboni regiuncula est petrosa, et pagus Tanagræorum in Bœotia, e regione Chalcidis urbis Eubœæ insulæ, cum portu quinqua-

tranquillitas maris, et clementia ventorum, per fibrarum notas,[d] et alitum vias, et serpentium escas [1 e] explorandæ;[2] tacent nempe mutuo duo illa sapientiæ Graiæ [3] summa cacumina, Ithacensis [694] et Pylius.[4 f] Calchas autem, longe præstabilis ariolari,[5] simul alites et altaria et arborem contemplatus est, actutum [6 g] sua divinatione et tempestates flexit, et classem deduxit, et decennium [7] prædixit. Non secus etiam [8] in Trojano exercitu, cum divinatione res indigent,[9]

quillitas maris, et lenitas ventorum per indicia fibrarum, et pabula avium, atque iter anguium, silent nimirum vicissim illa duo suprema culmina prudentiæ Græcæ, Ulysses et Nestor. At vero Calchas multo peritior divinandi, statim atque consideravit aves, et aras, et arborem, illico sua ariolatione et placavit procellas, et eduxit naves in mare, et vaticinatus est decem annos. Similiter in castris Trojanis, quando opus est ariolatione, prudens ille Senatus silet, neque aut Hicetaon, aut

Edd. Scriv. Flor. *Oud.*—1 Vid. Not. Var.—2 *Explorandæ essent.* Τὸ *essent* Florent. inducit. Excerpt. Bat. *E. tacent n. t.* Elmenhorstius. Addidere Scal. Elm. Scriv. *essent* sine codicum auctoritate. Mss. O. et Edd. Merc. Cout. Flor. *explorandæ:* recte. scil. *sunt.* Edd. priores *exploratæ sunt;* nisi quod Ed. Junt. habeat *explorata sunt.* Vulc. *explorate T.* Oud.—3 Sic Mss. O. cum Vulc. et seqq. præter unicum Benedictinum minimæ auctoritatis librum, qui dat *Græciæ,* ut est in Edd. prioribus, citaturque ab Acidalio ad Vellei. lib. I. c. 4. 'ut firmet ludicrum suum Græciæ juventutis.' Voss. *Gratiæ.* Id.—4 Cantabr. *Phillius.* Id.—5 Voss. *arioli.* Cantabr. et Edd. ante Vulcan. *ariolus.* Sed vide ad Flor. N. 3. *Id.*—6 *Contemplatus est ictum.* In Flor. est *actum,* in Rom. et Aldo *actuium,* in Brem. *fœtum.* In Excerpt. Bat. *arbores contemplatus ac tum s. d.* Elmenh. Vid. Not. Var.—7 Abest *et* a Bened. Voss. *Oud.*—8 Harlem. Voss. Bened. Edd. Merc. Cout. *et.* Idem.—

NOTÆ

ginta navium capace: in hunc portum convenerunt Græcæ naves ad bellum Trojanum profecturæ, ibique magno cum Græcorum omnium tædio, iniqua tempestate diu detentæ, donec sanguine placassent ventos, et virgine cæsa, Iphigenia nempe Agamemnonis filia.

[d] *Per fibrarum notas*] Præcipue jecoris.

[e] *Et a. vias, et s. escas* [*et alitum escas et serpentium vias*] Alitum escas, non quas alites ederent, sed quas ipsæ suis corporibus serpenti comedendas dederunt: ad octo illos passerculos respicit, quos una cum matre Draco in platanum ascendens devoravit in Aulide, spectantibus Græcis. Unde Calchas novem annis duraturum bellum Trojanum, decimo vero urbem expugnatum iri est vaticinatus. Vide Homer. Iliad. B. vers. 300. et seqq. Ms. Thuan. habet: *et alitum vias, et serpentum escas,* non male. 'Alitum viæ essent auspicium: 'serpentum escæ,' passerculi cum matre.

[f] *Ithacensis et Pylius*] Ulysses Rex Ithacæ insulæ, et Nestor, de quo jam supra.

[g] *Et arborem c. est, actutum* [*et arborum contemplatus est ictum, &c.*] Thuanæ membranæ: *et fœtum arborum contemplatus est, ac tum sua Divinatione, &c.* optime. 'Fœtus arborum,' hic erit nidus cum aviculis.

tacet ille sapiens senatus, nec audet aliquid pronuntiare vel Hicetaon,[1] vel Lampo, vel Clytius:[2 h] sed omnes silentio auscultant aut ingrata auguria Heleni,[3 i] aut incredita[4] vaticinia Cassandræ.[k] Ad eundem modum Socrates[5] quoque, si-

Lampus, aut Clytius præsumunt quidpiam dicere: verum cuncti tacentes audiunt vel auspicia Heleni odiosa, vel prædictiones Cassandræ nunquam creditas. Eadem

9 Florent. Harlem. *indigeret.* Id.—1 *Hector.* Legit B. Pius Annotat. posterioribus *Helenus.* Colvius. Aldus, Rom. et Bas. *Hector vel Iambo vel Bytias.* Baptista Pius in Annot. post. cap. 193. *Helenus vel Lampo vel Clytius,* Flor. Leid. et Brem. *Hic etiam vel Lampo vel Clytias:* unde vere eruditissimus Mercerus, *Hicetaon vel Lampus vel Clytius.* Vide Homer. Iliad. γ. vs. 146. *Elmenh.* *Hicetaon.* Monui ad Dictym ita restituendum, cum in libris omnibus invenissem, *hic etiam,* quod insuper habitum prioribus Criticis. Hector manu promtus et belli laude clarus, sed non fuit τῶν δημογερόντων, quos enumerat Hom. Iliad. γ. Λάμπον τε, Κλυτίον θ', Ἱκετάονά τ', ὄζον Ἄρηος, Οὐκαλέγων τε καὶ Ἀντήνωρ. Mox libri habent, *vel Iambo vel Clytias,* qui Homero Lampus et Clytius. *Merc.* Voss. etiam et Cantabr. uterque cum Vulc. cod. *hic etiam.* unde verissime emendavit Merc. hic et ad Dictyn Cret. lib. IV. c. 22. In Harlem. *hoc etiam.* Vulgo ante Elmenh. Ed. erat *Hector.* Sed B. Pius jam viderat ei hic locum non esse tom. I. Thes. Crit. p. 571. *Oud.* Vid. Not. Var.—2 Sic nominant hunc omnes Mythologi. Bene sic ergo emendarunt Pius, Merc. et edidere Wow. Scriv. Cont. Flor. Mss. *Clytias* cum Edd. Vulc. Scal. vel *ditias.* *Clytis* Ed. Elm. Sed in erratis correctum *Clytias.* *Bitias* Edd. Ald. Junt. Bas. Colv. *Binatus* Ed. Vicent. *Oud.*—3 *Auguria Helenæ.* Sic Basileensis posterior editio. I. *aug. flava.* Rom. *Fleve:* ad cujus marginem, 'Flevus id est vanus.' B. Pius nimisquam hic a veteri scriptura recedit, dum legit, *Panthoi.* Ego verum puto, *Heleni:* de quo Homerus et Virgilius. *Colv.* Aldus *a. Helenæ:* male. Vide Notas ad Arnobii lib. I. fol. 35. *Elmenh.* Male editiones antiquæ et plerique manuscriptorum *Helenæ:* alter Cujacianus solus habuit, *Heleni,* quomodo scribendum fuit etiam repugnantibus libris. *Merc.* *Heleni* optime jam ante Colv. emendaverat Brodæus, et extat in Mss. Florent. Brem. Put. Harlem. aliisque. *Helenæ* Cantabr. Vulc. ceterique et Edd. Ald. Junt. Colv. *fleve* Edd. Rom. Vic. Bas. sec. *flava* Bas. pr. Inepte Pius conjecerat *Panthoi* aut *Phœbi.* De vate Heleno, Cassandræ sponso, nota omnia. *Oud.*—4 In vulgatis est, *non credita,* male. De Cassandra nota res est ex Lycophrone, Cointho Smyrnæo, et aliis. *Elmenh.* Vulc. primus dedit *incredita.* Oud.—5 Florent. *Socrati.* Cantabr. Voss.

NOTÆ

h *Vel Hicetaon, vel Lampo* [*Lampus*], *vel Clytius*] Qui quidem Senatores erant Trojani ob senectutem jam a bello cessantes, concionatores optimi: hos cicadis comparat Homerus, quæ in sylva arbori insidentes vocem suam emittunt. Vide ipsum Iliad. Γ. vers. 146. et seqq.

i *Aut ingrata auguria Heleni*] Helenus hic fuit Priami et Hecubæ filius, vaticinio pollens, cujus ingrata vocat auguria, quoniam nihil fausti Trojanis prænuntiabant.

k *Incredita vaticinia Cassandræ*] Virgil. lib. II. Æneid. 'Tunc etiam fatis aperit Cassandra futuris Ora, Dei jussu non unquam credita Teucris.' Hæc filia quoque fuit Priami et Hecubæ: quæ, cum amanti Apollini sui corporis usuram ea lege promisisset, si se futurorum scientia vaticinioque donasset; quod petierat con-

cubi locorum aliena sapientiæ officiis [6] consultatio ingruerat, ibi vi dæmonis præsaga regebatur,[7] [l] ejus monitis sedulo[8] obediebat, eoque erat Deo suo[9] longe acceptior. Quod autem [1] incepta Socrati [2] quæpiam Dæmon ille ferme prohibitum ibat, nunquam adhortatum,[m] quodammodo ratio [3] prædicta

ratione Socrates etiam, si quando imminebat deliberatio remota a muniis prudentiæ, tunc dirigebatur virtute vaticinatrice sui Genii. Sed parebat diligenter ejus admonitionibus, et idcirco erat multo gratior suo Dæmoni. Cur vero ille Deus fere solebat vetare quædam cœpta Socratis, at nunquam eum ad ulla impellebat, ratio

Harlem. *Socratis*. Id.—6 Vid. Not. Var.—7 *Vi Dæmonis præsagia regebat.* Rom. Bas. 1. Excerpt. Bat. *sui d. præsagio regebatur.* Veram lectionem exhibet Fulvii Ms. *vi d. præsaga regebatur.* Cic. I. de Divin. fol. 192. 'Non paruisti mihi, cum uterer qua soleo præsagitione divina.' Vide notas ad Minut. Fel. fol. 43. Chalcid. in Platonis Timæum p. 260. *Elmenh.* Olim ut et in Edd. Vulc. Wow. edebatur *sui d. præsagio regebatur.* At Edd. Scal. Elm. Merc. Scriv. *vi dæmonis præsagia regebat:* quomodo legas sane in ceteris Mss. O. nisi quod in Bened. sit *rebat.* Forsan scribendum *sui d. præsagia rogabat,* sive consulebat quasi oracula, ubi proprie adhibebant 'rogare:' unde passim 'rogare Deos.' Hinc sequitur 'ejus monitis obediebat.' Alioquin Fulviani Cod. lectio omnino recipienda est, præsertim cum *vi* habeant Mss. O. Nam certe Socrates non regebat præsagia dæmonis, sed regebatur ab eo, et etiam aliquando prohibebatur inceptis, ut subdit Auctor. Τὸ *Verum* ante *ejus mon.* cum Mercero delere malim. *Oud.*—8 Bened. *sedule.* Id.—9 Hoc jam emendavit e conjectura Stewechius supra, et cum plurimis Mss. in textum recepit Vulc. et seqq. Vulgo erat *de;* ut et in Florent. Voss. ac Cantabr. Var. Lect. Burm. *sui Dei præsagio.* Id.—1 Male Edd. ante Vulcan. *qui ante:* vel, *qui autem,* ut in Edd. Ald. Junt. *Id.*—2 Sic Mss. et Edd. præter Floridi, qui dat *Socratis* sed vide supra. *Id. Socrati* * *dæmon.* Sic in Rom. cod. erat: in aliis ut locus integer hic vulgatur: quod verum non est. *Colv.* Recte Fulvii liber, *quispiam dæmonum.* in Rom. et Aldo hic lacuna est unius voculæ. *Elmenh. Quæpiam dæmon ille.* Sic Mss. et Edd. Vulc. Scal. Wow. Merc. Cout. Flor. Florent. Voss. *dæmonum.* Fulv. *quispiam dæmonum ille:* unde *quispiam Dæmon ille* edidere Elm. et Scriv. Omnino male. *Quispiam* incertum quendam, at *ille* certum denotat: adeoque hæc jungi nequeunt. *Oud.*—3 Hoc rursus Vulcanio debemus, ut diserte extat in ipsius codice, Fulviano, Mercerianis, aliisque. Vulgo ante sine sensu legebatur *nunquam quod admonendum ratio:* ut extat quoque in 2. Cantabr. sed in marg. Cantabr. pr. est *quodammodo.* Voss. *quod admodo.* Abest etiam *adhortatum* a Mss. 2. per Lindenbrog. collatis, Voss. et Harlem. Ejecerunt hoc verbum librarii, quia non invenerunt rationem eam esse ante dictam: sed hæc ratio est illius sapientiæ, de qua jam egit Ap. et qua Socrates omnia quidem videbat, sed

NOTÆ

secuta, promissis stare noluit: qua re indignatus Apollo, cum semel concessa revocare non posset, quod unum potuit, fidem omnem ejus vaticiniis ademit.

[l] *Ibi vi dæmonis præsaga regebatur*] Hanc lectionem, quam germanam puto, exhibet Ms. Fulvii liber: alii aliter, sed minus bene.

[m] *Incepta Socrati* [*Socratis*] *quæpiam Dæmon ille ferme prohibitum ibat, nunquam adhortatum*] Socrates apud Platonem in Theage, loco supra citato. Idem habet et in Apologia sua.

est.[4] Enim Socrates,[5] utpote vir apprime perfectus ex sese, et ad omnia [6] congruentia [695] sibi officia promtus, nullo adhortatore unquam indigebat; at vero prohibitore nonnunquam, si quibus forte conatibus ejus periculum suberat, ut monitus præcaveret, omitteret [7] cœpta impræsentiarum, quæ [8] tutius vel postea [9] capesseret, vel alia via adoriretur. In hujuscemodi rebus, vocem quampiam divinitus exortam [n] dicebat se audire:[1] ita enim est [2] apud

quadamtenus allata est supra. Nam Socrates, quippe qui erat vir ex se perfectissimus et expeditus ad cuncta munia sibi convenientia, nunquam opus habebat ullo impulsore: sed aliquando opus habebat dehortatore; si forte periculum latebat sub aliquibus cœptis, ut admonitus sibi prospiceret, relinqueret incepta in præsens, quæ securius aut resumeret postmodum, aut aggrederetur alia ratione. Aiebat se audire in talibus negotiis quandam vocem emissam cœlitus: nam sic refertur a Pla-

periculosa fugere nesciebat, nisi cum dehortatus esset dæmon. Wower. edidit *adhortatus:* male. Ibat prohibitum, non adhortatum, i. e. prohibebat, non adhortabatur, ut clarius in seqq. se explicabit Auctor. *Id.*—4 Iterum hic interstitium in Rom. edit. *prædicta quæpiam est*..... Colvius. Bened. caret *est*. Oud.—5 *Enim Socr.* est disertim in tribus nostris exemplaribus: dixi supra. Mox distingue: *Ex sese ad omnia congruentia sibi officia promtus.* Item: *Omittere cepta inpræsentiarum, quæ tutius vel postea capesseret.* Mercerus. Vacat locus in Edd. Rom. Vic. Bas. Mss. Florent. Voss. Cantabr. uterque et tres Mercer. cum Edd. Merc. Cout. dant simpliciter *enim*. Verissime, et Nostri more. V. Ind. Not. *Oud.*—6 Harlem. Voss. Bened. Mercer. Edd. ante Vulcan. et Merc. Cout. carent *et*. Harlem. *omnia ad*. Pro *unquam* mox Cantabr. *nunquam*. Id.—7 Edd. ante Vulcan. item Wowerii *ac omitt.* Male. Edd. Merc. Cout. *omittere*. Id.—8 Male Vulc. junxit *inpræsentiarumque*. Id.—9 Excerpta Bat. *vel potius:* recte. *Elmenh.* Recte Mss. fere omnes *vel postea*, et opponitur τῷ *inpræsentiarum:* quare nescio cur Vulc. e suo cod. prætulerit *potius*, et Elm. e Var. Lect. Exc. Bat. quod vix intelligo. Nam si notat *melius;* hoc sequitur, 'vel alia via adoriretur.' Quare nil omnino mutandum. *Oud.*—1 *Ut Plato dicit.* Hæc verba ut superflua delet Brem. et Flor. codex. *Elmenh.* Et hic variant libri, inculcando *dixit* et *dicebat*. Vulcanii liber, ut huic tautologiæ mederetur, addiderat, *ut Plato dixit;* quod abdicunt alii omnes. Mihi visum sequi alterum Cujacianum perspectæ fidei, in quo clare: *In hujuscemodi rebus dixit vocem quampiam divinitus excitam audiri;* sublato posteriori *dicebat*. Mercerus. Ms. Vulc. addit *ut Plato dicit:* quomodo Vulc. ac Scal. edidere. Verum sequitur, 'Ita enim est apud Platonem.' Cantabr. tamen uterque, Voss. et Harlem. *dicit* etiam inserunt, Cujac. sec. *dixit* cum Edd. Merc. Cout. at idem cum Harlem. pro sequenti *dicebat* locum reliquit vacuum, probante Mercero, qui ibi delevit cum Contur. Non dubium mihi est, quin recte Edd. ante Vulcan. dent *duntaxat*, i. e. solummodo. V. Ind. Cantabr. autem et Voss. habent *discebat*. Non agnoscunt τὸ *se* Merc. Cout. uti nec Cantabr. Voss. et Edd. ante Colvium. *Oud.*—2 *Est* carent Cantabr. uterque et Harlem. *Id.*—3 Male *omnia* Mss. aliquot,

NOTÆ

n *Vocem quampiam divinitus exortam*] Confer locum Platonis ex Theage supra citatum.

Platonem: ne quispiam arbitretur, omina [3] eum [4] vulgo loquentium captitasse.[5] [o] Quippe etiam semotis arbitris,[6] uno cum Phædro [7] extra pomœrium, sub quodam arboris opacæ [8] umbraculo, signum illud annuntium [9] sensit, ne prius transcenderet Ilissi amnis [p] modicum fluentum,[1] quam increpitu indignatum Amorem recinendo placasset: [2] cum præterea, si omina observitaret,[3] aliquando eorum non-

tone: ne quis existimet eum solitum sumere præsagia a vocibus hominum passim loquentium. Etenim semel quoque cum esset simul cum Phædro trans pomœrium, sub tegmine cujusdam densæ arboris, nec ulli testes adessent, accepit hoc monitum, ne superaret exiguas aquas Ilissi fluminis, antequam decantata palinodia deliniisset Amorem iratum sua vituperatione: cum insuper, si solitus esset captare omina,

de more, et Edd. ante Scalig. Vidit id jam Casaubonus, et e suis codd. emendavere quoque Ursinus et Mercerus, quem adi ad Aristæn. I. I. c. 3. Casaubon. ad Apol. p. 164. Vide ad Met. l. II. p. 155. a. *Id.*—4 Edd. Ald. Junt. *cum.* Pro *loquentium* Bened. *liquentium.* Id.—5 Libri omnes, *captitasse.* recte. Mox, *uno cum Phædro* Cujac. alter, consentiens Vulcanii codici. Ceteri, *una,* quos non sequor. *Merc.* Mss. Flor. Fulv. Voss. Harlem. Cantabr. cum Mercer. et Edd. Elm. Merc. Scriv. Flor. *captitasse.* Bened. *ceptitasse.* Vulgo *captasse.* Sed frequentativum auctoribus Mss. lubens admisero; licet aliud exemplum non norim. *Oud.*—6 Rursus *arbitriis* Cantabr. et Edd. Vic. Ald. Bas. Vide supra. *Id.*—7 Ita Mss. Harlem. Vulc. Cujac. sec. et Edd. Vulc. Merc. Cont. Wower. Recte. Vulgo *una.* Harlem. *Phædito.* Id. —8 Sic Ms. Bened. et Edd. Wower. ceteræque ex Casauboni emendatione ad Apol. p. 164. In reliquis *opaco:* ut 'opacæ tenebræ' Met. l. VIII. p. 537. a. ubi vide. *Id.*—9 Vulgo male, *ad nuntium.* B. Ambrosius lib. I. Officior. 'Vox hominis peccati adnuntia.' *Colv.* Ita Bremensis, Romanus, Flor. Excerpta Bat. In Leid. et Aldo est, *ac nuncium,* male: supra: 'Non solum auribus, verum etiam oculis signum sui dæmonis usurpasse.' Val. Max. lib. I. cap. 7. 'Astyages duos prænuntios somni frustra discutere temptavit.' Vide Cicer. I. de Divinat. *Elmenh.* Bene una voce Mss. tantum non omnes et Colv. cum Mercero et Elmenh. Olim *ad nuncium.* Edd. Vulc. Scal. Wow. cum Leid. et Casaubono *ac nuncium.* Oud.—1 Cantabr. Voss. et Var. Lect. Leid. sive Vulc. Cod. *fluenti,* infra *fluentem.* Id.—2 Vid. Not. Var.—3 *Omnia observ.* Rescribe: *si omina observitaret.* et: *nimia ominum superstitione.*

NOTÆ

[o] *Ne quispiam [quisquam] arbitretur, omina eum vulgo loquentium captitasse*] Neque etiam sternutantium. Polymnius, referente Galaxidoro, apud Plutarch. lib. cit. de Dæmonio Socratis, ait se audivisse Terpsionem Megaricum dicentem Genium Socratis fuisse sternutationem, cum ipsius, tum aliorum. Alio quidem sternutante a dextra, solitum se fuisse ad agendum conferre: sin a sinistra fieret, cessasse. Ex ipsius autem sternutationibus, eam, quæ fieret acturo aliquid, confirmasse ejus propositum: quæ vero contigisset inter agendum, inhibuisse. Sed hoc pugnat cum Platonis locis supra designatis.

[p] *Signum illud annuntium sensit, ne prius transcenderet amnis, &c.*] In Platonis Phædro Socrates id narrat Phædrum alloquens, et palinodiam canit, quam legere ibi poteris.

nulla etiam hortamenta haberet,[4] ut videmus plerisque usu venire,[5] qui nimia ominum superstitione,[6] non suopte[7] corde, sed alterius verbo, reguntur:[q] ac per angiporta[8] reptantes, consilia ex alienis vocibus colligunt,[9] et, ut[1] ita [696] dixerim, non animo, sed auribus, cogitant.[2] Verum enimvero utut ista sunt,[3] certe qui, omnium arioli,[r] vocem audiunt, sæpenumero auribus suis usurpant, de qua nihil cunctentur, de qua sciant[4] ex ore humano profectam. At enim Socrates non *vocem* sibi, sed *vocem quampiam*,[5] [s]

accepisset etiam ab eis aliquas exhortationes, quemadmodum cernimus sæpe contingere quamplurimis eorum, qui ob nimiam religionem omnium rerum, non diriguntur sua ipsorum mente, verum voce aliena; et errantes per vicos, sumunt consilia ex verbis aliorum, atque, ut ita dicam, non cogitant mente, sed auribus. At quoquo modo se habeant, illi profecto, qui auscultant verba divinorum, sæpissime excipiunt auribus suis vocem, de qua minime ambigunt, et quam norunt prodiisse ex ore humano. Verum Socrates non dixit simpliciter vocem se audivisse, sed quam-

Wowerius. Vulgo, *omnia*, inepte. Vide Cic. I. de Divinat. *Elmenh. Omina* rursus Voss. Ursin. et ceteri bene pro *omnia*. Ed. Wower. *omina omnia*. Oud.—4 Florent. Voss. Cantabr. uterque *ornamenta*. Edd. ante Vulcan. *opinamenta*. Dein *habent* Bened. *habere* Cantabr. Voss. Harlem. Edd. Ald. Junt. *Id.*—5 *Et videmus p. u. v.* Malim: *ut videmus pl.* Wowerius. Mss. plerique et Edd. Vulc. Scal. Wow. Elm. Merc. Cout. *et*. Forsan *ut et*. Tum *plerosque* Edd. ante Vulcan. quæ etiam carent τῷ *usu venire*, pro quo in Cantabrigiensibus, Voss. Harlem. Edd. Merc. Cout. *usu evenire*. Eadem est confusio l. I. Met. p. 15. Pric. ubi vide. *Oud.*—6 *Nimia ominum superst.* Vulgo *omnium*, inepte. *Elmenh.* Rursus hæc absunt Edd. ante Vulcan. invitis Mss. *invia* Bened. *omnium* male Edd. Vulc. Scal. *Oud.*—7 Cantabr. *suopto*. Edd. Vic. Bas. pr. *suapte*. Id.—8 Edd. ante Vulcan. *qui ex angiportu* contra Codd. Forte *per angiportum*. Nam Noster sæpius hac voce utens semper in singulari effert; et alibi 'angiportus' in masc. genere adhibet; licet sciam utrumque in usu fuisse. V. Vitruv. l. I. c. 6. *Id.*—9 Brem. *cæptant*. Elmenhorstius.—1 Edd. Vic. Ald. Junt. Bas. *uti*. Oud.—2 Harlem. et Exc. Bat. *cogitanti* . . . . Id.—3 Spero, quicumque locum diligenter expenderit, in meam sententiam pedibus iturum, geminatione scil. duarum vocum recte constitutum iri: *utut ista sunt:* deinde, *quanquam sciunt*. Stewechius. Sic bene reposuere Wow. Merc. Cout. et Florid. ex emendatione Stewechii. Vulgo *ut:* quomodo peccare solent librarii. *Oud.*—4 Vid. Not. Var.—5 In Fulvii libr. et Flor. est, *sed ducem quempiam*. In Bremens. *sed dulcedinem quempiam*, male. Vide Platonem in Theage et Phædro. Proclum in Excerp-

NOTÆ

[q] *Non suopte corde, sed alterius verbo, reguntur*] Pacuvius apud Ciceronem, lib. I. de Divinatione: 'Nam istis, qui linguam avium intelligunt, Plusque ex alieno jecore sapiunt quam ex suo, Magis audiendum, quam auscultandum censeo.'

[r] *Qui, omnium arioli* [*qui hominum ariolorum, &c.*] Ms. Thuan. *quod omnium arioli vocem audiunt sæpenumero auribus suis usurpatam, de qua nihil cunctentur, &c.*

[s] *Non vocem sibi, sed vocem quampiam, &c.*] In Theage et Phædro, locis

dixit oblatam: quo additamento [6] profecto intelligas, non usitatam vocem, nec humanam significari: quæ si foret, frustra *quæpiam,* quin [7] potius aut, *vox,* aut certe *cujuspiam vox* diceretur; [8] ut ait illa Terentiana meretrix:

Audire vocem [t] visa sum modo militis.

Qui [9] vero vocem dicat *quampiam* [1] audivisse, [2] aut nescit, [3] unde ea exorta sit, [4] aut in ipsa aliquid addubitat, aut eam [5] quiddam insolitum et arcanum [6] demonstrat habuisse, ita ut Socrates eam, quam sibi ac divinitus [7] editam tempestive aiebat. [u] Quod equidem arbitror non modo auribus

dam vocem sibi objectam a Deo. Qua additione certe cognoscendum est non designari vocem solitam, neque humanam: quia si esset talis, nequicquam diceretur quædam, sed potius vel vox solum, vel sane vox cujusdam; quemadmodum dicit illa meretrix apud Terentium: Modo mihi visa sum audire vocem militis. *At ille qui ait se audivisse quandam vocem, vel ignorat ex quo loco illa profecta sit, vel ambigit aliquo modo de ea, vel ostendit in ipsa fuisse aliquid inusitatum et secretum, quemadmodum Socrates in ea, quam dicebat sibi oblatam opportune et Dei beneficio. Et certe existimo eum non tantum percepisse auribus indicia sui Dei, sed et oculis*

tis de anima et dæmone, pag. 208. *Elmenh.* Primo *en* pro *non* in Bened. Pro *vocem* est *ducem* etiam in Voss. et Cantabr. utroque. *ducem vel vocem* Harlem. *dixit quamp.* Edd. ante Vulcan. *divinitus* abest a Mss. cunctis et Edd. Vulc. Scal. Wow. Merc. Cout. Rectissime. Hic enim ea vox locum non habet, quæ statim sequitur. Socrates non dicebat sibi divinitus vocem oblatam. Sed dicebat sibi *vocem quampiam* esse oblatam, scil. non humanam: unde concludebat eam esse *divinam.* Oud.—6 Cantabr. *abdimento.* Mox Bened. *visitatam.* Id.—7 Edd. ante Vulcan. *cur non.* Id. —8 *Potius aut certe cujuspiam vox d.* Emendare quidam conatus, *aut vox, aut certe:* crus fregit, qui gulam sanare voluit: poscit sententia hanc, aut non absimilem correctionem, cur non potius aut uxoris, aut servi cujuspiam vox diceretur? Terentii versum ex hoc Plautino Cistell. adumbratum video: 'Audire vocem visa sum ante ædes modo Mei Lampadisci servi.' *Stewech. Aut vox.* Sic Ven. Ald. Rom. edit. *aut vos:* Bas. 1. *aut uxor.* Colvius. Ridicule Bas. pr. atque inde ineptius Stewech. Auctor innuit, simpliciter alioquin dicendum fuisse *vox,* vel saltem *vox cujuspiam,* non *quæpiam.* Oud.—9 Edd. ante Vulcan. *quid.* Id.—1 *Dicat se quampiam.* Edd. ante Vulcan. *quampiam dicat* sine *se.* ut et Scal. ac Wow. in quibus *dicit:* sed contra Mss. plurimos. At *se quampiam* absunt a Florent. Harlem. Voss. Cantabr. utroque: quare *se* saltem delendum cum Merc. Cout. *Id.*—2 Cantabr. uterque, Harlem. Edd. Merc. Cout. *audisse.* Id.—3 Bened. Harlem. carent τῷ *aut.*—4 Cantabr. uterque cum editis ante Vulcan. carent *ea.* Vulc. Scal. Wow. *ea orta sit.* Sed Mss. reliqui cum Elmenh. &c. *ea exorta s.* Id.—5 Bened. *aut dub. a. e.* Harlem. *addub. antea.* Id.—6 *Et arcanum.* Carent Cantabr. et Edd. ante Vulcan. *Id.*—7 Vid. Not. Var.—8 Male delet Vulc. τὸ

NOTÆ

supra citatis. Vide Proclum in excerptis de Anima et Dæmone.

[t] *Audire vocem, &c.*] Ex Eunucho Terentii III. 2. 1. est hic versus.

[u] *Quam sibi ac divinitus editam tempestive aiebat*] Transpone vocem *tempestive,* et lege *quam sibi tempestive ac divinitus editam aiebat,* sensus erit clarior.

eum,[8] verum etiam oculis signa[9] dæmonis sui usurpasse.[w] Nam frequentius non vocem,[1] sed signum divinum sibi[2] oblatum præ se [697] ferebat. Id signum potest et[3] ipsius dæmonis species fuisse, quam solus Socrates[4] cerneret, ita ut Homericus Achilles Minervam. Credo, plerosque vestrum hoc, quod modo dixi,[5] cunctantius[6] credere, et impendio mirari, formam dæmonis Socrati visitatam.[7] At enim Pythagoricos mirari oppido solitos,[8] si quis se negaret[9] [x] unquam vidisse dæmonem, satis, ut reor, idoneus auctor est Aristoteles. Quod si cuivis potest evenire facultas contemplandi divinam[1] effigiem, cur non apprime potu-

quoque. Sæpius enim ostendebat non vocem, sed indicium divinum sibi fuisse exhibitum. Illud indicium potest etiam fuisse simulacrum ipsius Dei, quod solus Socrates conspiceret, sicut Achilles Palladem apud Homerum. Existimo maximam partem vestrum difficilius sibi persuadere quod mox dixi, ac summopere admirari simulacrum Dæmonis, quod Socrates solebat videre. Verum Aristoteles est auctor sat fide dignus, ut arbitror, Pythagoreos consuevisse impense mirari, si aliquis diceret se nunquam conspexisse Dæmonem. Quod si potest obtingere cuipiam copia intuendæ imaginis divinæ, quare non potuerit præcipue accidere Socrati, quem Ma-

****

eum. Edd. Ven. Ald. Junt. *verum etiam eum.* Oud.—9 Sic Florent. Fulv. Voss. Cantabr. uterque, Harlem. Mercer. cum Edd. Wow. &c. Antea *signum.* Id. —1 Libri tres optimi, *non præ vocem:* quartus, *non per vocem:* quod quid sibi velit non capio. Signi Socratis habes exempla in Theage. *Merc.* Florent. Cantabr. uterque, Harlem. *non p̄. vocem,* Bat. *non p. vocem.* Latet quid. An *non quampiam vocem?* Oud.—2 Harl. *sibi divinum.* Id.—3 Edd. ante Vulcan. *poterat:* et *Dæmonis* deest Edd. ante Vulcan. pro *fuisse* Harlem. et Edd. eædem *habuisse.* Id.—4 *Solus* abest Bened. in quo est *Socrati.* Mox pro *vestrum* Harlem. *nostr.* Id.—5 Florent. *quod commodo d.* Elmenhorstius. Accedit Voss. An *commodum? Zoo even.* Vide ad Met. l. I. p. 27. b. Exulat a Bened. *Oud.*—6 Edd. Vic. Ald. Junt. *contantius.* Bas. pr. Colv. *contatius.* Vide ad. Flor. N. 18. *Id.*—7 Ald. *usitatam.* Colvius. Item Junt. cum Mss. 2. Lindenbrog. et Harlem. Male, ut sæpe supra. *Oud.*—8 Harlem. *sol. opp.* Bened. *apido.* Id.—9 Edd. ante Vulcan. contra Mss. *denegaret.* Iisdem deest mox *satis.* Id.—1 Bened. *dignamque.* Statim *potuit* Har-

NOTÆ

[w] *Non modo auribus eum, verum etiam oculis signa dæmonis sui usurpasse*] Plutarch. libro περὶ τοῦ Σωκράτους Δαιμονίου. Socratem Genium suum neque oculis neque auribus usurpasse ait, sed valde probabile esse ejus monita neque visum fuisse, neque sonum, sed vocem sine sono, quæ ipsum intellectum eo quod significabat attingeret. Sicut in somniis quoque vox non est, sed orationum quarundam voces concipientes putant se loquentes audire.

[x] *Pythagoricos mirari oppido solitos, si quis se negaret, &c.*] Idem scribit Plutarch. in libello περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων.

erit Socrati obtingere, quem cuivis amplissimo[a] numini sapientiæ dignitas coæquarat?[3] Nihil enim est[4] Deo similius et gratius, quam vir animo perfecte[5] bonus, qui tam[6] hominibus ceteris antecellit, quam ipse a Diis immortalibus distat. Quin potius nos quoque Socratis exemplo et commemoratione erigimur? ac nos secundo studio philosophiæ paris,[7] similium numinum caventes[8] permittimus?[y] de quo quidem[9] nescio qua ratione dirapimur.[1] Et nihil æque miror,[z] quam cum omnes et cupiant[2] optime vivere, et sciant non alia re[3] quam animo vivi, nec fieri posse quin, ut optime vivas,[4] animus colendus[a] sit; tamen

jestas suæ Sapientiæ fecerat similem cuilibet perfectissimo Deo? Nam nihil est similius neque acceptius Deo, quam homo mente omnino probus: qui æque superat reliquos homines, ac ipse superatur a Diis immortalibus. Quare nos non extollimur potius exemplo, et mentione Socratis? et nos tradimus felici studio similis Philosophiæ, observantes ejusmodi Deos? a quo quidem studio non video qua de causa distrahamur: nec quicquam adeo demiror, quam quod cuncti, cum optent beatissime vivere, et noverint non alio pacto vivi quam mente, neque fieri posse quin mens exco-

lem. Bene. τῷ *obtingere* carent Edd. ante Vulcan. contra Mss. *Id.*—2 Brem. *amplifico.* Elmenhorstius.—3 Cantabr. pr. Edd. Vulc. Scal. *coæquaret.* Oud. —4 Edd. Vic. Bas. pr. Colv. *Est enim.* Id.—5 Bened. *perfecto.* Id.—6 Exulat a Cantabr. Voss. Bat. Edd. Vulc. Scal. Minus bene. *Id.*—7 Vid. Not. Var.—8 Al. *canentes prom.*—9 Cantabr. pr. *quid di.* Bened. q̊. Oud.—1 Florent. *Dei rapiamur.* Brem. *Diis rapimur.* Ald. et Rom. *disrapiamur.* Elmenhorstius. Bened. Voss. Harlem. Vulc. *Dei rapimur.* Edd. ante Vulcan. *disrapimur.* Sed vide Ind. Not. in 'dinoscere.' *Oud.*—2 Vid. Not. Var. —3 *Non alia re, &c. posse.* Leid. *non aliena re.* Elmenhorstius. Carent Edd. ante Vulcan. qui dedit *vivi quam animo* e Sarisb. contra Mss. ordinem. *Visi animo* Florent. *Oud.*—4 Ita recte alter Cujacianus: male ceteri, *quia optime vivas; quin si optime vivas.* Mercerus. Ita recte emendarat Colv. e Sarisb. et revocarunt Merc. et Flor. quorum codicibus accedunt duo Lindenbr. Bened. et Harlem. Vide Bondam. Spec. Anim. p. 60. In Edd. Vulc. Wow. pro *ut* est *si*, quomodo legas in Cantabr. A Leid. abest *ut.* Elmenh. et Scriv. ediderunt *quin optime vivas nisi* sine sensu. In Edd. vett. *quantum vi-*

NOTÆ

[y] *Ac nos secundo studio philosophiæ paris, similium numinum carentes permittimus*] Hanc germanam lectionem esse censet Scioppius, et 'caventes similium Numinum' dicit eos, qui, veriti conscientiam Genii sui, Philosophiæ studiis sese dedunt, utpote quæ sit virtutum indagatrix, expultrixque vitiorum.

[z] *Et nihil æque miror, &c.*] Hæc et sequentia laudantur a Joan. Salisberiensi, in Polycratico; unde emendata sunt a Colvio, quæ prius corrupta erant in vulgatis editionibus.

[a] *Quin, ut optime vivas, animus colendus*] Hæc lectio est Thuani codicis, optima. In vulgatis: *quin optime vivas, nisi animus, &c.* male.

animum[5] suum non colant. At, si qui[6] velit acriter cernere, oculi [698] curandi sunt, quibus cernitur: si velis perniciter currere, pedes curandi sunt, quibus curritur:[7] itidem[8] si pugillare valide velis,[9] brachia vegetanda[1] sunt,[b] quibus pugillatur. Similiter in omnibus ceteris membris, sua cuique cura pro studio[2] est. Quod cum omnes facile perspiciant,[3] nequeo satis mecum reputare, et, proinde[4] ut res est, admirari, cur non etiam animum suum ratione excolant. Quod quidem[5] ratio vivendi omnibus æque necessaria est; non ratio pingendi, nec ratio psallendi;[6] quas

lenda sit, ut beate vivas; nihilominus non excolant mentem. Sed, si quis cupiat perspicaciter videre, cura habenda est oculorum, quorum ope videtur: si cupias currere celeriter, cura habenda est pedum, quorum ope curritur: similiter si cupias strenue luctari, corroborandi sunt lacerti, quibus luctantur. Eadem ratione in cunctis aliis membris, curatio sua est unicuique vice studii. Quod cum universi facile videant, non possum satis recogitare apud me, et mirari prout res meretur, quare non excolant etiam suam mentem recta ratione. Quæ quidem ars vivendi est cunctis æqualiter necessaria, non autem ars pingendi, neque ars cantandi, quas qui-

vax. Oud.—5 Colv. e Sarisb. *tamen homines animum.* Sed contra Mss tos. Mallem alioquin *omnes:* ut præcedit. *Id.*—6 *At si quis, &c.* Pariter hiulca hæc omnia ante, et ulcerosa: *At si quis v. a. c. o. c. s. q. c. itidem si pugillare, vultus vel brachia velanda sunt, quibus pugillatur.* Etiam in Margarita poëtica hic locus ita legebatur, ut prius nobis e Polycratico restitutus erat. *Colv.* Bened. *si quod.* Voss. *si quid.* Cantabr. *si qui.* Recte. Vide ad Met. lib. I. p. 17. a. *Oud.*—7 *Si velis, &c. curritur.* Hæc male absunt a Romano codice. *Elmenh.* Mss. O. cum Sarisber. et Marg. Poët. hæc agnoscunt: unde bene invexit Colvius. Sic Cicero junxit lib. I. de Off. c. 30. 'velocitate ad cursum, viribus ad luctandum.' *Oud.*—8 Cantabr. Voss. *utidem.* Id.—9 Flor. et Leid. *valde.* Rom. et Aldus: *si pugillare, vultus et brachia.* Elmenhorstius. Prave Floridus contra Mss. et Edd. edidit *pugillari,* forsan quia lib. VI. Met. deponentialiter occurrit 'pugillatur.' Sed utrumque in usu. Pro sequentibus male Edd. ante Colv. *vultus vel.* Florent. Leid. Voss. Cantabr. uterque, Harlem. Edd. Merc. Cont. *valde.* Sed *valide* reliqui cum Sarisber. Rectius. Ser. Samm. vs. 349. 'Ubera fecundo valide lactantia suco:' sic lege e Mss. Voss. Reg. antiquissimis. Al. *valde,* vulgo *multum.* Oud.—1 Edd. vett. *velanda.* Est qui velit *validanda.* Frustra. *Id.*—2 Bened. *studiosa.* Id.—3 Vulg. *respiciant.* Colvius. nec non Bened. et Voss. *Oud.*—4 *Perinde.* Salisb. *providere.* Num *proinde?* Colvius. Vulc. cum seqq. *proinde.* Vide ad Met. lib. V. p. 342. a. Voss. *perinde.* Oud.—5 *Quæ quidem.* Ms. *quod quidem.* Placet, ut idem fere valeat, quod siquidem, quandoquidem. *Sciopp. in Symb.* Vulg. *quandoquidem.* Colvius. Rom. et Basil. 1. *quandoquidem.* Fulvii, *quod quidem.* Vide Scioppium. *Elmenh.* Non male Sciopp. *quod quidem.* Bened. *quæ quæso vivendi.* Oud.—6 Abest *ratio* a Bened. *Id.*—7 Ante erat editum,

NOTÆ

[b] *Brachia vegetanda sunt*] Scilicet exercitatione. Sidon. Apollinaris, lib. V. Epistolarum: 'Quantum membra torpore statarii laboris hebetata, cursu salubri vegetarentur.'

quivis bonus [7] vir sine ulla animi vituperatione, sine turpitudine, sine labe [8] contemserit. Nescio, ut [9] sibi Ismenias, tibiis canere; [c] sed non pudet me tibicinem non esse: [d] nescio, ut Apelles, coloribus [1] pingere, ut Lysippus fingere; [2 e] sed non pudet [f] me non esse significem: [3] et idem [4] in ceteris artibus, [5] ne omnes persequar, [6] licet tibi nescire,

libet vir probus spreverit absque vituperio mentis, absque probro, absque dedecore. Non valeo inflare tibias quemadmodum Ismenias; at me minime pudet quod non sim tibicen: non possum pingere coloribus quemadmodum Apelles, neque sculpere quemadmodum Lysippus; at nequaquam me pudet quod non sim statuarius: similiterque potes idem ignorare in reliquis artibus, ne attingam singulas, neque tamen te pudet

---

quisque bonus vir. Colvius. Edd. Colv. Wow. ut et Ms. Bened. et Sarisb. abest *vir.* Oud.—8 Salisb. *labore.* Colvius. Sic Rom. et Ald. in Florent. Leid. Brem. et Sarisber. legitur *labore.* Elmenhorstius. Prave quoque Voss. Bened. et Harlem. *labore.* 'Labes' est dedecus, infamia. Vide ad Met. lib. VI. p. 424. a. *Oud.*—9 Ante non minus mutila hæc: *Nescio ut Hismenias tibiis canere, ut Apelles pingere, ut Lysippus fingere: sed non pudet me non esse significum.* Colvius.—1 Non agnoscunt Edd. ante Colv. uncisque inclusit Scriv. quasi abundans. *Oud.*—2 *Ut Lys. fingere.* Hæc male delet Flor. Leid. *Elmenh.* Hæc verba deerant a libris nostris, et optimo quoque exemplari: addita ab iis qui significum nolebant dici de pictore. Ita enim libri omnes, *significum.* Et mox, *ne omnes persequar.* Pro *et idem,* melius esset, *itidem.* Recte primus et alter Cujacianus, *nec pudet. at enim vero:* male tertius cum vulgatis, *nec pudeat; enim vero.* Mercerus. Mercero probante, delevit Cont. uti desunt quoque in Harlem. Voss. Cantabr. utroque. Verum passim cum aliis auctoribus *Apellen* et *Lysippum* jungit Apuleius. *Oud.*—3 Cantabr. uterque, Vulc. Voss. Harlem. et alii. J. Sarisb. et Edd. ante Colv. ut et Merc. ac Cont. *significum.* Sed vide ad Met. lib. I. p. 92. b. *Id.*—4 Salisber. *Et item in cet. artib. si om. pers.* Unde scripserim, *Et item in ceteris artibus, ne omn. p.* Colvius. Bened. *et id.* Mercerus conjecit *itidem:* sed nil muto. *Oud.*—5 Edd. ante Colv. *ut c.* Vulc. cod. caret *artibus.* Id.—6 Al. *prosequar.*—

NOTÆ

[c] *Nescio, ut Ismenias, tibiis canere*] Ismenias ille Thebanus erat peritissimus tibicen: hujus extat dictum ἐμοὶ καὶ ταῖς μούσαις. 'mihi et Musis' supple *cano:* quod dictum et Augustus ad aliud transtulit, Tiberim ad exercitum proficiscentem alloquens, ut refert Sueton. in Tiberio: II. 'Vale, jucundissime Tiberi, et rem gere feliciter, ἐμοὶ καὶ ταῖς μούσαις στρατηγῶν.'

[d] *Sed non pudet me tibicinem non esse*] Huc facit quod de hoc Ismenia Plutarchus habet in Pericle: 'Ἀντισθένης ἀκούσας ὅτι σπουδαῖός ἐστιν αὐλη-τὴς Ἰσμηνίας, Ἀλλ' ἄνθρωπος (ἔφη) μοχθηρός. οὐ γὰρ ἂν οὕτω σπουδαῖος ἦν αὐλητής. 'Cum audisset Antisthenes Ismeniam optimum esse tibicinem, malus igitur vir est (inquit), nam non esset tam bonus tibicen.'

[e] *Ut Apelles pingere, ut Lysippus fingere*] De his ad Florida. Huc spectant hi Horatii versus de Alexandro, in Arte Poëtica: 'Edicto vetuit ne quis se præter Apellem Pingeret, aut alius Lysippo duceret æra Fortis Alexandri vultum simulantia,' &c.

[f] *Non* [*nec*] *pudet*] Sic Ms. Thuan.

nec pudet. At [7] enimvero dic sodes, nescio bene vivere, ut Socrates, [699] ut Plato, ut Pythagoras [8] vixerunt; nec pudet me nescire bene vivere: nunquam hoc dicere audebis. Sed cumprimis [9] mirandum est, quod ea, quæ minime videri volunt [1] nescire, discere tamen negligunt, et ejusdem artis disciplinam simul et ignorantiam detrectant.[2] Igitur quotidiana eorum æra dispungas; [4 g] invenies [5] in rationibus [6] multa prodige profusa, et in semet nihil: in sui dico dæmonis cultum; qui cultus nihil aliud [7] quam philosophiæ sacramentum est. Plane [8] quidem [9] villas opipare exstruunt,[1] et domos ditissime exornant, et familias numerosis-

ignorare. At dic, si audes, ignoro recte vivere sicut Socrates, sicut Plato, sicut Pythagoras vixerunt; nec me pudet quod ignorem recte vivere: nunquam sane audebis hoc dicere. Sed præcipue demirandum est, quod illa quæ nequaquam volunt credi ignorare, nihilominus non curant discere, et a se removere volunt eruditionem simul et inscitiam ejusdem artis. Ergo si expendas quotidianas eorum rationes, reperies in actis plurima consumta profuse, et nihil in seipsos, hoc est, in cultum sui Genii; qui cultus nihil est aliud nisi Arcanum Philosophiæ. Ædificant quidem villas prorsus magnifice, et condecorant suas ædes opulentissime, atque emunt quamplurimos

7 Sic recte Merc. e 2. Cujac. et Florid. e Thuan. quibus accedit Harlem. Verum ita jam ante ediderat Colv. et J. Sarisber. Reliqui *pudeat enim*. Oud.—8 Bened. *et P.* Id.—9 Sic Mss. O. et Edd. vett. cum Elm. Scriv. Flor. Male Colv. cum Vulc. Scal. Wow. Merc. Cout. hoc e Sarisb. mutavit in *inprimis:* qui potius hic erat corrigendus e Nostro: nam et illic *videri* prave omittitur. *Cum primis* ita alibi septies adhibet, cum Lucretio, Solino Ep. sec. ut est in Mss. et Ed. Salm. item c. 5. aliisque, noster Auctor. Vide Ind. *Id.*—1 Harlem. *velint.* Id.—2 Veteres edit. *decuritant:* posterior Basil. *decursitant.* Margarita Poët. *detractant.* Sequendam putavimus scripturam, quæ in Salisberiensi. *Colv.* Aldus *decurritant*, Rom. *decuritant*, quod non capio. *Elmenh.* Prave Edd. ante Colv. *decuritant* vel *decurritant*. Ed. Junt. *decursitant*. Oud.—4 Vid. N. Var.—5 Harlem. Voss. et Edd. ante Colv. præter Aldinam, *invenias:* quod eodem redit. Sarisb. *et invenies*. Oud.—6 Sic Mss. et Sarisb. cum Edd. Vulc. et seqq. Ante deerat τὸ *in*. Mox pro *nihil* male Edd. Ald. Junt. *vel*. Id.—7 *Non aliud*. Sic rursus Mss. et Sarisb. cum Colv. Scal. Wow. Reliquæ Edd. *nihil aliud*. Bas. addit *est*. Id.—8 *Plane, &c.* Usque ad *pudendum* exulant a Florent. *Platone* Bened. *Id.*—9 Recipiendum cum Wower. e Sarisb. *quidam*. Id.—1 Ms. Fulvii: *villas, oppida extruunt.* Restituam veram lectionem Apuleio: *Plane quidam villas, ut oppida, extruunt.* Wower. Sed id statim sequi-

NOTÆ

g *Igitur [Si] quotidiana eorum æra dispungas*] Id est, rationes, quibus continentur æra quotidie tum data tum accepta. Papinianus, De verborum significatione: 'Dispungere est conferre accepta et data.' Bremensis codex, teste Elmenhorst. habet: *si quotidiana eorum acta dispungas*, quod mihi valde probatur: idem quippe habent membranæ Thuanæ jam a me laudatæ sæpius. 'Acta quotidiana' rationes sunt Græcis, Ἐφημερίδες.

sime comparant; sed in istis omnibus, in tanta[2] affluentia rerum, nihil est præterquam ipse dominus pudendum:[3] nec injuria; cumulata enim habent, quæ sedulo percolunt, ipsi autem horridi,[4] indocti, incultique[5] circumeunt. Igitur illa spectes,[6] in quæ patrimonia sua profuderunt, amœnissima et exstructissima deprehendas:[7] villas[8] æmulas urbium conditas, domus[9] vice templorum[1] exornatas, familias numerosissimas et calamistratas,[2] opiparam supel-

servos; verum in his universis, et in tanta abundantia opum nihil est turpe, nisi ipse dominus. Et merito, nam habent ea, quibus ipsi egregie student, coaggerata; ipsi vero ambiunt ea hispidi, inornati, et ignari. Reperias ergo illas facies ædificiorum, in quas prodegerunt sua bona, gratissimas, optime ædificatas, et maxime condecoratas: exstructas villas, quæ cum urbibus contendant, ædes ornatas veluti fana, quamplurimos servos, eosque cincinnatos, lautam supellectilem, cuncta abundantia, cuncta

tur. Est nihil nisi aberratio librarii, qui et pro *opiparam supellectilem* mox ridicule dedit *opidorum supell.* Al. *opipere.* Sed *opipare* frequens est in Apuleio. Vid. Ind. *Oud.*—2 Abest *in* a Cantabr. Voss. Edd. Merc. Cout. *Id.*—3 *Nihil est indignum pr. ip. d. ædium.* Salisber. *Nihil est præterquam ipse dominus pudendum:* haud male, immo melius. *Colv.* *Nihil est præterquam ipse dominus pudendum.* Ita emendavi ex veteri codice, tametsi vetus lectio hoc pacto plenior videri posset; *nihil est præterquam ipse dominus ædium pudendum.* Vulcanius. Edd. vett. contra Mss. et Sarisber. *indignum præterq. ipse dom. ædium:* unde Lips. emendabat *indigum.* Oud.—4 Sarisb. *sordidi.* Elmenhorstius. Minus bene. *Oud.*—5 Sic Mss. et Sarisb. cum Edd. vett. A Vulcan. et seqq. est *inculti indoctique.* Id.—6 *Ædificiorum.* Ald. *ædificationum.* Salisberiensis scriptor neque hoc neque illud agnoscit. *Colv.* Ald. *ædificationum.* Brem. Ex. Bat. Flor. et Sarisb. expungunt τὸ *ædificiorum.* Elmenhorstius. *Illa spectes in quæ.* Vulgabatur, *illas ædificiorum species:* sed vox *ædificiorum* abest ab omnibus libris, et *species* esse corruptum ostendit quod in iisdem, *illa, in quæ, amœnissima, extructissima, ornatissima,* magno consensu scripta sunt: nec de ædificiis solum, sed aliis profusionibus hæc scripta esse ostendunt quæ sequuntur. Scripsi literulæ unius mutatione, *illa spectes.* Si, inquit, ea respicias in quæ patrimonia sua profundunt, deprehendas amænissima, &c. *Mercerus.* *Illas ædificiorum species.* Edd. Ald. Junt. *ædificationum.* Mirum est, in Florent. Brem. Leid. Harlem. Voss. Cantabr. utroque, et Mercer. non reperiri vocem *ædificiorum;* cum tamen J. Sarisb. item Mss. Mercer. Voss. Harlem. et Edd. ante Colv. pro *in quas* præbeant *in quæ* Bened. *qui.* Immo pro *amœnissimas et extructissimas* habent Florent. Voss. Cantabr. uterque Mercer. et Harlem. *amœnissima et extructissima.* Scio fœminino generi sæpe subjungi plurale neutrum, sed non ita, ut adjectivum alio genere, quam substantivum ponatur. Quare latere aliud quid videtur, emendandumque simpliciter cum Mercero *illa spectes, in quæ.* Oud.—7 *Et extrustissimas depreh.* Additur in Polycratico, *et extructissimas, et ornatissimas.* Colvius. Contra Mss. O. *et ornatissimas* temere e Sarisber. invexit Vulc. et seqq. retinuere. Merc. et Cout. *et exornatissima.* Delenda ego censeo. *Oud.*—8 *Aulas.* Malim jam ex Salisb. *villas.* Colvius. Edd. vett. *aulas:* male. *Oud.*—9 Ita hoc loco rursus Mss. O. et Edd. Vulc. Scal. Wow. Elm. Scriv. Merc. Cout. Vide ad Met. lib. IV. p. 265. a. Al. cum Sarisber. *domos.* Id.—1 *Vicem* lego et paululo post quoque, *Tantali vicem.* Brantius. Ed. Scriv. habet *vicem:* sed sine auctoritate Mss. ac Sarisber. Vide ad Met. lib. I. p. 46. b. *Oud.*—2 Edd. Vic. Bas. pr. non habent *et,* sed *calamistratis.* Id.—

lectilem,[3] omnia[4] affluentia, omnia opulentia,[5] omnia ornata, præter ipsum dominum;[h] qui solus, Tantali vice,[6 i] in suis divitiis inops, [700] egens,[7] pauper, non quidem fructum illum[8] fugitivum captat,[9] et fallacis undæ sitit,[1 k] sed veræ beatitudinis, id est,[2] secundæ[3] vitæ[l] et prudentiæ fortunatissimæ esurit et sitit.[4] Quippe non intelligit, æque divites[5] spectari solere, ut equos mercamur. Neque enim

locupletia, cuncta decorata, excepto ipso domino, qui unus adinstar Tantali in suis opibus pauper, indigus, egenus, non inhiat quidem huic fluvio fugaci, neque sitit illam vanam aquam, verum esurit et sitit veram felicitatem, hoc est, vitam et prudentiam beatissimam. Etenim non videt opulentos homines sic solitos considerari, quemadmodum emimus equos. Nam, quando mercamur equos, non spectamus pha-

3 Bened. *supellectibilem.* Id.—4 Male Edd. Scal. Elm. *omni.* Id.—5 *Omnia opulentia.* Absunt hæc a vulgatis, addita e Salisberiensi. *Colv.* Ita libri omnes, scilicet ab Opulens, non ab Opulentus: ut supra, 'qui fortunæ munere opulenti elatus.' Ita statim *fluentem* habes, non *fluentum*, ut in lib. de Mundo, 'illa flammarum fluenta divino separata discidio.' *Mercerus.* Desunt Edd. ante Colv. ut et Edd. quibusdam J. Sarisber. *Opulenta* Harlem. Leid. Bened. *Oppitulenta* Voss. Sed *opulens* passim Nostro. Vide supra hoc libro. *Oud.*—6 Rursus Ed. Scriv. cum Brantio *vicem.* Id.—7 Harlem. *suis d. i. egenus.* deleto *in.* Id.—8 *Fluentum illum.* In eodem Salisb. *fluentem illum.* Colvius. Rom. et Bas. *fluentum.* Exc. Bat. *flagitium*, inepte. *Elmenhorstius.* Mss. O. Sarisb. et Edd. Vulc. Scal. Merc. Cout. *fluentem*, sed alibi Noster *fluentum* ut supra cum reliquis. Vide ad Met. lib. vi. p. 121. Pric. In Bened. est *flue nullum f.* Male *ullum* dant Edd. ante Vulcan. In Harlem. et Leid. mire exaratur *fl. illum flagitium fugit.* Vide mox. *Oud.* V. Cl. Lennepius me monuit legendum esse *non quidem fructum illum:* ut habeat *esurit*, quo referatur: quam quidem conjecturam adeo veram puto, ut audacter eam recipere non dubitaverim. *J. Bosscha.*—9 Bened. *capte.* Oud.—1 Al. *sitim.* Vid. Not. Var.—2 Edd. Vic. Bas. pr. Junt. Colv. *et.* Ald. *et in.* Male. Vide ad Met. lib. i. p. 42. b. *Oud.*—3 Al. *sinceræ.*—4 Sarisb. *sitit et esurit.* melius. *Oud.*—5 Ita Mss. et Sarisb. Ante Vulcan. edebatur *homines æque.* Id.

NOTÆ

[h] *Omnia ornata, præter ipsum dominum*] Talis erat dives ille in quem spuit Diogenes, causatus, præter ipsum, nihil se in ejus ædibus sordidi loci reperire quo posset spuere: rem narrat Galenus, in Exhortatione ad artes.

[i] *Tantali vice*] Horatius, Satira 1. lib. i. 'Tantalus a labris sitiens fugientia captat Flumina,' &c. Ad quem locum respexisse videtur Noster, cum dicit, 'non quidem fluentum illum fugitivum captat:' ubi etiam obiter observa *illum* neutro genere pro *illud*, nisi mendum subsit.

[k] *Et fallacis undæ sitit, &c.*] Sic lege, non *sitim*, quod est in vulgatis. Hanc emendationem eidem ignotæ manui debeo, de qua jam supra. 'Sitio' et 'esurio' cum genitivo, phrasis Græca est.

[l] *Id est, secundæ vitæ*] An alterius vitæ? an potius faustæ ac fortunatæ? Porro lectio hæc est Joan. Salisb. Romana editio habet, fortasse melius, *sinceræ vitæ.*

in emendis equis phaleras[6] consideramus, et baltei[7] polimina[8] [m] inspicimus, et ornatissimæ cervicis divitias contemplamur;[9] si ex argento et auro et gemmis monilia variæ gazæ[1] [n] dependent,[2] si plena artis ornamenta capiti[3] et collo circumjacent, si fræna cælata, si ephippia fucata, si cingula aurata[4] sint: sed istis omnibus exuviis amolitis,[5] equum ipsum nudum, et solum corpus ejus et animum contemplamur,[6] ut sit[7] ad speciem honestus, et ad cursuram[8] vegetus,[9] et ad vecturam[1] validus. Jam primum in corpore si sit

leras, neque polituras intuemur baltei, neque consideramus opes colli exornatissimi, an monilia pretii diversi ex auro et argento ac gemmis ex ipso pendeant; an ornamenta summa arte elaborata circumdent ejus caput ac cervices; an fræna sint cælata, an ephippia sint picta, an cingula sint deaurata: verum, remotis cunctis his spoliis, consideramus ipsum equum nudum, et solum ejus corpus, et vigorem animi: ut nempe sit decorus specie, animosus ad cursum, et robustus ad vehendum. Ac

—6 Bened. *sctas.* Harlem. Voss. et Edd. aliquot *fal.* Id.—7 Ascripsit Scriv. *balteorum.* Id.—8 Rom. *polimiam.* Baptista Pius annot. poster. 194. *Polimitam*, sed nihil mutandum. *Elmenh.* Quia in Edd. Rom. Vic. Bas. pr. corrupte legebatur *polimiam*, hinc Pius tom. I. Thes. Crit. p. 571. conjecit *polymitam*, Lips. Epist. Quæst. II. 22. *politiam:* sed idem bene *polimina* probat, quod est in Mss. O. Edd. Ald. Junt. et Sarisber. *Oud.*—9 Ald. *contemplantur.* Id.—1 Vulg. *monilia vanæ gazæ.* Virgil. Æneid. VII. 'Aurea pectoribus demissa monilia pendent.' *Colv.* Rectius, quantum mea fert opinio, *variegata.* Brantius. Rom. *m. vanæ gazæ.* vane. Bene Brantius *m. variegata.* Elmenhorstius. *Variegata.* Ita recte monuerunt docti: fons erroris in primo et altero Cujacianis, in quibus, *variegaza.* Mox iidem docti recte, *si cingula;* cum in libris esset vel *singula*, vel, *si singula.* Mercerus.—2 Bened. *deprehendent.* Voss. *dependet.* Oud.—3 Cantabr. uterque Voss. Harlem. Edd. Merc. Cout. *capite.* Id.—4 Inepte Edd. ante Colv. *singula armata.* Vidit id jam Pius l. cit. et Colv. qui emendarunt *cingula aurata:* quos vide. atque ita Edd. Colv. Vulc. Scal. Wow. Sed Mss. *singula aurata.* scilicet optime Florent. cum Sarisber. dat *si cingula:* ut expressere jam Elmenh. et seqq. Pro *sint* Harlem. *sunt*, et mox *exubiis.* Id.—5 *Et amotis.* Hoc non erat in vulgatis ullis ante editionibus. *Colv.* Prave Var. Lect. Burm. Edd. Vulc. Scal. Wow. *amotis.* Colvius contra ex Sarisber. dederat *amolitis et amotis:* sed ultima vox prioris est glossa, et recte Mss. dant *amolitis*, de quo participio vide supra. *Oud.*—6 Cantabr. et Edd. ante Vulcan. *contuemur.* Voss. *contemur.* Alterum apud Sarisber. *Id.*—7 Edd. Ald. Junt. *ut si.* Id. —8 Margar. poët. *si ad cursuram.* Colvius. Alii *cursum.* Vegetius de re

NOTÆ

[m] *Baltei polimina*] Balteum in equo intelligo lorum pectorale, quod bullis auratis sæpe ornant.

[n] *Monilia variæ gazæ* [*variegata*] Sic restituit Brantius, ac sane bene. Vulgati habent, *monilia variæ gazæ:* quod minus arridet: cum præsertim jam dixerit 'ex argento, et auro, et gemmis,' adeo ut hoc *variæ gazæ* sit tantum inutilis priorum horum repetitio.

Argutumque caput,[o] brevis [2] alvus, obesaque terga,
Luxurietque [3] thoris animosum pectus honestis.[4]

Præterea, si duplex agitur per lumbos spina: [5] volo enim non modo perniciter, [701] verum etiam molliter [6] pervehat. Similiter igitur et [7] in hominibus contemplandis,[p] noli illa aliena existimare,[8] sed ipsum hominem penitus considera: ipsum, ut meum Socratem, pauperem specta.[9] [q] Aliena autem voco, quæ parentes pepererunt,[1] et quæ fortuna

primum an sit in ejus corpore Caput exile, et parvus venter, ac clunes præpingues, Et generosum ejus pectus abundet pulpis decoris. *Insuper, an spina duplex ducatur per lumbos: nam volo, ut non solum celeriter vehat, sed ut leniter quoque. Eadem ergo ratione, dum consideras homines, ne specta illa aliena, verum contemplare intime ipsum hominem: intuere ipsum inopem, veluti meum Socratem. Illa autem appello aliena, quæ genitores procreaverunt, et quæ Fortuna tribuit: quorum*

veterinaria lib. IV. cap. 4. eleganti vocabulo 'ambulaturam' vocat. *Elmenh.* Mss. plerique et Edd. Vulc. Scal. Wow. Merc. *et ad c.* sed copula abest Mss. Florent. Bened. et Sarisber. Porro perperam Vulc. Scal. cum Florido edidere *cursum* contra Mss. O. Sarisber. et Marg. Poët. Varro de Re Rust. cap. 7. 'equi idonei ad cursuram.' *Oud.*—9 Ascripsit Scriv. Al. *velox.* Statim pro *jam* Voss. *tum.* Id.—1 Abest τὸ *et* Ed. Colvii. *Id.*—2 *Et brevis.* Deest *et* in Florent. Voss. Cantabr. utroque Harlem. aliisque, item Sarisber. et Edd. ante Vulcan. item Merc. Cont. Quare scribe ut apud Virgil. Georg. III. vs. 80. 'Argutumque caput, brevis,' &c. *Id.*—3 Harlem. Voss. *luxuriatque,* ut Virg. sed hic præcedit *sit.* Id.—4 Al. *honesti.* Vid. N. Var.—5 Pro *spina* Bened. *spuma:* et pro *enim* Sarisb. *enimvero.* Oud.—6 Sic Mss. Florent. Voss. Cantabr. uterque, Harlem. Mercer. et alii, cum Edd. O. præter Var. Lect. Burm. Edd. Colv. Vulc. Scal. Wow. e Sarisber. *permolliter.* Id.—7 Ante Colv. *ergo et.* Abest *et* a Bened. *Id.*—8 *Æstimare.* Flor. et Leid. *existimare.* Elmenhorstius. Quibus accedunt Voss. Harlem. Mercer. Ed. Cont. Bene pro perpendere, considerare. Vide ad Cæsarem et ad Sueton. Cal. cap. 60. contra *æstimare* Mss. ubi vulgo *existimare* erat ante Salmas. apud Solin. p. 22. Scriv. ascripsit *non illa al. æstima.* Oud.—9 Al. *expecta.*—1 Ascripsit Scriv. Al. *dederunt.* Oudendorp.—2 Harlem. *admisces.* Id.—

NOTÆ

[o] *Argutum caput, &c.*] Desumti sunt hi versus ex lib. III. Georgic. Virgilii, ubi egregiam generosi equi descriptionem vide.

[p] *Similiter igitur et in hominibus contemplandis, &c.*] Macrob. Saturnal. lib. I. cap. 11. 'Quemadmodum stultus est qui emturus equum non ipsum inspicit, sed stratum ejus ac frænos, sic stultissimus est, qui hominem aut ex veste, aut ex conditione, quæ, modo vestis, nobis circumdata est, æstimandum putat.'

[q] *Ipsum, ut meum Socratem, pauperem specta*] Socrates ipse, in Apologia sua apud Platonem, judicibus suis affirmat se nullam documentorum monitorumque suorum mercedem exegisse aut petisse, cujus rei maximum argumentum affert suam paupertatem.

largita est, quorum nihil laudibus Socratis mei admisceo :[2] nullam generositatem, nullam prosapiam, nullos longos natales, nullas invidiosas divitias. Hæc enim cuncta, ut dico,[3] aliena sunt. Sat e Protaonio gloria est, qui talis fuit,[r] ut nepotem ejus[4] non puderet. Igitur[5] omnia similiter aliena numeres licebit. Generosus est ; parentes laudas. Dives est ;[6] non credo[7] fortunæ. Nec magis ista dinumero.[8] Validus est ; ægritudine fatigabitur. Pernix[9] est ; abibit[1] in senectutem. Formosus est ; expecta paulisper, et non erit. At enim bonis artibus doctus et apprime est eruditus, et, quantum licet homini, sapiens, et boni consultus ;[2] tandem aliquando ipsum virum[3] laudas. Hoc enim nec a patre[4] hæreditarium est, nec casu pendu-

nihil insero encomiis mei Socratis : nullam nobilitatem, nullam stirpem, nullas prolixas series avorum, nullas opes obnoxias invidiæ. Nam ea omnia sunt aliena, ut aio. Cum dicis, fili Prothanii, est ipsius laus, qui hujusmodi fuit, ut non esset dedecori suo nepoti. Poteris ergo itidem recensere omnia aliena : si dicas, est nobilis ; prædicas ejus parentes : si dicas est locuples ; non fido Fortunæ. Neque potius accenseo hæc bonis. Si est robustus ; frangetur morbo : si est celer cursu ; deveniet ad senium : si est pulcher ; mane tantisper, et non erit amplius. Verum, inquis, instructus est, et optime excultus bonis disciplinis, et prudens est quantum homo potest esse, et gnarus boni. Jam demum laudas virum ipsum : nam hoc neque re-

3 Edd. ante Scalig. seu Vulc. Ed. sec. *dixi* contra Mss. et Sarisb. *Id.*—4 *Ejus nepotem.* Edd. quædam *nepotem ejus.* Id.—5 J. Sarisb. *ergo.* Id.—6 *Est...est.* Harlem. non male *es...es.* Id.—7 Scriv. ascripsit : *ne crede.* Id.—8 Vulgati libri, *nec magis ista demiror.* Illud, *nec*, jam non sustulerim. *Colv.* Aldus et Rom. *nec magis ista demiror.* Brem. et Sarisb. *nec magis ista denumero.* Elmenh. Vocula *nec* abest ab Edd. Colv.* Scal. Wow. Scriv. neque habent Mss. præter Bremens. uti nec Edd. quædam J. Sarisb. neque opus videtur, si modo per interrogationem legas. Heins. Advers. p. 114. legit *nec gazis ista adnumero. Dinumero* est in Mss. O. et Sarisb. cum Colv. Vulc. Wow. Scriv. Merc. Cout. *Demiror* in Edd. prioribus. *Adnumero* Scal. Elm. Flor. Deficit autem hic collatio Codd. Cantabrig. *Oud.*—9 Al. *juvenis* teste Scriverio. *Id.*—1 Harlem. Voss. *abit* : hinc Salm. ad Solin. p. 706. *ibit*, quod eodem redit. Vide ad Flor. II. 4. et Liv. II. 46. aliosque. *Id.*—2 Excerp. Bat. *consolatus* : male. *Elmenh.* Harlem. *consolatus.* Leid. *consulatus.* Oud.—3 Edd. quædam Sarisber. *jure.* Id.—4 Exc. Bat. *a parte*, inepte. *Elmenh.* Harlem. Voss. *ne a. p.*

NOTÆ

[r] *Sat e* [*Sate*] *Protaonio gloria est, qui talis fuit, &c.*] Omissam arbitror vocem *ejus*, aut similem post hæc verba *gloria est*. Supplevi illam. Ms. Thuanus habet *Prothaonis*, ut etiam legisse se in quibusdam veteribus codicibus Theodorus Cantarus ait in notis ad lib. II. Arnobii contra gentes, qui inde *Prothonio* se legere malle ait, nescio quo fundamento nixus.

lum, nec a suffragio anniculum,[5 s] nec [702] a corpore caducum, nec ab ætate mutabile. Hæc omnia[6] meus Socrates habuit, et ideo[7] cetera habere contemsit. Quin ergo[8] et tu ad studium sapientiæ te ingeris vel propere? saltem[9] ut nihil alienum in laudibus tuis audias: sed ut, qui te volet nobilitare, laudet, ut Accius[1] Ulixen[2] laudavit in Philocteta[3] suo,[t] in ejus Tragœdiæ[4] principio:

> Inclyte, parva prodite patria,[u]
> Nomine celebri, claroque potens
> Pectore, Achivis classibus auctor,[5 w]
> Gravis Dardanis[6] gentibus ultor,[x]
> Laërtiade.

Novissime patrem memorat. Ceterum omnes laudes ejus

lictum est ipsi a patre, neque dependet a Fortuna, neque collatum est in annum suffragiis populi, neque fluxum est, ut pendeat a corpore, neque potest immutari senio. Meus Socrates possedit ista omnia, propterea que neglexit possidere alia. Quare igitur non te inducis ad studium Sapientiæ? aut certe quamprimum id das operam, ut nihil audias extraneum in tuis præconiis: verum, ut quisquis aggredietur te laudare, eodem modo te celebret, quo Accius celebravit Ulyssem in suo Philocteta, initio Tragœdiæ illius: O illustris vir, oriunde ex angusta patria, Inclyto nomine, et valens insigni Animo: qui fuisti suasor belli navibus Graiis Vindex exitiabilis populis Trojanis, Fili Laërtæ. *Ultimo loco mentionem facit parentis. Porro*

Leid. *a parte.* Oud.—5 Vid. Not. Var.—6 Ascripsit Scriv. *hoc unum.* Oud.—7 Edd. ante Colv. *omnino.* Al. *immo* teste Scriv. unde facit *in uno.* Id.—8 Harlem. *cum igitur.* Voss. *q. igitur.* Id.—9 Vid. Not. Var.—1 Al. *Attius.*—2 Sic lege cum Mss. et Edd. vett. non *Ulyssem.* Oud.—3 Male Edd. primæ *philotheta* vel *philoteca* ut apud Sarisber. *Id.*—4 Sarisb. et Ed. Colv. *primo ejusdem tr.* contra Mss. *Id.*—5 Al. *ductor.*—6 Al. *Dardaniis.*—7 Harlem.

NOTÆ

s *Nec a suffragio anniculum*] Annuum, quales erant Magistratus Romani omnes, exceptis Censoribus, qui erant quinquennales.

t *Ut Accius Ulixen laudavit in Philocteta suo*] Extant et alia ejusdem Lucii Accii fragmenta sub hujus Comœdiæ nomine, inter quæ miror hos versus ab Apuleio laudatos non esse relatos.

u *Parva prodite patria*] Ithaca parva insula in mari Ionio.

w *Achivis classibus auctor*] Bene. Sic Ms. Thuan. et editio Elmenhorstii. Scriver. *ductor.* Non tantum in Aulide obsessos adversa tempestate, et ab incepto jam desistere cogitantes præ tædio Græcos in suscepto oppugnandæ Trojæ consilio Ulysses confirmavit, verum et post, nono obsidionis anno, Agamemnoni fugam turpem suadenti fortiter obstitit.

x *Gravis Dardanis gentibus ultor*] Vindex opprobrii, raptu Helenæ, toti Græco nomini illati.

viri audistis.7 Nihil inde 8 nec Laërtes sibi,9 nec Anticlea,1 nec Arcesius [y] vindicat.2 Hæc 3 tota, ut vides, laudis hujus propria Ulixi 4 possessio est. Nec aliud te 5 [703] in eodem Ulixe Homerus docet, qui semper ei comitem voluit esse prudentiam: quam poëtico ritu Minervam nuncupavit. Igitur, hac eadem comitante,6 omnia horrenda subiit, omnia adversa superavit. Quippe, ea adjutrice, Cyclopis specus introivit,7 sed egressus est: [z] Solis boves vidit, sed abstinuit: 8 [a] ad Inferos demeavit,[b] sed ascen-

audivistis omnia præconia illius viri: nihil ex his sumunt neque Laërtes, neque Anticlea, neque Acrisius. Nam tota possessio hujus encomii, ut cernis, peculiariter pertinet ad Ulyssem. Neque tibi ostendit aliud in eodem Ulysse Homerus, qui addidit semper ei comitem Prudentiam, quam appellavit Palladem more poëtico. Ergo stipatus eadem hac prudentia exposuit se omnibus horrendis periculis, vicit omnes adversitates. Nam ingressus est speluncam Cyclopis; verum exivit ex ea: conspexit boves Solis; verum sibi temperavit ab iis violandis: descendit ad Tartara;

Voss. *audisti* cum Sarisber. et Edd. Vic. Ald. Junt. Merc. Cout. et ita præcessit 'tute ingeris' et sequitur 'te docet.' Sed et sæpe habuimus 'vos' et 'vester.' Vide de numeri variatione ad Met. lib. I. p. 9. b. et 'te' notat unumquemque vestrum. *Oud.*—8 Edd. ante Colv. *mihi.* Id.—9 Edd. ante Vulcan. male carent. Eleganter ad rem Cicero, ex quo hunc locum sumsit Apuleius, cap. 2. pro Marcello: 'Maximam vero partem Fortuna sibi vindicat, &c. Nihil sibi ex ista laude,' &c. *Id.*—1 Voss. Harlem. Edd. ante Colv. *Anticlia.* Id.—2 Vulg. *N. artissimus vendicat.* Vid. Not. Var.—3 *Hæc enim.* Florent. Harlem. Sarisber. Edd. Merc. Cout. non agnoscunt particulam *enim.* Rectius et robustius. Sic ibidem Cicero, 'Tibi cedit, tuam esse totam et propriam fatetur:' non *tibi enim cedit.* Voss. *hæc nec t.* Oud.—4 Male Edd. Ald. Junt. *Ulyxis.* Id.—5 *Scilicet quam qualis esse debeas.* Hæc verba inepte hic infercit Vulcanius. *Elmenh.* Post *nec aliud te.* Nempe in Ed. Vulc. sec. seu Scal. contra Mss. et Edd. ac Sarisber. *Oud.*—6 *Comite.* Colv. e Sarisber. *comitante*: atque ita Florent. Putean. Harlem. et *comitate* Voss. quare id etiam præfero. Statim rursus *sapientia comitante* Mss. Brem. Harlem. Leid. Sarisb. et Colv. Vulgo et illic *comite.* Id.—7 Edd. Vic. Bas. Sarisb. *introiit.* Harlem. Edd. Ald. Junt. *introit.* Id.—8 Edd. ante Colv. *et*

NOTÆ

[y] *Nec Laërtes sibi, nec Anticlea, nec Arcesius* [*Acrisius*] Pater, Mater, et Avus. Ipse Ulysses apud Ovid. lib. XIII. Metamorph. 'Nam mihi Laërtes pater est, Acrisius illi, Jupiter huic.' Fuit et alter Acrisius Danaës pater. Porro tradunt Anticleam, cum duceretur ad Laërtæ nuptias, vel, ut alii volunt, cum jam nupsisset, et ad Oraculum pergeret consultura, a Sisypho latrone Æoli filio captam stupratamque fuisse: multique existimant ex eo concubitu conceptum Ulyssem. Certe exprobrat ipsi Ajax apud Ovid. lib. XIII. quod sit 'sanguine cretus Sisyphio.'

[z] *Cyclopis specus introivit, sed egressus est*] Vide Odyss. lib. IX.

[a] *Solis boves vidit, sed abstinuit*] Odyss. lib. XII.

[b] *Ad Inferos demeavit*] Circes jussu. Odyss. lib. XI.

dit.[9] [c] Eadem sapientia comitante, Scyllam præternavigavit, nec ereptus est:[1] Charybdi conseptus[2] est,[d] nec retentus est: Circæ[3] poculum bibit, nec mutatus est:[e] ad Lotophagos[4] accessit, nec remansit:[f] Sirenas[5] audiit,[6] [g] nec accessit.

sed remearit: stipatus eadem prudentia transivit Scyllam; neque absorptus est: circumventus est Charybdi; neque detentus est ea: hausit pateram Circes; neque transformatus est: venit ad Lotophagos; neque immoratus est apud eos: audivit Sirenas; neque eas adiit.

abst. Id.—9 Alii *abscessit.* Elmenhorstius. Harlem. Florent. Voss. Edd. O. præter Colv. Scalig. Wower. Mercer. Coutur. *et*, male. *Oud.*—1 Sic quidem Mss. 2. Lindenbrog. et Sarisb. cum Edd. Vulc. et seqq. quod Latinum esse non puto. Hinc melius ceteri Mss. et Edd. vett. *abreptus* a Scylla: passim 'abripi vento,' 'tempestate,' 'fluctibus' dicimur. Ms. Harlem. *et ereptus est.* An *nec dereptus est?* Id.—2 Al. *conspectus.*—3 Voss. Edd. Vic. Bas. *Circe*, pro *Circæ*, ut edidere recte Merc. et Cout. Vide ad Met. lib. II. p. 96. *Oud.*—4 Edd. vett. male *Loophagos.* Id.—5 Sic Voss. Edd. Merc. Cout. vere. Vulgo *Sirenes.* Vide infra de dogm. Plat. p. 585. *Id.*—6 *Audivit.* Bene Harlem. Voss. et Edd. ante Colv. ac Merc. Cout. *audiit:* vitiose in Sarisber. *adiit.* Ceterum huic libello, sive Orationi verius, deesse quædam videntur Scriverio, nec non mihi. *Id.*

NOTÆ

[c] *Sed [et] ascendit*] Odyss. XII.

[d] *Scyllam, &c. Charybdi conseptus est*] Eodem libro XII. Odyss.

[e] *Circæ [Circes] poculum bibit, nec mutatus est*] Pharmaco Moly a Mercurio accepto præmunitus. Odyss. X.

[f] *Ad Lotophagos accessit, &c. nec remansit*] Odyss. IX.

[g] *Sirenas audiit [Sirenes audivit, &c.]* Odyss. XII.

APULEII MADAURENSIS

DE

DOGMATE PLATONIS

LIBRI TRES.

INDEX CODD. MSS.

Usui fuere Mss. Florentinus, Putean. Leid. Vulcanii, Fulv. Harlem. Bened. Thuan. et Vossian. de quibus vide ad initium libri de Deo Socr. J. *Bosscha*.

APULEII[1] MADAURENSIS

DE

DOGMATE PLATONIS

LIBER PRIMUS,

SIVE

DE PHILOSOPHIA NATURALI.[2]

[566] PLATONI habitudo corporis [a] cognomentum dedit.

Habitus corporis tribuit cognomen Platoni. Appellatus enim fuit ante Aris-

1 Quod in Edd. additur *Platonici*, abest a Mss. nonnullis. Adi ad Metam. titulum. Harl. *Platonis discipuli.* Oud.—2 Variis hic liber insignitur titulis. Aldus dedit *Vita, instituta, dogmata Platonis per Apuleium.* Mss. Harl. et Vulc. *de Platone et ejus dogmate liber incipit.* Florent. LUCII APULEII *de habitudine, doctrina et nativitate Platonis Philosophi*, non ut putat ediditque Elmenh. *doctrinarum* cum Florido. Is autem mihi non verus videtur et modo fictus ex primo libri argumento. Magis placeret mihi *de Platonis doctrina*, vel, ut Scriv. et alii, *de Philosophia.* Agit enim in hoc et duobus seqq. libris de Platonis doctrina, distincta in Philosophiam Naturalem, Moralem et Rationalem sive περὶ ἑρμηνείας, ut docet liquido Is. Casaubon. ad Apolog. init. Quare talem ego concepi titulum *de dogmate Platonis lib. I. sive de Philosophia Naturali:* tum *de dogmate Platonis lib. II. sive de Phil. Morali, &c.* Vicentius Beluac. Spec. Hist. l. IV. c. 7. vocat *de vita et moribus Socratis.* Porro vario ordine quoque hi libri editi et scripti sunt. Prætuli ego hunc ordinem, quia mihi a vero non dissimile videtur, Auctorem hunc ordinem servasse pro ætate illorum philosophorum Socratis, de cujus *Deo* jam egit, Platonis, cujus dogmata jam recenset, Aristotelis, cujus librum de mundo vertit. Alioquin maxime inclinarem in dispositionem Vulcanii et Scaligeri, qui librum *de*

NOTÆ

De Dogmate Platonis [*De habitudine doctrinarum Platonis Philosophi*] Titulum hunc his Apuleii Opusculis asseruit Elmenhorstius ex membranis Florentinis et Leidensibus. Vulgo inscribuntur *De Dogmate Platonis.*

[a] *Platoni habitudo corporis, &c.*] Laërt. in ejus vita: Ἐγυμνάσατο δὲ παρὰ

Namque Aristocles[3] prius est[4] nominatus. Ariston ei fuisse[5] pater dictus est.[b] Ceterum Perictione,[c] Glauci filia, mater fuit: et de utroque nobilitas satis clara. Nam Ariston[6] pater, per Codrum, ab ipso Neptuno originem duxit: ab Solone[7] sapientissimo, qui legum Atticarum fundator fuit, maternus derivatus est sanguis. Sunt, qui Platonem augustiore conceptu[d] prosatum dicant,[8] cum quædam[9]

tocles. Proditum est patrem fuisse ipsi Aristonem. Porro Perictione filia Glauci fuit mater ejus: et nobilitas ejus fuit valde inclyta ex parte amborum. Pater enim Ariston traxit genus ab ipso Neptuno per Codrum: origo materna deducta est a Solone prudentissimo, qui fuit institutor legum Atticarum. Aliqui memorant Platonem fuisse genitum conceptione venerabiliori, cum quoddam

* * * * * * * * * * * *

mundo præponunt, et hunc vocant *Lib. secundum Philosophicorum*, tum *de Philosophia Morali, &c.* Et sane sic clare Ms. Florentinus, qui non habet librum περὶ ἑρμηνείας, uti nec Edd. vett. et Junt. post. in qua hic *Liber primus* ponitur et vocatur; et tum *liber de mundo;* tunc: *de dogmate Platonis Liber tertius; secundus enim desideratus:* ridicule, et mirum Philomathem Pisanum non vidisse hunc et *de mundo* modo transpositos esse. Adhæc libros hos se invicem secutos fuisse et *de mundo* præponendum, videtur patere ex allocutione Auctoris ad *Faustinum*, qui est in libro *de mundo* et *de Phil. Morali:* nam si hic primus esset, allocutio videtur huic debuisse adesse. Alii *unum* vel *unicum* hunc librum vocant. Ex Mss. nihil certi elici potest, quorum pars hos, pars illos et incerto ordine tantum exhibent. Retineri titulum *de dogm. Platonis* non recusat Elmenh. in Add. *Oud.*—3 Alii *Aristoteles.*—4 Abest verbum Mss. Voss. Bened. et Edd. ante Elmenh. *Oud.*—5 Sic Ms. Florent. et Edd. ante Vulcan. qui cum Scaligero et Wower. male edidit *Et Ariston pater:* nam *ei* et *fuisse* agnoscunt Mss. mei, sed *ei* præponunt cum Edd. vett. Ceterum Ald. Junt. Colv. Scriv. habent *Aristo,* et mox Edd. fere omnes, ut 'Plato' et sexcenta similia τοῦ ο ex Græco ων. de quibus adi ad Met. l. vi. p. 413. b. Sed *Ariston* habent Mss. O. nisi quod in Bened. vitiose *Aristion.* Glossa est apud J. Sarisber. *Aristonis vel Aristidis.* Id.—6 Sic Mss. O. et Edd. vett. Ald. ac seqq. præter Elmenh. et Flor. *Aristo.* Id.—7 Harl. Voss. *a Solone.* Id.—8 Sic Voss. Harl. Leid. Bened. Edd. Vulc. Scal. Wow. Al. *dicunt.* Id.—9 Sic Edd. Vulc. Scal. Elm. &c. quo facit cod. Florent. *quidam.* An ergo multæ Apollinis sunt figurationes? Ego malim *quidem,* quod extat in Mss. reliquis et Edd. vett. item Wow. *Id.* *Quidem* placuit etiam Casau-

NOTÆ

Ἀρίστωνι τῷ Ἀργείῳ παλαιστῇ· ἀφ' οὗ καὶ Πλάτων, διὰ τὴν εὐεξίαν μετωνομάσθη, πρότερον Ἀριστοκλῆς ἀπὸ τοῦ πάππου καλούμενος ὄνομα. 'Exercitatusque est apud Aristonem Argium palæstritam, a quo et Plato propter egregium corporis habitum cognominatus est, cum prius Aristocles ex Avi nomine vocatus esset.' Πλάτων ergo a πλάτος latitudo.

[b] *Ariston ei fuisse pater dictus est, &c.*] Vide Laërtium in ejus vita, quem secutus hic est Apuleius in omnibus fere quæ de Platone refert.

[c] *Perictione*] Quæ et Potone etiam Laërtio dicitur.

[d] *Sunt, qui Platonem augustiore conceptu, &c.*] Speusippus nempe, Clearchus, et Anaxilides, qui, ut refert Laërtius, affirmant Athenis famam

Apollinis figuratio Perictiona se miscuisset.[1] Mense etiam, qui apud Atticos[e] Thargelion[2 f] dicitur, natus est: die, qua apud Delon[3 g] Latona fertur Apollinem Dianamque peperisse. Pridie Socraten genitum accepimus.[h]

simulacrum Apollinis rem habuisset cum Perictione. Natus etiam est mense qui appellatur Thargelion apud Athenienses: eodem die quo Latona dicitur enixa esse Apollinem et Dianam in Delo insula. Didicimus Socratem natum fuisse die præ-

bono ad Diog. Laërt. III. 2. sed omnino legendum *quædam*. J. Bosscha.—1 *Perictione se miscuisset.* Mss. Flor. Voss. Harl. Bened. et Edd. Elm. Scriv. *Perictioni.* perperam. In nominativo enim est Περικτιόνη *Perictione.* Sed malim *Perictiona* cum Casaubon. ad Diog. Laërt. § 2. cum ablativo sæpissime τὸ 'miscere' jungitur. Vide ad lib. III. Met. p. 219. 'inmixtum rore.' Minus bene Colv. Vulc. Flor. tacite dederunt *Perictionæ*. Oud.—2 Prave *Targius* Bened. *Thargion* Voss. *Thargilion* Edd. vett. vel Θαργιλιὼν per Iotacismum τοῦ η. Pejus in aliis *Targelion.* Gr. Θαργηλιών. *Id.* Vid. Not. Var.

NOTÆ

esse, Aristonem Perictionæ, cum esset speciosissima, vim inferre conatum esse: verum fuisse illius conatus irritos, vidisseque in somnis Apollinem, atque ex illo mundam a jugali copula, quoad pareret, uxorem servasse, quæ Platonem peperit.

[e] *Mense etiam, qui apud Atticos, &c.*] Idem habet Laërt. quem vide.

[f] *Thargelion*] Mensis hic Aprili nostro ferme respondet, Apollini sacer, cujus bonam partem conviviis et compotationibus insumere solebant: quin et Platonis sectatores ejus natalem quotannis eo mense celebrabant, ut patet ex Porphyrio, in vita Plotini, ubi dicit se carmen recitasse ἐν Πλατωνίοις, hoc est, 'festis Platonis.'

[g] *Apud Delon*] Insula est una ex Cycladibus.

[h] *Pridie Socraten genitum accepimus*] Barthius reponit *pari die*, male. Glossema hoc esse videtur Scaligero, perperam. Woweríus, quem sequitur Elmenhorst. ad hunc locum, sic habet: 'At Diogenes Laërtius Socratem eodem die natum tradit, quo Latona Apollinem peperit. Manifesta dissensio: quam non video quomodo componas, nisi scribas *pridie genitum accepimus.* Plato natus pridie ejus diei, quo Latona Apollinem Dianamque peperit. Delenda enim vox *Socratem*, quæ ex sequentibus irrepsit.' Sed fallitur Wowerius. Revera enim Socratem pridie natum illius diei, quo natus est Plato, Laërtius refert: hunc nempe septima, illum sexta die Thargelionis. Wowerium decepit, quod idem Laërtius habet, Dianam natam esse, quo die Socrates natus est, et Apollinem, quo die Plato. Videtur enim Laërtius contra vulgarem opinionem innuere, Dianam et Apollinem non eodem die natos, sed Dianam sexto, Apollinem vero septimo Thargelionis: quod et rectæ rationi non adversatur: sæpe enim fit ut gemellorum alter uno die, alter sequenti, aut etiam tardius nascatur. Porro, si cupiam dubium sit quod affero, adeat Laërtii loca, alterum de Socrate in vita ejus, et alterum de Platone in ejus vita. Noster a Laërtio in eo tantum differt, quod Apollinem et Dianam, communem opinionem secutus, eodem die natos putet, septimo nempe Thargelionis, quo die Plato natus est: cum Laërtius Dianam pridie natam, eodem

[567] Somnium etiam Socratis [1] scitum ferunt.[4] Nam vidisse sibi [5] visus est,[6] cygni pullum ex altari, quod in [7] Academia Cupidini consecratum est, volasse, et in ejus gremio residisse:[8] et postea olorem illum pennis cœlum petisse,[9] canore musico auditus hominum Deorumque mulcentem.[1] Cum hoc [2] Socrates in conventu [3] hominum referret, Ariston [4] Platonem puerum oblaturus Socrati magistro, commodum [5] prosequebatur. Quem ubi aspexit ille, ingeniumque [6] intimum de exteriore conspicatus est facie: Hic ille erat, amici, inquit, de Academia Cupidinis cygnus. Talis igitur, ac de talibus [7] Plato, non solum heroum virtutibus præstitit, verum etiam æquiparavit Divum potestatibus.[8] Nam Speusippus,[9] domesticis instructus do-

cedenti. Memoratur etiam egregium somnium Socratis. Visus enim sibi est conspexisse pullum oloris evolasse ex ara, quæ in Academia est sacra Cupidini, et consedisse in suo sinu: ac deinde illum Cygnum tetendisse alis in cœlum, delectantem aures hominum et Deorum cantu suavi. Socrate hoc narrante in cœtu hominum, ecce Aristo deducebat Platonem puerum ad offerendum eum magistro Socrati. Quem simul ac ipse vidit, ac cognovit ex specie exteriori ingenium intus reconditum; O amici, ait, hic ipse erat olor profectus ex Academia Cupidinis. Ergo Plato cum esset ejusmodi, et creatus ex ejusmodi parentibus, non modo superavit virtutes heroum, sed etiam æquavit potentias Deorum. Speusippus enim, qui didicerat hoc in

—3 Harl. Voss. *Delum.* Id.—4 Rom. edit. et Basil. 1. *s. circumferunt.* Membran. Leidens. et Basil. 2. *s. fertur.* Elmenhorstius. Sic Mss. O. et Edd. pleræque, nisi quod in Voss. sit *citum.* Abest hæc periodus ab Ed. Vicent. In Edd. usque ad Vulcan. *circumferunt.* Edd. Vulc. Scal. Wow. *scitum fertur.* Oud.—5 Non est in Excerptis Puteani. *Elmenh.*—6 Edd. ante Vulcan. *visum esse.* Voss. *visum est.* Oud.—7 Harl. *qui.* Pro *cupidini* Bened. *cupiditati*: male. Vide seqq. *Id.*—8 Al. *resedisse.*—9 Bened. *cœl. penitus pet.* Voss. *penitus c. p.* Ed. Scriv. *petiisse.* τῷ *auditus* caret Bened. sed habet *Deos hominesque.* Oud.—1 Liber scriptus: *demulcentem.* Tertullianus de anima: 'cygnus de sinu Socratis demulcens homines discipulus Plato.' *Wower.*—2 Addunt *ergo* Edd. ante Vulcan. *Oud.*—3 Edd. ante Vulcan. *in conventum*: nec male. *Id.*—4 *Ariston* Mss. et Edd. Aldina priores. *Aristo* reliquæ. *Id.*—5 Harl. Vulc. *commodo.* male. V. Ind. Not. *Id.*—6 Voss. *ingenuumque.* Pro *exteriori* Mss. O. *exteriore*, et *est* abest Edd. Vic. Junt. pr. Ald. Bas. *Id.*—7 Bened. *et de t.* Id.—8 Joan. Salisber. Nugar. curial. lib. VII. c. 5. qui multa de Platone scripta e Nostro hoc verbatim pæne transcripsit, legit, *æquiparavit Divum potestates.* Colvius. Sarisb. lib. VII. c. 5. 'æquiparasse dictus est Deorum potestates.' Florent. Basil. 1. et Rom. *æ. d. potestatibus.* Fulvii liber *æ. d. almum potestatibus.* Elmenhorstius. Singularis constructio

NOTÆ

scilicet die, quo Socrates natus est, existimet.

1 *Somnium etiam Socratis*] Vide Laërtium, in vita Platonis, pag. 189. edit. Henrici Stephani.

cumentis,[1] [k] et pueri[2] ejus acre in percipiendo ingenium,[3] et admirandæ verecundiæ indolem laudat: et pubescentis primitias[4] labore atque amore studendi imbutas refert: et in viro harum incrementa virtutum et ceterarum convenisse testatur. Ex iisdem genitoribus[l] Glaucus[5] et Adimantus[6] ei fratres[7] [m] fuerunt. Doctores[8] habuit in prima

sua familia, celebrat ingenium ejus pueri promtum in discendo, et mores admirabilis pudoris: et narrat prima tempora ejus adolescentiæ fuisse imbuta labore et cupiditate discendi: et affirmat augmenta harum virtutum et reliquarum in ipsum competisse cum vir esset. Fratres habuit Glauconem et Adimantum ex iisdem parentibus. Fuerunt ei magistri in primis elementis literarum Dionysius: in palæstra

est, ut 'æquiparare' neutraliter ponatur cum dativo. Hinc Vulc. et seqq. exhibuerunt *potestates* e J. Sarisber. sed contra Mss. certe 2. Lindenbr. Fulv. Harl. Vulc. Forsan ergo sumitur ut 'adæquare' neutraliter cum dativo: de quo adi ad Hirt. lib. VIII. c. 41. vide etiam Barth. lib. XXVII. Advers. c. 7. Septim. de B. Tr. II. 4. 'divinis patris virtutibus propriam gloriam æquiparaverat.' *Oud.*—9 Male Edd. Vulc. Scal. *pseusippus.* Id.—1 Voss. Harl. *dom. doc. instr.* Id.—2 Sic recte Elmenh. &c. cum Mss. O. Ante deerat *et.* Harl. *pueritiam.* An *pueri jam?* Id.—3 Sic hic locus correctus nobis e fide exscriptoris Salisberiensis. Vulgo passim *in aëre partiendo ingenium;* quod rectum fatebor et non tollendum, si quis me ejus rei ex aliquo veterum documento instruxerit. Sed etiam non aliter quam ut correximus legendum arbitratus est Th. Canterus vir humanissimus Var. Lect. lib. I. c. 13. *Colv.* Sic recte Florentinus. Sarisber. et Bas. 2. Canterus Var. Lect. lib. I. c. 13. *acre in partiendo.* Ald. Basil. et Rom. *a. in aëre partiendo.* Membranæ Leidenses *aëre impertiendo*: male. *Elmenh.* Sic optime Colv. emendavit e J. Sarisb. ut etiam ex ingenio Schefferus tom. V. Corp. Epist. p. 6. et Misc. Obs. vol. VIII. tom. III. p. 417. atque ita diserte extat in Mss. Florent. Harl. aliisque. Voss. *aëre in partiendo.* Absunt *in percipiendo* a Bened. *acre* legendum jam vidit quoque Th. Canter. Vulgo olim *in aëre partiendo:* quasi ageretur de Arithmetica, ut *aëra* celeriter bene *dispungere* didicerit, ut habuimus in fine de Deo Socratis. *Oud.*—4 Harl. Vulc. Sarisb. *pubescentes:* recte, ni fallor, quanquam Scheff. Obs. Misc. l. c. in Sarisb. corrigit *pubescentis.* Vide ad Met. lib. IV. p. 257. 'fortunas inquirebamus populares:' ubi vulgo *popularium.* Veget. lib. I. c. 4. 'incipientem pubertatem ad militiam cogendam:' ubi male variant Mss. sic de Mundo p. 731. Ed. Flor. *adolescens ætas.* Auson. passim 'puber ævum.' *Id.*—5 Vulg. *Glauco.*—6 Græcis 'Αδείμαντος. sed Mss. et Sarisb. *Adamantus.* Edd. vett. *Adimanthus.* Oud.—7 Male τὸ *ei* abest Edd. Vulc. Scal. Wow. contra Mss. O. *fratres ei* Edd. Elm. &c. *Id.*—8 Vulgo *doctorem.* Laërtius καὶ ἐπαιδεύθη μὲν γράμματα παρὰ Διονυσίῳ. *Elmenh.* Sic Mss. Florent. Putean. Voss. Harl. Bened. Sarisb. Edd. Elm. &c. vulgo *doctorem.* quod per se non malum. Cic. Tusc. Disp. V. 8. 'Auctore Aristone et Antiocho.' ubi Bentl. *auctoribus*: sed v. Wopkens.

NOTÆ

[k] *Nam Speusippus, domesticis instructus documentis*] Utpote qui Platonis esset ex sorore filius: genitus enim fuit Eurymedonte, et Potone Platonis sorore, ut Laërtius refert.

[l] *Ex iisdem genitoribus*] Aristone et Perictione.

[m] *Glaucus* [*Glauco*] *et Adimantus fratres*] Et soror Potone mater Speusippi.

literatura Dionysium: at[9] in palæstra Aristonem[1] Argis oriundum, tantosque progressus exercitatio [568] ei contulit,[2] ut Pythia[n] et Isthmia[o] de lucta certaverit.[3] [p] Picturæ non aspernatus artem. Tragœdiis[4] et dithyrambis se utilem finxit.[5] Jamque carminum confidentia elatus, certatorem[6] se profiteri cupiebat, nisi Socrates[q] humilitatem cupidinis[7] ex ejus mentibus[8] expulisset, et veræ laudis gloriam in ejus animum inserere[9] curasset. Et antea quidem Heracliti secta fuerat imbutus.[r] Verum cum se Socrati de-

vero Aristo Argivus, et adeo in ea profecit exercitio, ut contenderit lucta in ludis Pythicis et Isthmicis. Non neglexit artem pingendi. Formavit se idoneum scribendis Tragœdiis et Dithyrambis. Et jam inflatus fiducia suorum versuum, volebat profiteri nomen inter contendentes de illis, ni Socrates ejecisset ex ejus animo vilem illam cupiditatem: et induxisset in ejus mentem decus veræ gloriæ. Ac fuerat quidem prius instructus placitis Heracliti. Sed postquam se applicuit Socrati, non

Misc. Obs. vol. VIII. p. 50. Noster de Phil. Mor. p. 597. 'participes puerum et virum:' sic Mss. at Edd. vett. *participem*: de Mundo p. 716. e Mss. 'Scythicum et Hiberum freta.' *Oud.*—9 Non habet Sarisb. *aut* Voss. *Id.*—1 Ms. Vulc. male *Aristotenem.* Id.—2 Edd. ante Vulcan. *cont. ei.* Bened. *intulit.* Id.—3 Salisb. *ut Pythia luctando certamina vicerit.* Sed eleganter, Pythia et Isthmia certaverit. Græcismus est. Antipater: πυγμὴν ἐνίκα Νικοφῶν Ὀλύμπια. *Colv.* Vid. Not. Var.—4 Al. *tragœdis.*—5 Alii *fixit.* Elmenhorstius. Harl. Voss. Vulc. Bat. male *fixit.* Oud.—6 Al. *actorem.*—7 Flor. *aviditatem cupiditatis.* Saresb. *h. hujus cupidinis.* Elmenhorstius.—8 Eodem, *ab ejus animo.* Scribendum potius forte, *mente penitus*, pro, *mentibus*: quod compendiose *mē peitus*: unde nata, quæ vulgata, scriptura. *Colv.* Colvius non male *ex ejus mente penitus.* Elmenhorstius. Vide ad Met. lib. I. p. 48. b. Rarius certe 'mentes' de uno homine dicitur pro 'præcordiis.' Sanum tamen videtur: de Phil. Mor. p. 613. 'malitia seditionem mentibus parit, impediens incepta ejus.' Voss. *montibus.* Bened. *motibus.* Oud.—9 Saresb.

NOTÆ

[n] *Pythia*] Hi ludi in Apollinis honorem post devictum serpentem Pythona instituti, ut habet Ovid. lib. I. Metamorphos. peragebantur quinto quoque anno juxta Delphos, ut habet Strabo lib. IX.

[o] *Et Isthmia*] Ludi a Theseo instituti in Neptuni honorem, aut, ut quidam volunt, Palæmonis: celebrabantur in Isthmi Corinthiaci faucibus, unde Isthmici dicti.

[p] *De lucta* [*deluctata*] *certaverit*] Schickeradus habet *deluctaverit.* Saresberiensi *luctando certamina vicerit.*

[q] *Certatorem se profiteri* [*fieri*] *cupiebat, nisi Socrates, &c.*] Colvius ex Saresber. *actorem* magis probat, quam *certatorem*, quasi voluerit Plato actoris personam in theatro sustinere: at retinenda vulgata lectio. Laërtius: ἔπειτα μέντοι μέλλων ἀγωνιεῖσθαι τραγῳδίᾳ πρὸ τοῦ Διονυσιακοῦ θεάτρου, Σωκράτους ἀκούσας κατέφλεξε τὰ ποιήματα, &c. 'Demum, cum tragicum certamen esset initurus ante Dionysiacum Theatrum, audito Socrate, igni poëmata exussit.'

[r] *Et antea quidem Heracliti secta fuerat imbutus*] Laërtius non ante quam Socratem audiret, sed post

disset,[1] non solum ingenio atque doctrina ceteros Socraticos [2] vicit, verum etiam labore et elegantia illustravit sapientiam [s] ab eo sibi traditam: labore, quo eam asserere nisus est: elegantia, per quam venustate [3] et majestate verborum plurimum ei [4] adhibuit dignitatis. [569] Sed posteaquam [5] Socrates homines reliquit, quæsivit unde proficeret, et ad Pythagoræ disciplinam se contulit. Quam etsi ratione [6] diligenti et magnifica [7] instructam videbat,[8] rerum tamen continentiam [t] et castitatem magis cupiebat imitari.

tantum superavit reliquos Socraticos acumine, et scientia, verum etiam ornavit labore et elegantia Philosophiam quam ab ipso acceperat. Labore quidem quo visus est eam confirmare; elegantia vero per quam adjecit ei maximum decus lepore et dignitate verborum suorum. At postquam Socrates sublatus est e vivis, investigavit unde progressus faceret, et transivit ad sectam Pythagoricam. Quam licet animadverteret præditam esse accurata et splendida doctrina, nihilominus magis optabat æmulari eorum abstinentiam a rebus, et castitatem. Et, quia animadvertebat inge-

---

ei curasset ingerere. Elmenhorstius. Male. *Oud.*—1 Edd. ante Bas. *dedidisset:* solenni variatione. Vide ad Cæsar. B. G. II. 15. *Id.*—2 In manuscriptis et editis corrupte hic locus legitur, quem ex Saresb. ita restituas, censeo: *Verum cum se Socrati dedisset, non solum ingenio atque doctrina ceteros Socraticos vicit; sed etiam labore atque elegantia sapientiam illustravit, eique recta assertione sensuum, et majestate verborum plurimum adhibuit dignitatis.* Elmenhorstius. Voss. Bened. Harl. Vulc. *Socrat. ceteros.* Minus accurate Elmenh. &c. cum Sarisber. *sed etiam.* Mss. et Edd. O. vett. *verum etiam.* Oud.—3 Vid. Not. Var.—4 *Ei* carent Edd. ante Vulcan. *Oud.*—5 Excerpta Batavica, quæ municeps et amicus noster, ut et vir clarissimus Frid. Lindenbrogius nobiscum communicavit, legunt: *primo eam quam:* haud bene. *Elmenh.* Edd. Ald. Junt. *postquam.* Oud.—6 Acidal. ad Vellei. II. 28. *oratione.* Id.—7 Al. *magnidica.*—8 Abest Bened. *Oud.*—9 Bened. *quia P. i.* Lips. *quod Pytha-*

NOTÆ

ejus excessum, secta Heracliti fuisse imbutum Platonem refert, idque magistro Cratylo Heracliti discipulo. Fragmentum manuscriptum biblioth. Thuanæ a Domino Quesnel ejus tum bibliothecario mihi communicatum, in quo libri hujus pars continetur, et totus liber de Deo Socratis cum ultimo Floridorum fragmento, quod incipit: 'Qui me voluistis dicere ex tempore,' &c. hic habet *Heraclidis,* pro *Heracliti:* male: Platone enim recentior est Heraclides.

[s] *Verum [sed] etiam labore, et elegantia illustravit sapientiam, &c.*] Sic hic locus: *sed etiam labore atque elegantia sapientiam illustravit, eique recta assertione sensuum, et majestate verborum plurimum adhibuit dignitatis:* sensu nitidiore. At restituo ex fide Thuanarum membranarum: *sed etiam labore atque elegantia illustravit sapientiam ab eo sibi traditam: labore, quo asserere eam visus est:* (posset retineri *nisus est:*) *elegantia, per quam venustate, et majestate verborum plurimum ei adhibuit dignitatis:* quam lectionem expressi in Interpretatione.

[t] *Rerum tamen continentiam*] Notum Pythagoreos ab animalium esu-

Et, quod Pythagoreorum ingenium [9] adjutum aliis disciplinis [1] [u] sentiebat, ad Theodorum Cyrenas,† [w] ut Geometriam disceret,[2] est profectus: et astrologiam adusque Ægyptum ivit petitum,[3] ut inde prophetarum etiam ritus [4] addisceret. Et ad Italiam iterum venit, et Pythagoreos, Eurytum [5] Tarentinum, et seniorem Archytam [x] sectatus.[6] Atque ad Indos et Magos [7] intendisset animum, nisi eum bella tunc [8] vetuissent Asiatica.[9] [y] Quapropter inventa Parmenidæ [1]

nium Pythagoreorum subsidium habere ex aliis scientiis, ivit ad Theodorum Cyrenas, ut doceretur ab eo Geometriam: et ivit usque in Ægyptum comparatum Astrologiam, atque etiam ut ibi doceretur cærimonias vaticinatorum. Ac rursus Italiam petiit, et audivit Eurytum Tarentinum et Archytam seniorem Pythagoreos. Et adjecisset mentem ad petendos Indos et Magos, ni bella Asiæ tunc prohibuissent.

goream genium. Id.—1 Harl. *disc. al.* Id.—† Alii *Cyrenis.*—2 Bened. *discere.* Oud.—3 Harl. Vulc. Bened. Voss. *fuit.* Id.—4 Harl. *rit. etiam.* Abest *etiam* a Bened. *Id.*—5 Vid. Not. Var.—6 Edd. ante Colv. *sectatum.* Oudendorp.—7 Sarisber. *Medos Magos* e Var. Lect. *Idem.*—8 Harl. *tunc eum b.* Bened. Voss. *tunc et eum b.* Idem.—9 Polycratici scriptor: *Nisi eum procedere vetuissent bella Caletica.* Laërt. Διέγνω δὴ ὁ Πλάτων καὶ τοῖς μάγοις συμμίξαι· διὰ δὲ τοὺς τῆς Ἀσίας πολέμους ἀπέστη. *Colvius.* Florent. Leid. Excerpta Puteani et Batav. Rom. Fulv. Saresb. *Caletica* habuit. *Elmenh.* Bella scil. Cyri minoris cum fratre Artaxerxe: nam ut ait Laërt. διὰ τοὺς τῆς Ἀσίας πολέμους. Nihilominus aliud quid hic latere probant Mss. O. J. Sarisber. et Ed. Rom. habentes *Caletica*; quod quid sit non perspicio: non enim inde quis fingat *B. Asiæ calefacta.* Verosimilius latet nomen proprium, accuratius designans locum, ubi id bellum fuerit gestum; quare malim legere *Chaldæa* vel *Chaldaica.* Res enim gesta est circa Babylonem. V. Xenoph. Exp. Cyri p. 254. 262. Hic etiam *Magi* præ ceteris nobiles. In lib. de Mundo p. 740. 'Asiaticum regnum' in Mss. etiam corruptum est in *Atticum* vel *Acticum.* Oud.—1 Al. *Parmenidis.*—2 Non est in Florentinis. *Elmenh.*

NOTÆ

[u] *Quod Pythagoreorum ingenium adjutum aliis disciplinis*] Non ut Cynicorum, qui posthabitis naturali et rationali philosophia, uni morali, eique durissimæ atque impudentissimæ studebant: neque ut Epicureorum, qui naturalem quidem Philosophiam et moralem colebant, at respuebant Mathematicas disciplinas, et Logicam.

[w] *Ad Theodorum Cyrenas, &c.*] Idem habet Laërt. qui tamen Platonem ad Pythagoricos in Italiam prius ivisse tradit, ac postea profectum in Ægyptum ad Prophetas sacerdotesque.

[x] *Eurytum Tarentinum, et seniorem Archytam*] *Philolaum* atque *Eurythum* habet Laërtius.

[y] *Atque ad Indos et Magos, &c. nisi eum bella tunc vetuissent Asiatica*] Diogenes Laërt. διέγνω δὴ ὁ Πλάτων καὶ τοῖς μάγοις συμμίξαι· διὰ δὲ τοὺς τῆς Ἀσίας πολέμους ἀπέστη. 'decreverat Plato etiam congredi Magis, verum propter Asiæ bella proposito destitit.' Bella hæc videntur fuisse Cyri Junioris adversus Artaxerxem Mnemonem fratrem suum, a quo victus atque in acie cæsus est: aut Pharna-

ac Zenonis [z] studiosius executus, ita omnibus, quæ admirationi sunt singula,[2] suos libros explevit, ut primus tripartitam philosophiam copularit,[3] [570] sibique invicem necessarias partes, neque[4] pugnare inter se tantummodo, sed etiam mutuis adjuvare auxiliis ostenderit.[5] Nam quamvis de diversis officinis[6] hæc ei essent philosophiæ membra suscepta, naturalis ab Heracliteis,[7] intellectualis [a] a Pythagoreis, moralis ex ipso[8] Socratis fonte; unum tamen ex omnibus, et quasi proprii partus corpus effecit. Et[9] cum principes harum familiarum impolitas sententias et inchoatas [1] [b] auditoribus tradidissent, eas hic, cum ratione[2] limando, tum[3] ad orationis augustæ honestissimam spe-

Quare cum evolvisset diligentius reperta Parmenidis et Zenonis, sic refersit libros suos omnibus, quorum unumquodque est admirabile, ut ipse Princeps conjunxerit Philosophiam, quæ divisa erat in tres partes, et ostenderit partes illas sibi mutuo necessarias esse, neque solum eas non adversari sibi invicem, verum etiam præstare sibi subsidia reciproca. Licet enim hæ partes Philosophiæ essent ab eo desumtæ ex variis scholis, nimirum Naturalis ab Heracliteis, Intellectualis a Pythagoreis, Rationalis, et Moralis ex ipsa scaturigine Socratis; nihilominus conflavit unicum corpus ex omnibus, quod fuit veluti proprius ejus fœtus. Cumque auctores harum sectarum exhibuissent suis discipulis dogmata imperfecta, et tantum inchoata, hic reddidit ea perfecta et admiranda quoque, ea poliendo ratione, præcipue ornando ad de-

Male tamen uncis inclusere Elm. et Scriv. *Oud.*—3 Bened. Voss. Vulc. Edd. ante Colv. *copularet.* Id.—4 Bened. *non.* Ed. Ald. *nec.* Dissolvendum est *et ostenderit non pugnare.* Non opus enim est cum Casaub. at Laërt. III. § 18. statuere hic Græcismum, et *non* semel subintelligere, vel addere cum Scheffero Misc. Obs. vol. VIII. tom. III. p. 419. quod fieri deberet, si *neque* ejicias auctoritate Cod. Vossiani. *Id.*—5 Florent. Voss. Vulc. *ostenderet.* Id.—6 Forte melius τὸ *officinis* ejiciendum. *Toll.*—7 Vid. Not. Var.—8 Harl. Edd. Ald. Junt. post. Colv. *ab.* Abest Edd. Vic. Junt. pr. Bas. pr. *Oud.*—9 Exulat a Bened. et pro *principes* Edd. Junt. pr. Ald. *princeps.* Id.—1 Sic Mss. cum Vulcan. et seqq. Priores Edd. *incomtas.* Suet. in Claud. c. 3. 'nec absolutum a natura, sed tantum inchoatum.' *Id.*—2 Sic rursus bene Mss. et Edd. Vulc. ac seqq. Antea *oratione,* quo fit, ut bis idem diceretur. *Id.*—3 *Tum etiam.* Male hic τὸ *etiam* intrusit e sub cod. Vulc. quæ vocula mox sequitur. Abest a Mss. reliquis et Edd. prioribus rectius, quare deleatur. *Id.*

NOTÆ

bazi et Tissaphernis inter se, quos Asiæ Artaxerxes Mnemon præposuerat, quibus bellis finem imposuit Tissaphernes a Rege occisus. Floruit enim Plato circa illa tempora.

[z] *Ac Zenonis*] Eleatis, non autem Cittiei: hic enim post Platonis tempora floruit.

[a] *Naturalis ab Heracliteis, intellectualis, &c.*] Idem habet Laërt. in ejus vita. Ms. Thuan. *Naturalis a Pythagoreis Dialectica Rationalis atque Moralis ex ipso Socratis fonte.*

[b] *Inchoatas*] Colvius, *incomptas.*

ciem induendo,[4] [c] perfectas atque etiam admirabiles fecit. Multi auditorum [5] ejus [d] utriusque sexus [e] in philosophia floruerunt. Patrimonium in hortulo,[6] qui Academiæ junctus fuit, et in duobus ministris,[7] et in patera, qua [8] Diis supplicabat, reliquit. Auri [f] tantum, quantum puer nobilitatis insigne in auricula gestavit.[g] Ceterum tres ejus [9] ad Siciliam adventus mali quidam [1] carpunt, diversis opinionibus disserentes.[2] [571] Sed ille primo historiæ gratia, ut naturam Ætnæ, et incendia concavi montis intelligeret: secundo, petitu Dionysii,[h] ut Syracusanis assisteret, pro-

centissimam faciem sermonis majestate pleni. Plurimi ex ejus discipulis utriusque sexus clari fuerunt in Philosophia. Patrimonium, quod reliquit, fuit exiguus hortus, qui conterminus erat Academiæ, et duo famuli, ac crater quo libabat Diis. Nec plus auri reliquit, quam quantum gestavit in aure dum esset puer, quod erat nota ejus nobilitatis. Porro quidam maligni accusant tres ejus itiones in Siciliam, loquentes ex variis conjecturis. Verum ille primo ivit propter historiam naturalem, ut cognosceret naturam Ætnæ, et inflammationes montis illius cavi: secundo ivit accersitus a Dionysio, ut opitularetur Syracusanis, atque ut disceret leges urbium

—4 Alii, *inducendo.* Basil. Ald. et Rom. *deducendo.* Elmenhorstius. Sic Ms. unus Lindenbr. Fulv. Voss. Harl. et Vulc. cum Edd. Elm. &c. in Edd. prioribus est *deducendo.* Mss. Thuan. Bened. *inducendo:* de quo vide ad Met. l. v. p. 375. b. quod tamen hic non placet. *Oud.*—5 Bened. *auditores.* Id.—6 Harl. *ortulo.* Id.—7 Alii *ministeriis.*—8 Pro *qua* Bened. *que.* Oud.—9 Abest *ejus* a Bened. Voss. et Harl. *Id.*—1 Harl. Voss. *quidem.* Id.—2 *Differentes*

NOTÆ

[c] *Induendo*] Ms. Thuan. *inducendo.*

[d] *Multi auditorum ejus*] Quorum nomina vide apud Laërtium.

[e] *Utriusque sexus*] Inter Platonis auditores Laërtius mulieres duas recenset Lastheniam Mantineam, et Axiotheam Phliasiam.

[f] *Patrimonium in hortulo, &c. et in duobus ministris, et in patera reliquit. Auri, &c.*] Paulo plura tamen reliquisse probat ejus testamentum a Laërtio relatum, quo legat Adimanto filio suo fundum ἐν Ἡφαιστιάδων, et fundum ἐν Ἐροιάδων, (sic enim legendum monuit Casaubonus :) argenti minas tres, argenteam phialam drachmarum CLXV. cymbium drachmarum XLV. annulum aureum, et inaurem auream, ambo drachmas quatuor et tres obolos pendentia, præterea minas tres sibi ab Euclide Lapicida debitas, servos quatuor, supellectilem et vasa scripta, quorum haberet exemplar Demetrius.

[g] *Auri tantum, quantum puer nobilitatis insigne in auricula gestavit*] Ejusmodi inaures ea de causa ἐλευθέρια Græcis dicebantur, quasi dicas 'ingenuitatis signa.' Cur autem *in auricula* dicat non *in auribus*, disce ex Isidoro, Orig. lib. XIX. cap. 31. 'Inaures ab aurium foraminibus nuncupatæ, quibus pretiosa genera lapidum dependuntur. Harum usus in Græcia, puellæ utraque aure, pueri tantum dextra ferebant.'

[h] *Secundo, petitu Dionysii, &c.*] Non petitu Dionysii secundam profectio-

fectus est,[3] et ut municipales leges ejus [†] provinciæ addisceret:[4] tertius ejus adventus fugientem Dionem, impetrata a Dionysio venia, patriæ suæ reddidit.[i] Quæ autem consulta, quæ δόγματα [k] Græce licet dici, ad utilitatem hominum, vivendique [5] et intelligendi et loquendi rationem [l] extulerit, hinc ordiemur. Nam quoniam tres partes philosophiæ congruere inter se primus obtinuit,[6 m] nos quoque separatim dicemus de singulis, a naturali philosophia facientes exordium. Initia rerum esse tria arbitratur [7] Plato:[n]

illius provinciæ: tertio suo adventu restituit in patriam Dionem aufugientem, exorato Dionysio ut ei ignosceret. Hic vero incipiemus referre quænam placita (ea possunt Græce vocari δόγματα) ediderit ad commodum hominum, et ad rationem vivendi et intelligendi atque enuntiandi. Quia enim ipse primus affirmavit tres partes Philosophiæ convenire inter se, nos etiam disseremus de unaquaque seorsim, incipientes a Philosophia Naturali. Plato censebat esse tria principia rerum,

lego. *Brant.* Leid. et Rom. *dissentientes.* Elmenhorstius.—3 Exulat *est* ab Harl. et Voss. *Oud.*—† Voss. *ejus leges eus.* Id.—4 Vulgo, *disceret.* Elmenhorstius. Sic Elm. et seqq. e Florent. Reliqui Mss. cum Sarisber. *disceret.* L. Holsten. legit *leges ei provinciæ scisceret* ex Laërtio et Platone Ep. 3. 7. 8. Mox Bened. *ipsum Dionem fugientem.* Oud.—5 Excerpta Puteani et Batav. *videndique.* Elmenhorstius. Mss. præter Voss. *videndique* male. Pro *et loq.* Harl. Bened. Voss. *ac loq.* Oud.—6 Quidsi legas, *sobstinuit*, id est, *sustinuit?* Colvius. Prave: *obtinuit* enim notat, pro certo affirmavit et statuit. L. VII. Met. 'sed obtinuit alius:' init. Apol. 'certus equidem eram, proque vero obtinebam.' *Oud.*—7 Ms. Florent. et inde Elmenh. &c. dant *arbitrabatur*, ut Laërtius ἀπέφηνε § 69. Sed Mss. reliqui *arbitratur* retinent: et sic seqq. in præsenti *vocat* (ubi tamen Bened. habet *vocavit*) *pronunciat, commemorat, &c.*

NOTÆ

nem suscepisse Platonem scribit Laërt. sed contra ultro Dionysium Juniorem convenisse, postulasseque ab eo terram et homines, qui juxta constitutam a se rempublicam viverent; nec abfuisse suspicionem cum magno sui periculo Dioni et Theotæ persuadere tentasse, ut liberarent insulam.

[i] *Tertius ejus adventus fugientem Dionem, impetrata, a Dionysio venia, patriæ suæ reddidit*] Id tamen eum obtinere nequisse refert Laërtius, et infecto negotio ad patriam rediisse.

[k] *Consulta, quæ δόγματα*] 'Consulta' dicta sunt decreta Senatus, plebis vero 'scita,' at Philosophorum 'placita,' Græcis δόγματα, ἀπὸ τοῦ δοκεῖν, 'quod sic videantur.'

[l] *Vivendique et intelligendi et loquendi rationem*] Hoc est, placita tum Moralia, tum Physica, tum Logica, seu Dialectica.

[m] *Quoniam tres partes philosophiæ congruere inter se primus obtinuit*] Vide Laërt. in vita Platon. His tribus partibus accessit quarta ἡ μετὰ τὰ φυσικὰ, de qua multa Aristoteles.

[n] *Initia rerum esse tria arbitratur Plato, &c.*] Male ergo Laërt. ait eum posuisse duo omnino rerum principia, Deum et Materiam. Hunc Apuleii nostri locum muniunt Chalcid. in Plat. Timæum pag. 408. 'sunt initia

Deum, et Materiam, rerumque Formas, quas ἰδέας idem vocat, inabsolutas, [572] informes, nulla specie [8] nec qualitatis significatione distinctas. Sed hæc de Deo sentit,[o] quod [9] sit incorporeus. Is unus, ait, ἀπερίμετρος,[1] rerumque genitor, rerumque omnium exornator,[p] beatus et beatificus, optimus, nihil indigens, ipse conferens cuncta. Quem quidem cœlestem pronuntiat,[2] indictum, innominabilem, et ut ait [3] ipse, ἄῤῥητον, ἀκατωνόμαστον: [4] [q] cujus naturam invenire difficile est; si inventa sit, in multos eam enuntiari non

Deum, Materiam, et Formas rerum, quas ipse appellat Ideas, imperfectas, nondum formatas, nulla specie a se invicem distinctas, neque ullo charactere qualitatis. Verum hæc sunt quæ opinatur de Deo, eum corpore carere. Ille solus (inquit) immensus est, productor rerum, trahens ad se cuncta, felix et felices faciens, optimus, nullius rei egens, largiens ipse omnia. Quem affirmat quidem esse cœlestem, nulla dictione aut nomine designari posse: et esse, ut ipse dicit, indictum innominabilem: cujus difficile est cognoscere naturam: eamque, si sit cognita, non posse efferri in

quare *arbitratur* revocavi. *Id.*—8 Pro *speciei.* Vide Agel. lib. IX. cap. 14. *Brant.* *Nulla sp. nec.* Mss. Florent. Fulv. Voss. Bened. Harl. Edd. Elm. &c. quare id retinui. Alii *n. sp. vel* quo sensu *specie* foret Genitivus. Vide Brantium et nos supra. *Oud.*—9 Bened. *quia.* Ed. Junt. post. *incorporeus is unus, et, ut ait.* Id.—1 Flor. ἐπίμετρος *rerumque g.* Leid. ἀπίμετρος. Aldus, ἀπηρίμετρος. *Elmenh.* Harl. Leid. *apimetros.* Colv. Wow. *aperimetros.* Vide Haseum Hist. Crit. t. XIV. p. 185. *Oud.*—2 Sic bene Florent. Voss. Bened. Edd. Wow. Elm. &c. Al. *pronuntiant.* Id.—3 Abest *et* ab Ed. Ald. *Id.*—4 Flor. Fulvii liber, Excerpt. Puteani et Bas. 2. ἀόρατον, ἀδάμαστον. Aldus, οὐράνιον, ἀμύθητον καὶ ἄῤῥητον. *Elmenh.* Hæc finxerunt, ut videtur, primi editores, e præcedentibus vocibus 'indictum, innominabilem:' nam et hinc Aldus fecit addens *cœlestem* οὐράνιον, ἀμύθητον καὶ ἄῤῥητον. sine dubio, quia in illorum Codd. Græca non aderant. Si respicit Auctor præcedentia Latina, et ea ipsis Platonis verbis exprimere voluit, placeret magis ἄῤῥητον, ἀσώματον, i. e. indictum, incorporeum: sic enim sæpe Plato. Vide Laërt. et Cic. de Nat. De. l. I. c. 12. ubi Bouhier. legit ἀκατονόμαστον. Sed Mss. Florent. Fulv. Voss. Leid. Puteau. Bened. Harl. Vulc. Edd. Junt. post. Bas. sec. ἀόρατον, ἀδάμαστον, invisum, invictum: unde suspicor etiam Latinum *indictum* corruptum pro *invictum*, et Græcum ἄῤῥητον abiisse in ἀόρατον. Legendum ergo

NOTÆ

Deus et Sylva. (ὕλη materia) et Exemplum:' et Plutarchus de Placitis Philosophorum, lib. I. cap. 3. ubi ait has esse Socratis et Platonis de universo sententias, 'tria esse principia, Deum et Materiam et Ideam seu Exemplar,' quod Noster hic Formam vocat. De Ideis vide Platonis Parmenidem. Ms. Thuan. hic habet *arbitratur*, non *arbitrabatur*.

[o] *Sed hæc de Deo sentit*] Pleraque hæc e Platonis Timæo desumta sunt.

[p] *Omnium exornator* [*extortor*] Non violentus quidem, sed suavis, qui 'non necessitate, sed cupiditate ad se rapiat,' ut ex Platonis convivio colligitur: ad quod vide Marsilii Ficini commentarium.

[q] Ἄῤῥητον, ἀκατωνόμαστον] Id significant hæc vocabula, quod supra dixit

posse. Platonis [5] hæc verba sunt: θεὸν εὑρεῖν τε ἔργον,[r] εὑρόντα δὲ εἰς πολλοὺς ἐκφέρειν ἀδύνατον.[6] Materiam vero improcrea-
bilem [s] incorruptamque [7] commemorat, non ignem, neque
aquam, nec aliud de principiis et absolutis [8] elementis esse:
sed ex omnibus primam figurarum capacem,[9] factionique
subjectam:[t] adhuc rudem, et figurationis qualitate vidua-
tam, Deus artifex conformat universam.[1] Infinitam vero
idcirco, quod ei sit [2] interminata magnitudo. Nam quod
infinitum est, indistinctam [3] magnitudinis habet finem: at-
que ideo, cum viduata sit fine, infinibilis recte videri po-
test.[u] [573] Sed neque corpoream, neque sane [4] [w] incorpo-

plures. Hæc sunt verba Platonis, 'Deum et invenire difficile, et ab eo qui invenerit in multos efferri impossibile.' Ait vero Materiam esse ingenerabilem, et incorruptibilem, et eam non esse Ignem, neque Aquam, neque aliud ex Elementis, seu principiis perfectis: sed eam esse primam omnium aptam figurari, et elaborari: Deus fabricator configurat totam adhuc informem, et carentem charactere configurationis. Ideo autem ait eam esse infinitam, quia habet extensionem illimitatam. Quod enim est infinitum, habet limites extensionis indeterminatos, idcircoque cum careat termino, jure potest apparere indefinita. At neque fatetur eam esse corpo-

foret *invictum, innominabilem,* i. e. ἄῤῥητον, ἀδάμαστον. *Oud.*—5 Abest a Bened. *Id.*—6 Vid. Not. Var.—7 Bened. *inprobab. non corr.* et mox *aqua ne* pro *aquam nec.* Oud.—8 Abest copula Edd. ante Colv. *Id.*—9 Bened. *figuram cap. esse.* Id.—1 Quidam libri et pauciores, *universa.* Colvius. Voss. Vulc. Edd. ante Colv. *universa.* Oud. Ed. Bip. nescio unde, habet *diversam.* J. Bosscha.—2 Alii, *quod Dei sit.* Elmenhorstius. Bened. *quia ei sit.* Harl. *quod sit ei.* Fulv. *quod Dei sit:* male. Voss. *interminator.* Oud.—3 Al. *indistinctum.*—4 Voss. Bened. cum Florent. *sed sane.* Harl. *sed ne sane.* Bene. 'ne' pro 'ne quidem,' ut passim. V. Ind. Not. Alioquin scribe *sed nec sane.*

NOTÆ

''indictum, innominabilem.'

[r] *Platonis hæc verba sunt: θεὸν εὑρεῖν τε ἔργον, &c.*] Immo hæc ex Timæo: τὸν μὲν οὖν ποιητὴν καὶ πατέρα τοῦδε τοῦ πάντος εὑρεῖν τε ἔργον, καὶ εὑρόντα εἰς πάντας ἀδύνατον λέγειν. 'Factorem igitur et patrem hujus universi, et invenire difficile, et eum, qui invenerit impossibile est efferre in omnes.'

[s] *Materiam vero improcreabilem, &c.*] Plato in eodem Timæo ait materiam 'matrem et receptaculum omnium creaturarum aspectabilium et sensibilium, neque terram, neque aërem, neque ignem, neque aquam, neque quæcumque ex his fiunt, neque ex quibus hæc; sed speciem quandam invisibilem, et informem, omnium receptricem.'

[t] *Factionique subjectam*] Stewechius malebat *fictioni.*

[u] *Infinibilis recte videri potest*] 'Indefinitam' nostro ævo dixit Cartesius materiam alio sensu, eo scilicet quod nullos ejus fines animo deprehenderet: Plato hic, quod formas capere posset infinitas.

[w] *Sed neque corpoream, neque sane, &c.*] Chalcidius in Platonis Timæum: 'Quibus ita decursis sequitur, ut an

ream esse concedit.[5] Ideo autem non putat corpus, quod[6] omne corpus specie qualicumque non careat. Sine corpore vero esse, non[v] potest dicere, quia nihil incorporale corpus exhibeat: sed vi[7] et ratione sibi eam videri corpoream, atque ideo nec actu solo,[x] neque tamen sola opinione cogitationis[8] intelligi. Namque corpora,[9] propter insignem evidentiam sui,[1] simili judicio[y] cognosci. Sed quæ substantiam non habent corpoream, cogitationibus ea videri:[2] unde adulterata opinione,[3][z] ambiguam materiæ hujus intelligi qualitatem: ἰδέας vero,[a] id est, formas omnium simplices et æternas esse, nec corporales[b] tamen: esse autem[4] ex iis, quæ Deus sumserit, exempla rerum, quæ

ream, neque certe incorpoream. Propterea vero non arbitratur eam esse corpus, quod corpus quodlibet habeat formam aliquam: nequit autem affirmare eam esse incorpoream, quoniam nihil incorporeum potest constituere corpus: verum ait eam sibi videri corpoream virtute et ratione: eamque idcirco neque percipi sola natura sua, neque etiam sola existimatione mentis. Corpora enim ob suam manifestissimam evidentiam percipi cognitione ejusdem modi: at illa quæ non sunt natura corporea, percipi intellectione sola: atque inde fieri ut natura hujus Materiæ dubia credatur, corrupta existimatione. Ideas autem, hoc est, formas universarum rerum, esse simplices et æternas, neque tamen corporeas: quæ autem ex his Deus

Id.—5 Harl. Bened. Voss. *conc. esse.* Forsan τὸ *esse* inducendum. *Id.*—6 Bened. *quia:* contra paulo post pro *quia* Voss. *quod.* Id.—7 Ed. Junt. pr. *ut:* et pro *sibi eam* Ms. Vulc. *secunda.* Id.—8 *Opinione cognitionis.* Ms. *op. cogitationis.* Sic paulo post: 'sed quæ substantiam non habent corpoream, ea cogitationibus videri.' *Sciopp. in Symb. Wower.* Rom. edit. *cognitionis*, male. Sic paulo post, 'cogitationibus videri.' *Elmenh.* Bened. *cogit. opinioni.* Edd. ante Scalig. *cognitionis:* male et contra Mss. ut viderunt Sciopp. et Wow. *Oud.*—9 Recte Manus. *namque corpora.* Sciopp. in Symb. Wowerius. Vulgo, *namque corporea.* Elmenhorstius. Fulviano Codici accedunt Florent. Voss. Bened. Harl. Vulc. In Edd. ante Wower. *corporea:* quod eodem redit. Malim tamen Mss. sequi. *Oud.*—1 Abest Bened. *Id.*—2 Harl. Voss. Bened. Vulc. *corporum ea cog. vid.* Bene. *Id.*—3 *Adultera op.* Flor. *adulterata op. νόθῳ λογισμῷ. Elmenh.* Immo sola Ed. Scal. habet *adultera.* Mox Edd. vett. inverso ordine *hujus materiæ.* Oud.—4 Lege cum Florentino, *c. esse tamen ex*

NOTÆ

corpus sylva sit, consideremus. Neque corpus, neque incorporeum, quiddam posse dici simpliciter puto; sed tam corpus, quam incorporeum possibilitate.'

[x] *Nec actu solo*] Hoc est, neque propria evidentia, (atque, ut ita dicam, sensibilitate,) adeo ut ex eo quod actu existat illico percipiatur sensibus.

[y] *Simili judicio*] Hoc est, evidenti.

[z] *Adulterata opinione*] Similiter Alcinous de Doctr. Platonis, cap. 8. materiam dixit νόθῳ λογισμῷ ληπτόν.

[a] *'Ιδέας vero*] Vide Platon. in Parmenide, et Laërt. pag. 194. et seqq.

[b] *Nec corporales, &c.*] Lege juxta Ms. Thuanum: *nec corporales tamen.*

sunt, eruntve: nec posse amplius, quam singularum specierum singulas imagines in exemplaribus inveniri: gignentiumque omnium,[c] ad instar ceræ, formas et figurationes [5] ex illa exemplorum [6] impressione signari. *Οὐσίας*,[7] quas essentias [574] dicimus, duas esse, ait: per quas cuncta gignantur, mundusque ipse: quarum una cogitatione [d] sola concipitur: altera sensibus subjici [8] potest. Sed illa, quæ mentis oculis comprehenditur, semper et eodem modo,[e] et sui par ac similis [9] invenitur, et quæ vere sit.[1] At enim [2] altera opinione sensibili et irrationabili æstimanda est, quam nasci et interire ait. Et, sicut [3] superior vere esse

ceperit, esse exemplaria rerum quæ sunt, aut erunt, et in illis exemplaribus non posse reperiri plus quam unum simulacrum uniuscujusque speciei: et formas ac figuras omnium quæ generantur, per modum ceræ, notari charactere illo Idearum. Dicit duas esse substantias, quas nos vocamus essentias: quarum ope omnia generentur, atque adeo ipse Mundus: quarum altera percipitur tantum mente: altera potest exponi sensibus. Verum illa quæ cognoscitur lumine animi, semper reperitur et eadem, et sibi æqualis ac similis, ac vere existens. Sed enim altera, quam dicit oriri et emori, expendenda est existimatione sensibili et irrationali. Ac quemad-

iis. Elmenhorstius. *Corp. tamen: esse autem ex.* Sic Mss. plurimi et Edd. Elmenhorstio priores, qui cum seqq. edidit *nec corp. esse, tamen ex iis.* Male: saltem distinguere debuisset, *nec corporales: esse tamen:* et forsan sic legendum: nam abest *autem* a Florent. et in Bened. exaratur *tamen esset aut ex.* Oud.—5 Male Edd. ante Vulcan. contra Mss. et sensum *significationes.* Id.—6 Τὸ *exemplorum* non est in Florentino. *Elmenh.* Perperam. Eædem Edd. contra hic *figuratione.* p. 574. 'signari impressione formarum.' *Oud.*—7 Τὰς *οὐσίας.* Harl. Bened. Voss. non agnoscunt τὰς. bene. Sic supra *ἰδέας*, non *τὰς ἰδέας.* *Id.*—8 Voss. *sensus subici.* Id.—9 Sic Mss. plerique cum Vulcan. et seqq. sed in Bened. Voss. et Edd. prioribus *sui par ac sui similis.* Perinde est. Colv. Ed. *et sui sim.* Id.—1 Ita Florent. Voss. Harl. Bened. Edd. Elm. &c. In ceteris *ut quæ vere sit.* Junt. post. *veræ.* Id.—2 Sic Mss. et Edd. Junt. Bas. sec. Vulc. &c. Reliquæ *Etenim.* Male: opponit hanc *οὐσίαν* alteri. *Id.*—3

NOTÆ

Esse autem ex his, quæ Deus sumserit, &c. planiore multo sensu.

[c] *Gignentiumque omnium*] Observa 'gignentium' passive seu potius neutraliter sumtum pro 'nascentium.'

[d] [Τὰς] *Οὐσίας quas essentias dicimus, duas esse, ait, &c. quarum una cogitatione, &c.*] Laërt. in vita Platonis pag. 194. *διὸ καὶ τῶν ὄντων τὰ μὲν, αἰσθητὰ εἶναι, τὰ δὲ νοητά.* 'Quocirca, eorum quæ sunt, alia sensibus percipi, alia mente.' Vide totum locum. Hanc essentiarum divisionem Plato ab Epicharmo transtulit, referente Alcimo Philosopho apud eundem Laërtium.

[e] *Sed illa, quæ mentis oculis comprehenditur, semper et eodem modo, &c.*] Vide Laërt. pag. 192. edit. Henr. Stephani, in 8.

memoratur, hanc non esse vere, possumus[4] dicere.[f] Et primæ quidem substantiæ vel essentiæ primum Deum esse,[5] et materiem,[g] formasque rerum, et animam: secundæ substantiæ, omnia quæ informantur,[6] [h] quæque[7] gignuntur, et quæ ab substantiæ superioris exemplo originem ducunt; quæ mutari et converti possunt, labentia, et ad instar fluminum profuga: ad hoc illa,[8] quam dixi, intelligendi substantia, quoniam constanti nititur robore, etiam[9] quæ de illa[1] disputantur, ratione stabili et fide plena sunt. At

modum illa prior dicitur vere existere, ita possumus affirmare hanc posteriorem non vere existere. Ac primo quidem Deum esse primæ substantiæ seu essentiæ, et Materiam, ac Ideas rerum, et Animam: universa vero quæ ex iis formantur et quæ generantur, et quæ ab archetypo superioris substantiæ ortum trahunt, esse secundæ substantiæ: quæ quidem possunt immutari et converti, fluentia, et fugientia more fluviorum: iterum illa essentia intelligens de qua locutus sum, quia fulcitur virtute firma, illa quoque quæ dicuntur de ipsa, nituntur firma ratione, et digna sunt quibus

Abest *et* a Bened. *sic* Edd. Vic. Bas. *Id.*—4 Non recte satis sine distinctione jungunt *vere poss.* Edd. usque ad Vulc. *vere non esse:* quod non nihil clarius, sed est contra Mss. *Id.*—5 Harl. *Deum pr.* sine *esse.* Id.—6 Lege: *quæ inde formantur.* Wowerius. Lege cum Wowerio *inde formantur.* Elmenhorstius. Revocavi constantem Mss. et Edd. lectionem, quam e conjectura Wowerii ejecit Elmenh. et seqq. reponentes *inde form.* Frustra. 'Informari' optime huic loco convenit, nam notat formam aliunde accipere et 'originem ducere, cum mutari et converti possit,' ut hæc descripsit Auctor. Sic Virg. l. VIII. Æn. vs. 426. 'informatum fulmen:' et paulo post: 'informant clypeum:' ubi vide comm. *Oud.*—7 Bened. *quæ.* Id.—8 Pessime ante Floridum (quem miror ne verbulo quidem de sua distinctione monuisse; nisi sit, quod alii ejus honorem invideret, et suum inventum jactare non ausus fuerit) hæc jungebantur priori voci *profuga*, et post *substantia* ponebatur major distinctio, cum illa sit nominativus verbi *nititur.* Vidit id et monuit Mer. Casaub. ad Laërt. d. l. et Vulcanius calamo ad marginem Ed. Colv. sic distinxit. Ceterum *adhæc* ibidem legit Casaub. atque Elm. in add. et edidit Scriv. sic p. 577. 'adhæc attributa est ei perpetua juventa.' Malim tamen *adhoc* cum Lipsio. Vide omnino ad Met. l. v. p. 354. a. nam ibi in Mss. et Edd. eadem confusio. Pro *quam* Bened. *qua.* Id.—9 Sic recte e Florent. Cod. edidit Elm. et seqq. Accedunt Mss. Fulv. Voss. et Harl. Vulgo *et* cum Ms. Bened. quæ vocula fecit hunc locum obscuriorem, qui nunc est clarissimus. *Id.*—1 Sic Florent.

NOTÆ

[f] *Hanc non esse vere, possumus dicere*] Nimirum non esse existentia certa et stabili, qualis est rerum, quas superior illa essentia complectitur, sed existentia adeo incerta, adeo fluxa, adeo instabili, ut quæ huic secundæ essentiæ attribuuntur, scilicet sensibilia vix unquam existere dici possint, sed perpetuo vel nascantur, vel intereant.

[g] *Et materiem* [*mentem*] Repone ex membranis Thuan. *et materiem:* sic enim habent illæ: *matiem.* Ratio patet ex textu ipso: frustra enim mox repeteret *et animam*, et enumerando principia rerum male omitteret Materiam.

[h] *Inf.* [*inde formantur*] Ms. Thuan. *informantur.*

hujus,[2] quæ veluti umbra et imago est superioris, rationes quoque et verba, quæ de ea disputantur, inconstanti sunt disciplina.[3] Initium omnium corporum materiam[4] esse memoravit: hanc [575] et signari impressione formarum.[i] Hinc prima elementa esse progenita, Ignem et Aquam, Terram[5] et Aëra. Quæ si elementa sunt, simplicia esse debent, neque ad instar syllabarum nexu mutuo copulari.[k] Quod[6] istis evenit, quarum[7] substantia multimoda potestatum coitione[8] conficitur. Quæ cum inordinata,[9] permixtaque essent, ab illo ædificatore mundi Deo ad ordinem nu-

omnino credatur. Quantum ad hanc vero, quæ est quasi umbra et effigies altioris, rationes quoque et voces, quæ dicuntur de ea, non habent stabilitatem doctrinæ. Affirmavit Materiam esse principium universorum corporum: eam quoque configurari applicatione Formarum. Inde orta esse prima elementa, Ignem et Aquam, Terram et Aërem. Quæ si sunt elementa, debent esse simplicia, neque conjungi copulatione reciproca per modum syllabarum. Quod accidit illis rebus, quarum essentia conflatur multiplici concursu qualitatum. Quæ cum essent sine ordine et confusa, disposita sunt in ordinem secundum numerum et mensuram in circuitum

et Edd. Elm. &c. Mss. et Edd. reliqui *de ea.* Id.—2 Sic Florent. Voss. Bened. aliique, et pleræque Edd. at *ejus* Harl. Vulc. Edd. Vulc. Scal. Wow. *Id.*—3 Modius noster *inconstantis sunt disciplinæ.* Colvius. Bene. *Elmenh.* Nescio cur; nam utrumque æque probum est. Nihilominus *inconstantis disciplinæ* edidere Scriv. et Flor. Male et contra mentem Auctoris *in constanti* olim ediderunt quidam divisim: nam aliud voluisse ex sensu satis patet. *Oud.*—4 Fulv. *materiem,* ut supra 'materiem formasque rerum.' *Id.*—5 Voss. *et terram.* Mox pro *quæ* Bened. *qua,* et cum Harl. inverso ordine *debent esse:* tum *syllarum* pro *syllabarum.* Id.—6 Sic correxere Lips. et Elm. in Add. atque edidere Scriv. et Flor. consentiente Ms. Bened. Recte. Edd. et Mss. reliqui *quæ.* Id.—7 Elm. in Add. *quorum,* ut edidit Scriv. *Id.*—8 *Potestatum commixtione.* Bas. 1. *Comitione.* Unde legit Modius, *coitione.* Colvius. Emendabis auctore Ms. *potestatum coitione.* Wowerius. Flor. et Leid. *potestatum coitione.* Elmenhorstius. Alii *potestate.* Vulc. *potestatem.* Voss. *m. multi potestatem.* Pro *coitione* vero, quod cum Modio primus admisit Vulc. habent vett. Edd. *comitione.* Ald. Junt. post. Colv. *commixtione:* sed Voss. *comotione,* et *coitione* rectius Mss. ceteri: ut de Mundo p. 719. 'nubium coitiones:' monendum tamen, quia non temere repudiandum videtur, in Bened. exarari *potestate in commune.* Oud.—9 *Ordinata.* Et sensus et libri scripti auctoritas legendum suadet: *inordinata.* Sequitur enim quod postea demum sint ad ordinem deducta. *Sciopp. in Symb.* Vere liber scriptus, *inordinata.* Wowerius. Vulgo, *inordinata:* inepte. *Elmenhorstius.* *Ordinata* inepte Ms. Bened. et Editiones ante Wower. Bened. *ædificatione.*

NOTÆ

[i] *Hanc et signari impressione formarum*] Supra 'gignentiumque omnium, ad instar ceræ, formas et figurationes ex illa exemplorum impressione signari.'

[k] *Neque ad instar syllabarum nexu mutuo copulari*] Ex Platonis Timæo similitudo hæc desumta.

meris et[1] mensuris in ambitum deducta[2] sunt. Hæc e plurimis[3] elementis[1] ad unum redacta esse: et ignem quidem, et aëra, et aquam habere originem atque[4] principium ex trigono,[5] qui fit[6] trianguli recti non paribus angulis.[m] [n] Terram vero directis quidem angulis,[7] trigonis, et vestigiis[8]

ab illo Deo conditore orbis. Ea ex multis elementis rediisse ad unum, ac Ignem quidem et Aërem, et Aquam ducere ortum et initium ex triquetro, quod efficitur quando anguli trigoni recti non sunt æquales. Terram autem fieri ex triangulis

Oud.—1 Abest τὸ *et* a Bened. *Id.*—2 Bened. *diducta.* Voss. *didicta.* Id.—3 Ego tales Edd. in quibus *et pl.* præter Scriv. nondum vidi. Harl. quoque *a pl.* Bened. *pluribus.* Id.—4 *Originem atque.* Hæc desunt in Edd. ante Vulcan. contra Mss. *Id.*—5 Florent. Harl. Voss. Bened. a m. pr. *trigone.* sic Mart. de pila l. XII. c. 42. 'tepidum trigonem.' Nil tamen muto. Videtur librarios offendisse masculinum genus *qui*, pro quo pessime Edd. Ald. Bas. pr. Colv. Vulc. pr. habent *quæ*, cum in animo haberent τὸ τρίγωνον; ut hic Græce. Sed Noster subintellexit *angulum*, ne nimis repetita vox tædiosa esset. Statim 'angulis trigonis.' p. 576. 'æquipedum trigonum.' Manil. II. 276. 'signa trigona.' *Id.*—6 Mss. aliquot et Ed. Scal. *sit*. Id.—7 *Qui fit anguli recti, non paribus angulis. Et prioris quidem, &c.* Melior hic et auctior vetus Fulvii codex: *qui fit trianguli recti non paribus angulis: terream vero directis quidem angulis trigonis et vestigiis paribus esse. Et prioris quidem, &c.* In Vulcanii editione versu 28. 29. et 30. delenda sunt ista jubente volente ratione et Mss. auctoritate: *Et prioris quidem formæ tres species, &c.* usque ad illa: *non paribus.* Inepte enim bis sunt posita. *Sciopp. in Symb. Vigesies angulam.* Venet. Bas. 2. *viginti angulam.* Colvius. *Et prioris quidem, &c.* Ad quid hæc repetita? ante eadem semel dicta, sufficiebat. Itaque totum illud induxerim: *Et prioris quidem formæ tres species existere, Pyramidem octangulam et vigintiangulam.* Idem. Liber Fulvii: *qui fit trianguli recti non paribus angulis. Terram vero directis quidem angulis et vestigiis paribus esse.* Hæc secuti sumus. Nam illa quæ vulgo inseruntur, inepte repetita sunt. *Wower. Ex trigono, qui sit trianguli recti non paribus angulis.* Sic Wower. et Scioppius ex Fulvii lib. rescribunt. Flor. *ex trigone, qui sit anguli r. n. p. a.* Excerp. Bat. *q. s. anguli r. n. paribus: terram vero directis quidem angulis trigonis, et vestigiis paribus esse, et prioris quidem formæ tres species existere, pyramidem, octangulam, et vigintiangulam sphæram, et pyramidem figuram ignis in se habere.* Basil. Aldus, et Rom. hic inserunt tres versus, *et prioris quidem formæ 3 species existere: pyramidem et octangulum, et vigesies angularem sphæram non paribus,* quos auctoritate manuscriptorum codicum, ut superfluos expunximus. Vide Agell. lib. I. c. 20. Alcinoum cap. 13. Chalcid. p. 80. et seqq.

NOTÆ

[1] *E plurimis elementis*] In vulgg. *et plurimis.* Unde Elmenhorst. *e plurimis.* Ms. Thuan. *a plurimis,* recte.

[m] *Et ignem quidem, et aëra, et aquam habere principium ex trigono, qui fit trianguli recti non paribus angulis. Terram vero, &c.*] Videndus Laërt. in vita Platonis.

[n] *Ex trigono, qui fit trianguli recti non paribus angulis*] Hunc trigonum ἰσόπλευρον esse necesse est: ex solis enim ἰσοπλεύροις, hoc est, æquilateris trigonis, compingi possunt quæ postea memorat ὀκτάεδρον et εἰκοσάεδρον. Quod ergo ait, 'qui fit trianguli recti non paribus angulis,' sic juxta Plato-

paribus esse. Et prioris [9] quidem formæ tres species existere, pyramidem,[o] octangulam,[1 p] et [2] vigintiangulam.[q] Sphæram [3] et pyramidem [4] figuram ignis [5] in se habere, [576] octangulam [6] vero aëris, angulatam vicies [7] sphæram aquæ dicatam esse : æquipedum vero trigonum [8 r] efficere ex sese quadratum, quadratum vero [9] cubum,[1] quæ terræ sit [2] propria.[s]

quidem rectangulis et laterum æqualium, et nasci quidem tres species ex figura priore, nempe Pyramidem, octangulam figuram, et vigintiangulam. Globum et Pyramidem habere in se figuram Ignis, octangulam autem, Aëris, figuram vigintiangulorum destinatum esse Aquæ: triangulum autem rectangulum Isosceles ex se gignere quadratum, quadratum autem gignere tesseram, quæ figura Terræ

Elmenh. Scal. dedit *angulis rectis non paribus* cum Cod. Bened. A Vulc. Ms. etiam abest *angulis*. Edd. priores *anguli recti non paribus angulis* cum Florent. Voss. et Harl. quare omnino placet Wowerii et Scioppii cum seqq. emendatio. Intelligit Triangularem formam, cujus lineæ tamen et anguli non æquali sunt magnitudine. Vide ipsum Platon. p. 1063. Quæ post hæc inepte inserebant Edd. ante Scalig. et recte mox sequuntur, delenda esse jam alii monuerunt. *Oud.*—8 Abest ab Edd. Juntina sec. prioribus. *Id.*—9 Exulat *et* a Bened. *Id.*—1 Bened. a m. sec. *octogonum*. Id.—2 Bened. caret *et*. Id.—3 *Sphæram, &c.* usque ad *vicies* desunt Bened. *Id.*—4 Voss. *pyramidem*. Id.—5 Edd. ante Junt. post. *ignem*, inepte. Vide Laërt. et Plat. in Timæo. *Id.*—6 Harl. *octangulum*. Id.—7 Edd. ante Junt. post. *vigies*. Id.—8 Fulv. *trigonorum*. Glossa. Bened. *ter enim terni XXVII. ter sunt i. e. cubus*. Id.—9 *Quadratum vero*. Exulant a Mss. Flor. Voss. Fulv. Bened. Harl. Eodem fere res redit. *Id.*—1 Voss. Harl. Bened. Græco more *cubon*. Bene. *Id.*—

NOTÆ

nem ipsum explicandum est, ut trigonus ille ἰσόπλευρος intelligatur compositus ex sex triangulis rectangulis inter se æqualibus, ductis nimirum a singulis angulis in opposita latera lineis perpendicularibus : atque hi sane trianguli angulos habebunt ad basim non pares, cum horum alter alterius sit duplus, minimum vero latus dimidium baseos.

[o] *Pyramidem*] Illam nempe, quæ ex quatuor æquilateris triangulis constat, quamque τετράεδρον vulgo Geometræ vocant : estque primum ac simplicissimum ex quinque solidis regularibus.

[p] *Octangulam*] Errat Apuleius, et Platonis ὀκτάεδρον male interpretatur 'formam octangulam.' Octaëdrum enim sex tantum habet angulos solidos ex quatuor quemque angulis planis constantes, cum octo habeat superficies triangulares æquilateras.

[q] *Vigintiangulam*] Non felicius εἰκοσάεδρον interpretatur 'vigintiangulam.' Icosaëdrum enim viginti habet superficies triangulares æquilateras, sed duodecim tantum angulos solidos, ex quinque planis angulis quemque constantes.

[r] *Æquipedum vero trigonum*] Triangulum rectangulum, cujus duo latera rectum angulum comprehendentia æqualia sint. Quadratum porro in quatuor ejusmodi triangulos dividitur, ductis ambabus diagonalibus, quæ sese mutuo ad rectos angulos in quadrati centro secent.

[s] *Cubum; quæ terræ sit propria*] Supple *figura* vel *forma*. Plato in Timæo:

Quapropter mobilem pyramidis formam igni dedit,[t] quod ejus celeritas agitationi hujus videatur[3] esse consimilis. Secundæ velocitatis octangula sphæra est: hanc aëri detulit, qui levitate et pernicitate post ignem secundus esset. Vicenalis[4] sphæra est loco tertio:[5] hujus forma fluida[6] et volubilis aquæ similior[7] [u] est visa. Restat tesserarum

maxime congruat. Quamobrem attribuit Igni figuram mobilem Pyramidis, quia ejus velocitas videtur referre ipsius agitationem. Globus octangulus secundam celeritatem obtinet: assignavit hanc figuram Aëri, quia est ab Igne secundus levitate et velocitate. Globus vigintiangulus habet tertium locum: figura ejus fluxa et volubilis visa est magis referre Aquam. Superest forma cuborum, quæ quoniam est

2 Edd. ante Basil. *fit*. Id.—3 *Agitationi vid.* Scribe ex veteri cod. *agitationi hujus*. Wowerius. Τὸ *hujus* adjectum ex Florentinis. *Elmenh.* Accedunt Harl. Voss. et Bened. *Oud.*—4 Flor. *vicinalis.* Rom. et Ald. *vigesialis.* Bas. 1. *vigesimalis.* Elmenhorstius. Harl. *vicinalis.* Bened. *viginalis*: sed suprascr. *vicenalis.* Voss. *vicinialis.* Edd. vett. *vigesialis.* Colvius. *vigesimalis.* Oudendorp.—5 Harl. Voss. *loco tertio est.* Idem.—6 Alii, *fluvida.* —7 *Volubilis et aq. sim.* Florent. *mobilis, aquæ sim.* Elmenhorstius. Male Elmenh. e solo Florentino edidit cum sequentibus *mobilis*: e glossa hoc ortum: nam reliquæ servant *volubilis*: quod, ut bene vidit Florid. et sphæræ et aquæ optime convenit. Vide ad Met. l. II. p. 91. a. 'pilæ volubilis.'

NOTÆ

Γῇ μὲν τὸ κυβικὸν εἶδος δῶμεν. Porro præter quatuor supra memorata solida regularia, est adhuc dodecaëdrum duodecim constans pentagonis et viginti solidis angulis, qua figura usum fuisse Deum ad universi constructionem ait Plato: cujus symbolicam hanc rationem affert Marsilius Ficinus ejus interpres, quod ut in hoc solido duodecim sunt pentagonæ superficies, ita et duodecim sunt in cœlo signa Zodiaci, quorum unumquodque in triginta gradus resolvitur, ut et superficies pentagona in triginta triangulos, iis similes, de quibus supra. Ductis enim a figuræ centro ad singulos angulos lineis, quinque efficiuntur trianguli, quorum unusquisque, ut jam dixi, in sex alios triangulos oblongos subdividitur. Errat tamen Mars. Ficinus, cum ait quinque triangulos, in quos dividitur pentagonum, esse æquilateros. Hoc enim tantummodo verum est in hexagonis, quorum latus æquale est semidiametro circuli, cui inscribuntur. Atque hæ quinque supra memoratæ figuræ solidæ regulares ea de causa dictæ sunt Πλατωνικὰ σχήματα, quorum constructionis tradendæ causa Euclidem (qui Platonicus erat) universam Geometricorum elementorum tractationem suscepisse Proclus affirmat lib. II. ὅθεν δὴ καὶ τῆς συμπάσης στοιχειώσεως τέλος προεστήσατο (Εὐκλείδης) τὴν τῶν καλουμένων Πλατωνικῶν σχημάτων σύστασιν.

[t] *Mobilem pyramidis formam igni dedit*] Plato ibidem, τὸ μὲν τῆς πυραμίδος στερεὸν γεγονὸς εἶδος πυρὸς στοιχεῖον καὶ σπέρμα. Certe experientia constat nitri particulas, cujus tanta in corripiendo igne celeritas, et correpto, vis est, pyramidalis esse figuræ.

[u] *Et volubilis* [*mobilis*] *aquæ similior*] Ms. Thuan. *et volubilis*, melius de Aqua, et figura illa, quam ei tri-

figura :[w] quæ cum sit immobilis, [577] terræ constantiam [8] [x] non absurde sortita est. Et alia initia inveniri forsitan posse, quæ aut[9] Deo nota sunt,[1] vel ei, qui sit Diis amicus. Sed de primis[2] elementis igni[3] et aqua, ceterisque, et illa[4] [y] constare particulatim animalium et inanimantium corpora. Mundumque omnem ex omni aqua, totoque igni,[5] et aëris universitate, cunctaque terra esse factum : et non solum nullam horum partem extra orbem relinqui, sed vim quidem ejus[z] extrinsecus[6] inveniri. Hæc autem invicem

immobilis, non incongrue attributa est firmitati Telluris. Dicit posse etiam fortasse reperiri alia principia, quæ cognita sunt vel Deo, vel etiam illi, qui sit carus Diis. Verum et hæc quæ cernimus corpora animalium, et rerum inanimatarum, composita esse ex primis elementis, Igne et Aqua, et reliquis minutatim inter se vinctis : et totum orbem conflatum esse ex tota Aqua, toto Igne, toto Aëre, ac tota Terra : ac non modo nihil eorum superesse extra mundum, sed ne virtutem quidem ipsius reperiri extra ipsum. Ea vero extra se et intra se coaptata esse invicem et

Passim aquas, saxa volvere dicitur fluvius. Vide Melæ et Ovidii Indic. et Liv. l. XXI. c. 31. *Oud.* *Aquæ.* Sic Mss. In Edd. ante Elmenh. *et aquæ.* Pro *sit* Harl. *fit.* Id.—8 *Terræ substantiam.* Edd. Vulcanio priorum scripturam cum Florido revocavi, auctoritate Codd. Florent. Voss. Harl. Thuan. sive, firmitatem et immobilitatem. Vide Burm. ad Vellei. Paterc. l. II. c. 29. 'constantia formæ.' Vulc. e suo codice, cui accedit Bened. *substantiam:* sic 'hominum substantia' pro natura, de Phil. Mor. p. 616. *Id.*—9 *Posse, aut quæ.* Ms. *posse ait, quæ.* *Ait*, scilicet Plato. *Sciopp. in Symb. Wower.* A vulgatis τὸ *ait* abest. *Elmenh.* *Ait, quæ aut.* Sic Elmenh. et seqq. Wower. ediderat, *ait, aut quæ.* Priores carent *ait* cum Mss. male, judice Elmenh. at si me audis, bene et ex Apuleii stylo : qui hic passim adhibet infinitivum, ubique subintelligens 'sentit Plato :' sic supra p. 575. 'hæc redacta esse :' ut et in seqq. Vide p. 580. in f. &c. p. 581. item p. 586. 587. et in f. item de Phil. Mor. p. 608. ubi Mss. contra constructionem dant *sunt* pro *esse:* ut et p. 628. ubi alii *ait* addidere. Videtur ergo potius supplementum alicujus lectoris, vel natum esse e τῷ *aut.* Oud.—1 Voss. Harl. Bened. *sint.* Id.—2 *Sic de primis.* Lege ex eodem libr. *sed de pr.* Wowerius. Flor. *sed de pr.* Elmenhorstius. Item Voss. et Harl. In reliquis et Edd. ante Wower. *sic.* Oud.—3 Bened. Voss. male *igne.* Id.—4 Forte, *et illis :* vel potius, *ex illis.* Colvius. Flor. *ex illa.* Elmenhorstius. Colv. cum Scal. Elm. Scriv. *ex illis:* quod bene damnavit Floridus, consentientibus Mss. O. in τοῖς *et illa.* Oud.—5 Voss. *totaque.* Bened. *totaque ignis:* in quo mox *facta* pro *factum.* Id.—6 *Nihil quidem ejus extr.* Mss. *vim quidem ejus et extr.* quod

NOTÆ

buit : et supra 'mobilem pyramidis formam Igni dedit.'

[w] *Tesserarum figura*] Tesseram hic vocat cubum, figuram nempe solidam, sex quadratis superficiebus comprehensam, octo habentem angulos solidos, ex tribus quemque planis, iisque rectis, constantes.

[x] *Terræ const.* [*substantiam*] Lege ex Colvio et Ms. Thuano *Terræ constantiam.*

[y] *Et illa* [*ex illis*] Ms. Th. *et illa :* melius.

[z] *Et non solum nullam horum* [*ejus*]

ex se intra se[a] apta[7] et connexa[8] esse. Idcircoque in igne, terra, aqua,[9] et aëre esse situs.[1] Et, sicut[2] ignis aëri cognatione conjungitur, ita humor affinitati terrenæ jungatur. Hinc unum esse mundum, in eoque[3] omnia: nec relictum[4] locum, in quo alius, neque elementa superesse,[5]

copulata: atque ideo esse certam posituram in Igne, Terra, Aqua, et Aëre. Ita ut quemadmodum Ignis connectitur affinitate cum Aëre, ita Aqua connectatur cognatione cum terra. Inde unicum esse orbem, et universa esse in ipso, neque superesse locum in

impendio placet. *Sciopp. in Symb.* Elmenh. ediderat *sed vim quidem ejus.* Scriv. *sed quidem ejus vim:* et sane *sed vim* habent Flor. Harl. Bened. Voss. Fulv. probante etiam Scioppio. Bene si quidem tunc ἀπὸ κοινοῦ subintelligas *τὸ non:* de quo egi ad Met. l. VI. p. 121. Pric. Edd. autem ante Elmenh. *sed nihil quidem ejus.* Oud. *Et extrinsecus.* Sic recte Florent. Voss. Fulv. Harl. Bened. et Edd. ante Vulcan. qui male cum seqq. delevit *τὸ et.* Intendit significationem pro *etiam, vel.* Id.—7 *Ex se et intra se apta.* Ita Ms. vulgo *ex se apta.* Elmenhorstius. Adde ex vet. cod. *ex se intra se apta.* Deinde: *situm* non *situs.* Wowerius. *Ex se intra se.* Ita omnino hic locus legendus, auctoritate Msstorum omnium, nisi quod in Thuaneo sit *inter.* Prave vero ait Elmenh. in Mss. esse, unde ita cum seqq. edidit, *ex se et intra se:* quod exponit Florid. 'extra se et intra se.' Hoc non vult Auctor, sed *per se* nexu mutuo intra se esse copulata: atque ita Plato in Timæo p. 1049. φιλίαν τε ἔσχεν ἐκ τούτων, &c. et clarius Auctor in seqq. quæ conferenda. Immo si nulla vis aut pars ullius elementi extra mundum est, quomodo *extra eum* connexa esse possunt? Quis non videt hanc absurditatem? Ante Wower. qui bene edidit *ex se intra se* non extant *τὰ intra se* in Edd. *Oud.*—8 Alii *convexa,* male. *Elmenh.* Bened. *onera.* Florent. *conrexa,* prave. *Oud.*—9 *Igne, terra et aqua.* Flor. *igne, terra, aqua.* Elmenhorstius. Harl. Voss. Vulc. *igne atque terra, aqua.* Edd. Elmenh. &c. *igne, terra et aqua.* Priores cum Bened. aliisque *igne atque in terra et aqua.* Oud.—1 Conjicit Colv. *situm.*—2 *At sicut.* R. *ut sicut.* Lipsius. *Jungatur.* Forte melius, *jugatur.* Gellius lib. XVII. 'cum vero præterito jugantur, vim temporis sui amittunt.' *Colv. At sicut* tacite edidit Floridus pro *et* quod est in Mss. et Edd. forsan pro *ut,* sicut subjunctivus sequens postulare videtur, nisi cum Colvio velis antique *jugatur* pro *jungatur:* sed et de modorum variatione egi ad Met. l. x. p. 710. a. Voss. *jungantur.* Oud.—3 Sic Mss. et Edd. Elm. Scriv. Flor. Ante *et in eo.* Id.—4 *Nec rel. esse.* Ed. Scal. *ne.* Dele *esse* cum Mss. Florent. Harl. Bened. *Id.*—5 *Nec rel. esse loc. neq. elem. sup. &c.* Mutila hæc esse non est dubium. Dupliciter enim probare vult Apuleius unum esse mundum, primum, quia nullus alius est locus, in quo possit alius mundus generari, deinde, quia nulla sunt elementa, ex quibus alius mundus generetur, quare volente veteri codice legendum: *nec relictum esse locum in quo alius: neque elementa superesse, &c.* Sciopp. in Symb. . Mutila oratio. Quare scribendum ex veteri lib. *nec relictum esse locum, in quo alius, neque elementa superesse.* Wowerius. Ante Wower. et Sciopp. *in quo alius* (scil. *esse possit*) invitis Mss. aberant. Eos vide et Plat.

NOTÆ

partem, &c. sed vim quidem ejus, [&c.] Scribe: *sed ne vim quidem.* Sic enim Plato: μέρος οὐδὲν οὐδενὸς, οὐδὲ δύναμιν ἔξωθεν ὑπολείπων.

[a] *Ex se* [*et*] *intra se*] Ms. Thuan. *ex se inter se;* melius.

ex quibus alterius mundi corpus possit esse. Ad hæc attributa est ei [6] perpetua juventas,[7] et inviolata valetudo.[b] Eoque nihil præterea extrinsecus est relictum,[8] quod corrumpere posset ejus ingenium: et si superesset,[9] non eum læderet, cum ita apud se ex omni parte compositus atque ordinatus foret, ut adversantia et contraria naturæ [1] disciplinæque ejus officere non possent. Idcirco autem perfectissimo [2] et pulcherrimo mundo [3] instar pulchræ et perfectæ sphæræ [578] a fabricatore Deo quæsitum est, ut sit nihil indigens: sed operiens omnia coërcensque contineat,[4] pulcher et admirabilis, sui similis,[5] sibique respondens. Cumque illi septem motus locorum habeantur:[6 c] processus et

quo alius orbis possit esse, neque restare elementa ex quibus corpus alterius orbis possit constare. Præterea concessa est ei æterna juventa, et valetudo incorruptibilis. Atque ideo nihil relictum est præterea extra ipsum, quod posset labefactare ejus naturam: et tametsi relictum esset, non noceret ei; siquidem sic undique constitutus ac dispositus esset intra se, ut inimica et adversa non possent nocere ejus indoli ac legibus. Ideo vero a Deo creatore attributum est mundo absolutissimo et decorissimo, tanquam globo pulchro et omnibus suis numeris absoluto, ut nulla re egeat, sed complectatur universa, tegens ea, et cohibens; decorus et mirandus, semper sibi similis, ac secum conveniens. Hinc etiam existant hi septem motus locorum: progressio-

in Timæo ibid. Pro *neque* Flor. Voss. Vulc. Harl. *nec*. Oud.—6 Voss. *ei attr. est.* Id.—7 Alii *juventa*. Vulgo *juventus*.—8 Bened. *esse rel.* Mox *ejus ingen.* inverso ordine Harl. et Voss. *Oud.*—9 Bened. *sis rē etiam*. Id.—1 Sic Rom. Ald. Alii, *contrariæ naturæ*. Colvius. Bas. sec. *natura*: vitiose. *Oud.*—2 Harl. *et perf.* Id.—3 Alii *modo*. Elmenhorstius. Fulv. *modo*. Oud.—4 Plerique alii, *continua*. Basileensem postremam ed. secuti fuimus. *Colv.* Voss. *coarcens*. Edd. ante Vulcan. *continua*: sine sensu. *Oud.*—5 Sic Mss. *suique s.* Edd. ante Elm. *Id.*—6 *Hinc illi et septem mot. loc. hab.* Recte Flor. deesse suspicatus est voculam. Sed in Ms. Vulc. est *illud et*, in Harl. Voss. et Florent. *illud etiam*. Scribe ergo: *Hinc illud. Etiamsi* vel *hinc illi quod, etiamsi, &c.* V. Platon. in Timæo p. 1049. *Loc. mot.* Harl. Voss. sensu perspicuo. Est relicta hæc una mundo, etiamsi 7. motus habeantur. *Id.* Ut edendum curavi *cumque*, deleta majori distinctione post *torquentur*, legendum

NOTÆ

[b] *Attributa est ei perpetua juventas, et inviolata valetudo*] Plato in Timæo: ἔτι δὲ ἵνα ἀγήρων καὶ ἄνοσος ᾖ.

[c] *Cumque illi* [*Hinc illi et*] *septem motus locorum habeantur*] Existimo omissam esse subjunctivam particulam *cum*. Itaque sic libentius legam: *hinc et illi septem motus locorum cum habeantur, &c.* Conjecturam meam firmat, quod, post enumeratas omnes illas motus species, subjungit: 'sex superioribus remotis,' &c. hoc vult scilicet: Deum, quamvis sint septem motus locorum, nullum ex sex prioribus, qui per lineas rectas peraguntur, mundo tribuisse, quoniam illi contrarios habent, a quibus possunt destrui. At circularem ei assignasse, qui a contrario destrui non potest, cum ipse in seipsum revolvatur.

retrocessus,[7] dexterioris ac sinistri, sursum etiam deorsumque[8] nitentium, et quæ in gyrum circuitumque torquentur, sex superioribus remotis,[9] hæc una mundo relicta est sapientiæ et prudentiæ[1] propria, ut rationabiliter volveretur.[d] Et hunc quidem mundum nunc sine initio esse dicit: alias originem habere, natumque esse: nullum autem ejus exordium[2] atque initium esse, ideo quod[3] semper fuerit:[e] nativum vero videri, quod[f] ex his rebus totius substantia

nis et regressionis ad dextram, et ad sinistram, eorum quæ tendunt sursum et deorsum, et eorum quæ vertuntur in orbem atque ambitum. Omissis sex prioribus, hæc sola progressio concessa est orbi, utpote congruens sapientiæ et prudentiæ, ut scilicet rotaretur certa ratione. Et quidem modo ait hunc orbem carere principio, modo eum habere principium, et ortum fuisse: nullum autem ideo esse ejus principium et ortum, quoniam nunquam non extiterit: videri vero natum fuisse, quia natura et

esse me monuit V. Cl. Lennep. *J. Bosscha.*—7 Sic Leid. et Basil. 2. Flor. *prorsus et retroc.* Rom. et Aldus *progressus et r.* Elmenhorstius. Sic e Leid. Cod. Vulcanius cum seqq. In Harl. et Edd. prioribus *progressus et retr.* Voss. cum Florent. *prorsus et r.* Bened. *prorsus processus quod ante et retro* e Glossa. De aliis Codd. tacent Viri Docti. An *prorsus processus?* ut supra 'prorsus custos' de Deo Socr. p. 691. ubi vide. *Oud.*—8 Sic e Florent. Elm. &c. Antea vulgo *et deorsum.* Harl. Voss. Ed. Junt. post. *etiam deorsumque.* Recte. Bened. *deorsumque etiam.* Id.—9 *Sex super. rem.* Carent his Edd. ante Vulcan. prave. Vide Platon. in Timæo p. 1094. *Id.*—1 Vitiose Edd. Colv. et Bas. tert. *sapientia et prudentia*: ut vidit etiam Goesius in marg. *Id.* —2 Abest *ejus* a Bened. *Id.*—3 Sic Bas. 2. Aliæ omnes, *ideoque.* Colvius. Bened. *ideo quia.* Edd. ante Bas. sec. *ideoque*: male. Statim pro *quod* Be-

NOTÆ

[d] *Volveretur*] Ms. Thuan. *moveretur.*

[e] *Nullum autem ejus exordium, &c. atque initium esse, ideo quod semper fuerit*] Non hoc ipsum habet Plato in Timæo: sed tantum Deum in creando mundo secutum esse exemplar sempiternum, non autem genitum. Quidam tamen Platonis interpretes, teste Marsilio Ficino, mundum sempiternum dixerunt, quibus nostrum Apuleium adjungere possumus. Sic porro habet Ficinus cap. 13. compendii in Timæum: 'Si quis interroget numquid apud Platonem mundus fuerit sempiternus: Respondeo equidem, interpretibus Severo, et Attico, et Plutarcho, aliisque, ut Proculus narrat, multis, non fuisse semper: sed interpretantibus Crantore, Plotino, Porphyrio, Iamblicho, Proculo, et plerisque aliis, semper quidem fuisse, et fuisse semper a Deo, immo fluxisse. Deum enim semper esse aiunt: mundum vero fieri semper et fluere: ac, si initio temporis carentem consideraveris, ingenitum dici mundum: sin autem perpetuum a Deo ejus effluxum, assidue genitum: neque minus ex Deo pendere, si dependerit pendeatque semper, quam si aliquando cœperit dependere, vel desinat.'

[f] *Nativum vero videri, quod, &c.*] Plato: γέγονεν· ὁρατὸς γὰρ, ἁπτός τέ ἐστι, καὶ σῶμα ἔχων. 'Genitus est: vi-

[579] ejus et natura constet,[4] quæ nascendi sortitæ sunt qualitatem. Hinc et[5] tangitur, et videtur, sensibusque corporeis[6] est obvius. Sed quod ei nascendi causam Deus præstitit, ideo immortali[7] [g] perseverantia[8] est semper futurus. Animam vero animantium omnium non corpoream esse,[9] nec sane perituram, cum corpore fuerit absoluta,[h] omniumque[1] gignentium esse seniorem,[i] atque ideo et imperitare[2] et regere ea, quorum curam fuerit diligentiamque

substantia illius universi conflata est ex rebus, quarum natura est ortum habere. Inde est quod palpatur, et aspicitur, ac patet sensibus corporeis. At quoniam Deus ipsi præbuit causam nascendi, idcirco permansurus est perpetua duratione. Animam autem cunctorum animalium non esse corporeum, neque eam certe interituram esse quando fuerit disjuncta a corpore, eamque esse antiquiorem cunctis, quæ generantur: et idcirco dominari et gubernare ea, quæ commissa fuerint suæ curæ et

ned. rursus *quia*. Oud.—4 *Ex his totius nat. et subst. constet*. Flor. et Excerp. Bat. et Leid. *ex his rebus subst. ejus et nat. constet*. Elmenh. *Ex his rebus subst. ejus et nat. constet*. Ita edidi fide Mss. Thuan. Voss. Vulc. seu Leid. et Harl. In Bened. est *ex his rebus subst. et nat.* Fulv. *ex his rebus totius nat. ejus et subst.* et sic Elm. cum seqq. nisi quod *ejus* postponant. Edd. priores *ex his totius natura et subst.* si quis *totius* retinere velit, per me licet. *Oud.* —5 Abest *et* a Bened. *Id.*—6 *Corporis*. Ms. *corporeis:* recte. *Elmenhorstius*. Mss. O. *corporeis:* minus recte ante Elmenh. *corporis*. Oudendorp.—7 Edd. ante Vulcan. *immortalis:* contra Codd. Paulo ante Voss. *causa*. Id. —8 Male hanc vocem omittit Rom. codex. *Elmenh.*—9 Harl. Voss. *non esse corp.* Fulv. *nec*. Oud.—1 Male *omnique* Edd. ante Vulcan. *Id.*—2 Sic sane et quidam Fulvii codex: alius autem: *intemperare:* ut Fulvio probetur *temperare*. Sciopp. in Symb. *Imperare*. Ita postremo Basileæ cusum. Ante erat ubique *intemperare:* nec male quidem: ut notavi supra ad lib. IV. Floridor. *Colv.* *Imperitare* Mss. Lindenbr. et mei omnes cum uno Fulv. et Edd. Vulc. &c. præter Wowerii, qui cum Ursino tacite prætulit *temperare*, quia in altero ejus Cod. et Edd. vett. est *intemperare*. Sed jam in Ed. Junt. post.

NOTÆ

deri enim, et tangi potest, et corpus habet.' Ms. Thuanus habet hic: *natitum vero videri, quod ex his rebus substantia ejus, et natura constet, &c.*

[g] *Sed quod ei nascendi causam Deus præstitit, ideo immortali, &c.*] Aliam causam refert Laërt. in vita Platonis, ἀλλὰ μὴν καὶ ἄφθαρτον διαμένειν τὸν κόσμον, διὰ τὸ μὴ διαλύεσθαι εἰς τὸν θεόν. 'eo quod non possit dissolvi in Deum.'

[h] *Animam vero animantium omnium non corpoream esse, nec sane perituram, cum corpore fuerit absoluta*] Laërtius: ἀθάνατον ἔλεγε τὴν ψυχὴν, καὶ πολλὰ μεταμφιεννυμένην σώματα. 'Immortalem dixit esse animam, et multa corpora induere:' hæc est Pythagorica μετεμψύχωσις, quam aperte profitetur Plato in Phædone: nec mirum: audiverat enim in Italia Philolaum et Eurytum Pythagoricos.

[i] *Omniumque gignentium esse seniorem*] Observa patrium casum cum adjectivo comparativi gradus. Et 'gignentium' pro 'nascentium,' quod jam observavimus. In hanc porro sententiam loquitur Plato, in Dialogo, cui nomen Epinomis: λάβωμεν δὴ τοῦτό γε, ὡς ψυχὴ πρεσβύτερόν ἐστι σώ-

sortita,[3] ipsamque semper et per se moveri, agitatricem aliorum, quæ natura sui immota sunt atque pigra. Sed illam cœlestem animam,[k] fontem animarum omnium,[4] optimam et sapientissimam, virtutem [5] esse genetricem,[6] subservire etiam [7] fabricatori Deo, et præsto esse ad omnia inventa ejus, pronuntiat.[8] Verum substantiam mentis hujus numeris et modis confici [l] [580] congeminatis ac multiplicatis augmentis,[9] incrementisque per se et extrinsecus partis: et hinc fieri, ut musice [1] mundus et canore moveatur.[m] Naturasque rerum binas esse:[n] et earum alteram [o] esse, quæ

diligentiæ, atque eam semper moveri, et ex seipsa, commoventem alia, quæ ex suopte ingenio sunt immota et tarda. Illam vero animam cœlestem, originem animarum universarum, optimam, et sapientissimam, esse productricem virtutum, dicit quoque eam famulari Deo creatori, et paratam esse ad omnia ejus excogitata. Ast substantiam hujus mentis conflari secundum numeros et modos duplicatis et multiplicatis auctibus, atque incrementis comparatis per se et ab extrinseco: atque inde effici, ut orbis rotetur musice et canore. Duasque esse natu-

Bas. sec. et Colv. extat *imperare*. Eadem confusio lib. II. de Phil. Mor. p. 598. et sæpius: sed ibi Mss. quoque *imperitare*: ut et p. 623. 'imperitet multitudini:' et p. 624. 'qui imperitet:' de hoc verbo plura vide apud Heins. ad Sil. I. 295. Plato: δεσπόζειν καὶ ἄρχουσαν. *Oud.*—3 *Diligentiamque secuta*. Num potius, *sortita?* Colvius. Basil. 1. Ald. et Rom. *secuta:* male. *Elmenh.* *Sortita* Mss. ut ex ingenio Colv. Edd. ante Vulcan. O. *secuta*. Typographi errore Ed. Scal. *sortitus*. Statim pro *per se* Bened. *ipse*. Oud.—4 Harl. Voss. Bened. Ed. Junt. post. *fontem animarum omnium cœlestem animam*. Bened. *opt. sapient.* sine τῷ *et*. Id.—5 Bened. Edd. Elm. Scriv. Flor. *virtutum:* male. Ipsa anima est virtus genetrix. *Id.*—6 Al. *genitricem*.—7 Exulat ab Edd. ante Vulcan. *Oud.*—8 Eædem *annuntiat:* et mox *ejus* pro *hujus*. Id.—9 *Argumentis*. *Augumentis* lego, vel *augmentis*. Brantius. Aldus, *argumentis*, corrupte. *Elmenh.* *Augmentis* Mss. Edd. Rom. Vic. Vulc. &c. *augumentis* Junt. post. cum Brantio. *Argumentis* inepte aliæ. *Oud.*—1 *Mu-*

NOTÆ

ματος: 'id igitur admittamus, animam corpore antiquiorem esse.'

[k] *Sed illam cœlestem animam, &c.*] De hac Anima intelligendus Virgilius, Æneid. VI. 'Principio cœlum ac terras, camposque liquentes, Lucentemque globum Lunæ, Titaniaque astra Spiritus intus alit, totamque infusa per artus Mens agitat molem, et magno se corpore miscet.'

[l] *Verum substantiam mentis hujus numeris et modis confici*] Laërt. ἀρχήν τε ἔχειν ἀριθμητικήν. 'Animæ initium constare numeris.' Vide Mars. Fic. compendio in Timæum a cap. 26. ad cap. 36. Ms. Thuan. pro *verum* hic habet *unde*.

[m] *Ut musice mundus et canore moveatur*] Videndus Plato, in Epinomide.

[n] *Naturasque rerum binas esse, &c.*] Supra, 'τὰς οὐσίας, quas essentias dicimus, duas esse ait: per quas cuncta gignantur, Mundusque ipse: quarum una cogitatione sola concipitur: altera sensibus subjici potest,' &c.

[o] *Et earum alteram, &c.*] Mallem sic scriptum: *Et earum alteram esse, quæ*

videri oculis et attingi manu possit, quam quidem δοξαστὴν, opinabilem appellat ille: et alteram, quæ veniat in mentem[2] διανοητικὴν, cogitabilem[3] et intelligibilem: detur enim venia novitati verborum, rerum[4] obscuritatibus servienti. Et superiorem quidem partem mutabilem esse, ac facilem contuenti:[5] hanc autem, quæ mentis acie videtur, et penetrabili[6] cogitatione percipitur atque concipitur,[7] incorruptam, immutabilem,[p] constantem, eandemque, et semper

ras rerum, ac unam earum esse, quæ percipiatur animo, et quæ possit conspici oculis, et palpari manu, quam quidem ille vocat δοξαστὴν, sub opinionem cadentem: alteram διανοητικὴν, cogitabilem et intelligibilem: nam ignoscendum est novitati vocum, quæ utilis est illustrandis rerum tenebris. Ac priorem quidem partem esse mutabilem, et manifestam aspicienti: hanc vero, quæ cernitur lumine animi, et cognoscitur ac comprehenditur cogitatione acuta, esse incorruptibilem, immutabilem,

sice Mss. omnes. Vulg. *Musica.* Vide Censorin. de die Nat. 13. *Elmenh.* Edd. Colv. Vulc. Scal. Wow. *Musica.* Edd. vett. *Musicæ:* sed recte Stew. Elm. &c. cum Mss. et Edd. primis *musice.* Post τὸ *mundus* abest *et* in Bened. *Oud.*—2 Vulgo: *quæ veniat in mentem, quam quidem δοξαστὴν opinabilem appellat ille et quæ videri, &c.* sed bene vidit Florid. τὰ *quæ veniat in mentem* τῇ δοξαστῇ non convenire sed τῇ διανοητικῇ: quare bene postponit. Clare id patet ex præcedentibus et seqq. et quæ scripsit de οὐσίαις p. 574. *Id.* *Id est opinabilem.* Carent hisce Mss. Florent. Voss. Fulv. Harl. Ed. Junt. post. sed solet vertere Græcam vocem Auctor: ut liquido patet e seqq. 'detur venia novitati verborum.' Abest τὸ *id est* ab Edd. Elm. Scriv. Flor. et mox *possit* exulat a Bened. *Id.*—3 *Alteram cogitabilem.* Proba mihi Fulvii conjectura, legentis: *alteram διανοητικὴν et intell.* Scioppius in Symb. Fortasse et hic Græca vox excidit, ut scripserit Apuleius: *alteram διανοητικὴν, id est, cogitabilem.* Wowerius. *Alteram διανοητικὴν.* Ita recte eruditissimus Fulvius hunc locum emendat. Vide Plutarchum de procreatione animæ fol. 1024. Laërtium in Platone, Alcinoum c. 4. et 9. *Elmenh.* *Cogitabilem* ejiciebat Ursinus. Non male, nam *intelligibilem* satis id exprimit: nisi *novitati verborum* velis referre ad hæc duo, et non ad superius. Mss. nec Edd. ante Wower. habent Græcum. *Oud.*—4 Delet Florentinus. *Elmenh.* Bened. *servient,* et *quod* pro *quidem.* Oud.—5 Forte emendandum, *converti.* Colv. *Converti* divinat Colv. non male. *Brant.* Harl. *continenti.* Oud.—6 *Ex penetrab.* Harl. *Id.*—7 Al. *conspicitur.*—8 *Forsitan et multa persev. susp.* Ms. *et ita per-*

NOTÆ

videri oculis, et attingi manu possit, quam quidem δοξαστὴν opinabilem appellat ille: et alteram, quæ veniat in mentem, διανοητικὴν cogitabilem et intelligibilem, &c. Suffragatur quod paulo infra ait: 'hanc autem, quæ mentis acie videtur, et penetrabili cogitatione percipitur, atque concipitur, incorruptam, immutabilem,' &c.

p *Incorruptam, immutabilem, &c.*] Hæc natura rerum διανοητικὴ incorrupta, æterna, &c. nihil aliud est præter rerum Ideas, quas æternas esse et divinæ menti ab omni ævo insitas Plato affirmavit: sed vide ipsum in Parmenide.

esse. Hinc et duplicem rationem interpretationemque dicit. Namque illa visibilis, fortuita et non ita perseveranti suspicione[8] colligitur:[9] at hæc intelligibilis, vera, perenni, et constanti ratione probatur esse. Tempus vero ævi esse imaginem:[q] siquidem tempus movetur, perennitatis[1] fixa et immota est natura:[2] et ire in eam tempus, et in ejus magnitudinem [581] finiri ac dissolvi posse:[3] si quando hoc decreverit fabricator mundi Deus.[r] Ejusdem temporis spatiis mensuras mundanæ conversionis[4] intel-

stabilem, et eandem, atque æternam. Ideo ait etiam esse geminum earum modum et explicationem: illa enim, quæ conspicua est, cognoscitur suspicione fortuita, ac non diu durante. Verum hæc cogitabilis probatur existere ratione vera, perpetua, ac stabili. Tempus autem ait esse tantum effigiem quandam æternitatis: quandoquidem Tempus movetur, natura vero æternitatis est constans et immobilis. Tempus etiam tendere in eam, et posse terminari et resolvi in ejus immensitatem: si Deus conditor orbis statuerit hoc aliquando. Mensuras rotationis mundi percipi ope in-

severanti. Videndum num legi queat: *et non ita perseveranti:* id est, non nimis firma et tenaci. *Sciopp. in Symb.* In Flor. est, *fortuita et inita perseveranti suspicione.* Elmenhorstius. Lectionem quam excogitavit Sciopp. vel similem flagitat sensus, patetque ex oppositione *perenni et constanti ratione:* quare ita edidere Wow. (qui omisit *et*) Elm. et seqq. In Ms. Vulc. est *et irata.* Voss. *et inita.* In reliquis et Edd. prioribus est *et muta:* supra dixit, 'opinione sensibili et irrationabili.' Latet quid: an *irrita persev.* vel *inrita nec pers. suspicione* quæ semper irrita, vana manet et 'suspicio incerta,' non 'opinio firma.' Lipsius *mutua,* pro mutabili. *Oud.*—9 Basil. 2. *concipitur.* Rom. *conspicitur,* male. *Elmenh.*—1 Ita Mss. sed Edd. ante Vulcan. *et perennitas.* Oud.—2 Voss. Harl. *nat. est.* Id.—3 *Fluere ac dissolvi posse.* Reponenda lectio editionis primogeniæ, *finiri ac dissolvi posse.* Vide Indicem. *Elmenh.* Mss. Vulc. Voss. Harl. Bened. et alii cum Edd. Vulc. Scal. Wow. *fluere.* Sed aliud videtur esse *Fluit tempus:* cum præterit et sequitur aliud. Aliud videtur esse *Finitur,* in perennitatem, nec amplius est. quare nil temere muto. Vide ad Met. lib. VI. p. 433. b. 'finire juvenem.' Pro *ac* Floridi Ed. male *aut.* Bened. *decrevit.* Oud.—4 Aldus et Basil. 1. *conversationis,* male. *Elmenh.* Voss. Harl. Bened. Edd. Junt. Ald. Bas. Colv. *conversationis,* sive frequentis et perpetuæ conversionis. Glossæ: Conversatio, ἀναστροφή. sed et conversatio ἀναστροφὴ apud Christianos Scriptores, Tertullianum, Hyginum, Vet. Interpr. V. Wasse ad Met. p. 180. Ed. Pric. pro 'conversio:' quare fere re-

NOTÆ

q *Tempus vero ævi esse imaginem*] Vide Chalcidium in Platonis Timæum, pag. 95. Alcinoum cap. 15.

r *Si quando hoc decreverit Deus*] Hinc videre est Platonem, cum immortali perseverantia futurum mundum dixit, non intellexisse quasi res sic se necessario habitura sit: sed tantum, si finem mundus sit habiturus, hoc non ex ejus principiorum constitutione, sed ex mera Dei voluntate eventurum, cum mundi primordia ipsius Dei prudentia ita disposita sint, ut annuente eodem supremo conditore, æternitatem spondeant.

ligi. Solis quippe[5 s] et Lunæ globum hoc agere,[6] ceterasque stellas, quas nos non[7] recte Erroneas et[8] Vagas dicimus:[t] nostræ enim[9] super earum cursibus[1] opiniones disputationesque possunt errorem intellectus incidere.[2 u] Ceterum ille rerum ordinator ita reversiones earum, ortus, obitus, recessus, moras, progressusque constituit, ut ne modico quidem errori locus esset. Dies quippe cum noctibus mensium spatia complere, menses vicissim annorum orbes involvere:[3] nec prius,[4] quam signa hæc in luce siderea[5] ardere cœperunt, iniri potuisse temporum numeros.[6]

tervallorum ejusdem temporis: id enim præstare orbem Solis et Lunæ, ac reliqua astra, quæ nos perperam vocamus Errantia et Vaga: nam nostræ sententiæ et disceptationes de motibus eorum possunt impellere animum in errorem. Porro ille dispositor rerum sic disposuit recursus eorum, ortus, occasus, retrogressiones, stationes, et progressiones, ut ne parvi quidem erroris ansa relicta esset: nam dies simul et noctes perficere intervalla mensium, menses vice versa complere circulos annorum: et tempora non potuisse computari, antequam hæc astra incepissent fulgere lumine

vocassem hanc vocem. cf. etiam infra. *Oud.*—5 Bened. *autem.* Id.—6 Edd. ante Vulcan. *facere* contra Mss. *Id.*—7 *Nos non.* Male hæ voces, invitis Codd. exulabant ab Editis ante Vulcan. de Deo Socr. ait: 'quæ vulgo vagæ nuncupantur ab imperitis,' adeoque non *recte.* Plato tantum ἐπίκλην πλάνητες ἔχοντα. *Id.*—8 R. *errones et.* Lipsius. Abest *et* a Voss. in quo *di*c*ximus:* pro *dicimus.* Id.—9 *Nostræ enim, &c.* Fortasse tota hæc periodus a mala manu est. Scilicet aliquis in causam inquisivit Apuleiani effati *non recte,* quam invenire sibi visus in margine annotavit. cf. Cic. de Nat. De. II. 20. *J. Bosscha.*—1 Flor. *cursus.* Elmenhorstius.—2 Harl. Voss. *in errorem intellectum incidere.* At Bened. *errorem intellectus incidere.* Optime: ut jam dixi ad Met. lib. x. p. 714. b. 'Intellectus' est ergo secundus casus. *Oud.*—3 Harl. Vulc. et Edd. vett. item Wower. *involvunt.* Id.—4 Bened. *post.* Id.—5 Sic optime e Ms. suo edidit Vulc. et seqq. nisi quod *in* omittat Wower. cum Cod. Harl. Voss. *s. hæc enim luce siderea.* At Fulvian. quoque addit *in,* Nostri more. Vide ad Met. lib. XI. p. 754. b. Bened. habet *signa XII. luce siderea.* Verum non agit de signis Zodiacis, sed planetis. Adi Platon. p. 1052. Vulgo *in lucem.* Id.—6 Mss. *poterunt.* Elmenhorstius. Harl. Vulc. Bened. Edd. vett. Colv. Wow. *potuerunt t. numeri.* Voss. *potuerunt t. numeris.* Deesse aliquid scilicet credebant librarii, sed rursus subintelligitur 'sentit

NOTÆ

[s] *Solis quippe*] Ms. Thuan. *Solem quippe.*

[t] *Quas non recte Erroneas et Vagas dicimus*] Noster in De Deo Socratis: 'Verum etiam quinque Stellas, quæ vulgo Vagæ ab imperitis nuncupantur: quæ tamen indeflexo, et certo, et stato cursu meatus longe ordinatissimos divinis vicibus æternos efficiunt.'

[u] *P. errorem intellectus incidere* [*possunt in errorem intellectum inducere*] Ms. Thuan. *possunt in errorem incidere:* optime: sic legendum omnino.

Perituram quoque [7] esse observationem computationis hujus, si hic olim chorus antiquus [8] steterit.[9] Namque ut mensuræ et reversiones temporum noscerentur, circuitusque [1] mundi videretur, Solis incensa [2] sunt lumina: et vicissim, ut quies [3] desiderata proveniret animantibus,[w] opacitas est inventa noctis: mensesque [582] effici, cum Luna, circuli sui completo curriculo, ad eundem locum, a quo discesserit,[4] revertatur.[5] [x] Anni vero spatia concludi, cum Sol quadrinas [6] temporum contigerit vices,[y] et ad idem signum fuerit invectus. Horum enumerationem in se revertentium, et a se proficiscentium, intellectu [7] cogitationis in-

cœlesti. Interituram etiam esse observationem supputationis, si hic vetus siderum cœtus aliquando cessaverit moveri. Etenim, ut cognoscerentur mensuræ et recursus temporum, et ut cerneretur revolutio orbis, fax Solis accensa est: et vice versa obscuritas noctis reperta est, ut requies optata concederetur animalibus: et mensem aiebat conflari, quando Luna peracto cursu sui orbis, redit eodem unde profecta est. Absolvi autem intervalla anni, quando Sol percurrerit quatuor mutationes temporum, et relatus fuerit ad idem signum. Reperit cogitatione animi numerationem horum in se redeuntium, et discedentium a se. Ait tamen esse quosdam circuitus

Plato.' Vide supra ad p. 577. *Oud.*—7 Abest Bened. et Edd. ante Vulcan. In Harl. Voss. *que.* Id.—8 Lips. *attiguus* vel *astricus.* Id.—9 Fixus scil. cessaverit. Goesius in marg. *restiterit* vel *destiterit.* Id.—1 Bened. *noscentur circuitasque.* Id.—2 Edd. ante Vulcan. male *intensa.* Id.—3 Ms. *ut vicissim q.* et placet. *Sciopp. in Symb.* Bened. Edd. ante Vulcan. carent *et.* Oud.—4 *A quo discesserit.* Absunt hæc Edd. ante Junt. poster. *Id.*—5 Voss. *revertantur.* Id.—6 Voss. a m. pr. *quadrigas.* Id.—7 Harl. Voss. Bened. Vulc. *enumeratio intellectum.* Prave, nec melius Edd. ante Vulcan. *enumeratio intel-*

NOTÆ

[w] *Animantibus*] Plerisque, non tamen omnibus, sunt enim quædam quæ solent in tenebris victum quærere, et capere somnum interdiu, ut noctuæ.

[x] *Mensesque* [*mensemque*] *effici, cum Luna, &c. ad eundem locum, a quo discesserit, revertatur*] Talis mensis a Mathematicis dicitur mensis lunaris sidereus, dierum circiter viginti septem, sed nullius usus est: cumque mensis lunaris pronuntiatur, intelligendus est mensis lunaris synodicus 29. dierum et 12. horarum cum 44. minutis: qui mensis fit, dum Luna a conjunctione cum Sole sive Novilunio procedens, ad proximam conjunctionem, sive ad proximum Novilunium redit. Parum accurate ergo videtur hic locutus Apuleius: et revera non bene transtulit verba Platonis: sic enim is habet in Timæo: Μεὶς δὲ ἐπειδὰν σελήνη περιελθοῦσα τὸν ἑαυτῆς κύκλον, ἥλιον ἐπικαταλάβῃ. Ms. Thuan. *menses* hic habet, non *mensem.*

[y] *Quadrinas temporum vices*] Prima puncta Arietis, Cancri, Libræ, et Capricorni, in quibus fiunt Æquinoctium Vernum, Solstitium Æstivum, Æquinoctium Autumnale, et Solstitium Hybernum.

venit. Esse autem stellarum nihilominus certos ambitus, legitimis curriculis perpetuo servatos,[8] quos vix hominum solertia comprehendit. Unde fit,[9] ut et Magnus ille vocitatus annus[z] facile noscatur: cujus tempus implebitur, cum vagantium stellarum comitatus ad eundem pervenerit finem, novumque sibi exordium et itinera per vias mundi reparaverit.[1] Globorum vero cœlestium inter se nexorum per vices mutuas, omnium supremum esse eum, qui inerrabili[2] meatu censetur:[a] ejus amplexu ceteros coërceri. Et esse ἀπλανέσι primum ordinem, secundum Saturno datum,[3] Jovi tertium, Martem[4] quartum tenere, quintum Mercurio dari, sextum Veneris esse, septimum Solis itineribus incendi,[5] octavum metiri Lunam. Exinde[6] elementis om-

astrorum semper observatos cursibus justis, quos intellectus mortalium ægre complectitur. Unde evenit ut ille annus appellatus magnus cognoscatur facile: cujus tempus adimplebitur, quando cœtus Siderum errantium pervenerit ad eundem terminum, et restauraverit sibi novum initium, et novas vias per meatus mundi. Inter orbes vero cœlestes, qui sibi invicem cohærent alternis nexibus, illum esse summum omnium, cujus cursus dicitur esse erroris expers: reliquos contineri ejus ambitu. Ac primum quidem ordinem esse erroris expertem, secundum attributum esse Saturno, tertium Jovi, Martem occupare quartum, quintum tribui Mercurio, sextum esse Veneris, septimum inflammari meatibus Solis, Lunam percurrere octavum.

lectu. Id.—8 *Certos...servatos.* Edd. ante Junt. poster. *ceteros.* Edd. ante Vulcan. *servatis.* Id.—9 Edd. aliquot *sit.* Id.—1 Bened. *reparavit:* et mox Voss. Harl. *nexorum inter se.* Id.—2 Basil. 2. *inenarrabili.* Elmenhorstius. Mss. Harl. Voss. Vulc. Bened. Edd. Junt. post. Vulc. Wow. *inenarrabili.* Perperam. Hoc enim circulo stant fixæ stellæ, non errantes sive ἀπλανεῖς, quod hinc sequitur. *Oud.*—3 Ἀπλανῆ *primum ord. sec. Saturno datum.* Ald. ἀπλανεῖς. Sed Plato ipse: Ἐξ ἧς δὲ τῆς αἰτίας γέγονεν ὅσα ἀπλανῆ τῶν ἄστρων ζῶα, θεῖα ὄντα, καὶ διὰ ταῦτα ἐν ταὐτῷ στρεφόμενα ἀεὶ μένει. *Colv.* Flor. *aplanisi.* male. *Elmenh.* Bened. *aplan.* Harl. Vulc. cum Edd. Vicent. Junt. pr. Bas. *aplanes.* Sed Cod. Florent. *aplanesi,* ut bene enotavit Lindenbrog. non *aplanisi,* ut Elm. qui plane damnat: immo vero *aplanesi* seu ἀπλανέσι egregie, et confirmatur a Voss. qui habet *aplanisi.* Ordo primus est *datus Aplanesi:* secundus *Saturno, &c.* Perinde est sive Græcis sive Latinis velis scribere literis: nam Latini in his Græcis vocibus dativum quoque formant in *esi* vel *isi:* ut multis docet Heinsius ad Ovid. aliique. Vide ad Met. lib. II. p. 104. a. *Oud.*—4 Harl. Voss. Bened. *Jovis.* Bened. Voss. *Martis.* Id.—5 Malim: *inscendi.* Wowerius. Male. Ardescit hic circulus Solis meatibus. *Incendi* recte Vulc. e suo codice, cui accedunt Lindenbr. Voss. et Bened. In Harl. et Edd. prioribus est *incedi.* Oud.—6 Voss. Bened. *octavo.* Bened. *et*

NOTÆ

[z] *Magnus ille vocitatus annus*] Quem Plato τέλεον ἐνιαυτὸν appellat: hoc est, perfectum et absolutum annum.

[a] *Eum, qui inerrabili meatu censetur*] Cœlum est Stellarum Fixarum.

nia ac principiis occupari. Ignem ante alia[7] superiorem [583] esse, mox aëris locum: hinc aquæ proximum: et tunc globum terræ in medio situm æqualem loco, ac figura immobilem stare. Hos astrorum ignes[8] sphæris affixos,[b] perpetuis atque indefessis cursibus labi: et hos animales Deos dicit esse.[c] Sphærarum vero ingenium ex igni[9] coalitum et fabricatum. Jam ipsa animantium genera in quatuor species[1][d] dividuntur: quarum una est ex natura ignis ejusmodi, qualem Solem et Lunam[2] videmus, ceterasque siderum stellas: alterum ex aëria[3] qualitate; hanc etiam Dæmonum[4] dicit:[e] tertium ex aqua terraque coalescere,[5]

Postea elementa ac primordia tenere omnia reliqua spatia. Ignem primum omnium altissimum esse, post eum locum esse Aëris: inde conterminum esse locum Aquæ; ac denique orbem Telluris esse æqualiter in medio positum, immotum loco ac figura. Hæc lumina siderum annexa globis volvi curriculis assiduis et nunquam lassatis: et ait hos esse Deos animales: naturam vero Globorum illorum conflatam esse et effectam ex igne. Ipsa autem genera animalium distribuuntur in tres species: quarum una est ex qualitate ignis, cujusmodi cernimus esse Solem et Lunam, ac reliquas Stellas astrorum: alterum ait esse ex natura Aëris; hanc ait esse speciem Dæmonum: tertiam speciem conflatam esse ex Aqua et Terra, et genus mortale

inde. Id.—7 *Ignem autem aliis.* Ms. *ignem ante alia.* Virgil. Æn. I. 347. 'ante alios immanior omnes.' *Sciopp. in Symb. Ante alia* scil. elementa: nam ut *præ* (vid. ad Flor. N. 24. extr.) sic etiam *ante* cum comparativo jungitur. Bene ergo hoc reposuere Elm. et seqq. cum Mss. Fulv. Florent. Voss. In Harl. Bened. *autem alia.* Edd. reliquæ *autem aliis.* Oud.—8 Bened. *aquilem.* Voss. *hoc,* Bened. *hoc ast. etiones.* Id.—9 *Igne.* Harl. *igni.* Bene. Vide supra ad p. 678. de Deo Socr. *Id.*—1 Al. *in tres species.* Vid. Not. Var.—2 Lips. *quales.* Voss. *ac Lun.* Oud.—3 Floridi Ed. contra Mss. et Edd. ceteras *aëris.* Id.—4 Bene τὸ *etiam* cum Mss. Florent. Voss. et Bened. reposuit Elmenh. pro *esse,* quod non revocare debuerat Floridus: at idem bene e Thuan. vult restitui *dæmonum,* et sic reliqui; pro quo Elmenh. ex Florent. turpiter reposuit *dæmonem,* licet accedant Bened. et Voss. Speciem hanc non dicit esse *dæmonem* Plato, sed esse etiam *dæmonum,* qui huic scil. speciei accenseri debent, seu iis animantibus, quos ex aëria esse qualitate statuit cum Socrate. Vide latius de Deo Socr. et Platon. in Timæo p. 1053. *Id.*—5

NOTÆ

[b] *Sphæris affixos*] Desunt hæc duo vocabula in Ms. Thuano.

[c] *Et hos animales Deos dicit esse*] Quos etiam idcirco in animalium divisione collocat.

[d] *In quatuor* [*tres*] *species*] Plato Tim pag. 40. quatuor constituit: εἰσὶ δὲ τεττάρες· μία μὲν οὐράνιον θεῶν γένος· ἄλλη δὲ πτηνὸν καὶ ἀεροπόρον· τρίτη δὲ ἔνυδρον εἶδος· πεζὸν δὲ καὶ χερσαῖον, τέταρτον· Et Chalcidius: 'Deus animalium genera constituit quatuor: primum cœleste, plenum divinitatis: alterum deinde præpes aërivagum: tertium aquæ liquoribus accommodatum; quartum, quod terrena soliditas sustineret.'

[e] *Hanc etiam Dæmonum dicit*] Re-

et mortale genus corporum ex eo dividi terrenum atque terrestre:[f] sic enim χοϊκὰ censuit nuncupanda.[6] Terrenumque esse arborum, ceterarumque frugum, quæ humi[7] fixæ vitam trahunt: terrestria vero, quæ alit, ac sustinet tellus. Deorum trinas nuncupat species: quarum[8] est prima unus et solus summus ille,[9] ultramundanus,[g] [584] incorporeus: quem patrem et architectum hujus divini orbis[1] superius ostendimus. Aliud genus est, quale astra habent, ceteraque numina, quos Cœlicolas vocamus.[2] Tertium habent, quos Medioxumos Romani veteres appellant,[h] quod et sui ratione, et loco,[3] et potestate Diis summis sunt minores,

corporum ex hac esse, et distribui in Terrenum et Terrestre: nam existimarit pulverea esse ita vocanda: et genus quidem Terrenum esse arborum, ac reliquarum frugum, quæ vivunt implantatæ terræ. Illa vero dici terrestria, quæ Terra nutrit ac sustentat. Dicit esse tria genera Deorum, quorum primum est ille unicus ac solus Deus supremus, ultra orbem habitans, corporis expers, quem supra probavimus esse creatorem et fabricatorem hujus divini Mundi. Altera species Deorum est, qualem sidera obtinent, et reliqui Dii, quos appellamus Cœlestes. Tertium genus est eorum, quos antiqui Romani vocant Medioxumos: quia sunt inferiores supremis Diis et

Holstenius legit *ex terra quartum coal.* non attendens rursus tria genera esse et quatuor species. Ex Platonis πεζὸν pro *terrestre* et *terrestria* idem legit *pedestre* et *pedestria*. Id.—6 Vid. Not. Var.—7 Abest *quæ* a Voss. *Oud.*—8 Edd. ante Vulcan. *quorum*. Id.—9 Sic legendum est e Mss. In Edd. ante Vulcan. *unus summus primus et solus ille*. Ab Ed. Vulc. pr. et Wow. abest *ille*. Ceteræ habent, ut edidi, nisi quod *ille* præponant. *Id.*—1 Rom. et Basil. *divi orbis*: male. *Elmenh.* *Divini* Mss. et Edd. Junt. post. Vulc. &c. In reliquis *divi*. Oud.—2 Flor. Harl. Voss. Bened. *nominamus*. Id.—3 Sic bene Vulc. Wow. &c. Edd. priores dant *ex sui ratione et l.* Scal. omisit male τὸ *sui*. Bened. *q. et vi et ratione sed l.* Harl. Voss. *quod est sui r. sed l.* Florent. *quod et sui r. sed l.* Forsan *quod et sui r. sed et loco*. per ellipsin τῶν *non solum*.

NOTÆ

stitue ex Thuanis membranis, *Hanc esse Dæmonum dicit:* sic etiam Colvius.

[f] *Terrenum atque terrestre*] 'Terrenum' vocat Plato χερσαῖον, 'terrestre' vero πέζὸν, hoc est, pedestre, quod super terram pedibus graditur. Male ergo Colvius, quod sequitur, *sic enim χοϊκὰ* emendare voluit, et reponere χερσαῖα: quæ enim hic χοϊκὰ Apuleius nominat, ea sunt Platoni πεζὰ, non autem χερσαῖα: adde quod et hoc utitur vocabulo Tertullianus de resurrectione carnis cap. 36. 'Primus homo de terra Choicus, id est, Limaceus, secundus de cœlo, id est, sermo Dei.' Ms. Thuanus pro χοϊκὰ habet corrupte *et poneneptoton*, quod fortasse ex his corruptum est, quæ Plato habet χερσαῖον, καὶ πεζόν.

[g] *Ultramundanus*] Mart. Capella, lib. II. 'Ultramundanum fas est cui cernere patrem, Et magnum spectare Deum.'

[h] *Tertium habent, quos Medioxumos Romani veteres appellant*] Plaut. Cistellar. Act. II. Scen. 1. 'At ita me Dii Deæque, Superi, atque Inferi, et

hominum natura profecto majores. Sed omnia[4] quæ naturaliter, et propterea recte feruntur, providentiæ custodia gubernantur: nec ullius mali causa Deo poterit ascribi.[i] Quare[5] nec omnia[6] ad fati sortem arbitratur[7] esse referenda.[8] Ita enim definit: Providentiam esse divinam[9] sententiam, conservatricem[k] prosperitatis ejus, cujus causa tale suscepit[1] officium: divinam legem esse Fatum, per quod[l] inevitabiles cogitationes[2] Dei atque incepta complentur. Unde si quid providentia geritur,[3] id agitur etiam[4]

natura, et habitatione, et virtute, superiores certe hominibus ex sua natura. Ast cuncta quæ moventur naturaliter ac perinde bene, reguntur tutela Providentiæ, neque causa ullius mali poterit attribui Deo. Quapropter non putat quoque universa esse referenda ad decreta Fatorum. Nam ita definit: Providentiam esse decretum Dei, quod tuetur incolumitatem illius rei, propter quam recepit ad se illud munus: Decretum Dei esse Fatum, quo ineluctabiles sententiæ et suscepta Dei perficiuntur. Ideoque, si aliquid fit a Providentia, illud fit etiam a Fato: et quod perficitur a

Vide ad Met. l. x. init. 'scutum, sed et lanceam.' *Id.*—4 Voss. Bened. *Dii.* Harl. *si omn.* Id.—5 Pro *quare* Bened. *quarum.* Id.—6 Pessime et contra mentem Platonis et Auctoris Edd. ante Vulcan. præter Ed. Junt. poster. et marginem Bas. sec. habent *hæc omnia.* Id.—7 Bened. *fortem.* Edd. ante Vulcan. *arbitrantur.* Id.—8 *Esse ferenda.* Scribe ex Ms. *referenda.* Wowerius. Recte: nam sensus hoc postulat, et Fulviano accedit auctoritas Mstorum Florent. Voss. Harl. Pag. 206. 'nec sane omnia referenda ad vim fati:' vulgo *ferenda.* Oud.—9 Hoc ordine voces has edidi cum Mss. et Edd. ante Vulcan. ne quis 'divinam' referat ad 'providentiam.' Auctor vult providentiam esse sententiam divinam sive Dei. *Id.*—1 Edd. ante Vulcan. præter Basil. sec. *suscipit.* Id.—2 Bened. *per quam inev. agitationes.* Voss. *cognitiones.* Id.—3 Al. *agitur.*—4 Voss. Bened. *et.* Ed. Junt. post. *etiam et.* Oud.

NOTÆ

Medioxumi,' &c. Græci *δαίμονας* appellant. Vide Platonem in Symposio.

[i] *Nec ullius mali causa Deo poterit ascribi*] Plato, de Repub. lib. II. *καὶ τῶν μὲν ἀγαθῶν οὐδένα ἄλλον αἰτιατέον· τῶν δὲ κακῶν ἄλλ' ἄττα δεῖ ζητεῖν τὰ αἴτια, ἀλλ' οὐ τὸν θεόν.* 'et bonorum quidem nullus alius auctor dicendus est: malorum vero aliæ quævis a Deo causæ quærendæ sunt.'

[k] *Providentiam esse divinam sententiam, conservatricem, &c.*] Plato, lib. x. de Leg. *ὡς τῷ τοῦ παντὸς ἐπιμελουμένῳ πρὸς τὴν σωτηρίαν καὶ ἀρετὴν τοῦ ὅλου πάντ' ἐστὶ συντεταγμένα.* 'Eum, qui toti providet, ad virtutem salutemque totius omnia ordinare.' Ms. Thuan. habet *Providentiam esse divinam sententiam.*

[l] *Divinam legem esse Fatum, per quod, &c.*] Fatum sic definiebat Chrysippus, et alii Stoici, referente Laërtio, in Zenonis Cittiei Vita: *ἔστι δὲ εἱμαρμένη αἰτία τῶν ὄντων εἰρομένη, ἢ λόγος καθ' ὃν ὁ κόσμος διεξάγεται.* 'Fatum est connexa rerum causa, sive ratio, per quam mundus administratur.' Vide Plut. De Fato.

fato: et quod fato terminatur, providentia debet susceptum videri. [585] Et primam quidem[5] providentiam esse summi exsuperantissimique[6] Deorum omnium, qui non solum Deos cœlicolas[m] ordinavit, quos ad tutelam et decus per omnia mundi membra* dispersit;[7] sed natura etiam mortales Deos,[8 n] qui præstarent sapientia[9] ceteris terrenis animantibus, ad ævitatem temporis edidit:[10] fundatisque legibus reliquarum dispositionem ac tutelam[2] rerum, quas quotidie fieri necesse est, Diis ceteris tradidit. Unde susceptam providentiam Dii secundæ providentiæ ita gnaviter retinent,[3] ut omnia etiam, quæ cœlitus mortalibus exhiben-

Fato, existimandum quoque est Providentiam illud esse aggressam. Ac primam quidem Providentiam pertinere ad supremum et præstantissimum omnium Deorum; qui non modo disposuit Deos Cœlestes, quos dispersit per cunctas partes orbis, ad ejus conservationem et ornamentum; verum produxit quoque Deos mortales natura sua, qui superarent prudentia reliqua animalia terrestria, quique duraturi essent quamdiu tempus duraret; et stabilitis decretis suis, permisit reliquis Diis ordinationem et conservationem ceterorum, quæ oportet evenire singulis diebus. Ideoque Dii illi, quibus tradita est secunda Providentia, tam firmiter tenent Providentiam, quæ ipsis tradita est; ut cuncta etiam, quæ ex cœlo ostenduntur hominibus, retineant

--5 Edd. Elm. Scriv. *primum*. A Bened. et Ed. Flor. abest *quidem*. Id.—6 Quædam edd. *exuperatissimique*.—7 Florent. Edd. Elm. Scriv. Flor. *sparsit*. Præfero Mss. reliquorum lectionem. *Oud.*—8 Haud male idem ille lib. *mortaleis eos*. Wowerius. Voss. Harl. Bened. quoque *eos*: sed male, et id potius monachis ascribendum, qui non capiebant *Deos mortales*: sed Auctor cum Platone eos discernit a Cœlicolis. Vide in Timæo p. 1053. *Oud.*—9 Harl. *sapientiam*. Id.—1 Flor. *sedit*. male. *Elmenh.* Bened. *edit*. Harl. *dedit*. Voss. *sedit*. A *fundatisque* abest *que* in Bened. *Oud.*—2 *Dispositionum ad tutelam*. Lege ex vet. cod. *dispositionem ac tutelam*. Wowerius. Recte, atque ita Florent. Voss. cum Fulv. et Edd. Wow. Elm. &c. Harl. Bened. *dispositionum tutel.* ut construas tutelam dispositionum ac rerum. Olim vulgo sine sensu *dispositionum ad tut.* Oud.—3 *Graviter retinent*. Forte legendum, *gnaviter retinent*; et sic etiam conjecerat eruditus adolescens J. Dousa F. *Colv.* Bene: nec aliter Mss. O. nisi quod Voss. *naviter*, ut alii malunt scribere. Ante

NOTÆ

[m] *Deos cœlicolas*] Solem, Lunam, ceteraque Astra, quæ in cœlo cernuntur.

[n] *Sed natura etiam mortales Deos*] Alios ab illis Cœlicolis, nempe Oceanum, Tethyn, Phorcyn, Saturnum, Rheam, et alios, quos omnes Plato ait eatenus nobis conspicuos, quatenus ipsi volunt.

[o] *Ad ævitatem temporis edidit*] Plato in Timæo Deum inducit illos Deos sic alloquentem: 'Quia generati estis, immortales quidem et indissolubiles omnino non estis: nec tamen unquam dissolvemini, nec mortis Fatum subibitis: nam voluntas mea majus præstantiusque vobis est vinculum ad vitæ custodiam, quam nexus illi, quibus fuistis colligati tunc, cum gignebamini.'

tur,[4] immutabilem ordinationis paternæ [5] statum teneant. Dæmonas [6] vero, quos Genios et Lares possumus nuncupare,[7] ministros Deorum arbitratur,[8] custodesque hominum et interpretes, si quid a Diis velint.[p] Nec sane omnia referenda [9] ad vim fati putat: sed esse aliquid in nobis, et in fortuna [1] [q] esse nonnihil: et fortunæ quidem [586] improvidos casus ignorari a nobis fatetur. Instabile enim quiddam et incurrens intercedere solere,[2] quæ consilio fuerint [3]

statum immobilem dispositionis illius Dei parentis aliorum. Existimat autem Dæmones, quos nobis licet appellare Genios et Lares, esse famulos Deorum, et tutores hominum, et eorum internuntios, si cupiant aliquid a Diis. Neque arbitratur certe universa attribuenda esse potentiæ Fati, verum aliquid pendere a nobis, et aliquid pendere a Casu: et confitetur quidem nos non cognoscere casus improvisos Fortunæ. Nam aliquid inconstans et interveniens solere obstare iis, quæ fuerint incepta consilio

inepte *graviter*. Voss. *retinet*. Oud.—4 Ita reposuit e suo Cod. Vulc. et seqq. cum vulgo ederetur *quæ a cœlestibus*. In Voss. et Harl. Codd. *quæ cœlestis mort. exhibeantur*, nisi quod Voss. *exhibentur*. Florent. *quæ cœlestibus a mort.* At Bened. tantum *quæ cœlestis exhibet*. scil. pater exsuperantissimus, unde subdit *ordinationis paternæ:* nam ibi male Wow. conjecit *æternæ*. pag. 205. habuimus 'pater de summo Deo.' Vide et Platon. d. l. Posses et *cœlestes mort. exhibent*. Nam *cœlitus* nusquam Auctor adhibet, nec etiam illo priores. Sed Lactantius, Prudentius, Ammianus usi fuerunt cum posterioribus. *Id.*—5 Quid si: *æternæ?* Wowerius.—6 *Dæmones*. Bened. *Dæmonias*. scribendum scil. *Dæmonas* cum Florent. Voss. Harl. Vulc. ut passim cum aliis Auctor acc. plur. in nominibus Græcæ originis exprimit. de Deo Socr. in f. 'Sirenas.' *Oud.*—7 Bened. *nuncupamus*, in quo mox abest *Deorum*. Id.—8 Florent. Voss. Harl. Edd. ante Vulc. Ed. sec. *arbitrantur*. Id.—9 *Referenda esse*. Sic Harl. Florent. Voss. Edd. Elm. Scriv. Flor.* A reliquis bene τὸ *esse* exulat. Florent. Voss. Harl. *putant*. Id.—1 Harl. Bened. Voss. et Edd. eædem rursus addunt τὸ *esse*. Et mox pro *et fort.* Florent. Voss. Bened. *ejus fortunæ*. Abest *quidem* Edd. ante Vulcan. pro eo Bened. *quod*. Id. —2 *Intercedere ea solere.* Totam hanc periodum corruptam recte restituit. Wowerius. Ed. Bas. sec. *incedere*. Edd. ante Vulcan. item Wowerii *interc. ea solere:* sed carent τῷ *ea* Mss. et satis subintelligitur in τῷ *quæ*. Eleganter

NOTÆ

[p] *Et interpretes, si quid a Diis velint*] Noster, de Deo Socratis: 'Ceterum sunt quædam divinæ mediæ Potestates, inter summum æthera et infimas terras; in isto intersito aëris spatio, per quas et desideria nostra et merita ad Deos commeant. Hos Græco nomine δαίμονας nuncupant, inter Terricolas Cœlicolasque vectores hinc precum, inde donorum: qui ultro citroque portant hinc petitiones, inde suppetias,' &c.

[q] *Et in fortuna, &c.*] Fatum et Fortunam sic distinguit Marsil. Ficinus, in Argumento lib. IV. Platonis, de Legibus: 'Ceterum illa ipsa concursionum cœlestium dispositio, quando talis provenit, ut artem necessario superatura sit, Fatum dicitur potius, quam Fortuna: quando vero talis, ut exsuperare inertem possit, et superari ab arte, Fortuna potius nominatur.'

et meditatione suscepta, quod[4] non patiatur meditata ad finem venire. Et tunc quidem, cum impedimentum[5] istud utiliter provenerit,[6] res illa Felicitas nominatur; at ubi repugnationes[7] istæ nocivæ erunt,[8] Infelicitas dicitur. Omnium vero terrenorum nihil homine præstabilius[9] providentia dedit. Quare idem bene pronuntiat, hominis animam esse corporis dominam.[1] [r] At enim cum tres partes animæ dicat[2] esse:[s] rationabilitatem,[3] id est, mentis optimam portionem, hanc ait[4] capitis arcem tenere:[t] irascen-

et longa recogitatione, quod non sinat excogitata perduci ad exitum. Et quidem, quando illud obstaculum successerit commode, id vocatur Felicitas: verum, quando illa obstacula erunt noxia, appellatur Infelicitas. Ex cunctis autem terrestribus rebus Providentia nihil produxit excellentius homine. Quapropter idem Plato recte ait mentem hominis esse dominam corporis. Sed enim cum pronuntiet tres esse partes animæ: dicit Rationem, hoc est, excellentissimam partem animi, occupare

enim pronomen demonstrativum passim omitti quis nescit? Sic infra p. 589. in Mss. optimis 'exhaustis et labentibus, quæ inferuntur:' vulgo additur *iis.* Vide Burm. ad Virg. Æn. IV. 598. Frustra ergo tentat Wopkens. Misc. Obs. vol. VIII. p. 76. locum Velleii l. II. c. 116. *quem virum ne qui intellexit quidem abunde miratus est.* pro, *ne ille quidem qui intellexit:* non opus ergo pro *ne* substituere *nemo.* In Bened. h. l. vitiose est *Solem quod.* Oud.—3 Sic Florent. Voss. Harl. Edd. Elm. &c. Antea *fuerunt.* Abest a Bened. *Id.*—4 Sic bene e conjectura edidit Wower. nisi malis *quia:* nam Mss. et Edd. priores *quæ:* sine sensu. Exulat a Bened. *Id.*—5 Vulgatum ante, *tum imp.* Colvius. Monuit jam Stewech. supra ad p. 580. caret vocula Bened. Pro *istud* Edd. ante Vulcan. *illud.* Oud.—6 Sic Florent. cum Edd. Elm. &c. Bene. In aliis *provenit.* Id.—7 Florent. *repugnatione:* male. *Elmenh.* Cum Florent. faciunt Voss. et Bened. *Oud.*—8 F. *nocuerunt.* Brantius. Inepte. Statim *vero* abest a Bened. *Oud.*—9 *Præstantius.* In Margarita Poët. legitur, *præstabilius.* Colvius. Accedunt Fulv. Voss. Harl. Bened. Vere. de Deo Socr. p. 694. 'præstabilis ariolari.' Flor. N. 6. 'genus præstabile.' N. 23. 'colores præstabiles:' et hoc ipsum in Apol. p. 545. 'quod multo præstabilius est:' ut et apud Cicer. II. de Off. 19. 'Quid eloquentia præstabilius?' *Oud.*—1 Sic optime Scal. et Elm. ac seqq. ediderunt cum Mss. Lindenbr. Bened. &c. in Harlem. Voss. *Iidem bene pronuntiant, homines esse an. c. d.* Abest τὸ *esse* a Bened. In Edd. ceteris *Iidem homines bene pronuntiarunt esse an. c. d.* Inepte: unde Lips. jam legit *idem hominis bene pronuntiavit, &c.* Pro *dominam* Voss. *divinam.* Mox pro *animæ* Edd. ante Vulcan. *animi.* Id. —2 Ms. *ducat:* id est, putet. *Sciopp. in Symb.* Vulgo *dicat:* male. Vide Indicem. *Elmenh.* Florent. et Voss. cum Fulv. *ducat:* nec male. *Oud.*—3 Al. *rationabilem.*—4 Sic Mss. et Edd. præter Florent. et Edd. Elm. ac seqq. unde exulat *hanc:* me non temere assentiente, licet eodem res redeat. *Id.*—

NOTÆ

[r] *Hominis animam esse corporis dominam*] Ex Platonis Phædone.

[s] *At enim cum tres partes animæ dicat esse, &c.*] Vide Platon. de Republ. lib. IX. pag. 734.

[t] *Rationabilitatem, &c. ait capitis arcem tenere*] Vide Plat. Timæum, pag. 1073. et seqq.

tiam vero procul a ratione, ad domicilium cordis deductam esse, obsequique[5] eam, et in loco respondere sapientiæ:[6] cupidinem atque appetitus, postremam mentis[7] portionem, infernas abdominis[8] sedes tenere, ut popinas quasdam et latrinarum latebras,[9] diversoria nequitiæ atque luxuriæ. Relegatam vero idcirco longius a sapientia hanc partem videri, ne importuna vicinitate ratio consultans desuper cunctorum saluti, in ipsa cogitationum utilitate turbaretur.[1] Totum vero hominem in capite vultuque[2] esse.[u] Nam[3] prudentiam, sensusque omnes, non alias[4] quam illa parte corporis contineri. Cetera enim membra ancillari et subservire[5] capiti, cibos et alia subministrare. [587] Ver-

arcem capitis: Irascentiam autem dimotam esse ad sedem cordis longe a Ratione, atque eam obedire et parere Prudentiæ, cum est opus. Cupiditatem et Appetitum, quæ sunt ultima pars animi, occupare loca inferiora ventris, veluti quasdam ganeas, et latibula cloacarum, stabula malitiæ et impudicitiæ. Hanc autem mentis portionem videri ideo procul remotam a Ratione, ne molesta propinquitas illius in ipso fructu meditationum prudentiam interturbaret intentam ex alto incolumitati cunctarum partium. Totum autem hominem consistere in capite et facie. Rationem enim et omnes sensus non alibi residere, quam in illa parte corporis. Nam reliquos artus famulari et ministrare capiti, suppeditare escam atque alia. Constituit etiam

5 Edd. ante Vulcan. carent τῷ *que*. Id.—6 Stewechius, *et respuere interdum logos sapientiæ*. Logi. *Elmenh*. *Et in loco resp.* Ubi res et locus postulat. Non habent τὸ *et* Harl. Voss. et Bened. *resp. in loco* Edd. ante Elmenh. contra Mss. quod obscurius. Ridicule et frustra Stewech. *Oud.*—7 Bened. *enim mentis*. Exulat male τὸ *mentis* ab Edd. ante Vulcan. *Id.*—8 Bened. *ab iis*. Harl. *ad imas*. Pro *tenere* Edd. ante Vulcan. *obtinere* contra Mss. *Id.*—9 Voss. a m. pr. *tenebras:* et mox *relegatum*. Id.—1 *Vicin. et rationem consumptam desuper cunct. sal. &c. turbaret*. Exponit Florid. τὸ *consumptam* pro *intentam*, ut sensus loci flagitare videbatur. Verum hujus locutionis idoneum exemplum quæro. Aliud quid latet: nam τὸ *et* otiosa hic est vocula, quare etiam omisit Wow. cum Salmasio qui ad Epictet. p. 146. legit *consulturam*. In Edd. vero ante Scalig. ut et Wowerii leg[illegible] *constitutam:* sed Mss. *consumptam* vel *consumpta*, ut exhibent Florent. et Bened. ac Plato ait p. 1074. *κατοικοῦν πορρωτάτω τοῦ βουλευομένου* sive *consultore*. Adhæc in Mss. Florent. Voss. et Bened. est *turbaretur*. Hinc minima mutatione lego sic, *ne importuna vicinitate ratio consultans desuper cunctorum saluti, &c. turbaretur*. In Edd. ante Vulcan. præter Junt. poster. est *perturbaret* contra Mss. *Id.* *Cogitationum vicinitate*. Ita emendo secutus vulgatam lectionem *cognationum vicinitate*. Wowerius. Sed recte Vulc. et ceteri cum Mss. dederunt *cogitationum utilitate*. Oud.—2 Voss. *vultu inque*. Id.—3 Ita Florent. Voss. Harl. Bened. Edd. Elm. &c. Reliquæ *namque*. Id.—4 Lego, *non alia*. Colvius. Sc. parte: quod et ego malim: nam *alias* pro *alio loco* an Latinum sit dubito. *Oud.*—5 *Subservire, &c.* Hæc satis sunt mendosa, neque ejus purgandi par fuit erudi-

NOTÆ

[u] *Totum vero hominem in capite vultuque esse*] Vide Timæum pag. 1056.

ticem etiam sublime positum,[w] ut dominum atque rectorem, providentiaque ejus a periculis vindicari. Sed et [6] machinamenta, quibus ad sentiendas [x] dijudicandasque quantitates et qualitates [7] sensus instructi sunt, ibidem erga regiam capitis constituta esse,[8] in conspectu rationis, ut intelligendi ac persentiscendi [9] veritas adjuvetur. Sensus vero ipsi ad ea, quæ sunt sensibilia, apte compositi a natura,[1] intelligentiam cognatam tenent. Et primo oculorum [2] acies gemellas perlucidas esse, et quadam [3] luce visionis illustres, noscendi luminis [4] officium tenere: auditio-

caput in summa parte corporis tanquam dominum et gubernatorem ejus, et quidem illud ait defendi a periculis, ipsius prudentia. Verum et organa, quibus sensus præditi sunt, ad percipiendas et æstimandas magnitudines et qualitates, posita esse ibidem circa arcem capitis prope rationem, ut veritas intellectionum et sensationum juvetur. Ipsi autem sensus a natura facti convenienter ad res sensibiles habent rationem sibi affinem. Primo enim binos oculorum orbes esse perlucidos, et splendentes quodam lumine visus, gerere munus cognoscendæ

••••••••••••

tus doctissimi Vulcanii conatus. Emendabuntur autem, si Fulvianum secuti codicem legamus: *subservire capiti, cibos et alia subministrare: verticem etiam in sublime posuit, ut dominum atque rectorem, providentiaque ejus a periculis vindicari.* Scioppius in Symb. Mendosa hæc sunt et corrupta; quæ tamen recte ex Cod. scripto emendabo: *Cetera membra ancillari et subservire capiti, cibos et alia subministrare. Verticem etiam in sublimi posuit, ut dominum atque rectorem providentia ejus a periculis vindicaret.* Wowerius. Τὸ *capiti* adjeci ex Florent. *Elmenh.* Bene emendarunt Sciopp. et Wow. e Cod. Fulv. et Elm. &c. e Florent. quibus accedunt Putean. Thuan. Voss. Leid. Vulc. Harl. Bened. et Ed. Junt. post. quæ tamen prave habet cum Edd. reliquis ante Vulcan. carentibus τῷ *capiti*, quoque *observire*. Oud. Vid. Not. Var.—6 Ita Florent. Bened. Edd. Elm. Scriv. Flor. Ab aliis abest τὸ *et*. Oud.—7 Voss. Bened. *et dijudicandas qualitates.* Absunt quoque *quantitates et* a Thuan. Harl. et Edd. ante Vulcan. *Id.*—8 Carent Edd. ante Junt. poster. *Id.*—9 *Ac* cum Elmenh. et reliquis dedi e Florent. Voss. Harl. Vulc. In reliquis *atque.* Bened. a m. pr. et Edd. ante Vulcan. *persentiendi.* Id.—1 Sic e suo Cod. Vulc. et seqq. In prioribus erat vitiose *composita, naturæ.* Florent. Voss. et Harl. *composita natura.* Bened. *compositi natura.* Non male quoque. *Id.*—2 Veteres editi, *Ac ocul.* vel, *At ocul.* Saniorem et integriorem lectionem e Basil. 2. expressimus. *Colv.* Edd. ante Junt. poster. *ac* vel *at* sine *primo.* Harl. Voss. *ac primo.* Iisdem Edd. abest τὸ *gemellas.* Oud.—3 Carent τῷ *et* Florent. Harl. Voss. Bened. *eas q.* edd. priores Vulcanio exhibent. *Id.*—4 Ridicule Edd. ante Vulcan. *literas* contra Mss. unde in marg. R. *res*

NOTÆ

[w] *Verticem etiam [in] sublime positum [posuit]* Sic restituit Wower. ex Ms. Fulvii: legebatur prius *vectare etiam sublime possit;* ab aliis *vectare ut in sublime possit,* sensu aut nullo, aut certe intricatissimo.

[x] *Machinamenta, quibus ad sentiendas, &c.*] Organa sensuum, puta nares, oculos, &c. Vox *quantitates* deest in Ms. Thuano.

nem vero aëreæ naturæ participem, aëriis nuntiis[5] percipere sonores. Jam gustatus[6] solutiores esse sensus, ideoque humidioribus potius et aquosis commodatos.[7] Tactum etiam terrenum[8] atque corporeum, solidiora, quæque[9] contingi offendique possunt, sentire.[1] Eorum etiam, quæ corrupta mutantur,[2] separata intelligentia est.[3] In media namque regione oris nares natura constituit, quarum bifori via[4] odor cum spiritu commeat.[5] Conversiones autem mutationesque[6] odoratus causas dare,[y] easque de corruptis[7] vel adustis, vel mucescentibus,[z] vel madefactis sentiri,[8] cum quidem ea quæ vertuntur, vapore vel fumo exhalato,

lucis: Auditum autem, qui de aëris natura participat, sentire sonos ope nuntiorum aëriorum. Quod ad Gustum attinet, sensationes ejus esse laxiores, atque idcirco congruere magis rebus humidis et aquosis: Tactum quoque, qui terrestris et corporeus est, percipere omnia solidiora, quæ possunt palpari et tangi. Est etiam alia perceptio eorum, quæ ex corruptione immutantur. Nam natura locavit in medio vultu nasum, per cujus binos meatus odor fertur una cum halitu. Conversiones autem et immutationes præbere causas olfactus, atque eas percipi ex corruptis, aut ustulatis, aut rancescentibus, aut humefactis, cum quidem ea promuntur, et tepore

alias Lips. *ætheris* conjecere. *Id.*—5 Al. *aëreis.* Florent. Voss. Bened. Vulc. *aëris:* solita confusione. *Id.*—6 Edd. ante Junt. post. *gustus.* Iisdem Edd. absunt τὰ *solutiores, &c.* usque ad *aquosis.* Id.—7 *Humilioribus . . . commendatos.* Mutila hæc de gustu olim animadverteram, quare ea jam ascripsi ex Beroaldina editione, et reponenda puto: *ideoque humidioribus potius, aut aquosis commodatos.* Quinimmo et quæ de olfactu subsequuntur, mea opinione in hunc modum restituenda: *Eorum etiam, quæ corrupta videntur, separandi vis intelligenda est.* Vulgatæ editiones ad unam omnes legunt, *quæ corrup. imitantur, separanda vis inest.* Stewechius. *Humidioribus* bene Stew. Vulc. &c. In Edd. Junt. post. Bas. sec. Colv. *humilioribus.* Harl. *humistoribus:* in eodem et Voss. ac Bened. *et aquosis pot. Commodatos* quoque bene correxit Stew. cum ederetur *commendatos,* ut est in Harl. *Oud.*—8 Bened. *tactus terr.* Pro *atque* Harl. *ac.* Id.—9 *Solidiora quæcunque.* Florent. Voss. Fulv. Harl. Bened. *quæque.* Bene sane. Solidiora, et quæ possunt contingi. *Id.*—1 Florent. Fulv. Ed. Scriv. *et sentire possunt.* Prave. *Id.*—2 Edd. ante Junt. post. *imitantur.* Perperam Stewech. *videntur.* Id.—3 Sic Mss. et Edd. Vulc. ac seqq. Priores *separanda vis intelligenda est.* Hinc Stew. *separandi vis,* quod non intelligo. R. *separando. Intelligenda* habet Harl. *Id.*—4 Al. *symphonia.* Vid. Not. Var.—5 Bened. *meat.* Idem cum Voss. *conversationes.* Vide supra ad p. 581. *Oud.*—6 Edd. ante Junt. post. *aut mutationes.* Bened. Voss. *adoratas.* Id.—7 Abest *de* a Voss. *Id.*—8 Vid. Not. Var.—9 *Restent integræ.*

NOTÆ

[y] *Conversiones autem mutationesque odoratus causas dare*] Vide Timæum.

[z] *Vel mucescentibus*] Ms. Thuanus: *vel mitescentibus,* quod, si recipias, intellige de fructibus maturescentibus.

odoris in his judicium sensusque succedunt. [588] Nam si res sint integræ[9] et aër purus,[1] nunquam[a] ejusmodi auras inficiunt. Et sensus quidem ipsi nobis communes sunt cum ceteris animantibus. At enim hominum[2] solertia ejusmodi[3] beneficio divino[4] instructior auctiorque,[5] quod auditus illis est visusque[6] præstantior. Oculis namque metitus est cœlum, siderumque[7] circuitus, et astrorum obitus atque ortus, eorumque[8] cum significatibus[9] spatia[b] comprehendit: ex quo pulcherrimus et uberrimus fons ille philosophiæ profluxit. Auditu vero quid homini magnificentius potuit evenire? per quem prudentiam sapientiamque condisceret,[1] numerosque orationis metiretur, ac modos fa-

vel fumo spirant: sequitur perceptio et æstimatio odoratus in eis. Si enim res sint incorruptæ, et aër sit serenus, nunquam infectant tales exhalationes. Ac ipsi quidem sensus sunt nobis communes cum reliquis animalibus. Verum sagacitas hominum melius ornata et dotuta est hoc divino munere, quia habet auditum et visum excellentiorem. Etenim homo mensus est oculis cœlum, et complexus est mente revolutiones astrorum, et ortus, occasusque stellarum, et eorum intervalla cum suis significationibus. Unde præstantissimus ille et abundantissimus Philosophiæ fons manavit. Quid autem potuit accidere homini præstantius Auditu? cujus ope disceret prudentiam et sapientiam, et expenderet numeros sermonis, et daret ipsi modu-

Forte *reſtent.* Brantius. Non male. Vide ibid. Platon. et me ad l. IX. Met. p. 641. b. *Res sint int.* edidere Scal. Elm. &c. *si res int.* Vulc. et Wow. At Edd. priores *restent integre.* Ms. Vulc. *si res stent integræ.* Harl. *si res non stent integre.* Florent. Bened. Voss. *si res istent ægre* vel *ægræ:* unde lego: *si res istæ integræ.* Oud.—1 Edd. ante Junt. post. *purius.* Pro *auras,* quod abest a Voss. in Florent. est *aures:* et mox pro *et* Bened. et Voss. *eos.* Harl. et Voss. inverso ordine *comm. nobis.* Id.—2 Al. *hominis.*—3 Harl. et Edd. ante Vulcan. *ejusdemmodi.* Oud.—4 Inverso ordine Harl. Voss. *Id.*—5 *Auctiorque est.* Edd. ante Vulcan. male *aptiorque* sine τῷ *est,* quo carent etiam Bened. Voss. et Harl. bene. *Id.*—6 *Auditus ille visusque.* Malim, *illis.* Vulcanius. Sic Harl. et Edd. ante Vulcan. Stew. emendabat *illi,* atque ita Bened. et Ed. Scal. Sed Florent. modo exhibet *auditu visuque.* Forte *auditu ille visuque.* Wow. *illis visusque est.* Oud.—7 Carent τῷ *que* Edd. ante Vulcan. Mox Bened. *astrorumque.* Id.—8 Eædem Edd. non habent hoc contra Mss. Goesius bene vidit *et* saltem addi debuisse. sed Lips. conjecit *ortus cum significantibus spatiis,* i. e. διαστήμασι. *Id.*—9 Al. *significantibus.*—1 Edd. ante Vul-

NOTÆ

[a] *Nam si res sint integræ, et aër purus, nunquam, &c.*] Plato, eodem Timæi loco: τὸ γὰρ τῶν ὀσμῶν πᾶν, ἡμιγενές. εἴδει δὲ οὐδενὶ ξυμβέβηκε συμμετρία πρὸς τὸ τινὰ σχεῖν ὀσμήν. 'Semigenia enim est odorum natura: speciei vero nulli competit odorem habere,' hoc est, ex se, et quamdiu ad corruptionem non vergit.

[b] *Spatia*] Vulgo *aspectus* astrorum vocant.

ceret, fieretque et ipse totus[2] modulatus ac musicus. Huc
lingua,[3] et dentium vallum,[c] et ipsius osculi[4] venustas ac-
cessit: quod quidem aliis animantibus ad explendam vic-
tus necessitatem, inferendasque ventri copias comparatum
est: sed homini[5] promtuarium potius rectæ rationis et sua-
vissimæ orationis hoc datum est;[6] ut quæ prudentia corde
conceperit, ea sensa[7] promat oratio. Sed et[8] totius cor-
poris habitus et figura membrorum alia conditione sunt
optima, alia longe[9] pejora. Inferiora reguntur[1] optima-
tium[2] præstantia, et ipsa ministerium suggerunt victuale.
Pedes denique humerorum tenus[3] capiti obediunt. At su-

los, ipseque evaderet totus numerosus ac musicus. Præter linguam additum est septum dentium, et decor ipsius oris, quod quidem datum est ceteris animalibus ad subveniendum necessitati victus, et suppeditanda alimenta alvo: at illud concessum est homini ut esset penus rectæ rationis et sermonis jucundissimi, ut sermo efferat illas cogitationes, quas Prudentia formaverit in pectore. Verum habitudo etiam totius corporis et forma singularis est. Membrorum quædam habent optimam conditionem, quædam habent multo deteriorem. Quæ deteriora sunt, gubernantur excellentia meliorum. Atque ipsa funguntur officio nutriendi. Denique a pedibus usque ad humeros omnia membra parent capiti. Porro septa superciliorum defen-

can. *disceret.* Voss. *numerusque.* Oud.—2 *Totus ipse.* Harl. *ipse totus.* Bened. Voss. *et ipse totus.* Bene. *Id.*—3 Margar. Poët. *linguæ.* Colvius. Scil. in dativo. Contra Mss. id recepere Elm. Scriv. Flor. Optime Bened. *huc lingua.* Oud.—4 Harl. Bened. *oculi.* Id.—5 *Hominis.* Malim, *homini.* Vulcanius. Vulcanii conjecturam testor confirmari Fulvii manuscr. *homini.* Scioppius in Symb. Mstis Vulc. et Fulv. accedit Florent. atque ita jam conjecerat Stew. Ante Wower. edebatur *hominis.* Bened. *homini ob prompt.* Pro *comparatum* Voss. *comparandum.* Oud.—6 Vet. edit. *rationis et suavissimæ datum est.* Colvius. Tà *orationis hoc* non agnoscunt Edd. ante Junt. post. Pro *datum* Bened. *elatum.* Oud. Casaub. ad Apol. p. 411. Ed. Flor. locum citans: *homini promtuarium rectæ rat. et suav. orat. os datum est*, fortasse magis Auctoris sensum quam verba ob oculos habuit. Alias, si *os* Mstis probari posset, apprime placeret. *J. Bosscha.*—7 Harl. *conceperat.* Voss. *concepit.* Bened. *conceperit eas usa.* Oud.—8 Harl. Voss. et Edd. ante Vulcan. cum Wower. non habent *et.* Id.—9 Rom. et Bas. 2. Reliquæ *atque longe.* Colvius. Sic recte Mss. et Edd. ante Elmenh. exceptis Basil. in quibus *atque l.* unde Stew. conjecit *aliaque*, quod male tacens arripuit Elm. et seqq. *Oud.*—1 Voss. *geruntur, reguntur*, ducta lineola sub *geruntur.* Id.—2 Harl. et Edd. ante Vulcan. *optimatum.* Id.—3 *Humo tenus.* Omnes fere libri veteres: *humero tenus.* Satius tamen visum sequi vulgariam lectionem, utpote simpliciorem et pleniorem. *Wower.* Bened. Edd. ante Vulcan. item Wow. *humo tenus*: sed male. Auctor ait, omnia membra et universa, (de singulis separatim aget,) ab imis usque ad summa, capiti obedire, ut p. 586. 'cetera membra ancillari et subservire capiti.' Sed cur *uno humero?* Recte ergo Mss. Florent. Fulv.

NOTÆ

c *Dentium vallum*] Homero ἕρκος ὀδόντων.

perciliorum [4] sepes [d] præmuniunt [5] oculos; ne desuper [589] proruat, quod teneras visiones mollesque perturbet. Pulmones loco, ac sui genere, cordi plurimum consulunt. Cum exardescit ira,[e] trepidansque [6] celerioribus motibus vertex cordis ipsius madens sanguine,[7] pulmonum [8] excipitur mollitia, siti, frigore. Lienem [9] vero jecinori,[1 f] nec frustra,[2] esse finitimum, ut ejus redundantiam [3] participatis haustibus relevet, abstergeatque [4] ea, quæ sordium fuerint, purumque ac sincerum præstet: quod maxime fibris est commodum.[g] Ventrem hiris intestinorum [5] circumplexum,

dunt oculos, ne aliquid cadat ex superiori parte, quod turbet visus teneros ac delicatos. Pulmones permultum prosunt cordi, situ suo, et sua natura. Quando Ira inflammatur, et cacumen ipsius cordis palpitans pulsibus citatioribus, plenum sanguine excipitur mollitie, siccitate, et frigiditate pulmonum. Lienem autem idem Plato ait non incassum esse vicinum hepati, nempe ut exoneret ejus exuberantiam, combibendo partem ejus humorum, et, si quæ impura sint, ea detergat, ac reddat eum mundum ac sanum: quod est valde utile visceribus. Alvum esse circumvolutam

et Ed. Bas. sec. *humerorum tenus.* Voss. *humorum t.* Nam *tenus* a Nostro etiam cum Genitivo jungi jam diximus ad Flor. N. 2. 'Nubium tenus.' de Phil. Mor. p. 612. 'Tyrannidis tenus:' sic enim Mss. Vide Drakenb. ad Liv. l. XLIV. c. 40. Apud Solin. p. 13. prave Ed. Ald. *crure tenus* pro *crurum t.* Etiam cum accusativo construitur. Vide ad Val. Flacc. I. 538. *Oud.*—4 *Ad sup.* Edd. ante Vulcan. *ac.* Male Edd. Elm. Scriv. *ad.* Id.—5 Harl. Voss. *denique præmuniunt.* Idem.—6 Harl. *trepidans.* Lips. *trepidatque.* Idem.—7 Fortassean in autographis fuerit, *vertex cordis bilis madens sanguine.* Stewechius. Bened. *ipsius madens sanguinem.* Oudendorp.—8 Al. *pulmonis.*—9 *Lienem* Mss. O. et Edd. Junt. post. Vulc. &c. In Colv. et aliis *splenem.* Oud.—1 Edd. ante Vulcan. *jecori,* ut p. 590. Harl. Voss. *jocineri.* Bened. Florent. aliique cum Edd. Vulc. Scal. *jocinori:* ut hæc passim variantur. *Id.*—2 *Non frustra.* Florent. Voss. *vel frustra.* Absunt a Bened. Recte Harl. *nec frustra.* Id.—3 Sic optime Florent. cum Edd. Elm. &c. In reliquis Mss. et Edd. *redundantia:* nisi hoc sit substantive positum in plur. ut 'eminentia cujusque operis' apud Vellei. I. 17. ubi alii *eminentiam.* Id.—4 Sic bene Voss. ut apud Plautum aliosque. *Detergat* in præs. Lib. IV. Met. in f. et in Apol. p. 406. Ed. Flor. In reliquis libris est *abstergatque.* Bened. *et abst.* in quo pro *quæ* est *quæque.* Voss. *sordidum fuerit purumque et sinc.* Id.—

NOTÆ

[d] *At [Ad] superciliorum sepes*] Lege ex Ms. Thuano, *At superciliorum sepes, &c.*

[e] *Cum exardescit ira, &c.*] Vide Platonem in Timæo pag. 1073. Hæc quæ sequuntur omnia, in Fragmento Ms. Thuano desunt.

[f] *Lienem vero jecinori, &c.*] Tim. pag. 1075.

[g] *Quod maxime fibris commodum*] Divinationis ergo, ut instar speculi nitentes sint et perspicuæ, atque ad imagines exprimendas accommodatæ, ut habet Plato ibidem. Jecur enim somniorum, ac visorum, vaticiniorumque causam esse vult: ut videre est tota pag. 1074. Timæi.

et nexibus impeditum esse, ne esculenta [6] et poculenta sese penetrarent, sed ut retenta paulisper utilitatem sui accessu [7] animantibus exhiberent,[8] ne exhaustis [9] [h] et labentibus iis quæ inferuntur,[1] momentis omnibus appetendi cibi [2] necessitas immineret, et ad hoc unum [3] occupari [4] nobis dies noctesque esset necesse. Visceribus ossa sunt tecta: [5] eadem revincta sunt nervis. Et tamen ea, quæ [6] sunt internuntia sentiendi, sic sunt operta visceribus, ne crassitudine sensus hebetentur. Illa etiam, quæ juncturis [7] et copulis nexa sunt, ad celeritatem [8] facilius se movendi haud [9] mul-

anfractibus intestinorum et intricatam eorum connexionibus, ne cibi et potus statim effluerent; sed ut tantisper cohibiti præberent ex se emolumentum et vectigal quoddam animalibus, et ne absorptis et effluentibus iis, quæ eduntur, necessitas appetendæ escæ instaret singulis momentis, et cogeremur intenti esse huic uni rei per dies ac noctes. Ossa sunt cooperta carnibus: eadem sunt alligata inter se ligamentis. Nihilominus ea, quæ sunt instrumenta sensuum, ita sunt tecta carnibus, ut sensus non retundantur earum spissitudine. Ea etiam, quæ colligata sunt commissuris et ligamentis, non sunt onerata multis carnibus, ut moveantur velocius et facilius.

5 Vid. Not. Var.—6 Bened. *sed et n.* Voss. *impedimentum:* solito errore. Vid. ad Frontin. et Cæsar. Abest *ne* a Voss. *Oud.*—7 *Retenta paullisper utilitatem sui et censum.* Flor. et Bas. 1. Rom. Ald. *ac sensum,* male. *Elmenh.* Sic cum Vulcanio ediderunt ceteri Edd. Floridusque exponit 'emolumentum et vectigal quoddam;' at vellem mihi indicaretur locus, ubi *census* ita sumatur, licet extare videatur in Codd. nonnullis. Certe Voss. *ac censum.* At Mss. Florent. Harl. *ac sensum:* quod non temere damno. In Edd. vett. *et sensum.* Cibi *sensum* sui si ventri afferunt et intestinis, addunt etiam utilitatem. Verum in Bened. est *sui accessu,* quod verum esse jam obiter monui ad Met. lib. IV. p. 279. b. Paulatim suo accessu cibi præbent utilitatem, non subita ruina sese penetrantes: ut ait Auctor. *Oud.*—8 Bened. *exhiberet.* Id.—9 *Nam ne exhaustis.* Intrusum erat istud *nam* a Vulcanio, qui pro *neque* quod edebatur ante ipsum, sic exhibuit cum seqq. Sed recte Harl. Voss. et Bened. non agnoscunt istud *nam.* Id.—1 Non male τὸ *iis* exulat a Florent. Voss. et Bened. Vide supra. *qui* in Harl. *Id.*—2 Batav. et Puteani excerpta *appetitu.* Elmenhorstius. Ut et Harl. Fors rursus *appetundi.* Oud.—3 Edd. ante Junt. post. *ad hæc un.* Id.—4 *Occupari.* Exc. Batav. *occupandum.* Elmenhorstius. Item Harl. in quo inverso ordine est *dies nob.* ut et mox Edd. quædam *nec. esset.* Oud.—5 Abest *sunt* a Bened. *Id.*—6 Bened. *omnia quæ.* Id.—7 *In juncturis.* Delenda auctoritate Ms. particula *in.* Scioppius in Symbola. Mss. O. cum Ed. sec. Vulc. et seqq. *juncturis.* In Edd. prioribus est *in junct.* per pleonasmum τοῦ *in,* ut sæpissime Nostro. Sed contra Mss. non id intrudendum ubique. *Oud.*—8 Quid si legamus, *ad celerius faciliusque se movendum?* Vulcanius. *Ad celeritatem fac. sese movenda.* Sic ediderunt Elm.

NOTÆ

[h] [*Nam*] *ne exhaustis, &c.*] Tollendum esse illud *nam,* et punctum ante hæc verba *visceribus ossa sunt tecta, &c.* ponendum esse, facile videbit quisquis Timæi paginam 1075. legere voluerit.

tis impedita sunt visceribus. Denique ipsius capitis verticem specta: contectum tenui cute, capillisque hirsutum videbis, adversus vim [1] frigoris et caloris. [590] At enim [2] illæ opimæ [3] sunt partes, quas labor subigit: [4] ut femina ipsa, qua sessitandi [5] regio est. Quid de cibatu ipso [i] loquar? quem [6] itinera ex utero manantia [7] [k] fibris jecoris adjuncta dispertiunt, in cruoris habitudinem [8] versum, ut eum ex eo loco [9] per omnes artus natura solers derivari faciat. [1]

Postremo, aspice summum ipsius capitis, videbis illud esse opertum exigua pelle, et hirtum crinibus contra impressionem frigoris et caloris. Verum illa membra, quæ macerantur labore, sunt pinguia: qualia sunt femora, qua parte sedetur. Quid dicam de ipso cibo? quem viæ meantes ex ventre, et annexæ fibris hepatis, distribuunt mutatum in speciem sanguinis, ut Natura prudens curet eum inde deduci in

Scriv. Flor. quæ me non intelligere fateor. *Sese* autem in nullo est scripto nec edito, verum Mss. Florent. Voss. Vulc. Bened. aliique exhibent *semovenda* cum Edd. Vulc. pr. Wow. *Semovendam* Harl. et Edd. priores, quod æque obscurum. Lips. et Scal. seu Ed. sec. Vulc. *se movendi.* Recte quod ad sensum. Verum forsan emendandum fuerat *ad celeriter atque f. se movenda,* vel potius, ut insistamus propius Mstorum vestigiis *ad celeritate f. se movenda,* ut constructio sit *ad movenda se celeritate.* Oud.—9 Harl. Voss. *aut* et inverse *sunt imp.* ubi Voss. rursus *impedimenta.* Id.—1 Sic Florent. et Ed. Elm. &c. Alii *adversum.* Id.—2 *At enim, &c. regio est.* Desunt hæc Edd. ante Junt. post. *Id.*—3 *Optimæ.* Forte, *opimæ.* Vulcanius. Rectius in aliis *opumæ,* pro *opimæ:* quod defendit Casaubonus. *Brant. Opimæ* Casaubonus. Flor. Leid. *optimæ:* male. *Elmenh.* Recte Vulc. et Casaub. ad Apol. p. 165. cum Scal. et seqq. *opimæ.* σαρξὶ ξυμπεπληρωμένας vocat Plato. In Mss. et Edd. prioribus de more *optimæ.* Voss. *opumæ,* ut vult Brant. sed vide ad Met. lib. II. p. 115. b. *Oud.*—4 Bened. *subit.* Voss. Ed. Junt. post. *subiit.* Id.—5 Ita Edd. priores et Wow. cum seqq. ut dicat *femina* quoque inter eas partes, quæ pingues sunt et labore subiguntur, esse pinguia, quia in ipsis regio est sedendi, ne illa membra crebra sessione impedimentum acciperent. Nisi ita capias, nescio cur *femina* inter partes ponat, quas labor subigat. Sine distinctione *f. ipsa qua* Vulc. In Mss. Bened. Harl. Edd. Junt. post. Bas. sec. Colv. Scal. *ipsaque* sc. *clunes.* In Florent. *semina.* Bened. *semen.* Voss. *semen ita ipsa quæ.* Id.—6 Bened. *que.* Voss. *quam.* Id.—7 *Ex utero manentia.* Lege meo consilio, *manantia. Manare* dicitur cum humor ex integro non nimis solido per minimas suas partes erumpit, teste Festo. *Stewech.* Verum, *manantia.* Colvius. Rom. *manentia,* male. *Elmenh.* Edd. Rom. Vic. Junt. pr. Bas. Colv. *manentia,* male. *Oud.*—8 Pro *habitudinem* Edd. ante Vulcan. *similitudinem* contra Mss. *Id.*—9 Harl. *eam.* Male *eo* omisit Floridus. Pro *artus* Voss. *artis.* Id.—1 Florent. Voss. *facit.* Bened. *faciatur.*

NOTÆ

[i] *De cibatu ipso*] Chylum intellige.

[k] *Itinera ex utero manantia*] Venæ portæ rami, quibus sanguis ex intestinis ad jecur defertur, et quibus chylum deferri putabant: neque enim notæ ipsis erant venæ lacteæ his posterioribus temporibus repertæ. Uterus porro, qui ut plurimum vulvam significat, hic venter est.

Sed e regione[2] cordis venarum meatus[3][l] oriuntur, per pulmonum spiracula vivacitatem[4][m] transferentes, quam de corde susceperint:[5] et rursus ex illo loco divisæ per membra totum hominem juvant spiritu.[6][n] Hinc[7] illæ anhelandi vices haustæ, redditæque alterno modo, ne mutuis impediantur occursibus. Venarum diversæ sunt[8] qualitates, quas ad procreandum e regione cervicum[9][o] per medullas renum commeare, et suscipi[1] inguinum loco[2] certum est:

omnia membra. At canales venarum nascuntur ex parte cordis, transvehentes per spiracula pulmonum spiritum vitalem, quem acceperunt a corde; atque inde iterum distributæ venæ per artus suppeditant spiritum universo corpori. Hinc illæ alternationes spirandi, acceptæ et remissæ per vices, ne sibi invicem obstent occursibus reciprocis. Aliæ sunt qualitates venarum illarum, quas constat ex colli partibus transire per intima renum, generationis causa, atque excipi regione inguinum: ac

Id.—2 *E regione.* Edd. Ald. Junt. utraque Bas. pr. *regione.* Vide ad Met. lib. III. p. 189. b. *Id.*—3 Bened. *venatus:* et mox rursus Edd. ante Vulcan. *pulmonis.* Id.—4 Bened. *vivicitatem:* pro *quam de c.* Id. *que de c.* Id.—5 *Susceperunt.* Bened. Voss. *susceperint.* Recte. *Id.*—6 *In totum hom. juvant spiritum.* Melius liber scriptus: *totum hominem juvant spiritu. Hinc illæ anh.* Wowerius. F. *in totum hominem juvant spiritu.* Brantius. Wower. ex Fulvii lib. I. *Spiritu.* bene. *Elmenh.* Edd. ante Wower. *in totum h. j. spiritum:* unde Brant. conjecit *in totum h. j. spiritu:* ut forsan *in totum* separate sumserit. Sed recte receptam nunc lectionem e Ms. Fulvii emendavit Wow. nam accedunt Bened. Voss. et Harl. non habentes *in.* Oud.—7 Ed. Vulc. *hic.* Voss. *hanc illa.* Id.—8 Bened. *sunt dispersæ.* Voss. quoque *dispersæ.* Id.—9 Ita egregie emendavit Vulc. confirmatum a Mss. O. et Platone, ipsoque sensu. Antea ridicule edebatur *ad procurandum e reg. servitium:* nisi quod in Ed. Junt. post. jam extet *cervicium:* quod retinuit Wow. forsan recte, sed tamen contra Mss. quos scio. In Vulc. Ed. typographi errore est *procreandam.* Id.—1 Bened. *reum et meare et suscipit.* Id.—2 Fortasse, *lacu.* Vide notata ad Apol. *Brant.* Inepte. Mss. O. *inguinum loco* ut bene Wow. et seqq. Ante Vulcan. edebatur *ignium l.* Ille cum Scalig. edidit *in inguinum l.* Sed *in* nullus codex agnoscit. *Inguium* Bened. Harl. Hæ partes sexcenties *loca* vocantur, et *loci genitales;* ut locum Columellæ lib. VII. c. 13. correxere Heins. ad Vellei. Lib. II. c. 126. et jam ante Beroald. ad Apul. Met. lib. VII. 'ob admissuram pasti:' et sic Obseq. c. 97. 'Vestimento diducto in inguinibus, exerta lingua, per inferiores locos quod ignis ad os emicuerit:' ut lego: alii aliter. V. Burm. ad Ovid. Fast. IV. 157. Verburg. in Rep. Erudit. A. 1719. M. Dec. p. 529. sed male. Nec

NOTÆ

[l] *Venarum meatus, &c.*] Arteriarum, quas hic venarum nomine complectitur.

[m] *Vivacitatem*] Sanguinem in corde calefactum et rarefactum.

[n] *Spiritu*] Sanguine illo subtiliori, qui sæpe etiam ab Anatomicis 'spiritus vitalis' dicitur.

[o] *Venarum diversæ sunt qualitates, quas ad procreandum e regione cervicum, &c.*] Arterias intelligit spermaticas, quæ procedunt a trunco aortæ, sub claviculis deorsum reflexæ.

et rursum venarum genitale seminium[3] humanitatis exire.[p] [591] At cum totius corporis diversas dicat esse substantias:[4] primam[5] vult videri ex igni et aqua, et ceteris elementis; aliam[6] ex consimilibus partibus viscerum,[q] ossiculorum, cruoris, et ceterorum; tertiam de discrepantibus diversisque membris, id est, capite, utero,[7] et articulis disparibus. Unde et substantia,[8] quæ de simplicibus constat elementis, si id quod necessitate[9] victus extrinsecus arro-

iterum egredi inde tanquam seminarium generationis humanæ naturæ. Sed cum affirmet esse varias substantias universi corporis, censet primam videri conflatam ex Igne et Aqua, atque reliquis primordiis: aliam ex partibus similibus Carnis, Ossium, Sanguinis, et aliorum: tertiam de membris dissimilibus ac diversis, hoc est, Capite, Ventre, et dissimilibus compagibus. Unde etiam substantia, quæ composita est ex elementis simplicibus, si illud, quod est necessarium ad vivendum, tribuitur

melius deleri jubet Wopkens. in Misc. Obs. Vol. VIII. τὰ *per inferiores locos*. Vide Comment. *Oud.*—3 Alii *semen*. Al. *seminum*. Vide Not. Var.—4 *Cum totius corp. duas dicat s.* Scribe: *diversas dicat subst.* Wowerius. Legerim: *dicat tres esse substantias.* Brantius. *Diversas* Wower. et seqq. correxere ex corrupta voce *duas*, quod extat in Vulc. Cod. ejusque Ed. ac Scal. ut et coll. Lindenbr. Sed Harl. Bened. Voss. et Edd. priores carent hac vocula. *Oud.* —5 Harl. Voss. Bened. *primum*. Mox Harl. recte *igni*. V. supra. *Id.*—6 Bened. *aliud*. Pro *tertiam* Edd. ante Junt. post. *tum eam*. Id.—7 Bened. *et utero*. Id.—8 Abest *et* Edd. ante Vulcan. Pro *quæ* Bened. *qua*. Id.—9 *Ex necessitate*. Dele τὸ *ex* auctoribus Mss. Florent. Voss. Harl. Bened. Vulc. Pro

NOTÆ

p *Et rursum venarum genitale seminium humanitatis exire*] Aliquid hic corruptum esse videtur, nec facile est emendare. Colvius pro *exire* reponebat *excire*, sed neque hoc sensum satis planum efficit. Videtur tollenda vox *venarum*, ac legendum *et rursum Genitale seminium humanitatis exire*, ut sit sensus: venas illas seu arterias, quæ susceptæ sunt inguinum loco in testiculis, et sic vulgo ab Anatomicis 'vasorum deferentium' nomine insignitæ veniunt, ab iisdem testiculis ad parastatas redire, seminium humanitatis continentes; quo loco 'vasa ejaculatoria' dicuntur: videturque inde esse, quod illarum venarum diversas esse qualitates dixerit, ad illa duo distincta earum munia respiciens.

q *Primam vult videri ex igni et aqua, et ceteris elementis; aliam ex consimilibus partibus viscerum, &c.*] Cave hunc locum sic intelligas, quasi viscera, ossa, cruor, et ceteræ ejusmodi partes ex elementis non constent, aut caput, uterus, &c. non constent ex carnibus, ossibus, cruore: sed hoc sibi velle Apuleium existima, Corpus tribus modis vulgo dividi, nempe ultima et simplicissima divisione in partes elementares, Ignem nempe, Aërem, &c. ex quibus constat: divisione vero non ultima, in partes similares carnium, ossium, sanguinis, venarum, nervorum, &c. ex quibus est conflatum: ac denique alia divisione, nec ipsa ultima, in partes dissimilares, puta, caput, brachia, pectus, ventrem, &c.

gatur, quomodo congruit et generi[1] singulorum, qualitatem corporis temperiemque custodit: at[2] illis, quæ de[3] consimilibus, robur auget,[4] his, quæ inter se[5] [r] disparia supra diximus, pulchritudinem nutrit: et simul æqualitas[6] ista sicci, humidi, ferventis, ac frigidi, sanitatem, vires,[7] speciemque largitur: sicut[8] illa intemperans atque immoderata permixtio, singulis universisque vitiatis, animal celeri exitio corrumpit.[9] Tripartitam animam idem[1] dicit: primam ejus rationabilem esse partem: aliam excandescentiam,[2] vel irritabilitatem:[3] tertiam appetitum;[4] eandem[5] cupiditatem possumus nuncupare.[6] Sed tunc animanti sanitatem adesse, vires, et pulchritudinem,[7] cum ratio to-

extrinsecus quemadmodum expedit naturæ uniuscujusque, conservat habitum et temperamentum corporis: addit autem vires illis partibus, quæ constant ex similibus substantiis: alit vero pulchritudinem in illis, quæ supra diximus esse dissimilia inter se: atque illa æqualitas sicci, humidi, calidi, et frigidi simul confert bonam valetudinem, robur, et pulchritudinem: quemadmodum ea commixtio male temperata et immoderata, corruptis singulis et universis, resolvit animal veloci morte. Affirmat Animam distingui in tres partes: primam partem ejus esse Rationem: alteram esse Iracundiam, sive Irritabilitatem: tertiam Appetitum, quam possumus quoque nominare Concupiscentiam. Verum animal tunc præditum est prospera valetudine, robore, et forma, quando Ratio gubernat totam Animam, ac duæ partes

arrogatur Bened. Voss. *arrogantur*. Id.—1 Pro *etiam g.* Abest tamen *et* a Ms. Bened. et Edd. ante Vulcan. Nec sane opus est. Voss. *generis*. Id.—2 Exulat a Florent. *Et* Harl. Bened. Voss. Edd. ante Junt. post. *Id.*—3 Abest *quæ* Mss. Voss. Harl. *Id.*—4 Edd. ante Vulcan. carent hac voce, reclamante sensu, perspicuitate, et Msstorum auctoritate. *Id.*—5 *Iis, quæ inter se.* Vana est gloriatio Floridi, se primum corrigere, quia scilicet in Edd. Elm. ac Scriv. editur *usque*, ut extat vitiose in Florent. sed *his quæ* recte Edd. ceteræ. Post *auget* debet poni distinctio. *Illis*, quæ de consimilibus sunt, robur auget, *his*, quæ disparia, pulchritudinem nutrit. In Mss. Harl. Bened. Vulc. non male *et his:* quod tamen non opus est. *Id.*—6 Florent. Harl. *obæqualitas*, ut et infra ubique. *Id.*—7 Bened. *viresque*. Id.—8 Bened. *sic*. Harl. *ut cum*. Voss. *sicum*. Id.—9 Ita optime emendavit Vulc. cum seqq. nisi quod Scal. dederit *corripit*. In Edd. ante Junt. post. *aliis corripitur*. Junt. post. Bas. sec. Colv. *anima corripitur*. Sed *animal corrumpit* Mss. Lindenbr. Vulc. Bened. qui habet a m. pr. *animam*. Voss. *anima corrumpit*. Id.—1 Edd. ante Vulcan. *esse*. Id. —2 Bened. *excandentiam*. Id.—3 Sic Mss. O. cum Vulc. Scal. Elm. &c. In Edd. reliquis *irritabilem*. V. Salmas. ad Epictet. p. 157. *Id.*—4 Harl. Florent. Voss. *appetitus*. Id.—5 Sic edidi pleniore post *appetitum* distinctione posita, ex auctoritate Codd. Florent. Voss. Bened. Harl. Vulgo *eamdemque*. Id.—6 Edd. ante Vulcan. *dicere* contra Mss. *Id.*—7 Deest *et* in Harl. Be-

NOTÆ

[r] *His* [*Iis*], *quæ inter se, &c.*] Vulgo legitur, *usque inter se, &c.* nullo sensu. Emendavi, mutata voce, *usque*, in has duas, *iis quæ:* ex quibus per errorem fuerat conflata. Patet emendationis ratio ex Interpretatione.

tam regit,[8] parentesque ei[9] [592] inferiores duæ partes, concordantesque[1] inter se, iracundia et voluptas, nihil appetunt, nihil commovent,[2] quod inutile esse duxerit ratio.[3] Ejusmodi ad æquabilitatem[4] partibus animæ temperatis,[5] corpus nulla perturbatione[6] frangitur. Alioquin[7] invehit ægritudinem atque invalentiam[8] et fœditatem: cum incompositæ et inæquales inter se erunt: cum irascentiam et consilium[9] subegerit, sibique subjecerit[1] cupiditas: aut cum dominam illam reginamque rationem, obsequente licet[2] et pacata[3] cupidine, ira flagrantior[4] vicerit. Sed ægritudinem mentis stultitiam dicit esse,[5] eamque in partes duas[s]

inferiores ei obediunt, atque Iracundia et Cupiditas, sibi invicem consentientes, nihil cupiunt, nihil excitant, quod ratio pronuntiaverit esse noxium. Illis partibus Animæ sic compositis ad æqualitatem, corpus nulla perturbatione labefactatur. Alias trahit morbum, debilitatem, et deformitatem: quando erunt inordinatæ, et inæquales invicem: quando nempe Concupiscentia devicerit ac sibi subdiderit partem irascentem, et Rationem: vel quando Iracundia ardentior superaverit illam magistram ac Reginam Rationem, quamvis Concupiscentia ipsi obediat, et sit sedata. Ait autem morbum Animi esse Stultitiam, et distribuit eam in duas partes,

ned. Voss. Paulo ante pro *animanti* Harl. *animantis*. Id.—8 Scil. animam. Ms. Bened. Ed. Colv. *totum*. Harl. *tota regis*. Id.—9 Hoc participium vindicavi Apuleio, auctoribus Mss. Florent. Fulv. Voss. Putean. Batav. Harl. Bened. Regitur æque ac 'concordantesque' a verbo 'nihil appetunt.' Vulgo *parentque* simpliciter, vel *parentque ei*, ut in Edd. Elm. Scriv. Flor. Sic de Mundo p. 749. 'ejus arbitrio parentum mentes agitantur,' i. e. subjectorum: ut apud Sallust. *Id.*—1 Edd. Wow. et O. ante Vulcan. *concordesque*. Id.—2 Edd. ante Junt. post. *movent*. Edd. Vulc. Scal. Bas. tert. *commonent*: male. *Id.*—3 *Dixerit R.* Malim, *duxerit R.* Colvius. Bene, et sic Mss. O. *duxerunt* Harl. *duxerint* Voss. *Oud.*—4 Harl. et Edd. ante Vulcan. *æqualitatem*: ut supra. Sed et de Deo Socr. p. 683. 'æterna æquabilitate.' *Id.*—5 Bened. *temporatis*. Id.—6 Florent. *turbatione*. Harl. et Ed. Colv. *conturbatione*. Id.—7 Voss. et Ald. Junt. *alioqui*. Id.—8 Sic Florent. Voss. Harl. Bened. Edd. Junt. post. Elm. &c. In reliquis *invalentiamque*. Pro *incompositæ* Bened. *inpacte*. Id.—9 Ms. Florent. *irascentia consilium*. Fulv. Voss. Bened. Edd. Elm. Scriv. *irascentia et consilium*: sed omnino male. Auctoris mens est: Tum invehi ægritudinem, &c. cum una ex tribus partibus duas reliquas vicerit: ex. gr. cum Cupiditas subegit Irascentiam et Consilium, sive Iram et Rationem, quæ eadem sunt; aut cum Ira vicit Rationem, obsequente Cupidine. Alioquin bis de Ira victrice loqueretur. Si vel sic tamen *Irascentia* quis præferat, mallem *cupiditatem*; ut dicat: cum Ira vicit Consilium et Cupiditatem, vel cum Rationem vicit, eique obsequatur Cupido. Sed multo præplacet vulgata lectio. *Id.*—1 Ed. Wow. *subjecit*. Pro *aut cum* Florent. Voss. Bened. *autem c.* Id.—2 Sic Harl. Voss. Bened. Vulgo *licet obs.* Id.—3 Ita Mss. O. In Edd. ante Vulcan. *placata*: solita variatione. Voss. *cupidini*. Id.—4 Bened. *flagrantiora*. Id.—5 Harl. *st. esse dicit*. Id.—

NOTÆ

[s] *Sed ægritudinem mentis stultitiam dicit esse, eamque in partes duas, &c.*] In Timæo pag. 1084.

dividit. Harum [6] unam imperitiam nominat, aliam [7] insaniam vocat: et imperitiæ morbum ex gloriosa jactatione contingere,[8] cum eorum, quorum ignarus est, doctrinam aliquis scientiamque [9] mentitur:[1] furorem vero pessima consuetudine et libidinosa [2] vita solere evenire. Hancque insaniam nominari, quam vitiosa qualitas corporis prodit,[3] cum ea, quæ sunt rationi [4] parata in ipso vertice, importunis angustiis [5] coarctantur. At enim tunc hominem [6] esse perfectum, cum anima et corpus [7] æqualiter [593] copulantur et inter se conveniunt, sibique respondent:[1] ut firmitas mentis prævalentibus corporis viribus non sit inferior. Corpus

quarum alteram vocat Ignorantiam, alteram nominat Dementiam. Aitque ægritudinem Ignorantiæ accidere ex superba ostentatione, quando aliquis falso præ se fert cognitionem eorum, quæ nescit. Dementiam autem solere contingere ex malis moribus, et vita luxuriosa. Atque eam appellari Insaniam, quam corrupta qualitas corporis demonstrat, quando nimirum ea, quæ sunt præparata Rationi, in ipso capite coërcentur angustiis molestis. Verum tunc demum hominem esse perfectum, quando Anima et Corpus junguntur ex æquo, et consentiunt inter se, ac sibi sunt proportionata, ita ut Animi robur non cedat robori corporis exsuperanti ipsum.

6 Sic Mss. In Edd. ante Elmenh. *quarum.* Id.—7 Al. *alteram.*—8 Voss. *contigere.* Oud.—9 Sic elegantius edidi cum Harl. Voss. Bened. vulgo *aliquis doctr.* Ante Vulcan. simpliciter excusum erat *scientiam.* Id.—1 Batav. Exc. *metitur*, male. *Elmenh.* Item Bened. *Oud.*—2 Voss. *libinosa.* Pro *hancque* Junt. post. *eamque.* Id.—3 Inepte Floridus interpretatur per 'demonstrat:' cum notet parit, creat, producit. Vide ad Met. lib. I. p. 11. b. et alibi. In Bened. vero est *qua:* dein in eodem et Harl. ac Vulc. *prodiit.* Edd. ante Vulcan. *prodidit.* An *quæ v. c. qualitate prodit* vel *prodiit* a *prodire?* Eodem res redit. *Vitriosa* Ed. Rom. *Id.*—4 Harl. *æque rat. sunt.* Voss. *ea quæ rat. sunt.* Id.—5 Putean. Harl. Edd. ante Vulcan. *auxiliis.* Id.—6 Harl. Voss. *hom. tunc.* Id.—7 Florent. *corporis,* male. *Elmenh.*—8 Bened. *natis,* suprascr.

NOTÆ

[1] *At enim tunc hominem esse perfectum, cum anima et corpus æqualiter copulantur et inter se conveniunt, sibique respondent*] Nam, ut ait Plato, quando anima corpore admodum potentior est, exultat in eo atque effertur, et totum ipsum intrinsecus quatiens languoribus implet. Si discere aut docere ambitiosa quadam concertatione contendit, liquefacit protinus, aut inflammat corpus, atque labefactat. Contra vero, si corpus
dens pusillæ exilique animæ copulatur, suam molem adaugebit, animum vero reddet hebetem, indocilem, et obliviosum. Igitur *μία ἐστὶ* (inquit Plato) *σωτηρία πρὸς ἄμφω, μήτε τὴν ψυχὴν ἄνευ σώματος κινεῖν, μήτε σῶμα ἄνευ ψυχῆς· ἵνα ἀμυνομένω γίγνωνται ἰσοῤῥόπω καὶ ὑγιᾶ.* 'una est utriusque conservatio, neque animam sine corpore movere, neque corpus sine anima: ut ea inter se contendentia fiant æquipollentia, et sana.'

vero tunc nativis [8] incrementis augetur, cum valetudinis portio procurata [9] salubriter modum necessarii victus [1] nescit excedere: nec valetudo obteritur magnitudine externorum laborum, nec pabuli sarcina immoderatius invecti,[2] vel [3] non ut oportet digesti distributique per corpus. Tunc enim artus ac membra vigoris debiti modum et vires retinent, cum id, quod infertur ad totius corporis conservationem, veluti singillatim [4] exæquatum, cunctis partibus dividitur. Verum enimvero [5] cum id minime fit, tunc sequi [6] exitium corporis.

Corpus autem tunc gaudet suis naturalibus augmentis, quando pars sanitatis jam comparata salubriter nunquam transgreditur quantitatem alimenti necessarii: neque sanitas opprimitur mole laborum exterorum, neque onere cibi avidius congesti, aut non concocti, neque derivati per corpus, ut opus est. Etenim artus et membra tunc conservant modum et robur firmitatis debitæ, cum illud, quod editur ad sustentationem totius corporis, distribuitur in omnia membra tanquam singulis præparatum ex æquo. At quando id non fit, tunc ait sequi mortem corporis.

---

naturalibus. Oud.—9 Ms. Fulv. *passio.* Leid. *pastio.* Florent. Voss. Harl. Putean. *potio.* In Bened. tantum *portionis procurat.* Male omnes. Plin. lib. XXI. c. 3. ' In hoc est aliqua valetudinis portio.' *Id.*—1 Bened. *nodum et vict. n. excidere.* In eodem mox abest *magnitudine* et est *exteriorum* pro *externorum.* Id.—2 *Nec pabuli sarcinæ immoderatius invecti.* Nemo non legendum videt: *nec pabuli sarcina immoderatius invecti.* Repetito ἀπὸ τοῦ κοινοῦ *obteritur:* non obteritur sarcina pabuli. *Sciopp. in Symb.* *Sarcina* Florent. vulgo, *sarcinæ*, male. *Elmenh.* Recte *sarcina* legunt Sciopp. Wow. et Elm. cum seqq. atque ita diserte Florent. et Bened. In Mss. reliquis et Edd. prioribus *sarcinæ* vel *sarcine:* ut ad 'magnitudine' referatur. Sed ipsa *sarcina* est magnitudo seu pondus nimium pabuli, qua obteritur sanitas. Frustra autem Ill. N. Heinsius margini allevit *sagina.* Adi omnino ad Met. lib. IV. p. 271. b. ' sarcina corporis prævalebat.' Dein Bened. modo *immoderanti.* Oud.—3 Bened. *et.* Id.—4 Harl. Ed. Vic. *sigillatim:* male. v. supra. *Id.*—5 *Verum enimv.* Hæc usque ad finem desunt Mss. Vulc. Harl. Bened. et τὰ *cum id minime fit* absunt a Voss. *Id.*—6 Edd. Vulc. pr. Wow. *sequitur.* male. Rursus enim subintelligitur *sentit Plato.* scil. in Timæo p. 1084. Vide supra. Abest hoc verbum a Voss. qui pro *corporis* tantum dat *copô*, et sequentem librum sine distinctione his annectit, ut et faciunt Mss. alii, ut Fulv. Bened. &c. *Id.*

APULEII MADAURENSIS

DE

DOGMATE PLATONIS

LIBER SECUNDUS,[1]

SIVE

DE PHILOSOPHIA MORALI.[2]

[594] MORALIS philosophiæ[3] caput est, Faustine fili,[a]

Fili Faustine, præcipuum Philosophiæ Moralis est, ut cognoscas quibus modis

Usui fuere in libro de Philosophia Morali: *Vossianus, Florentinus, Benedictinus, Vulcanii* sive *Leidensis, Puteani* Excerpta Lindenbrogii, et *Fulviani* Codd. de quibus omnibus vide ad initium Libri de Deo Socratis. *J. Bosscha.*

1 In Manuscripto Fulvii Ursini codice liber hic ab eo, qui est de dogmate Platonis, nequaquam distinguitur: quod, nisi fallor, jam alii quoque notaverunt. *Sciopp. in Symb.*—2 Hic liber in Fulvii Ursini manuscripto codice non distinguitur ab illo, qui est de Philosophia Naturali. Sed in membranis Florent. et Leidensibus novum titulum præ se fert, quem nos expressimus. *Elmenh.* Ita hunc titulum concepere Wowerius et Elmenh. auctoribus membranis Florent. et Leidens. Antea proscribebatur *de Philosophia liber* vel *de Philosophia liber unus* sive *unicus.* Male. vide notata ad initium lib. I. de Dogm. Plat. Nec melius in ceteris Mss. sine ulla distinctione annectitur præcedenti libro. Sed ibi de Naturali Philosophia, hic de Morali agit, ut e primis liquet verbis. Præterea hunc librum *Faustino* cuidam discipulo, unde *filium* vocat, inscribit, sicut librum de Mundo. In ceteris nulla ejus viri est mentio. *Oud.*—3 Sic solummodo Romana editio: in aliis omnibus *M. Philosophia.* Colvius. Sic recte Colv. et seqq. ex Ed. Rom. cui assentiunt Mss. O. ut debent. In reliquis *Philosophia ;* quod inde forsan or-

NOTÆ

[a] *Faustine fili*] Quis fuerit Faustinus ille, dicere in promtu non est. Existimo fuisse nobilem quempiam adolescentem, cui librum suum inscribit, quemque filium vocat blandiens, neque enim ejus revera filium

ut scias, quibus ad beatam vitam perveniri rationibus possit. Verum ad beatitudinem, bonorum finem, ante alia contingere [4] [b] ostendam, quæ de hoc Plato senserit. Bonorum igitur alia [c] eximia ac prima per se ducebat [5] esse: [595] per perceptionem [d] cetera [6] fieri bona [7] existimabat. Prima bona esse Deum summum, mentemque illam, quam νοῦν [8] idem vocat: secundum ea,[9] quæ ex priorum fonte profluerent, esse animi virtutes, Prudentiam, Justitiam, Pudicitiam, Fortitudinem.[1] Sed his omnibus præstare Pruden-

possit perveniri ad vitam felicem. Sed demonstrabo definitionem Bonorum secundum sententiam Platonis præcipue conducere ad Felicitatem. Aiebat ergo ex Bonis quædam egregia et prima esse bona ex seipsis: putabat reliqua evadere Bona per participationem. Primaria Bona esse supremum Deum, et illam mentem, quam ipse appellat νοῦν: post illa, Bona quæ emanarent è scaturigine primorum, esse virtutes mentis, nimirum Prudentiam, Justitiam, Continentiam, Fortitudinem. Verum Prudentiam præcellere his omnibus. Constituit Continentiam secundam

tum, quia libri titulus erat *Moralis Philosophia:* nam in Cod. Bened. exaratur *Inc. moralis Philosophiæ c.* Oud.—4 Vid. Not. inf. et Not. Var.—5 Al. *dicebat.*—6 Mss. tantum non omnes, et Edd. primæ, item Junt. post. Scal. sive Vulc. sec. Wow. *præceptionem:* sed bene viderunt Elm. et Flor. intelligi μέθεξιν seu participationem. At Ms. Bened. *cetera per receptionem.* Forsan bene: si a sapientibus illa recipiantur, sive cum iis communicentur. *Oud.*—7 Voss. *bona fieri.* Id.—8 Sic Mss. In Edd. Ald. Junt. post. Colv. τὸν νοῦν. Priores prave τὴν νοῦν. *Id.*—9 Addebatur ante Vulcan. *illas,* male et contra Mss. *Sed ea* Bened. *Id.*—1 Ex seqq. patet ordinem vocum debere esse *pudic. justit.* Ait enim 'Sed his omnibus præstare prudentiam, secundam numero et potestate continentiam posuit, has justitiam sequi.' At forsan illa virtutum nomina e margine in textum irrepserint, ut scripserit Ap. *esse animi virtutes, sed his omnibus, &c.* Certe in Bened. non comparent *justit.*

NOTÆ

fuisse puto, cum ipse vetulam duxerit Pudentillam, ut patet ex Apologia, ac proinde partui vix habilem.

[b] *Verum ad beatitudinem, bonorum finem, ante alia contingere, &c.*] Locus hic non omnino sanus mihi videtur: ut sensus eliciatur commodus, lege: *Et cum sit verum ad, &c.* hoc vult scilicet, cum ad naturam Beatitudinis, quæ in Bonorum omnium aggregatione consistit, recte cognoscendam, opus sit ipsa bona et eorum naturam ac finem, hoc est, τὸν ὅρον, definitionem, cognoscere; se demonstraturum quæ fuerit Platonis super illa bonorum definitione sententia. Sic nomen 'finis' Cicero usurpat lib. De Finibus Bonorum et Malorum.

[c] *Bonorum igitur alia, &c.*] Vide hanc divisionem Bonorum apud Plotinum Ennead. 1. lib. VII. Porro quæ hoc libro habet Apuleius, ea pleraque ex libris Platonis de Leg. et de Rep. desumsit.

[d] *Per perceptionem*] Quædam Exemplaria habent *per præceptionem,* male. *per perceptionem* est quod κατὰ μέθεξιν Alcinoo cap. 27. *per participationem* vulgo in scholis.

tiam. Secundam numero ac potestate Continentiam posuit. Has Justitiam sequi. Fortitudinem quartam esse. Differentiam hanc bonorum esse constituit: partim divina per se[e] et prima, simplicia duci bona: alia hominum: nec eadem omnium existimari.[2] Divina quapropter[3] esse atque simplicia, virtutes animi:[f] humana autem bona ea, quæ quorundam essent,[4] quæ cum corporis commodis congruunt,[g] et illa,[5] quæ nominamus externa:[h] quæ[6] sapienti-

numero et vi. Post has esse Justitiam. Fortitudinem esse quartam. Affirmat hoc esse discrimen Bonorum: quædam Bona vocari divina ex seipsis et primaria ac simplicia; alia humana, et illa quidem non censeri Bona omnium. Etenim divina Bona et simplicia esse virtutes mentis: Bona vero humana esse ea, quæ spectarent tantum ad aliquos, ea, quæ conveniunt cum bonis corporis, et ea, quæ vocamus

pudic. &c. usque ad vocem *secundam.* Id.—2 Recte Rom. et Basil. 2. Reliquæ, *omnia.* Colvius. Sic recte Mss. et Edd. Rom. Junt. post. Lugd. 1587. &c. scilicet modo *sapientium,* non vero *aliorum,* adeoque *quorumdam* tantum, ut e seqq. liquet. Edd. priores *omnia.* Oud.—3 Roman. Bas. Aldus *quippe,* bene. *Elmenh. Divina quapropter esse* emendavi, auctoribus Mss. omnibus et Edd. Vulc. utraque ac Wowerii; pro quo malo judicio Elm. et seqq. revocarunt priorem lectionem *quippe.* Quia tantum dupliciter bona dividuntur in divina et humana, ait Auctor propterea virtutes animi referendas esse inter divina, sensu clarissimo. Offensi forsan fuerunt viri docti secunda sede vocis *quapropter,* sed ea aliquoties a Nostro positam esse videbimus infra ad p. 611. *Oud.*—4 *Minora a. b. eaque quorundam esse.* V. C. *Innumera a. bona, &c.* Vide an legendum sit, *Minora autem bona ea esse, &c.* Vulc. Scribe ex V. C. *ea quæ quorundam essent.* Wowerius. *Humana autem bona ea quæ quorundam essent, quæ.* Ita Florent. Bened. Fulv. et alii, cum Ed. Vulc. sec. Elmenh. &c. In ceteris *minora;* nec male: *humera* Voss. *innumera* Vulc. Abest *autem* a Bened. Dein *eaque quorundam esse; quæ* Edd. ante Wower. qui jam vulgatum correxit e Ms. Fulvii, consentientibus in τῷ *essent* Bened. Voss. ut et Florent. si Elmenhorstio fides: *eaque* etiam in Mss. iisdem: at in Var. Lectt. Lindenbr. scribitur, *bona, eaque quorumdam, quæ* eodem sensu, et brevius: certe suavius: ubi *quæ* non toties concurrit. Nam facile carere nos posse τῷ *esse* vel *essent,* quivis videt. Vulc. Ed. sec. *Bona quorumdam esse ut quæ:* interpolate. *Oud.*—5 Edd. ante Scalig. sive Vulc. Ed. sec. *ut illa.* Id.—6 Abest *quæ* Edd. ante Vulcan. *et quæ* Ms. Bened. *Id.*—7 Cum Scioppio et

NOTÆ

[e] *Differentiam hanc bonorum esse constituit: partim divina per se, &c.*] Plato lib. I. de Legibus, pag. 773. διπλᾶ δὲ ἀγαθά ἐστι, τὰ μὲν ἀνθρώπινα, τὰ δὲ θεῖα, &c. ubi hanc bonorum divisionem explicat. Vide totum locum.

[f] *Virtutes animi*] Prudentiam, temperantiam, justitiam, et fortitudinem, quam jam supra commemoravit.

[g] *Quæ cum corporis commodis congruunt*] Ea sunt apud Platonem ὑγίεια, κάλλος, et ἰσχύς: sanitas, pulchritudo et vires.

[h] *Et illa, quæ nominamus externa*] Platoni πλοῦτος, οὐ τυφλὸς, ἀλλ' ὀξὺ βλέπων, ἄν περ ἅμ' ἕπηται φρονήσει. 'divitiæ, non cæcæ, sed acutum cernentes, si prudentiam sequantur.'

bus[i] et cum ratione ac modo viventibus sunt sane bona:[7] stolidis et eorum usum ignorantibus oportet esse[8] mala. Bonum primum[9] est verum, et divinum illud optimum, et amabile, et concupiscendum, cujus pulchritudinem rationabiles appetunt mentes, natura duce, instinctæ eadem [596] ad ejus ardorem.[1] Et quod non omnes id adipisci queunt,[2] neque primi boni adipiscendi facultatem[k] possunt

extrinseca: quæ post Bona sunt iis, qui sapiunt, et vivunt secundum rectam rationem: necesse autem est esse mala stultis, et nescientibus iis recte uti. Primum Bonorum est illud verum et divinum, præstantissimum, et amabile, et appetendum, cujus omnes animæ ratione præditæ exoptant pulchritudinem, Natura monstrante viam, ipsa allectæ ad ejus amorem. Quia tamen non possunt omnes illud consequi, neque possunt habere copiam consequendi primi Boni, tendunt ad illud, quod spectat

Elmenh. e Ms. Ursini seqq. quoque legunt *secundum* sive quasi bona. Ne audias. Vix enim Latinum est. Plato δικαίοις καὶ ὁσίοις ἀνδράσι ait hæc esse ἄριστα κτήματα, ἀδίκοις δὲ κάκιστα, citante Colvio. *Id.*—8 Voss. *esse op.* Id.—9 Ed. Colv. *bonorum pr.* Id.—1 Editiones vet. *instructæ eadem ejus ardore.* Unde legendum putavi, *instrictæ eadem ad ejus ard.* ut scripsi supra ad lib. VIII. Metam. *Colv.* Frustra. Vide ad Met. lib. VIII. p. 168. Ed. Pric. Edd. ante Junt. post. dant *eandem ejus ardore.* Ms. Bened. *eodem ejus ardore.* Abest quoque præpositio a Florent. et Voss. Adeo ut latere aliquid videatur. *Oud.*—2 *Et quod omnes adipisci queunt, &c.* Auctore Ms. nova hic facienda est periodus, et legendum: *Et quod non omnes id adipisci queunt, neque primi boni adipiscendi facultatem possunt habere, ad id feruntur, quod hominum est.* Sciopp. in Symb. Indicio Ms. hæc restituenda novæ periodo et legendum: *Et quod non omnes id adipisci queunt, neque primi boni adipiscendi facultatem possunt habere.* Wowerius. Auctoribus membranis novam hic feci periodum. *Elmenh.* Scioppium et Wower. bene secuti sunt Elm. et seqq. consentientibus Mss. Florent. Vulc. Voss. Bened. In Edd. primis, Ald. Junt. Bas. pr. Vulc. pr. *et quod non omnes adip. q. qui neque primi.* At Junt. post. Bas. sec. Lugd. Colv. *sed quæ non omnes adip. q. qui n. p.* nisi quod in Junt. post. absit *qui.* Scal. sive Vulc. sec. ed. *et non omnes id adip. q. qui n. p.* Oud.—

NOTÆ

[i] *Quæ sapientibus, &c.*] Sic Hieronymus in Esaiam: 'perspicuum est divitias et egestatem, sanitatem et languorem, voluptatem et cruciatus nec bona esse, nec mala, sed pro sustinentium diversitate bona et mala fieri.' Vide Platonem, lib. II. de Legibus, pag. 792.

[k] *Neque primi boni adipiscendi facultatem, &c.*] Quia ipsum nequeunt cognoscere, ac proinde neque appetere, cum ignoti nulla sit cupido. Deum autem, qui summum Bonum est, difficile esse invenire secundum Platonem jam observavimus lib. superiori, ad hæc Apuleii verba θεὸν εὑρεῖν τε ἔργον, &c. ubi Platonis ipsius verba protulimus ex Timæo. Porro, quod hic ait, verum utique esse potest de Paganis, qui veri Boni cognitionem habere non poterant nisi ope Philosophiæ, cui sane non omnes erant idonei. At de Christianis falsum est, cum stupidissimi quique ad summi illius Boni cognitionem ope fidei evehantur.

habere, ad id feruntur, quod hominum est.[l] Secundum,[m] nec commune multis [3] est, nec quidem [4] omnibus similiter bonum. Namque appetitus, et agendi aliquid [5] cupido, aut vero bono incitatur,[6] aut eo, quod videatur [7] bonum:[n] unde natura duce cognatio quædam est cum bonis ei animæ portioni, quæ rationi consentit.[8] Accidens autem bonum esse putat,[9] quod corpori, rebusque venientibus extrinsecus copulatur:[o] et illum quidem,[1] qui natura [2] imbutus est ad sequendum bonum, non modo sibimet ipsi natum putat, sed omnibus [p] etiam hominibus: [3] nec pari aut simili modo, ve-

ad homines. Secundum Bonum neque extenditur ad plurimos, neque certe est æqualiter Bonum omnibus. Appetitus enim et Cupiditas aliquid faciendi, vel instigatur vero Bono, vel illo quod apparet Bonum. Quare illa pars Animæ, quæ conjuncta est cum Ratione, habet affinitatem quandam cum Bonis instinctu Naturæ. Existimat autem Bonum contingens esse illud, quod conjungitur corpori, et rebus accidentibus ab extrinseco: et credit quidem eum, qui natura edoctus est ad sectandum bonum, non tantum natum esse sibi ipsi, verum etiam cunctis hominibus: neque hoc eadem vel simili

3 Ms. *com. multis est.* Sciopp. in Symb. Exulat τὸ *est* ab Ed. Wow. cunctisque ante Vulc. sec. Sed in Fulviano extare monuit jam Sciopp. et ita quoque Mss. nostri. Sed *nec* abest a Bened. qui cum Voss. et Ed. Vulc. sec. habet *commune cum multis.* Verum in hac constructione alius solet addi dativus; uti *mihi cum multis id commune est.* Oud.—4 Voss. Bened. *quod* male. *Id.*—5 Edd. ante Junt. post. *ad aliquid.* Id.—6 Flor. Leid. *verbo bono.* Elmenhorstius. Fulv. *initiatur:* male. *Oud.*—7 Bened. simpliciter *quod videtur.* Id.—8 *Rationi conv.* Prave Bened. *cum hominis A. partitionis, et quæ curationi conv.* et Voss. *partionis, quæ curationi conv.* quod ultimum extat quoque in Florent. et Vulc. *Rationi* legendum esse patet satis ex libro præc. et infra p. 598. Nisi viderem voces has sæpe confundi, ut infra p. 615. male in nonnullis *ratio* pro *curatio,* conjicerem *cum ratione conv.* Id.—9 Scil. Plato. Edd. ante Vulc. sec. *putatur.* Bened. Voss. *est et putatur.* Id.—1 Edd. ante Junt. post. *et aliquando q.* Bened. *et ille quidem.* Male. *Id.*—2 Vid. Not. Var.—3 Sic Mss. O. et Edd. vett. τὰ *etiam hominibus* sine causa desunt in Ed. Vulc. pr. Wow. &c. quam Vulcanii Editionem passim sequuntur Basileenses,

NOTÆ

[l] *Quod hominum est*] Sanitatem nempe, formam, vires, et divitias, quæ Platoni ἀνθρώπινα ἀγαθὰ sunt.

[m] *Secundum*] Bonum illud, de quo modo.

[n] *Aut eo, quod videatur bonum*] Hinc est quod Plato ait in Protagora, pag. 248. ἐπὶ τὰ κακὰ οὐδεὶς ἑκὼν ἔρχεται, οὐδὲ ἐπὶ ἃ οἴεται κακὰ εἶναι. 'nemo lubens ad mala descendit, neque ad illa, quæ mala existimat.'

[o] *Quod corpori, rebusque venientibus extrinsecus copulatur*] Ejusmodi bona sunt sanitas, forma, vires, divitiæ, nobilitas generis, &c.

[p] *Et illum quidem, &c. non modo sibimet ipsi natum putat, sed omnibus*] Plato, Epist. IX. quæ est ad Archytam Tarentinum, ait 'nullum nostrum sibi soli natum esse: sed ortus nostri partem sibi patriam vindicare: partem parentes: partem amicos,' &c. quod

rum patriæ unumquemque conceptum esse,[4] [q] dehinc proximis, et mox ceteris, [597] qui familiari usu vel junguntur. Hominem ab stirpe ipsa [5] neque absolute bonum,[r] nec malum [6] nasci: sed ad utrumque proclive ingenium ejus esse.[7] Habere quidem semina [8] quædam utrarumque rerum cum nascendi origine copulata, quæ educationis disciplina in partem alteram [9] debeant emicare: [1] doctoresque puerorum nihil antiquius curare oportere,[2] quam ut amatores virtutum velint esse; [3] vel moribus et institutis eos ad

ratione, sed unumquemque amicum esse patriæ, postea parentibus, ac denique reliquis, qui connectuntur cum ipso necessitudine familiari aut notitia. Hominem ab ipsa sua origine, non procreari omnino bonum, neque malum: verum ejus naturam propensam esse ad utrumque, illum quidem habere primordia aliqua utriusque conjuncta cum initio sui ortus, quæ necesse sit prosilire in alteram partem pro ratione institutionis eorum: atque opus est, ut Magistri puerorum nulli rei magis studeant, quam ut illi evadant studiosi virtutum, aut ipsos adeo continuo imbuant moribus et præceptis,

quas Bas. 2. vulgo vocat Elmenh. Potius Bas. 3. debuit dicere: nam illa quam 2. vocat Colvius, longe prior est Vulcanio. *Oud.*—4 Vid. N. Var.—5 Florent. *ab stirpe ipse.* Vide Lipsium Introduct. ad Stoicam Philosophiam lib. II. Dissert. II. *Elmenhorstius.* Voss. et Vulc. cum Florent. *ipse.* Bened. *homine.* Oudendorp.—6 Voss. Bened. *malum nec b.* Idem.—7 Sic Mss. Carent Edd. ante Vulcan. *τῷ ejus.* Idem.—8 Voss. *semina q.* Idem. —9 Vulgo *altam em.* Fulv. *a. evitare.* Elmenhorstius. Immo typothetarum errore Ed. Vulc. sec. habet *altam.* Oud.—1 Fulvius de conjectura legit, *evitare.* Scioppius in Symb. Male Fulvius. *emicare* idem ac prosilire et se exserere sive apparere tam in bonam, quam malam partem. quod faciunt semina boni et mali pro educationis disciplina. Hinc *emicare* et *eminere* confundi videas. Adi ad Lucan. ut et *emanare.* Vide ad Met. l. IX. p. 657. b. Sic 'emicationes sylvarum' l. de Mundo p. 743. Aristoteli ἐκφύσεις. Edd. Vulc. pr. Wow. *debent.* Oud.—2 *Curare oportet.* Bened. *oportere:* nec male. In reliquis et Edd. *oportet.* Id.—3 *Q. ut amatores virtutum vel inter se, &c.* Vide, sitne concinnior conjecturæ nostræ scriptura: *quam ut amatores virtutum velint esse: moribus et instit. e. a. i. p. imbuere, ut regere et r. d. magistra justitia: quare præter cetera induci ad hoc eos oportere ut sciant.* Stewechius. Tò *sint* post *ut* primus Vulc. addidit, invitis Mss. O. ut puto, certe meis, et mox tacite Elmenh. ac seqq. post *vel* ejecit *inter se,* quæ etiam locum non habent,

NOTÆ

Cicero ex Platone transtulit in lib. I. de Officiis.

[q] *Patriæ unumquemque* [*acceptum*] *conceptum esse*] Observa *acceptum* hic nescio an satis proprie, sed certe necessario (ut ex superioribus patet) positum non passive pro eo, qui placet et amatur a patria, &c. sed active pro eo, qui amat patriam. Quæ quidem acceptio singularis mihi videtur, ne quid pejus dicam. Quod si quicquam contra editionum omnium consensum liceret mutare, pro *acceptum* libenter legerem *addictum.*

[r] *Hominem ab stirpe ipsa neque absolute bonum, &c.*] Vide Platonem, in Menone, pag. 420. et seqq.

id prorsus imbuere,[4] ut regere et regi discant magistra justitia. præter cetera induci ad hos eos oportere,[5] ut sciant, quæ sequenda fugiendaque sint, honesta esse, ac turpia: illa voluptatis ac laudis; hæc vero[a] dedecoris ac turpitudinis.[6] Honesta eadem quæ sunt bona,[7] confidenter optare nos oportere. Tria genera ingeniorum ab eo sunt comprehensa, quorum præstans et egregium[8] appellat unum: alterum, teterrimum[9] pessimumque: tertium ex utroque modice temperatum,[1] medium nuncupavit. Me-

ut discant gubernare et gubernari Æquitate rectrice. Ideoque eos præsertim ad id impellendos esse, ut noscant quæ oporteat sectari, et quæ evitare, quædam esse Honesta, quædam Inhonesta; illa esse jucunda et decora, hæc autem indecora ac inhonesta: nobis appetenda esse audacter Bona ea, quæ sunt Honesta. Complexus est tres species ingeniorum, quarum unam excellentem vocat eximiam: alteram deterrimam et pessimam: tertiam appellavit mediam, quæ mediocriter mixta est ex

sed a Mss. O. et Edd. vett. exhibentur. Scilicet optime divinavit Stewech. *Ut amatores virtutum velint esse; moribus et instit.* Abest τὸ *et* a Voss. et Bened. *Oud.*—4 Cum in Edd. ante Vulcan. exhiberetur *inbibere*, Lipsius conjiciebat *eosdem id, &c.* sed recte Stewech. cum Colvio conjecere *inbuere*, ut exhibent Mss. O. Sic *inbuere in disciplinas* Gell. l. XVI. c. 8. *Id.* Vid. Not. Var.—5 Sic Stewech. e conjectura, sed et Mss. O. Vulc. Ed. et seqq. Antea minus bene *ceteros*. Ed. Wow. *oportet*. Male. Nam *putat Plato* vel simile ubique subintelligendum est: ut statim. *Oud.*—6 *Illa voluptatis, dedecoris ac turpitudinis; hæc laudis honesta.* Mire hæc in vulgatis depravata et turbata, quæ integritati suæ restituimus. *Wower. Illa volupt. ac laudis; hæc vero ded. ac turp.* Sic optime hunc locum exhibuit Ed. Vulc. sec. quam miror non secutum esse Elmenh. Conjecit ita quoque vir doctus in marg. et quasi de suo Floridus. Scriver. edidit *illa vol. hæc laudis; hæc vero d.* Sed ita triplicem facit divisionem, cum tantum agatur de *honesto* et *turpi*. Interpolate nimis Wower. *illa vol. ded. ac turp. hæc laudis.* Potius honesta tam voluptatem videntur comprehendere sive verum gaudium ex virtute ortum, quam laudem. Mss. tamen omnes et Edd. reliquæ habent, *hæc laudis. Hactenus, &c.* An fuit *ac laudis; altera vero d.?* Oud.—7 Sic Mss. O. et tacite Elm. cum seqq. In Edd. prioribus *eademque, quæ:* quod etiam non displicet. *Id.*—8 Sic Florent. et Edd. Junt. post. Elm. ac seqq. in reliquis non comparet τὸ *et*. Id.—9 Edd. ante Vulc. sec. *deterrimum*, solenni confusione. Vide Ind. Pro *tertium* Edd. ante Vulcan. *tertiumque*. Id.—1 *Ex utroque medio temperatum.* Corrigendum ex Ms. *ex utroque modice temp.* Scioppius in Symb. Malim cum V. C. *ex utroque modice temp.* Wowerius. Rom. et Ald. *ex utroque medio*, male. *Elmenh.* Bene Sciopp. et Wow. cum Vulc. Ed. sec. et seqq. consentientibus Mss. Fulv. Florent. Put. Voss. In Bened. est *modifice temporum*.

NOTÆ

[a] *Illa voluptatis, ac* [*hæc*] *laudis: hæc vero, &c.*] Censeo legendum *illa voluptatis ac laudis: hæc vero, &c.* duo enim tantum posuit genera, sequendorum nempe, et fugiendorum, sive Honestorum, et Turpium. Deinde Honesta voluptatem afferre dicit, et laudem, Turpia vero, dedecus et turpitudinem.

diocritatis hujus vult esse participes [2] puerum docilem,[3] et virum progredientem ad modestiam, eundemque commodum ac venustum.[4] [t] Ejusmodi quippe [5] medietates [6] inter virtutes et vitia intercedere [7] dicebat, tertium quiddam: ex quo alia laudanda, alia culpanda essent. Inter scientiam [598] validam, alteram falsam,[u] pervicaciæ vanitate jactatam: inter pudicitiam [8] libidinosamque vitam, abstinentiam et intemperantiam posuit:[9] fortitudini ac timori medios pudorem et ignaviam fecit. Horum quippe quos [1] mediocres vult videri, neque sinceras esse virtutes, nec vitia tamen mera et intemperata, sed hinc [2] atque inde per-

duabus aliis. Censet puerum docilem, et virum tendentem ad moderationem, qui que sit commodus et lepidus, participare hanc mediocritatem. Nam aiebat talia media esse inter virtutes et vitia, quæ quidem essent aliquid tertium: et ex iis quædam esse laudabilia, quædam vero vituperabilia. Inter scientiam firmam et ignorantiam constituit alteram scientiam adulterinam, quæ ostentatur superbia pertinaci: et inter Pudicitiam ac vitam luxuriosam, Continentiam et Incontinentiam. Interposuit Audaciæ ac Metui Verecundiam et Pusillanimitatem. Nam illorum hominum, quos ait esse in mediocri statu, existimat nec virtutes esse puras, neque tamen vitia pura et impermixta, sed ex hac atque illa parte esse temperata. Mali-

Oud.—2 Edd. ante Vulcan. *participem.* Ed. Flor. *Id.*—3 Ms. *docibilem:* quod puto esse Apuleii: sic et infra in eodem Ms. est, *indocibilitas.* Scioppius in Symb.—4 Vid. Not. Var.—5 Edd. ante Vulcan. *enim.* Oud.—6 Florent. Ed. Vulc. pr. *medietatis.* Id.—7 Edd. Junt. pr. Ald. Bas. pr. *intercidere.* Id.—8 Florent. Voss, Bened. *prudentiam.* An scripsit Auctor *pudentiam?* eodem sensu. Glossæ: Pudentia, *αἰσχύνη.* Id. —9 *Vitam et abstin. et temperantiam posuit.* Ms. *vitam abstin. et t. p.* deleta priore copula. *Sciopp. in Symb.* Dele particulam *et*, ut jubet Ms. *Wower.* Recte Edd. Vulc. sec. Wow. et seqq. ediderunt *abstinentiam*, cum vulgo male *et abst.* exhiberent: ubi merito τὸ *et* exulat a Mss. et Ed. Junt. post. Dein *et temperantiam* habent quoque Mss. Vulc. (qui ita expressit in Ed. pr.) et Bened. Voss. Fulv. aliique. Sed Edd. vett. *intemperantiamque.* Florent. membranæ *et intemperantiam*, verissime, uti etiam in Interpretatione vertit Floridus, licet inepte *temp.* in textu habeat. Sensus loci *Intemp.* necessario exigit: ut patet ex supra dictis. *Oud.*—1 Bened. *quas.* Id.—2 Potius scribam, *sed intemperata, et hinc.* Colvius. *Nec vitia temeraria et int.* Hæc est doctissimi Vulcanii lectio, sane non nimis bona. Reponatur itaque ex impressis et scriptis libris germana: *nec vitia tamen mera et intemperata.* Me-

NOTÆ

[t] *Eundemque commodum ac venustum*] Colvius conjiciebat reponendum *eundemque comem modo ac venustum.*

[u] *Inter scientiam validam, alteram falsam, &c.*] Videtur hiare hic locus: sic restituendum crediderim: *inter ignorantiam, et scientiam validam, alteram falsam, &c.* Ratio emendationis patet ex eo, quod paulo ante scriptum est: 'ejusmodi quippe medietates inter virtutes et vitia intercedere dicebat,' &c. juxta hanc emendationem verti in Interpretatione.

mixta esse. Malitiam vero deterrimam[3] et omnibus vitiis imbuti hominis dicebat[4] esse: quod accidere censebat, cum optima et rationabilis portio,[5] [w] et quæ etiam imperitare[6] ceteris debeat,[7] servit aliis; illæ vero vitiorum ducatrices,[8] iracundia et libido,[x] ratione sub jugum[9] missa, dominantur.[1] Eandem[2] malitiam de diversis constare, abundantia, inopiaque.[3] [y] Nec solum eam[4] inæqualitatis[5] vitio claudicare arbitratur, sed etiam incumbere dissimilitudinem.[6]

tiam autem aiebat pertinere ad hominem pessimum et pollutum cunctis vitiis: quod aiebat contingere quando pars Animæ potissima et rationalis, quæque debet dominari reliquis, subdita est aliis, illæ autem antesignanæ vitiorum Ira et Libido subdita sibi Ratione imperitant. Ait præterea illam ipsam Malitiam constitui in diversis, excessu nempe et defectu. Neque existimat tantum eam vacillare vitio inæqualitatis, verum etiam laborare eam disparitate. Nam non posset convenire cum

rum et sincerum idem valet, cui opponitur temperatum sive mixtum. Illud, *Temeraria*, est temerarium. *Sciopp. in Symb.* Repone ex impressis et scriptis libris: *Nec vitia tamen mera et intemperata.* Wowerius. *Nec vitia tamen mera* est lectio Aldi, Rom. et Bas. 1. codicis. In Flor. Leid. et Bas. legitur, *nec v. temeraria*, temere. *Elmenh.* Non cepit Auctoris mentem Vulcanius, cum ex suo Cod. substituit *temeraria:* prave: licet accedat Florent. Recte vulgatum vindicarunt Sciopp. et Wower. Plato aiebat, iis hominibus, quos *mediocres* vocabat, non meras inesse virtutes, sed nec mera vitia et *intemperata;* quæ non habent temperiem virtutis; sed illis inesse quædam hinc inde permixta, claro sensu. Nec percipio, quid voluerit Colvius, potius scribens *sed intemperata et.* Tunc *temperata* debuerat dicere. *Oud.*—3 Sic Mss. Flor. Put. Fulv. Bened. Voss. et Edd. Elm. &c. Ante *deterrimi.* Id.—4 Voss. *ducebat.* Vide ad hujus libri init. Sed sequitur 'censebat,' ut bene reposuit, Mss. consentientibus, Vulcanius pro ante vulgato ibi quoque *dicebat.* Id.—5 Bas. 1. Rom. et Aldus, *proportio*, male. *Elmenh.* Et O. ante Vulcan. Vide ad. l. I. de Dogm. Plat. p. 586. Flor. Infra p. 612. 'animæ portio.' Lipsius quoque ascripsit *R. portio.* Oud.—6 Edd. ante Vulc. sec. *imperare* contra Mss. vide ad Phil. Nat. p. 199. a. *Id.*—7 *Debet.* Bened. *debent.* Lege *debeat.* Id. —8 Vulg. *doctrices:* alii *ductrices.*—9 Bas. 1. Ald. Rom. *jugo:* male. *Elmenh.* Omnes Edd. ante Vulcan. *Sub jugo.* Male, judice Elmenh. Nec ego sequor. Defendi tamen posset ob præteritum, et ex iis, quæ notavi ad Cæsar. l. I. B. G. c. 7. ubi eadem varietas. Mss. O. hic *jugum.* Oud.—1 Prave Ms. Vulc. cum ejus Ed. pr. *domantur.* Id.—2 Ed. Flor. male *eam.* Id.—3 Mss. Bened. Voss. *Ab. inop. constare.* Id.—4 *Nec sol. ea.* Ed. Junt. post. *eam:* ut Florid. in Interpret. quod præfero. scil. 'Malitiam:' immo sequitur 'posset,' &c. *Id.*—5 Bas. 1. *in qualitatis*, male. *Elmenh.* Male Edd. ante Vulcan. *inqualitatis.* Oud.—6 Bened. *et incumb. sed etiam.* Vulc. Voss. *incumb. sed eti-*

NOTÆ

[w] *Cum optima et rationabilis portio*] Supple *animæ*, quam quidem portionem in capite ponit Plato.

[x] *Illæ vero vitiorum ducatrices iracundia et libido, &c.*] De his Plato in Timæo.

[y] *Eandem malitiam de diversis constare, abundantia, inopiaque*] Abundantia enim nimia (ut ait Plato Dial. 4. de Republ.) delicias, desidiam, et rerum novarum studium parit: Inopia vero cum rerum innovatione illi-

Neque enim posset cum bonitate congruere, quæ a semetipsa tot modis discrepet; et non solum disparilitatem, sed et inconcinnitatem [7] præ se gerat. Tres quapropter [8] partes animæ tribus dicit vitiis urgeri. Prudentiam indocibilitas [9] impugnat: [1] quæ non abolitionem infert scientiæ, sed contraria est disciplinæ discendi.[2] Hujus duas ab eo species accepimus, imperitiam et fatuitatem: quarum imperitia sapientiæ, fatuitas [3] prudentiæ inveniuntur [599] inimicæ. Iracundiam, audacia: [4] [z] ejus comitatum sequuntur indignatio et incommobilitas, dicta Græce ἀοργησία: [5] [a]

Bonitate, quandoquidem tam multiplici ratione differat a seipsa; et non tantum præ se ferat dissimilitudinem, verum etiam incongruitatem. Quamobrem affirmat tres portiones Animæ premi tribus vitiis. Ratio oppugnatur ab Indocilitate, quæ non importat sublationem doctrinæ, sed adversatur docilitati requisitæ ad discendum. Didicimus ab ipso duas esse species illius, Ignorantiam et Stoliditatem: quarum Ignorantia Scientiæ, Stoliditas Prudentiæ contrariæ reperiuntur. Pars Irascibilis oppugnatur ab Audacia. Ejus asseclæ sunt Indignatio et Stupor, dictus Græce

am. Dein Fulv. Bened. Ed. Junt. post. *dissimilitudine:* ut *claudicare* subintelligatur. Latet quid. *Id.*—7 *Sed etiam concinnitatem.* F. *inconcinnitatem.* Brantius. Bene. Perverse enim in Edd. ante Vulcan. præter Junt. post. est *concinn.* Bened. *sed et inconcinn.* Ex tali cod. Editores primi contra mentem Auctoris *etiam conc.* effinxerunt. *Oud.* Contra pro *inconcinnitate* Ernestus et Oudend. in Suet. Aug. c. 86. legunt *concinnitate.* e suis Codd. quibus accedit Santenii Cod. apud Ruhnken. in Præf. Lex. Scheller. J. *Bosscha.*—8 *Quapropter tres.* Bened. Voss. *tres quapropter:* quo ordine Auctor sæpissime in hoc libro. Vide infra p. 611. Dein *urgueri* Ed. Scriv. *Oud.* —9 Sic Mss. Fulv. Bened. cum Scioppio, Vulc. Ed. utraque, Elm. et seqq. ut alibi. Sed Mss. et Edd. reliquæ *indocilitas.* Id.—1 Bened. *ampugnat.* Id. 2 Ita Mss. O. cum Vulc. et seqq. in Ed. Vulc. sec. abest *discendi.* Priores *discendæ.* Id.—3 Edd. ante Vulcan. *et fat.* Id.—4 Voss. Florent. Ed. Junt. post. *Audaciam.* Quomodo excandescentiam sive secundam animæ portionem (vide lib. præc.) impugnet, eique contraria sit in uno homine, de quo agitur, non percipio. Forsan hic etiam quædam desunt. *Id.*—5 *Dicta Græce ἀναλγησία.* In marg. Bas. 2. ἀναισθησία. 'Αναλγησία quam 'Indolentiam' Cicero dixit, teste Sid. Apollinare. *Colv.* Legerim potius cum Ms. ἀοργησία: qua voce etiam Aristoteles hac ipsa de re utitur. *Sciopp. in Symb.* Flor. DORTESIA NYIS. Leid. DORGISITNIIS. alii ἀναλγησία. Basil. 2. et Ald. ἀναισθησία, Rom. ἀναλγησία. *Elmenh.* Græca recte e Cod. Fulv. emendavit

NOTÆ

beralitatem, et maleficia gignit.

[z] *Audacia*] Quam a Fortitudine plurimum discrepare ait Plato in Protagora, et Audaciam quidem hominibus provenire ab arte, ab ira, ab insania, Fortitudinem vero a natura debitaque educatione animorum.

[a] *Incommobilitas, dicta Græce ἀοργησία*] Alii ἀναλγησία, quæ est indolentia Ciceroni, quidam ἀναισθησία, quam insensibilitatem vertere possumus. At ἀοργησία magis quadrat huic loco: melius enim exprimit quam habet Apuleius 'incommobilitatem.' Et

ita enim dixerim, quæ non extinguit [6] incitamenta irarum, sed ea stupore defigit immobili.[7] Cupiditatibus applicat luxuriam, id est, appetitus voluptatum et desideriorum, ad fruendum potiendumque haustus inexplebiles.[8] Ex hac manat avaritia atque lascivia: quarum altera liberalitatem coërcet,[9] altera immoderatius fundendo [1] patrimonia prodigit facultates.[2] Sed virtutem [3] Plato [b] habitum esse dicit

ἀοργησία: sic enim vocaverim affectum, qui non aufert stimulos Irarum; verum sistit illos torpore immobili. Apponit parti concupiscenti Libidinem, hoc est, desideria Voluptatum, et insatiabiles haustus cupiditatum ad fruendum et potiendum. Ex hac libidine derivantur Avaritia et Lascivia, quarum una cohibet largitatem, altera dissipat bona patrimonii, profundendo ea intemperantius. Plato autem ait Virtu-

Sciopp. seu *inirascentia*, lentitudo et incommobilitas, ac bene adducit Aristot. l. II. Eth. c. 7. Huc facit Plutarchus *περὶ ἀοργησίας*; et sic clare Mss. Voss. Recte ergo secuti sunt Scal. Elm. &c. At *ἀναλγησία*, ut est in Vulc. Ed. pr. Wow. et Edd. vett. *ἀναισθησία*, quod habet Junt. post. sunt glossæ. Ceterum Florent. et Bened. habent sine illis *dicta Græce* sic ΔΟΡΤΗCIANOΥC et Vulc. Ms. ΔΟΡΤΗCIANOΥIC: unde Floridus facit Genit. *νόου*; sed cur non potius, ut sæpe etiam formatur, *νοὸς*, seu contracte *νοῦς*? atque sic placet etiam Haseo in Hist. Crit. At potius aliud lateat: nam pro *ita enim* legunt Mss. Florent. Voss. Bened. *interim* qui etiam dat *diximus*. Fuitne? *Incommobilitas, ἀοργησίαν nos interim dixerimus*. Oud.—6 Florent. *extinguunt*, male. *Id.*—7 Vid. Not. Var.—8 Ms. *luxuria, id est, appetitus voluptatis et desideriorum*. Scripserim: *cupiditatibus applicat luxuriam, id est, appetitus voluptatum et desiderium a. f. p. ausus inexplebiles*: id est, enormes cupiditates. *Wower.* *Cup. applicat luxuriam i. e. appetitus voluptatum et desideriorum, ad fruendum potiendumque haustus inexplebiles.* Ita e Cod. Florent. exhibuit primus Elm. In Edd. vett. *luxuriam applicat i. e. appetitus voluptatem et desiderium.* Vulc. Ed. sec. *Luxuriam i. e. appetitus applicat voluptatem et desiderium*, et eo ordine Bened. Voss. quorum primus tamen habet *voluptatum et desideriorum.* Wow. edidit *app. voluptatum et desiderium.* Mox quoque *appetitus* in plur. dixit Auctor: quare sequor Elmenhorstium, nisi quod jungam *desideriorum haustus ad fruendum, &c.* sc. omnibus rebus, quas cupit. *Inplebiles* male Bened. *Oud.*—9 Edd. vett. ante Vulcan. præter Junt. post. *coërciat* vel *coërceat*. Id.—1 Potiusne, *imm. vivendo?* Colvius.—2 *Patrimonii prodigat facultates.* Fulvii liber *patrimonia pr. facultatum.* Inepte. *Elmenh.* Sæpe junguntur *facultas* et *facultas patrimonii*: et huic lectioni patrocinatur Vulc. Cod. *patrimonii prodig. facultate.* At Bened. *patrimonio pr. facultatem.* Voss. *patrimonia pr. facultate.* Florent. *patrimonia pr. facultatem.* Quare primo malim cum Ed. Vulc. sec. scribere *fundendo patrimonia*: nam ita sæpe in plur. Cic. de Off. lib. II. c. 15. 'patrimonia effuderunt largiendo.' Or. II. Cat. 5. 'patrimonia sua profuderunt.' Adi VV. DD. ad Justin. XIV. c. 3. 'post damna patrimoniorum.' Gron. ad Sen. lib. II. Contr. c. 9. 'quid porro ista patrimonia.' Dein facultas, sed

NOTÆ

magis convenit cum corrupta lectione codicis Florentini ab Elmenhorstio relata, DORTESIA NYIS, quam puto corruptam fuisse ex hac germana: ΑΟΡΓΗΣΙΑ ΝΟΟΥ incommobilitas animi.

[b] *Sed virtutem Plato, &c.*] Vide Platonis Menonem, et lib. IV. de Repub.

mentis optime et nobiliter figuratum,[4] quæ concordem sibi et quietum,[5] constantem etiam facit eum, cui fuerit fideliter intimata, non verbis modo, sed etiam factis[6] secum[7] et cum ceteris congruentem.[8] Hoc vero proclivius, si Ratio in regni sui solio constituta,[9] appetitus et iracundias semper domitas et in frænis habet:[1] ipsique[2] ita obediunt, ut tranquillo ministerio fungantur. Unimodam vero esse virtutem,[c] quod bonum suapte natura[3] adminiculo non indi-

tem esse habitum animi optime et præclarissime formatum, quæ Virtus illum, cui fuerit sincere infixa, reddit sibi unanimem, et pacatum, stabilem quoque, et convenientem secum, et cum reliquis, non verbis tantum, sed et factis quoque. Id autem facilius est, si Ratio collocata in throno sui Regni, teneat perpetuo Cupiditates et Iras sibi subditas, et illæ sic ei pareant, ut exerceant sua munia quiete. Virtutem autem ait esse uniformem, quia Bonum ex suopte ingenio non opus habet sustenta-

sæpius *facultates* simpliciter pro bonis οὐσίᾳ occurrunt, ut infra p. 603. et sæpe. Apud Cicer. ibid. et lib. I. de Off. c. 13. ubi ut et ad lib. v. Fam. Ep. 20. consule Manutium. Potuit lineola supra *e* omissa pro *m*, vel *s* ob seq. literam *s* excidisse: unde incertus hæreo an *facultates*, an *facultatem*, quo plures ducunt Mss. præferam. *Oud.*—3 *Virtutes.* Sic constanter Mss. et Edd. præter Floridum, qui tacite edidit *virtutem.* Rectius: si quidem Mss. O. sequimur, ut ipsi fecerunt, qui tamen *virtutes* retinuerunt, in seqq. *quæ facit cui fuerit intimata,* ubi ante Vulcan. erat in Edd. *faciunt* et *fuerint intimatæ.* Sub his tum debuerunt intelligere *mens:* quod non tam concinnum videtur. *Virtutes* rursus pag. seq. Vide etiam subnexa ab Apuleio, et seqq. notas. *Id.*—4 *Hab. esse d. mentis optime et nobiliter figuratæ.* Omnino legendum: *hab. esse d. mentis optime et nobiliter figuratum.* Sic enim disertim Ms. *Sciopp. in Symb.* Non videtur omnino rejicienda Ms. cod. lectio *mentis optimæ, et nobiliter figuratæ: qui cum corde sibi quietum, constantem.* Wowerius. Bene Sciopp. atque sic cum Ms. Fulv. exhibent quoque Voss. et Bened. ac Edd. Elm. Scriv. Flor. In vett. est *figuratæ.* Edd. Vulc. ac Wow. *mentis optimæ ac nobiliter figuratæ:* et sic plane Florent. nisi quod careat τῷ *et.* Oud.—5 Ita primus edidit Elm. e Mss. Florent. et Leid. addens *et:* cum Vulcanius primo reposuisset *quietum.* Edd. vett. *concordem sibi quietem,* ut est in Voss. Immo *quietem* habent Mss. plurimi, et Bened. *cum corde sibi quietem.* In Fulv. *cum corde sibi quietum.* Voss. *constanter.* Vide num legi debeat *Virtutes, &c. mentis, &c. quæ,* sc. mens *cum corde sibi quietem, constantem etiam facit eum, cui fuerint intimatæ* sc. virtutes. Edd. vett. *etiam eum faciunt.* Id.—6 Sic Mss. In Edd. ante Vulcan. *non tantummodo verbis, sed factis, et etiam.* Id.—7 Bened. *sic ut.* Id.—8 *Cum cet. congruentem.* Ultima vox male abest ab Edd. ante Vulcan. cujus Ed. pr. *cum aliis.* Id.—9 Addunt *sit* Edd. ante Vulcan. *Id.*—1 Contra sensum Mss. Fulv. Voss. Bened. *indomitas et infrænis.* Vulgata lectio sana est et bene Latina. Ob hanc tamen varietatem, quæ non videtur de nihilo orta, conjicio *in domitu.* Glossæ Domitus δάμασις. Cic. lib. II. de Nat. De. c. 60. 'Efficimus domitu nostro quadrupedum vectiones.' *Id.*—2 Sc. Rationi. Voss. Bened. et Edd. ante Vulcan. *ipsæque* sive iracundiæ, vel ἀρχαϊκῶς *ipsæ* pro *ipsi.* Id.—3 Voss. Bened. *natu-*

NOTÆ

[c] *Unimodam vero esse virtutem*] Vide Plat. in Protagora, pag. 229. et seqq.

get: perfectum autem quod sit,[4] solitudine debet esse contentum. Nec solum qualitas, verum etiam similitudo cum virtutis ingenio conjungitur: ita enim secum ex omni parte[5] congruit, [600] ut ex se apta sit, sibique respondeat. Hinc et[6] medietates,[d] easdemque virtutes ac summitates vocat: non solum[7] [e] quod careant[f] redundantia et egestate, sed quod in meditullio quodam vitiorum sint sitæ.[8] Fortitudo quippe circumsistitur, hinc audacia, inde timiditate.[9] Audacia quidem confidentiæ[1] fit abundantia; metus vero vitio[2] deficientis audaciæ. Virtutum perfectæ quædam sunt,[g] imperfectæ aliæ.[3] Et imperfectæ sunt illæ,[4] quæ in

culo, sed quod est perfectum, debet esse contentum se uno. Neque tantum qualitas connectitur cum natura virtutis, sed etiam et similitudo. Nam sic sibi ipsi undique convenit, ut ex se ipsa sibi sit concinna, et sibi consentiat. Hac etiam de causa appellat Medietates easdem virtutes, quæ etiam Summitates dicuntur, non modo quia expertes sunt excessus et defectus, verum etiam quia locatæ sunt quodammodo in medio vitiorum. Etenim Fortitudinem circumstant hinc Audacia, illinc Metus. Audacia quidem fit ex copia Fiduciæ; Timor vero est vitium Confidentiæ destituentis. Ex virtutibus aliquæ sunt perfectæ, aliæ imperfectæ. Ac illæ quidem

ræ. Vide ad Met. lib. VII. p. 502. a. *Id.*—4 Ita Mss. In Edd. ante Vulc. sec. et Wow. *cum sit.* Male Edd. Scriv. Flor. *fit.* Id.—5 Voss. *parte omni.* Id.—6 *Hinc etiam.* Voss. Bened. *hinc et.* Bene. *Id.*—7 Edd. ante Vulc. sec. et Wow. *nec solum.* Id.—8 Sic Mss. *sitæ sunt* Edd. ante Vulcan. Præcedit 'careant.' Variatio illa modorum non infrequens est, et inferius occurret. Sed Mss. sunt sequendi. *Id.*—9 Bened. *tumid.* prave. *Id.*—1 Pleræque edit. *confidentia.* Colvius.—2 *Metus v. vitium.* Scribo, *vitio.* Colvius. Excerpta Puteani *malitia.* Elmenhorstius. Rectius Colvius legit *vitio.* Oud.—3 Bened. *quadam.* Voss. Bened. *q. imperf. sunt aliæ.* Id.—4 Abest *sunt* a Bened.

NOTÆ

[d] *Medietates*] Cave has medietates easdem esse putes, ac ea, quæ Philosophi τὰ μέσα, media, vocant, de quibus infra nonnihil. Hæc enim sic dicta sunt, quod ex se neque bona, neque mala sint, sed media inter utraque: illæ vero, quod mediæ sint inter duo contraria vitia, quales esse virtutes jam supra dictum, et fusius infra declaratur ab Apuleio.

[e] *Easdemque virtutes ac summitates vocat: non solum, &c.*] Totum hunc locum mire illustrant quæ habet Aristoteles lib. II. de Moribus cap. 6. quem vide.

[f] *Non solum quod careant, &c.*] Refer hoc ad 'medietates,' non autem ad 'summitates.'

[g] *Virtutum perfectæ quædam sunt*] Diogenes Laërt. in Vita Platonis: τῆς τελείας ἀρετῆς εἴδη τέτταρα, ἓν μὲν φρόνησις, ἓν δὲ δικαιοσύνη, τρίτον δὲ ἀνδρεία, τέταρτον σωφροσύνη. 'Perfectæ consummatæque virtutis esse species quatuor, primam Prudentiam, secundam Justitiam, Fortitudinem tertiam, quartam Temperantiam.'

omnibus beneficio solo naturæ proveniunt,[h] vel quæ solis disciplinis traduntur,[i] et magistra ratione [5] discuntur. Eas igitur, quæ ex omnibus constant, dicimus [6] esse perfectas. Imperfectas virtutes semet [7] comitari negat. Eas vero, quæ perfectæ sunt, individuas sibi,[k] et inter se [8] connexas esse, ideo maxime arbitratur, quod ei, cui sit egregium ingenium, si accedat industria, usus etiam et disciplina,[9] quam dux rerum Ratio fundaverit, nihil [601] relinquetur,[1] quod non virtus administret. Virtutes omnes [2] cum animæ partibus [3] dividit:[4] [l] et illam virtutem, quæ ratione sit nixa,[5] et est spectatrix dijudicatrixque [6] omnium rerum, pruden-

sunt imperfectæ, quæ nascuntur in singulis solo munere naturæ, aut quæ produntur solis præceptis, et addiscuntur Ratione docente. Dicimus ergo illas esse perfectas, quæ conflatæ sunt ex omnibus. Negat Plato virtutes imperfectas inter se connexas esse. Idcirco autem præcipue existimat illas, quæ sunt perfectæ, esse inter se conjunctas et inseparabiles, quod is, qui habet præstantem indolem, si insuper habeat Solertiam, Experientiam quoque, et Disciplinam, quam Ratio gubernatrix rerum firmaverit, nihil amplius habebit quod virtus non exequatur. Distribuit virtutes juxta distributionem portionum animæ: atque illam virtutem, quæ innititur Rationi et considerat atque æstimat omnia, appellat Prudentiam et Sapientiam; ex

Voss. at *illæ* non male deest Edd. ante Vulcan. *Id.*—5 Ita bene e suo Cod. edidit Vulc. et seqq. consentientibus Mss. Florent. Bened. nisi excerpta fallunt: ut passim 'vita magistra,' 'natura magistra,' 'experientia magistra.' In Putean. Voss. et Edd. prioribus *magis ratione:* unde Lipsius non male margini allevit *magistratione:* immo sic emendavit Salmas. ad Solin. p. 336. negans in Mss. *magistra* esse. 'Magistrationes publicæ' in Cod. Theodos. de Scholis. Sed statim, 'disciplina, quam dux rerum Ratio fundaverit.' *Id.*—6 Edd. ante Vulcan. *o. his* contra Mss. sed *constent* bene Fulv. Voss. ut et *dicemus,* in quo accedit Bened. *Id.*—7 *Sibimet* lego. *Brantius.* Ed. Junt. post. cum Brantio *sibimet.* Oud.—8 Bened. *intra se.* Id.—9 *Usus et disc.* V. C. *ausus.* Vulcanius. *Usus etiam.* Sic Mss. Florent. Voss. Bened. Edd. Elm. Scriv. Flor. Abest *etiam* a prioribus. *Usus* et *ausus* ut male est in Cod. Vulc. et alibi confunduntur, ut apud Veget. Prol. 'ausibus literarum:' ubi contra perperam alii *usibus.* Sæpe *ausus* 4tae decl. pro ausum. V. Burm. ad Ovid. Met. lib. XI. vs. 242. et me ad Hirt. B. Al. c. 43. *Oud.*—1 Bened. *erit.* Id.—2 Edd. ante Vulcan. *omn. virt.* Id.—3 Bened. *paribus.* Id.—4 Sic Mss. Florent. Voss. Bened. Edd. Elm. Scriv. Flor. Antea *divisit.* Statim iidem *dicit;* antea *dixit.* Id.—5 Edd. ante Vulcan. *nexa.* Id.—6 Ita

NOTÆ

[h] *Quæ in omnibus beneficio solo naturæ proveniunt*] Quales sunt naturales omnes animi dotes.

[i] *Vel quæ solis disciplinis traduntur, &c.*] Quales sunt artes omnes.

[k] *Eas vero, quæ perfectæ sunt, individuas sibi, &c.*] Hoc est, quod in scholis vulgo dicunt Virtutes connecti in statu heroico.

[l] *Virtutes omnes cum animæ partibus dividit*] Lib. IV. de Repub. pag. 641. et 642. quas vide.

tiam dicit, atque sapientiam: [m] quarum sapientiam disciplinam vult videri divinarum humanarumque rerum; prudentiam vero, scientiam esse intelligendorum bonorum et malorum,[7] eorum etiam, quæ media [8] dicuntur.[n] In ea vero parte, quæ iracundior habeatur, fortitudinis sedes esse et [9] vires animæ, nervosque ad ea implenda, quæ nobis severius agenda legum imponuntur imperio.[1] Tertia pars mentis est cupidinum et desideriorum, cui necessario [2] abstinentia comes est: quam vult esse servatricem convenientiæ [3] eorum, quæ natura recta pravaque sunt in homine.[4] Ad placentiam ac mediocritatem [5] libido flectitur,[6] actusque voluptarios [7] ratione hujus dicit ac modestia coërceri. Per has tres animæ partes quartam virtutem justitiam æqualiter dividentem se, scientiamque [8] [o] ejus causam esse dicit, ut

quibus censet sapientiam esse scientiam rerum divinarum et humanarum: Prudentiam autem esse disciplinam cognoscendorum Bonorum et Malorum, atque eorum, quæ appellantur Media. In illa autem Animæ portione, quæ est commotior, dicit esse domicilium Fortitudinis, et robur Animæ ac vires ad exequenda illa, quæ nobis severius præscribuntur facienda jussu Legum. Tertia portio Animæ est ea, quæ pertinet ad Cupiditates et Appetitus, cui necesse est adesse Temperantiam, quam ait Plato esse conservatricem congruentiæ illarum rerum, quæ ex se sunt bonæ et malæ. In homine Cupido inclinatur ad complacentiam, et moderationem, et ait actiones voluptuosas cohiberi hujus virtutis dictamine et moderatione. Distribuit ex æquo per has tres portiones mentis Justitiam quartam virtutem, et ait eam esse causam cur

Elm. &c. e Mss. Hanc vocem non agnoscunt Edd. ante Vulcan. qui e suo Cod. cum Wower. dedit *et dijud.* ut est quoque in Putean. Abest *que* a Voss. *Id.*—7 Exulat *et* a Bened. *Id.*—8 Non habet Bened. *τὸ quæ.* Edd. ante Vulcan. *media quæ.* Id.—9 *Fortit. sedem esse et.* Mss. Voss. Bened. Vulc. et Edd. ante Bas. sec. *sedes* in plurali, quod non fuerat mutandum. Carent *et* Edd. ante Vulcan. *Id.*—1 Bened. *imperitia:* inepte. *Id.*—2 Exulat a Bened. *necessaria* Ed. Junt. pr. *Id.*—3 Bened. *veniente.* Id.—4 *Recta pr. sunt. In homine, &c.* Malim cum Voss. *sunt in hom. &c.* Id.—5 Voss. Bened. *ad med.* Id.—6 Edd. ante Vulcan. sec. Ed. *reflectitur.* Id.—7 Excerpta Puteani *adusque v. malc. Elmenh.*—8 Vid. Not. inf. et Not. Var.—

NOTÆ

[m] *Prudentiam dicit, atque sapientiam*] Harum duarum Prudentia tantum virtus est moralis, quippe quæ sola circa Bona et Mala ac Media versetur. Sapientia vero ex numero est illarum virtutum, quas dicit Plato beneficio naturæ aut disciplina comparari.

[n] *Eorum etiam, quæ media dicuntur*] Τῶν μέσων, de quibus supra, quæ nimirum ex sese neque Bona, neque Mala, sed perinde sunt atque illius animus, qui ea possidet: qualia sunt Bona fortunæ et corporis.

[o] *Æqualiter dividentem se* [*dividentes,*] *scientiamque*] Corruptus procul-

unaquæque potiori rationi[9] ac modo [602] ad fungendum[1] munus obediat.[2] Hanc ille heros justitiam modo[3] nominat, nunc universæ virtutis nuncupatione complectitur,[4] et item fidelitatis[5] vocabulo nuncupat:[6] sed cum ei, a quo[7] possidetur, est utilis, benivolentia est; at cum foras spectat, et est fida speculatrix utilitatis alienæ, justitia nominatur. Est et illa justitia,[8] [p] quæ quartum vulgata divisione virtutum locum possidet, quæ cum religiositate, id est, ὁσιότητι[9] copulatur: [q] quarum religiositas Deum honori ac suppliciis [r] divinæ rei mancipata[1] est; illa vero hominum

singulæ pareant optima ratione et modo ad exequendum suum munus. Eam Divinus ille vir nunc appellat Justitiam, nunc eam comprehendit generali vocabulo Virtutis, atque appellat etiam eam nomine Fidelitatis; at quando utilis est illi, qui eam habet, dicitur Benevolentia: sed cum respicit extra se, atque est fidelis exploratrix commodi alieni, appellatur Justitia. Illa etiam Justitia est, quæ tenet quartum locum in communi distributione Virtutum, quæ conjungitur cum Religione, hoc est, Sanctimonia: ex quibus Religio addicta est cultui Deorum, et supplicationibus Re-

9 *Potiorem ratione.* Forte *potior in ratione:* vel, *potiore ratione*, vel, *potiori rationi ac modo.* Colvius. Recte: sed *potiore ratione* edidere Vulc. et seqq. quod confirmatur Mss. Florent. Putean. Bened. Voss. In Mss. Vulc. est *potiora.* Antea *potiorem* nullo sensu. Pro *ac modo* Bened. *ne modo.* Oud.—1 Aldus *ad fugiendum.* male. *Elmenhorstius.* Wower. etiam *ad fugiendum:* inepte. *Oudendorp.*—2 F. *obaudiat.* Brantius. V. alibi. Voss. *obædiat.* Oudendorp.—3 Voss. *modo just.* Idem.—4 Excerpta Puteani, *compleatur:* male. *Elmenh.*—5 Malim cum Ms. *vere fid.* Scioppius in Symb. Wower. Fulvii liber *vera f.* recte. *Elmenh.* *Vere* ediderunt etiam Wow. et Scriv. *Oud.*—6 Florent. et Edd. ante Vulc. sec. *nuncupatur.* Bened. *nominat.* Id.—7 Voss. *quod.* Bened. *qui*, in quo mox pro *benivol.* est *bonivol.* et in Voss. *aut* pro *at.* Id.—8 Bened. *alia Just.*—9 *Id est* ὁσιότητι. Desunt Edd. primis, Junt. pr. Ald. Bas. pr. in quibus etiam male *copulantur.* Id.—1 Bened. *divi-*

NOTÆ

dubio locus, quem restituere absque Mss[um] ope non ausim. Interim, ut sensum elicerem commodum sic interpretatus sum quasi fuisset scriptum: *Per has tres animæ partes quartam virtutem Justitiam æqualiter dividit, eamque causam esse dicit, &c.* Favet meæ interpretationi quod ait Plato lib. IV. de Rep. pag. 640. Justitiam esse, quæ Temperantiæ, Fortitudini, et Prudentiæ vim præbuit, qua et innascerentur, et innatæ perseverarent quamdiu ipsa adesset.

[p] *Est et illa justitia, &c.*] Strictius sumta pro virtute illa, quæ suum unicuique tribuit.

[q] *Quæ cum religiositate, id est, ὁσιότητι copulatur*] Ὁσιότης hæc, seu sanctitas, secundum Platonem, ea Justitiæ pars est, quæ suum Deo tribuit. Vide illum in Dialogo, cui Euthyphro nomen est. 'Religiositas' vox Apuleio peculiaris.

[r] *Ac suppliciis*] Sacrificiis, et propitiationibus. Hoc sensu apud Livium, lib. XXVII. legas 'suppliciis votisque fatigavere Deos.'

societatis et concordiæ[2] remedium atque medicina[3] est. Duabus autem æqualibus de causis utilitatem hominum justitia regit: quarum est prima, numerorum[4] observantia,[s] et divisionum æqualitas, et eorum quæ pacta sunt symbolum;[5 t] ad hæc ponderum mensurarumque custos, et communicatio opum publicarum:[6] secunda finalis est,[u] et veniens ex æquitate partitio, ut singulis in agros dominatus congruens deferatur, ac servetur bonis potior, minor non bonis.[7] [608] Ad hoc,[8] bonus quisque natura et industria in honoribus et officiis præferatur: pessimi cives luce careant dignitatis. Sed ille justus in deferendo honore, ac servando,

ligionis. Justitia autem est medela ac remedium societatis et pacis humanæ. Justitia vero dirigit commoda hominum ob duas rationes æqualis momenti, quarum prima est observatio computationum, et æqualitas divisionum, et instrumenta pactorum: insuper custodia ponderum ac mensurarum, et dispensatio divitiarum publicarum: secunda pertinet ad limites agrorum, et est divisio procedens ex Justitia, ut conveniens dominium in agros tribuatur unicuique, et major servetur bonis, minor vero malis. Præterea, ut singuli boni tum suapte indole, tum arte sua anteponantur in dignitatibus et muneribus adipiscendis, cives autem mali priventur splendore Magistratus. Verum hæc est ratio æqua observanda illi, qui favet bonis et pro-

---

nis nuncupata. Id.—2 Bened. *ac concord.* Id.—3 Bened. *ac medic.* Idem.—4 Edd. ante Vulcan. *minorum.* Id.—5 Edd. vett. *symbolæ:* aliæ *symbola.*—6 Voss. *puplicarum:* ut alibi. statim pro *in agros* Fulv. *magistros.* Oud.—7 Ms. *servetur bonus optimis, optior minor non bonis. Adhoc bonus quisque, &c.* qua lectione quid fieri debeat, aliorum facio judicii. Illud. *Adhoc*, probo, quia probum et antiquum: de Asino pag. 81. *Sciopp. in Symb.* Edd. ante Junt. post. *scrutetur bonus optimis potior:* pro *τοῖς bonis potior* habet etiam Vulc. liber *bonis vel optimis potior:* unus Fulv. *optimis potior.* Alter Fulv, Florent. Voss. *bonis optimis optior.* Bened. *bonis optimis aptior.* Videant acutiores. An *ac servetur bonis optio potior?* Oud.—8 Sic cum Scioppio e Ms. Fulv. bene reposuit Elm. e Ms. Florent. eisque accedit Voss. Antea edebatur *ad hæc:*

NOTÆ

[s] *Quarum est prima, numerorum observantia, &c.*] Hæc vulgo Justitia commutativa dicitur: cujus est consulere, ut ne quis in solitis hominum commerciis et contractibus injuria afficiatur.

[t] *Et eorum quæ pacta sunt symbolum* [*symbolæ*] Hoc est, tabulæ, instrumenta, tesseræ, arræ, ea denique omnia, quæ pactorum firmandæ fidei inserviunt. Sæpius in hoc significatu legas *symbola* quam *symbolæ.* Reperitur quidem cum apud alios, tum apud Plautum multis in locis, sed non eodem plane significatu: Curcul. Act. IV. Scen. 1. 'Symbolarum collatores apud forum piscarium.'

[u] *Secunda finalis est, &c.*] Hæc posterior dicitur Justitia Distributiva: ipsiusque est, præmia et pœnas pro meritorum ratione statuere. Finalis ideo hic dicta, quod ea statuat, quæ ad agrorum fines spectant.

modus est ei, qui est suffragator bonorum, et malorum subjugator: ut semper in civitate emineant,[9] quæ sunt omnibus profutura, jaceant et subjecta sint cum suis auctoribus vitia. Quod facilius obtinebitur,[1] si duobus exemplis instruamur: unius, divini, et tranquilli, et beati;[2] alterius, irreligiosi[3] et inhumani, ac merito intestabilis;[4][w] ut pessimo quidem alienus et aversus a recta vivendi ratione[x] facultates suas, divino illi ac cœlesti bonus similiores esse velit.[5] Hinc Rhetoricæ duæ sunt apud eum partes:[y] quarum una est disciplina contemplatrix bonorum,[z] justi tenax, apta et conveniens cum secta ejus, qui politicus[6] vult videri: alia vero adulandi scientia est, captatrix

culcat malos, in tribuenda et conservanda dignitate: ut illa semper excellant in civitate, quæ futura sunt utilia universis, vitia vero cum suasoribus eorum negligantur, et proculcentur. Quod efficietur facilius, si erudiamur exemplis duorum hominum, unius religiosi et quieti ac felicis, alterius impii et crudelis, ut qui edocetur aversus quidem a deterrimo et eo, qui aberrat a justa institutione vitæ, malit suas opes convenire illi religioso cœlesti et probo. Exinde ipse ponit duas partes Rhetoricæ: quarum una est scientia observatrix Bonorum, studiosa Æquitatis, quæ idonea est, et congruit cum professione illius, qui vult haberi aptus regendæ civitati: altera autem est disciplina adulandi, quæ aucupatur verisimilitudinem, experientia

ut passim ita variatur. V. Ind. Not. *Id.*—9 Bened. *remaneant.* Mox pro *auctoribus* Edd. ante Vulcan. *actoribus.* Id.—1 Hic in Romano et Aldo desunt VI. versus integri. *Elmenh.* *Quod fac. &c. esse velit* desunt omnia Edd. primis, Junt. pr. Ald. Bas. pr. *Oud.*—2 Voss. *ac tr. ac b.* Ed. Junt. post. *ac tr.* Addit *hominis* Bened. *Id.*—3 *Alterius vero religiosi.* Religio mihi est Vulcanianam hanc probare lectionem: malo cum scriptis et impressis: *Alterius irreligiosi et inhumani.* Scioppius in Symbola. Prave Ed. Vulc. pr. *vero rel.* ut monuit Sciopp. *Oud.*—4 Bened. *intestibilis.* Id.—5 Vid. Not. Var. —6 Recte ita scriptum in Romano libro. Ven. *pollicitus:* alii omnes, *publi-*

NOTÆ

[w] *Ac merito intestabilis*] 'Antiqui' (inquit Porphyrio ad Horat. Sermon. Sat. III.) 'Eos, quos ad testimonium admitti nolebant, intestabiles vocabant. Detestabiles, quorum testimonium malum et execrandum esset.' 'Improbus intestabilisque' in Legg. 12. Tab.

[x] *Ut pessimo quidem alienus et aversus a recta ratione, &c.*] Locus hic proculdubio corruptus est. Conjiciebam sic legendum: *ut pessimo quidem alienus, et averso a recta vivendi ratione, facultates, &c.* ut sensus esset: ut (Civis quispiam, cui hæc duo exempla proponerentur) 'abhorrens ab improbo illo, qui a recta vita deflectit, malit suas opes probo illi viro permittere, quem iis credat melius usurum.'

[y] *Hinc Rhetoricæ duæ sunt partes*] Vide Platonis Gorgiam.

[z] *Quarum una est disciplina contemplatrix bonorum, &c.*] Hanc tamen Plato non Rhetoricam, sed Justitiam Judiciariam appellat, eamque opponit Rhetoricæ.

verisimilium, usus nulla ratione collectus. Sic enim ἄλογον τριβὴν[7] elocuti sumus,[a] quæ persuasum velit, quod docere non valeat. Hanc δύναμιν τοῦ πείθειν [604] ἄνευ τοῦ διδάσκειν[b] definivit Plato:[8] quam civilis particulæ[9] umbram, id est, imaginem nominavit.[c] Civilitatem vero,[1] quam πολιτικὴν[2] vocat, ita vult a nobis intelligi, ut eam[3] esse ex virtutum

comparata sine ratione. Nam sic exposuimus ἄλογον τριβὴν, quæ vult persuadere, quod non potest docere: Plato definivit eam facultatem persuadendi absque docendo: *quam appellavit umbram, hoc est, simulacrum cujusdam partis scientiæ Politicæ. Vult autem Scientiam Civilem, quam appellat Politicam, sic a nobis*

citus. Verba Platonis ad hanc scripturam firmandam, Gorgia: πῶς λέγεις πολιτικῆς μορίου εἴδωλον εἶναι τὴν ῥητορικήν. Vide etiam sub finem Dialogi. *Colv.* Ald. et Rom. *publicitus:* insulse. *Elmenh.* Sic recte e Platonis Gorgia et Ed. Rom. consentientibus Mss. emendavit Colv. cum seqq. Edd. Vic. Ven. *pollicitus*, aliæ *publicitus.* Oud.—7 Ἄλογον τριβήν. Hæc male omittit Romanus et Aldus. *Elmenh. Sic enim, &c. docere non valeat.* Carent his Edd. primæ, Junt. pr. Ald. Bas. pr. Reliquæ *dicere* ante Vulcan. contra Mss. et mentem Apuleii. Valet quidem *dicere*, sed ἀλόγως et sine ratione, adeoque non valet *docere.* Oud.—8 Vid. Not. inf. et Not. Var.—9 Al. *articuli.*—1 Sic Elm. et seqq. e Florent. Reliqui Mss. et Edd. carent τῷ *vero.* Oud.—2 Mss. et Edd. vett. Latine *Politicen.* Id.—3 Bened. *eandem*, a quo mox τὸ *numero*

NOTÆ

[a] *Sic enim ἄλογον τριβὴν elocuti sumus*] Quod magis ad verbum vertas: usum ratiocinio carentem.

[b] *Hanc δύναμιν τοῦ πείθειν ἄνευ τοῦ διδάσκειν* [τοῦ τὰ ψευδῆ πιθανὰ δοκεῖν] Hæc Vulcanii editio est: habent Florent. et Leidens. membranæ: ΔΥΝΑ MEIN TOTE TOIN DEFITOTT DASKEIN. monstrose et nullo sensu. Exemplar meum Elmenhorstianum habet ad marginem manu emendatum δύναμιν τοῦ πείθειν ἄνευ τοῦ διδάσκειν virtutem persuadendi nec docendi, quod magis accedit, meliusque quadrat cum eo, quod habet Plato in Gorg. pag. 313. οὐκοῦν (ῥητορικὸν φῂς ποιεῖν οἷός τε εἶναι) περὶ πάντων ὥστ' ἐν ὄχλῳ πιθανὸν εἶναι, οὐ διδάσκοντα, ἀλλὰ πείθοντα; hoc est, 'nonne (dicis te quempiam efficere posse Rhetorem) ut de omnibus in turba probabiliter dicere possit, non docendo, sed suadendo?'

[c] *Quam civilis particulæ umbram, id est, imaginem nominavit*] Pleræque editiones habent, *civilis articuli*, male. Debetur hæc emendatio Lindenbrogio, ad Ammianum lib. xxx. pag. 196. quam rectam esse probant hæc Platonis in Gorg. pag. 316. ἔστι γὰρ ἡ ῥητορική, κατὰ τὸν ἐμὸν λόγον, πολιτικῆς μορίου εἴδωλον. Quænam vero sit illa pars Civilis Scientiæ, cujus Rhetorica umbra tantum est et simulacrum, inferius declarat idem Plato; nempe eam esse Justitiam Judiciariam, quam in adulationis genere mentitur Rhetorica, quemadmodum Sophistica Legalem, Fucatoria Gymnasticam, et Coquinaria Medicinam. Verum hæc, et quæ sequuntur, fusius vide apud Platonem, pag. 316. 317. et seqq. in Gorgia.

numero sentiamus: nec solum agentem, atque in ipsis administrationibus rerum[4] spectari ab ea universa atque discerni.[5] Nec solum providentiam prodesse civilibus rebus, sed omnem sensum ejus atque propositum, fortunatum et beatum statum facere civitatis.[6] Hæc eadem utilitati animæ procurat[7] duobus modis. Altera namque legalis[8] est, juridicialis altera. Sed prior consimilis est exercitationi, per quam pulchritudo[d] animæ et robur acquiritur: sicut exercitatione valetudo[9] corporis gratiaque retinetur.[1] Juridicialis illa medicinæ par est:[2 e] nam morbis animæ medetur, [605] sicut illa corporis. Has disciplinas vocat, plurimumque earum curationem commoditatis afferre profitetur. Harum imitatrices esse coquinam et unguen-

concipi, ut existimemus eam esse unam ex Virtutibus: neque eam tantum esse activam, et occupatam in ipso regimine, sed omnia prorsus considerari ab ea, et distingui. Et Providentiam non tantum promovere res Politicas; verum omne ejus intentum et propositum esse, ut reddat statum Civitatis omnino prosperum et felicem. Hæc ipsa studet commodis mentis duplici ratione. Nam una est Legalis, altera Juridicialis. At prima harum persimilis est exercitio, quo decor et firmitas comparatur menti: quemadmodum sanitas et pulchritudo corporis conservatur exercitio. Hæc Judicialis similis est Medicinæ: affert enim remedium ægritudinibus mentis, quemadmodum Medicina ægritudinibus corporis. Has nominat Scientias, et affirmat studium ipsarum parere permultum utilitatis. Dicit Culinariam et Cosmeti-

abest. *Id.*—4 Edd. ante Vulcan. *verum.* Id.—5 Τὸ *atque* exulat a Mss. Voss. Bened. *universe* quoque Voss. *Id.*—6 Flor. et Leid. *satisfacere civitati*: male. *Elmenh.* Bened. quoque *satisf.* Voss. *suisf.* Non male Leid. Florent. *civitati.* Oud.—7 *Utilitatem animæ procurat.* Bened. *utilitates.* Sed Florent. Voss. *utilitati.* Vere, et Apuleiano more *procurare* et *curare* dativo junctum. Sæpissime e Mss. id Auctori nostro restituimus. V. Ind. Not. Vulc. Cod. *procreat.* Id.—8 Bened. *regalis.* Id.—9 Bened. *exercitatio.* Florent. caret τῷ *valet.* Id.—1 *Continetur.* Ms. *retinetur.* Scioppius in Symbola. Fulvii liber, *continetur.* Elmenhorstius. Edd. ante Vulcan. sec. *continetur* contra Mss. O. nam male Elm. ait in Fulv. esse. Contrarium monuit Sciopp. *Oud.*—2 Verissime emendavit vir doctus (Mercerus, ut opinor). Vulgo et Mss. *pars.* ineptissime; quod miror, a nemine alio observatum. Juridicialis prudentia non est pars Medicinæ, sed ei par sive similis; ut legalis consimilis

NOTÆ

[d] *Exercitationi, per quam pulchritudo, &c.*] Gymnasticæ.

[e] *Juridicialis illa medicinæ par est*] Male in ceteris editionibus, *medicinæ pars est.* Emendationem hanc, ut et alias non paucas, ignotæ manui debeo, cujus nonnulla habeo annotata ad marginem mei Elmenhorstiani exemplaris. Ceterum hæc ad verbum pæne expressa sunt ex Platone: sic enim habet: τῆς δὲ πολιτικῆς, ἀντὶ μὲν τῆς γυμναστικῆς τὴν νομοθετικὴν (λέγω) ἀντίστροφον δὲ τῇ ἰατρικῇ τὴν δικαιοσύνην.

tariam.[3] Sed et[4] artem sophisticam, professionemque juris blandam, et assentationum illecebras[5] turpes profitentibus,[f] inutiles cunctis:[6] quarum sophisticen coquinæ conjungit.[7] [g] Nam ut illa medicinæ professione interdum opinionem imprudentium captat,[8] quasi ea, quæ agit, cum morborum medela conveniant; sic sophistice imitata juridicialem

cen esse earum simias. Verum artem Sophisticam, et professionem Juris assentatricem, ac præ se ferentem inhonestas blanditias adulationum, esse omnibus noxiam. Ex quibus Sophisticam copulat cum Culinaria. Sicut enim illa nonnunquam aucupatur nomen Medicinæ existimatione ignarorum, quasi illa, quæ facit, congruant remedio morborum; ita Sophistica mentita professionem Juris dicundi, hanc de se

est exercitationi, &c. Bened. *illam*. Id.—3 Alii *coquinariam*. Infra: 'Sophisticam coquinæ conjungit.' Vide quæ Daniel Heinsius ad Maximi Tyrii dissertationem 5. p. 42. notat. *Elmenh.* Voss. *quoquinam*. Florent. etiam et Bened. cum Edd. Elm. Scriv. Flor. *coquinam:* quia subjicit Auctor 'Sophisticen coquinæ conjungit:' ubi tamen quis ipsam *culinam* posset intelligere, sub qua unguentaria etiam potest comprehendi. Mss. tamen sequi malo quoque. *Oud.*—4 Ita tacite Florid. Mss. et Edd. carent τῷ *et*. Id.—5 *Assentationum illecebris.* Recte Ms. *ass. illecebras.* Scioppius in Symbola. Corrige ex scripto: *Illecebras turpes profitentem, inutilem cunctis.* Wowerius. Wower. ex Fulvii lib. *a. illecebras t. profitentem, inutilem c.* recte. *Elmenh.* Recte Scioppius et Wowerius cum seqq. *ass. illecebras* e Ms. Fulv. cui accedit Bened. in quo *assumptionum illecebras.* Oud.—6 *Turpes profitentem, inutilem cunctis.* Idem Wow. hoc pacto se corrigere ait ex eodem libro, et secuti sunt ceteri. Dubito de ejus fide. Edd. priores cum Mss. omnibus *turpes profitentibus, inutiles cunctis, &c.* scil. esse. quod non video, cur mutandum fuerit. *Id.*—7 *Quarum sophisticam coquinæ conj.* Edd. Vic. Junt. pr. *quorum.* Malim autem *quare*, quæ vox ita sæpe, præsertim in Ms. Bened. corrupta est. Dein Ed. Scriv. *Sophisticen.* Bene. mox enim *Sophistice:* ubi Mss. Florent. Voss. Bened. male *Sophisticen.* Id.—8 Sic habent, cum Mss. aliquot, Edd. ante Elmenh. qui edidit *opinione imprudentiam.* Sed forsan mutari id non oportuerat. Coquina sæpe captat, sive sibi conciliat, vel fallit imprudentium sensus professione medicinæ et ciborum utilitate. Sic 'captare puellas' Ovidio, &c. At Ms. Bened. *professio*, et *opinione* Bened. Florent. Edd. Elm. Scriv. *inprudentiam* Florent. Voss. Sed Floridus edidit *professionem opinione inprudentium captat*, explicatque 'aucupatur nomen medicinæ.' ut 'captare famam, plausus, auram popularem:' at his melius quadrat

NOTÆ

[f] *Professionemque juris blandam, et assentationum illecebras turpes profitentibus* [*profitentem*] Hanc Plato unico vocabulo ῥητορικὴν vocat, semperque opponit Justitiæ Judiciariæ, quam Noster supra Rhetoricæ partem dixit contemplatricem Bonorum, justi tenacem, &c.

[g] *Quarum sophisticen* [*sophisticam*] *coquinæ conjungit*] Paulo aliter Plato. Ait enim more Geometrico: 'quod Fucatrix ad Gymnasticam, id ad Medicinam esse Coquinariam: immo sic, quod Fucatrix ad Gymnasticam, hoc Sophisticam ad Legalem: rursusque quod Coquinaria ad Medicinam, id Rhetoricam esse ad Justitiam.'

statum, dat opinionem stultis,[9] quasi justitiæ studeat, quam iniquitati favere[1] constat. Unguentariam vero professores[2] juris imitantur: nam sicut illa[3] remedio vult esse, per quod species corporibus ac valetudo serventur, et non modo[4] utilitatem corporum minuit, sed robur etiam viresque frangit, et verum[5] colorem ad desidiam sanguinis mutat; sic hæc scientiam imitata juris,[6] simulat quidem virtutem se animis augere, enervat autem[7] quod in illis nativæ fuerit industriæ. Virtutes eas doceri et studeri posse[h] arbitratur, quæ ad rationabilem animam pertinent,[8] id est, sapien-

ignaris facit existimationem, veluti faveat æquitati, cum certum sit studere eam injustitiæ. Professores autem Juris referunt Cosmeticen. Quemadmodum enim hæc contendit unguenta sua mederi morbis, per quæ etiam pulchritudo et sanitas conserventur corporibus, et tamen non tantum imminuit commoda corporum, sed labefactat quoque firmitatem et vires, et immutat colorem genuinum, faciendo ut sanguis subsidat ad interiora: ita hæc mentita Jurisprudentiam, fingit quidem se procurare mentibus incrementa Virtutis, at revera debilitat naturalem solertiam, quæ est in illis. Existimabat virtutes illas, quæ spectant ad portionem rationalem mentis, nimirum Sapientiam et Prudentiam, posse tradi præceptis, et comparari studio: at-

'captare opinionem.' *Id.*—9 Fulvii liber *status:* male. *Elmenh.*—1 Voss. *favore.* Oud.—2 Mss. Florent. Bened. Voss. *professiones.* An *prof. noxia juris imitatur?* vel *nociva?* Id. Propius ad Mstos accedit *professio inanis.* J. Bosscha.—3 Ed. Vulc. pr. *s. illis.* vitiose. Mox pro *per quod* Bened. *quam.* Oud.—4 Sic Elm. et seqq. Sed Mss. et Edd. vett. carent τῷ *et.* Deest tamen vel supra *dum*, vel hic *sed*, aut tale quid. *Id.*—5 Al. *et iterum:* conjicit Brantius *integrum.* Vid. Not. Var.—6 *In scientiam mutata juris.* V. C. unica dictione *inscientia.* Ego legendum censuerim, *scientiam imitata juris.* Vulcan. Alii *mutuata.* Scribe *mentita* vel *imitata.* Wower. *Scientiam imitata juris* recte Mss. Florent. Putean. Bened. Edd. Vulc. sec. Wow. &c. Edd. vett. *inscientiam mutata.* Vulc. pr. *scientiam mutata.* Mss. Voss. Vulc. *in scientiam imitata.* Alii *scientiam mutuata.* Oud.—7 Basil. 1. Ald. et Rom. *enervato.* male. *Elmenh.* Sic bene Vulc. e suo cod. cui astipulantur Florent. Putean. *enervata ut* Bened. Voss. Ante simpliciter *enervato.* Oud.—8 *Virtutes eas doc. arbitrabatur, quæ ad rat. animam p.* Imperfectum hoc e Florent. primus edidit Elm. et astipulatur Voss. In ceteris et Edd. prioribus obvia variatione *arbitratur.* Eodem redit, immo statim 'censet,' 'appellat.' Dein *animum* Florent. Bened. Voss. Vide ad lib. 1. de Dogm. Plat. p. 586. Sed nil muta. Ceterum Colv. Elm. Flor. contrarium aiunt a Platone doceri in Menone. Verum non recte distinguere videntur viri docti. Plato non omnem virtutem doceri non posse existimat, sed eam tantum, quæ solo naturæ beneficio in homine est, licet etiam rationi conveniat; alioquin enim virtus esse non posset: ast alias *rationabiles* omnino doceri posse, ut 'sapientiam,' 'prudentiam' et 'Justitiam,' quæ et 'naturæ beneficio' et 'magistra ratione' disci possunt. Has 'perfectas virtutes' appellavit. Vide omnino p. 600. et hic seqq. *Id.*—

NOTÆ

h *Virtutes eas doceri et studeri posse, &c.*] Contrarium docet Plato, in Menone, ubi fuse disserit Virtutem doceri non posse.

tiam et prudentiam: et illas, quæ vitiosis partibus pro remedio[9] resistunt, id est, [606] fortitudinem et continentiam, rationabiles quidem esse. Superiores autem[1] virtutes pro disciplinis haberi. Ceteras, si perfectæ sunt, virtutes appellat: si semiperfectæ sunt,[i] non illas quidem[2] disciplinas vocandas esse censet;[3] sed nec[4] in totum existimat disciplinis alienas.[5] Justitiam[6] vero, quod trinis animæ regionibus sparsa[7] sit,[k] artem vivendi, ac disciplinam putat: et nunc docilem[l] esse, nunc usu et experiendo[8] provenire. Bonorum autem quædam sui gratia[9] asserit appetenda,[1] ut beatitudinem, ut bonum gaudium:[m] alia

que eas quidem, quæ obsistunt portionibus Animæ corruptis, veluti earum remedium, nempe Fortitudinem et Temperantiam, esse quidem rationis participes. Priores vero Virtutes existimari Scientias. Si reliquæ sint perfectæ, vocat eas Virtutes: si vero tantum semiperfectæ sunt, non existimat quidem eas appellandas esse Scientias: at non putat eas omnino remotas esse a Scientiis. Existimat autem Justitiam esse artem et Scientiam vivendi, quæ extenditur per tres partes mentis: et eam comparari præceptis, modo usu et experientia. Affirmat autem aliqua Bona cupienda esse propter se, v. g. Beatitudinem, et justam Lætitiam: alia non propter se,

9 Bened. *pro medio*. Id.—1 Sic tacite e Cod. Florent. edidit Elm. et seqq. E suo Vulc. *sed superiores*. In reliquis Mss. et Edd. non comparet adversativa particula. *Id.*—2 Male *eas* Ed. Floridi. Abest *quidem* ab Edd. ante Vulcan. *Id.*—3 Bened. *censent*. Id.—4 Sic rursus tacite Elm. &c. e Florent. Reliqui Mss. et Edd. *sed non*. Id.—5 Vitiose Bened. *existimas disciplinas al.* Idem.—6 Prave Edd. ante Vulcan. excepta Junt. post. *justitia*. Idem.—7 *Quod tribus an. regionibus sparsa*. Ms. Bened. *que terris*. Delevi autem τὸ *ex*, quod, nescio unde, irrepsit primum in Ed. Vulc. sec. Nec male uncis incluserunt Elmenhorst. ac Scriv. Sed ejiciendum auctoribus Mss. O. et sensu. pag. 601. 'per has tres animæ partes, quartam virtutem justitiam æqualiter dividentem se.' Pro *vivendi* Bened. *videndi*. Id.—8 Edd. ante Vulcan. contra Mss. *experientia*. Id.—9 Bened. *quadam sui generis*. Id. —1 Sic etiam bis in seqq. Temere Ed. Flor. *expetenda*. Id.—2 *Non sui gra-*

NOTÆ

[i] *Si semiperfectæ sunt, &c.*] Has supra imperfectas appellavit, dixitque illas esse, quæ in omnibus beneficio solo Naturæ preveniunt, vel, quæ solis Disciplinis traduntur: et magistra ratione discuntur.

[k] *Justitiam vero, quod trinis animæ regionibus sparsa sit*] Unde et Virtutes omnes Morales Plato uno Justitiæ nomine complectitur.

[l] *Docilem*] Observa hic *docilem*, non vulgato sensu accipi pro eo qui facile se doceri patitur, sed pro eo quod facile præceptis traditur et comparatur.

[m] *Ut bonum gaudium*] Illud quod ex animi voluptatibus ac virtutum possessione percipitur: nam gaudium, quod ex sensibus provenit, bonum esse negat Plato in Gorgia, pag. 338. et 339.

non sui,[2] ut medicinam:[n] alia et sui et alterius,[3] ut providentiam,[4] ceterasque virtutes, quas et sui causa expetimus, ut præstantes per se et honestas; et alterius, id est,[5] beatitudinis, qui[6] est virtutum exoptatissimus fructus. Hoc pacto etiam mala quædam sui causa fugitanda[7] sunt, alia ceterorum,[8] pleraque[9] et sui et aliorum: ut stultitia, et ejusmodi[1] vitia, quæ et[2] sui causa vitanda sunt, et eorum, quæ accidere ex his possunt, id est, miseriæ atque infelicitatis.[3] Eorum, quæ appetenda sunt, quædam absolute bona dicimus, quæ semper atque omnibus cum adsunt, invehunt commoda; ut virtutes, quarum beatitas[4] fructus est: [607] alia quibusdam, nec cunctis, vel perpetuo[5] bona; ut vires, valetudo,[o] divitiæ, et quæcumque corporis

veluti Medicinam; alia et propter se et propter aliud, veluti Prudentiam ac reliquas Virtutes, quas exoptamus et propter se, tanquam ex sua natura excellentes atque honestas, et propter aliud, nempe propter Beatitudinem, quæ est desideratissimus fructus Virtutum. Eadem ratione aliqua etiam Mala fugienda sunt propter se, quædam propter alia: quamplurima tum propter se, tum propter alia: quemadmodum Insania, ac similia Mala, quæ fugienda sunt tum propter se, tum propter ea quæ possunt evenire ex ipsis: nempe propter Miserias et Infortunia. Ex iis quæ sunt optanda, vocamus nonnulla simpliciter Bona, quæ, cum possidentur, inferunt utilitatem perpetuo, et cunctis qui ea possident: quales sunt Virtutes, quarum fructus est Beatitudo: alia sunt Bona aliquibus, non autem omnibus, nec semper, veluti Robur, Sanitas, Opes, ac omnia quæ pertinent ad Corpus et ad Fortunam. Si-

tia. Tò *gratia* delet Florent. *Elmenh.* Delent quoque Bened. et Voss. quorum auctoritate ejicieudum et intelligendum e superioribus, ut statim 'alia et sui et alterius.' *Oud.*—3 Sic recte Elm. et seqq. cum Mss. Florent. Bened. Voss. In reliquis deest primum *et* contra genium Apuleii et hunc ipsum locum. V. seqq. *Id.*—4 Prave Ed. Flor. *et prov.* Bened. *providentia.* Id.—5 Bened. *et.* Id.—6 Al. *quæ.*—7 Edd. ante Vulcan. *fugienda.* Oud.—8 *Alia ceterorum, &c. vitanda sunt.* Desunt Mss. Bened. Voss. *Id.*—9 Florent. *plerumque.* Id.—1 Edd. ante Vulcan. *hujusmodi.* Id.—2 Male *et* exulat ab Edd. Wow. et Vulc. pr. *Id.*—3 *Infelicitates.* Florent. caret conjunctione, sed et idem cum Bened. Voss. *infelicitatis:* in genitivo, ut jungas cum 'eorum,' sic 'vitia vitanda sunt causa sui et causa mis. atque infelicitatis, eorum' sc. sive quæ sunt ex his accidentia. Male Elm. et seqq. *et infel.* Id.—4 Romana editio cum aliquot aliis, *Beatitudinitas:* Basileensis utraque, ita ut cusum. *Colv.* Rom. et Ald. *Beatitudinitas,* recte. *Elmenh.* Mss. O. et Edd. Junt. post. ac seqq. *Beatitas.* Scriv. *Beatitudo.* Prave Edd. vett. *beatitudinitas;* quod insulse probat Elm. Sequitur Auctor Ciceronem, qui hunc virtutum fructum 'beatitatem' et 'beatitudinem' quoque vocat. Vide Davis. ad Cic. I. de N. D. cap. 34. *Oud.*—5 Abest *vel* a Florent. et Ed. Scriv.

NOTÆ

[n] *Ut Medicinam*] Quæ expetitur propter Sanitatem.

[o] *Ut vires, valetudo, &c.*] Hæc sunt *τὰ μέσα*, media, de quibus jam supra.

ac fortunæ[6] sunt. Pari pacto, et eorum, quæ declinanda sunt, quædam omnibus ac semper videri mala, quando[7] nocent atque obsunt; ut sunt vitia et infortunia: quædam aliis, nec ea semper nocere; ut ægritudinem, egestatem, et cetera.[8] [p] Sed virtutem liberam, et in nobis[9] sitam, nobisque voluntate appetendam:[1] peccata vero esse non minus libera, et in nobis sita, non tamen ea suscipi voluntate.[q] Namque ille virtutis spectator, cum eam penitus intellexit[2] bonam esse, et benignitate præstare, eam affectandam profecto, et sectandam existimabit sui causa:[3] at item ille,[4] qui senserit, vitia non solum turpitudinem existimationi invehere, sed nocere alio pacto, fraudique esse, qui potest[5] sponte se ad eorum consortium jungere?[6] Sed, si ad ejus-

mili quoque ratione, ex iis quæ vitanda sunt, aliqua apparere Mala universis, et perpetuo, quia lædunt et officiunt; qualia sunt vitia et infelicitates: aliqua quibusdam tantum, ac ne perpetuo quidem ea officere; veluti Morbum, Pauperiem, ac reliqua. At virtutem esse liberam, et positam penes nos, et ultro exoptandam nobis: vitia autem non esse minus libera, et nostri arbitrii, nec tamen illa eligi ultro. Ille enim qui contemplatur Virtutem, quando cognovit omnino esse bonam, et excellere beneficentia, judicavit eam proculdubio appetendam esse, et sequendam propter se. Sicut ille quoque, qui animadverterit vitia non modo inferre sinistram notam famæ, verum etiam lædere alia ratione, et decipere; quomodo potest se ultro affinem facere eorum? At si tendit ad ejusmodi mala, et arbitra-

male. *Id.*—6 Voss. *et f.* Id.—7 Al. *quoniam.*—8 Sic Mss. Florent. Fulv. Voss. Bened. Ed. Junt. post. Elm. &c. Aliæ *similia.*—9 *Nobisque.* Ita Florent. et Edd. Elm. &c. Bened. *et in nobis.* Reliqui Mss. et Edd. *et nobis.* Oud.—1 *Appetenda.* Malim *appetendam.* Colvius. Bene *appetendam* reposuit Colv. et seqq. cum Mss. *Oud.*—2 Voss. *intellexerint.* Bened. *intellexerit* et *benignitatem.* Id.—3 *Eam affectandam prof. et sectandam existimavit sui c.* Hæc est lectio Cod. Florent. quam expressit Elm. et seqq. cum Vulc. et Wow. dedissent *ad eam affectabit p. e. sect. existimabit s. c.* atque ita Mss. Vulc. Bened. Voss. nisi quod per *v* quoque Voss. ut et Ed. Junt. post. In Edd. vett. *eam affectabit et eam sect. existimabit.* Futurum mihi magis placet. Forsan excidit *viam*, ut fuerit: *ad eam affectabit viam.* Terent. Heaut. II. 3. 60. 'ad dominas qui affectant viam.' *Id.*—4 *Ut item ille.* Edd. ante Vulcan. *ac.* Voss. *aut.* Florent. Bened. *at.* vere. *Id.*—5 Veteres impressi, *Quis potest.* Colvius. Bened. etiam *quis:* male. *Oud.*—6 *Ad earum cons. se jung.* Ms. *eorum*, scil. vitiorum, *Sciopp. in Symb.* Bene: et sic Florent. Voss. Bened. Prave Edd.

NOTÆ

p *Ut ægritudinem, egestatem, &c.*] Hæc quoque e numero sunt τῶν μέσων.

q *Non tamen ea suscipi voluntate*] Hoc est, non appeti sub ratione vitiorum, sed sub aliqua falsa bonorum et commodorum specie: ut infra explicatur: adeo ut cum ea perpetramus, voluntas nostra non in peccata ipsa feratur: sed in illa, quæ nobis finximus, commoda.

modi[7] mala pergit,[8] ac sibi usuram[9] eorum utilem credit; deceptus errore, et imagine boni solicitatus[1] quidem, sciens vero ad mala præcipitatur.[r] Discrepes quippe a communi[2] sententia, si non quidem ignores, quid inter pauperiem ac divitias intersit: et cum hæc in proclivi sita sint, nec pauperies honestatem, vel turpitudinem divitiæ allaturæ sint, si egestatem [608] rerum victui necessariarum[3] copiis præferas, ineptire videaris: et adhuc illud absurdius, si qui[4] sanitatem corporis spernat, eligens morbos. Sed illud postremæ dementiæ est, cum, qui virtutis pulchritudinem[5] oculis animæ viderit, utilitatemque ejus usu[6] et ratione perspexerit, non ignarus quantum dedecoris atque incommodi adipiscatur ex participatione[7] vitiorum, tamen addictum se velit vitiis. Corporum sanitatem, vires, indolentiam, ceteraque ejusmodi[8] bona extraria, item

tur sibi fore utile iis uti, falsus errore, et invitatus quidem specie boni: sciens tamen detruditur ad Mala. Etenim differas a communi opinione, si scias quidem quantum sit discriminis inter Egestatem et Opes; atque, cum ista sint tibi facilia paratu, et Egestas non sit paritura honorem, aut Opes dedecus, si anteponas penuriam rerum quæ necessariæ sunt ad vitam earundem abundantiæ, existimaberis insanire. Atque hoc erit adhuc ineptius, si quis contemnat prosperam valetudinem corporis præponens ei ægritudines. Verum hoc est extremæ insaniæ, cum is, qui conspexerit acie mentis formositatem virtutis, et cognoverit experientia et ratione ejus utilitatem, sciens quantum probri et damni ferat ex consortio vitiorum, velit nihilominus esse mancipatus vitiis. Dicit hæc non appellanda esse absolute bona, prosperam Valetudinem, corporum Robur, doloris carentiam, aliaque

ante Elmenh. *earum.* In Edd. ante Vulcan. legas *ad e. cons. se ingerere:* sed contra Mss. Forsan tamen phrasis non damnanda. Vide ad l. de Deo Socr. p. 702. 'Tute ad studium sapientiæ ingeris.' *Oud.*—7 Sic Mss. In Edd. ante Elmenh. *hujusmodi.* Id.—8 Bened. *pertingit.* Id.—9 Voss. *ad.* Bened. *et.* Edd. ante Vulcan. contra Mss. *usum.* Infra sæpius *usura.* Id.—1 Bened. *imaginem B. solicitus.* Id.—2 Edd. ante Vulcan. *quidem.* Bened. *ab omni.* Id.—3 Bened. *necessarium.* Id.—4 *Si quis.* Florent. *sequi ut.* Voss. Bened. *sequi:* scribendum nempe *si qui.* V. ad Met. l. I. p. 17. a. 'si qui velit.' *Id.*—5 Sic Mss. Male Edd. ante Vulcan. *cum quis pulchr. virtutis.* Abest *virtutis* a Bened. *Id.*—6 Ita Florent. Bened. Edd. Elm. &c. A ceteris exulat τὸ *ejus.* Id.—7 Voss. *et.* Florent. caret τῷ *ex:* quod uncis inclusere Elm. Scriv. et Flor. *Id.*—8 Minus bene Florent. Voss. et Edd. Elm. Scriv. Flor. *ejus.*

NOTÆ

[r] *Sciens vero ad mala præcipitatur*] Locus hic non mihi videtur sanus; neque enim si quis errore deceptus et invitatus boni imagine (ut dixit) tendit ad mala, dici potest in ea se scientem præcipitasse.

divitias, et cetera quæ fortunæ commoda ducimus,[9] ea non simpliciter bona nuncupanda esse.[1] Nam, si quis ea possidens, usu se abdicet, ea illi[2] inutilia erunt: si quis autem eorum usum[3] converterit ad malas artes, ea illi etiam noxia videbuntur. Si quis autem iis abutitur, obnoxius erit vitiis: qui ea possidet, habere hæc etiam, cum obit, non potest.[4][s] Unde colligitur, bona hæc simpliciter[5] dici non oportere: nec etiam ea quæ sunt morbosa, ut pauperiem, ceteraque, existimari mala oportet.[6] Nam qui tenuis est, si modificetur in sumtibus,[7] nullam noxam ex eo sentiet:

hujusmodi bona externa, præterea Opes, et alia quæ vocamus Bona Fortunæ. Si enim aliquis illa possidens privet se eorum usu, ipsa erunt ei supervacanea. Si vero quispiam detorserit eorum usum ad pravas artes, ipsa videbuntur etiam illi perniciosa. (Si vero aliquis male utitur eis, propensus erit in vitia, et, qui habet ea, non valet ea retinere, quando moritur.) Ex quo infertur ea non esse nuncupanda absolute Bona: nec illa quoque quæ sunt ægritudinis plena, ut Egestas ac reliqua, judicanda sunt mala. Qui enim est angusta re, si moderetur impensis, nihil inde

Id.—9 Edd. ante Vulcan. *dicimus.* Vide ad hujus libri init. *Id.*—1 Mirum est, in Mss. Florent. Voss. Vulc. Bened. legi *sunt:* cum tamen præcedant accusativi: quod foret solœcismus sive anacoluthon durissimum, quo hic non usum puto Auctorem, sed ellipsi *ducebat Plato:* ut sæpissime. Vide ad l. I. de Dogm. Plat. p. 196. b. *Id.*—2 Edd. ante Vulcan. *sibi.* Id.—3 Mss. Florent. Voss. Bened. *ejus:* ut ad 'Fortunam' hoc referas. *Id.*—4 Lib. Fulvii *si q. a. i. a. vitiisque subjectus erit, qui ea possidet, haberi hæc etiam obit.* Æque corrupte. Et fallor aut tota periodus inducenda, quæ plane glossema videtur illorum, quæ præcesserunt. Haud inconcinne tamen emendabis hoc modo: *Si quis autem iis abutitur, obnoxius erit vitiis, et qui ea possidet, habere hæc etiam cum utilitate non potest.* Wowerius. Expressi lectionem codicis Leidens. (*s. q. a. i. a. obn. erit vit. qui ea possidet, habere hoc etiam cum obit non potest*) Basil. 2. *s. q. a. i. a. o. et v. et qui ea possidet habere hæc etiam cum utilitate non potest.* Ms. Fulvii et Flor. memb. hoc modo legunt: *s. q. a. i. a. vitiisque subjectus erit, qui ea possidet, haberi hæc etiam obit.* Rom. Ald. et Bas. 1. omnino hæc ignorant, et videntur glossemata eorum quæ præcesserunt. *Elmenh.* Hæc Vulc. e suo cod. ita expressit *Si q. a. i. a. obnoxius erit vitiis qui ea possidet, habere hoc etiam cum obit non potest:* quæ absunt prioribus Edd. *Hæc* saltem legendum fuerat, non *hoc.* Sed Ms. Voss. modo habet *vitiis erit qui ea possidet haberi hæc etiam obit.* Bened. *vitiis erit, qui ea possidet haberi hoc etiam obit vel obeïn.* Ego adhucdum ἐπέχω. *Oud.*—5 Bened. *simpl. hæc omnia.* Voss. *simpl. bona hæc.* Id.—6 Mss. Florent. Voss. Bened. *ut ea etiam q. s. m. quæ paup. c. existimari op.* Latet menda. Male *etiam* exulat ab Ed. Flor. *Id.*—7 *In sumtibus.* Absunt perperam Edd. ante Vulcan. *Id.*—

NOTÆ

[s] *Si quis autem iis abutitur, &c. cum obit, non potest*] Quidam codices omnino hæc ignorant, et certe videntur esse Glossemata eorum quæ præcesserunt. Si tamen retineas, interpunge inter vocem *vitiis*, et, *qui ea possidet*, ut sit sensus, quem expressi in Interpretatione.

et qui [8] recte pauperie sua utitur, non solum nihil capiet incommodi, verum ad toleranda cetera melior atque præstantior fiet.[9] Si igitur nec habere pauperiem, neque eam ratione regere [1] contrarium est; paupertas per se [2] malum non est. Voluptatem vero neque bonum esse absolute,[t] neque simpliciter malum: [609] sed eam, quæ sit honesta, nec pudendis [3] rebus, sed gloriosis actibus veniat, non esse fugiendam: illam vero, quam aspernatur natura ipsa,[4] turpi delectatione quæsitam, vitari oportere censebat. Solicitudinem [5] et laborem, si naturabiles [6] essent,[u] et ab ipsa virtute descenderent, et essent pro aliqua præclara administratione susceptæ, appetibiles ducebat [7] esse: sed, si adversum naturam turpissimarum rerum [8] causa gignerentur, malas intestabilesque [9] [w] esse. Non sola vitia [1]

percipiet incommodi, et qui bene utitur sua tenuitate, non tantum nullam molestiam patietur, sed etiam evadet paratior atque aptior ad reliqua sustinenda. Si ergo non repugnat pati inopiam, et eam moderari ratione, Inopia ex sua natura non est Malum. Existimabat Voluptatem nec esse simpliciter Bonum, nec absolute Malum: verum illam non esse evitandam, quæ sit honesta, nec oriatur ex rebus turpibus, sed ex præclaris facinoribus: illam autem partam oblectamento inhonesto, quam ipsa Natura respuit, esse fugiendam. Existimabat anxietatem et laborem esse optanda, si essent Naturæ consentanea, et procederent ab ipsa Virtute, atque subirentur ob aliquid egregii gerendum: verum esse mala et execranda, si crearentur contra Naturam ob res inhonestas. Non tantum vitia evenire voluntarie Mentibus, et con-

8 Edd. eædem *etiam qui*. Mox pro *incommodi* Bened. *incommodum*. Id.—
9 Florent. Bened. Voss. *ad tollenda c.ělioratum præstant. fiet*: vel *meliora cum* ut in Voss. Non me expedio. An *meliore actu?* statim 'paupertas, quæ gloriosis actibus veniat:' sed p. 611. 'meliores præstantioresque.' Edd. ante Vulcan. *erit*. Id.—1 Bened. *rationem*. Id.—2 *Per se*. Carent male Edd. ante Vulcan. *Id.*—3 Voss. *ne pud*. Id.—4 Τὸ *natura* reposui ex Flor. Rom. et Aldo. *Elmenh*. Abest quippe ab Ed. Vulc. sec. Male. Pro *delectatione* Bened. *dilectione*. Oud.—5 Edd. ante Vulcan. *solitudinem*: male. *Id.*—6 Sic recte Vulc. in Ed. pr. cum Mss. Leid. Voss. Florent. aliisque. Sic Flor. N. 15. 'Naturabilia commentatus.' Edd. vett. cum Ms. Bened. et Edd. Vulc. sec. ac Wow. *naturales*. Pro *descenderent* Bened. *descenderet*. Id. —7 Ita rursus Florent. Voss. Edd. Elm. Scriv. Flor. In ceteris *dicebat*. V. supra. *Id.*—8 Τὸ *rerum* abest a Florent. *Elmenh*. Item Voss. *Oud.*—9 Consentiunt in hac voce Mss. Florent. Putean. Vulc. Voss. Bened. ut Elm. cum seqq. edidit pro *detestabiles*; ut vulgo. Supra p. 608. 'Irreligiosi et

NOTÆ

[t] *Voluptatem vero neque bonum esse absolute, &c.*] Vide Platonis Gorgiam pag. 338. et seqq. et ejusdem Philebum.

[u] *Si naturabiles essent*] Naturabilis, naturalis: juxta naturam, ut patet ex iis quæ sequuntur.

[w] *Intestabilesque*] Intestabilis hic

voluntate accidere animis, et venire[2] corporibus, sed esse medium quendam statum: qualis est, cum abest[3] tristitia, nec tamen lætitiam adesse sentimus. Ex his quæ in nobis sunt, primum bonum atque laudabile est virtus, bonum studenti. Adeo[4] honestum appellari oportet: solum quippe, quod honestum est, bonum dicimus: ut et malum,[5] turpe: ac merito,[6] quod turpe est, bonum non potest esse.[7] Amicitiam ait sociam,[x] eamque consensu consistere: reciprocamque esse, ac delectationis vicem[8] reddere, quando æqualiter redamat.[9] Hoc amicitiæ commodo provenit, cum amicus eum, quem diligit, pariter ac se cupit prosperis rebus potiri. Æqualitas ista non aliter provenit, nisi similitudo in utroque[1] parili caritate[2] conveniat. Nam ut pares

tingere corporibus, verum esse etiam quendam statum medium, veluti quando caremus mœrore, neque tamen experimur nos affici gaudio eorum quæ reperiuntur in nobis. Primum Bonum et laudabile illi, qui appetit Bonum, est Virtus: idcirco vocandum est Honestum. Etenim id tantum existimamus esse Bonum, quod est Honestum: quemadmodum et existimamus Malum id quod est Inhonestum. Et jure id, quod est Inhonestum, nequit esse Bonum. Dicit Amicitiam esse conciliatricem societatis, atque eam positam esse in Concordia, et esse mutuam, et parere gaudium reciprocum, cum redamat ex æquo. Hoc evenit utiliter Amicitiæ, quando amicus optat, ut ille, quem amat, fruatur secunda fortuna eodem modo quo ipse optat ea frui. Hæc æqualitas non gignitur nisi similitudo consentiat in ambobus

inhumani ac merito intestabiles.' Vide Glossas et Torrent. ad Horat. l. II. S. 3. vs. 181. 'Is intestabilis et sacer esto.' *Id.*—1 *Non sola vitia, &c. sentimus.* Absunt hæc omnia Edd. primis, Junt. pr. Ald. Bas. pr. In Edd. Junt. post. Bas. sec. Lugd. Colv. *non sola initia:* unde Vulc. et Wow. e Mss. suis *non sola vitia* fecere, et sic Voss. Abest vox *sola* a Bened. *non solum* in Florent. ut edidere Elm. et seqq. Sed præfero *sola*, quod rectius esse docent sequentia. Post *vitia* Mss. Vulc. et Voss. addunt *sed:* an *ait* vel *scilicet?* ut sæpe. *Id.*—2 Edd. ante Vulcan. *convenire.* Id.—3 Bened. *abem.* Id. —4 *Ideo.* Voss. Bened. *adeo.* Recte, et eodem sensu. Vide ad Met. l. VIII. p. 571. a. *Id.*—5 *Dicimus ut et malum.* Sic recte Vulc. et seqq. Edd. priores *dicimus et malum t.* Ms. Voss. *dicimus ut est malum t.* Bened. *ducimus ut est malum tempore.* Corrupte. *Id.*—6 Sic Voss. Bened. Vulgo *et mer.* Pro *quod turpe* Bened. iterum *quod tempore.* Id.—7 Ita Florent. Voss. Bened. Edd. Elm. &c. Vulc. cod. et Edd. vett. *dici:* nec male. *Id.*—8 Prave Edd. ante Elmenh. contra Mss. O. *dilectionis.* Id.—9 *Æqualiter reclamat.* Scripserim cum Modio nostro, *redamat.* Colvius. Edd. ante Vulcan. *reclamat æq.* Male, licet *reclamat* sit in Voss. Sed bene jam Modius monuit legendum esse *redamat:* pag. seq. 'nec reciprocari queant, ut ament quæ redamantur.' *Oud.*—1 Particulam *in* non agnoscit Florent. *Elmenh.* Uti nec Voss. Bened. *Oud.*—2 Rom. Bas. 1. Ald. *parilitate charitateque.* Elmenhorstius. Contra Mss.

NOTÆ

idem est ac detestabilis.

[x] *Amicitiam ait sociam, &c.*] Consule Platonis libros de Legibus.

paribus [3] irresolubili nexu junguntur: ita discrepantes, et inter se disjuncti sunt,[4] nec aliorum amici. Inimicitiarum autem vitia gignuntur ex malevolentia [610] per morum dissimilitudinem,[5] et distantiam vitæ, et sectas, atque ingenia contraria.[6] Alia etiam amicitiæ genera dicit esse: quarum pars voluptatis gignitur causa,[y] pars necessitatis. Necessitudinem et liberorum amor [7] naturæ congruus est: ille alius [8] abhorrens ab humanitatis clementia, qui vulgo amor dicitur, est appetitus ardens,[9] cujus instinctu per libidinem capti amatores corporum,[1] in eo, quod viderint, totum hominem putant. Ejusmodi calamitates animarum, amicitias idem appellari vetat, quod nec mutuæ sunt,[2] nec reciprocari queant, ut ament, quæ redamantur;[3] nec con-

æquali dilectione. Sicut enim æquales connectuntur æqualibus vinculo indissolubili, sic inæquales discordant invicem, neque amici sunt aliorum. Labes autem odiorum creantur ex Malevolentia per disparitatem indolis, et discrepantiam vitæ, et professiones ac ingenia sibi adversantia. Ait etiam esse alias species Amicitiæ: quarum quædam conciliantur propter voluptatem, quædam propter Necessitatem. Amor familiarum et filiorum est consentaneus Naturæ: ille alter, qui fere vocatur Amor, adversatur Mansuetudini humanitatis: estque vehemens Cupido, cujus stimulatione libidinosa correpti Amatores corporum, existimant universum hominem consistere in eo quod aspexerint. Idem Plato prohibet, ne tales pestes Animorum vocentur Amicitiæ, quia nec sunt reciprocæ, nec possunt fieri mutuæ, ita ut quæ amantur, reda-

-----

Oud.—3 Eædem Edd. ante Vulcan. *pares enim parib.* Bened. *Nam ut partes partibus.* Id.—4 Dele τὸ *et.* Elmenhorstius. Auctore Cod. Florent. de quo tacet: ceteri Elmenh. sunt secuti. In reliquis Mss. et Edd. *et inter se*, quod non innovandum fuerat, per frequentissimum Auctori nostro polysyndeton. Supra, 'et sui et alterius.' Vid. Ind. Not. *se* abest a Bened. *Oud.*—5 Bened. *coguntur.* Voss. *dissim. morum.* Id.—6 Bened. *ing. et contraria.* Id.—7 Sic tacite reposuit Elm. cum seqq. nihilominus bene et e Cod. Florent. Antea edebatur *necessitudinis.* Voss. *necessitudinem.* Bened. *necessitudo.* Ipsi proximi, ut conjuges, parentes, filii vocantur *necessitudines*: ut notum. p. 620. 'tali necessitudine orbatum.' *Id.*—8 Carent τῷ *ille* Edd. ante Vulcan. contra Apuleii genium. *Id.*—9 *Et est appet. ardens.* Recte Voss. Bened. delent τὸ *et.* Ille alius, qui Amor dicitur, est appetitus ardens. Vulc. Ed. pr. e Cod. suo *arens*, male. *Id.*—1 Bened. caret. *Id.*—2 Edd. ante Vulcan. *quæ.* Bened. *neque.* Ed. Wow. *sint*: quia nescivit, modos hos frequenter variari. Adi Burm. ad Virg. Georg. I. 155. Æn. IV. 591. me ad Frontin. lib. III. Prol. supra sæpius: et ad Veget. lib. III. c. 5. 'cum non possit atque facienda sunt:' de Mundo p. 724. 'quod ortus et occasus mutentur...Meridies et Arctos iisdem semper regionibus sunt notatæ.' Mss. Bened. Vulc. et ejus Ed. *sed nec.* Id.—3 Flor. *redimantur*: male. *Elmenh.* Bened. *redemantur.*

NOTÆ

[y] *Alia etiam Amicitiæ genera, &c. quarum pars voluptatis causa, &c.*] Vide Platonis Lysidem.

stantia illis adsit,[4] et diuturnitas desit, amoresque ejusmodi satietate ac pœnitentia[5] terminentur. Plato tres Amores[z] hoc genere dinumerat: quod sit[6] unus divinus, cum incorrupta mente et virtutis ratione conveniens, non pœnitendus; alter degeneris animi, et corruptissimæ[7] voluptatis: tertius ex utroque permixtus,[a] mediocris ingenii, et cupidinis[8] modicæ. Animas vero[9] fusciores impelli cupidine corporum, unumque illis[1] propositum esse, ut eorum usura potiantur, atque ejusmodi voluptate et delectatione ardorem suum mulceant. Illæ vero[b] facetæ et urbanæ sunt.[2] Animas bonorum deamare, et studere illis, factumque velle[3] [c] [611] uti quam plurimum potiantur[4] bonis

ment, et quoniam neque habent stabilitatem, neque diu durant: atque tales Amores finiuntur fastidio et pœnitentia. Plato recenset tres ejusmodi Amores, quia unus est Cœlestis congruens cum animo sano, et cum Virtutis natura, nullam inferens sui pœnitentiam. Alter proprius mentis ignavæ et libidinis teterrimæ: tertius temperatus ex ambobus, proprius Animi mediocris, et moderatæ Cupiditatis. Tetriores autem Mentes instigari Cupiditate corporum, atque hoc tantum habere in votis ut fruantur usu eorum, et leniant suum æstum tali voluptate atque oblectamento. Illæ autem puriores mentes sunt lepidæ et comes. Ait illas diligere Animas Bonorum, et bene velle illis, optareque ut quam maxime possideant bonas artes,

Voss. quoque *redimantur*. Oud.—4 Bened. caret *nec*. Voss. *absit*. Id.—5 *Societate ac pœnit.* Scribo ex Ro. edit. *satietate ac pœn.* Colv. *Sanitate*, vel, *satietate*, quod propius accedit ad veterem lectionem, *societate*. Vulc. Retinui lectionem, quam ostentant Edd. Rom. Vic. et probavit Colv. Vulc. Ed. sec. aliique vulgo. Passim *satietas* de amoris tædio occurrit. V. Gebh. ad Tib. II. 1. 51. 'assiduo satiatus aratro.' Vitiose Edd. Junt. Ald. &c. *societate*. Sed Mss. Florent. Putean. Vulc. Voss. Bened. Edd. Vulc. pr. ac Scriv. dant *sanitate:* quod omnino præferendum. Cum anima ex hoc errore et calamitate ad sanitatem rediit. In eadem re apposite Ovid. lib. I. Am. El. 10. 'Cum bene pertæsum est, animique resanuit error:' ubi v. *Oud.*—6 Ven. Ald. *quod fit.* Colvius.—7 Fulvii liber *corrupti*. Elmenhorstius.—8 Bened. *cupiditatis*. Oud.—9 *Animas vero, &c....capi posse.* Hæc cuncta absunt Edd. ante Ed. Junt. post. *Id.*—1 Ed. Vulc. pr. *utrumque:* vitiose. Bened. *illud*. Edd. ante Vulcan. *unum quod:* et pro *esse* contra Mss. *est*. Id.—2 Voss. *sint*. De his nondum egit. Forte *illas quæ f.* Id.—3 Sic optime correxit e suo Cod.

NOTÆ

[z] *Plato tres Amores, &c.*] Vide ejus Dialogum, cui titulus Convivium.

[a] *Tertius ex utroque permixtus*] Quem in tres adhuc dividit, quorum unus medium tenet inter Divinum et Vulgarem, duo reliqui magis accedunt, hic ad Divinum, ille ad Vulgarem: sed hos tres medios affectus, potius quam Amores dicendos existimat, ideoque nec illis Dæmonum nomen tribuit, quo Amores Divinum et Vulgarem insignit.

[b] *Illæ vero*] Puriores mentes, quæ Amore divino flagrant, de quibus tamen nondum locutus est.

[c] *Factumque velle*] De hac formula

artibus, et meliores præstantioresque reddantur. Medias ex utroque [5] constare: nec delectationibus corporum [6] prorsus carere, et lepidis animarum ingeniis capi posse. Ut igitur ille amor teterrimus,[7] ac inhumanissimus, atque turpis, non ex rerum natura, sed ægritudine corporali morboque colligitur; [d] sic ille divinus, Deorum munere beneficioque concessus, aspirante cœlesti cupidine in animos hominum credatur [8] venire. Est Amoris tertia species, quam diximus mediam.[9] Divini atque terreni proximitate collectus, nexuque et consortio parili copulatus, et rationi propinquus est,[1] [e] ut divinus ille; ut terrenus ille cupidini junctus est voluptatis. Culpabilium autem virorum quatuor formæ sunt: [f] quarum prima honoripetarum [g] est,

atque efficiantur probiores et excellentiores. Ait vero medias Mentes conflari ex ambabus extremis, atque ipsas non omnino abhorrere a delectationibus corporeis, et posse etiam trahi eleganti indole Animarum. Quemadmodum ergo ille Amor teterrimus, et ferissimus ac inhonestus non concipitur ex natura rerum, verum ex morbo atque infirmitate corporali: ita ille cælestis tributus dono ac liberalitate Deorum putatur penetrare in mentes humanas inspiratione Cupidinis divini. Est tertium genus Amoris, quod appellavimus medium, quod concipitur affinitate Amoris cælestis et terrestris, et connectitur vinculo et societate æquali utriusque, et affinis est Rationi, quemadmodum ille cælestis; et annexus est cupiditati Voluptatis, sicut ille terrestris. Sunt autem quatuor species hominum vituperabilium: quarum

Vulc. cui accedunt mei omnes; nisi quod Bened. habeat *illis rebus*. Antea editum modo *et factum velle*. Id.—4 Sic recte idem Vulc. cum Mss. Ante qui *pot. plurimum*. Id.—5 Bened. *ex utraque*. Id.—6 Sic Florent. Voss. Bened. Edd. Elm. &c. ut supra 'amatores corporum.' Ante *corporis*. Id.—7 Edd. ante Vulcan. contra Mss. *deterr.* Pro *ac inh.* Voss. *et inh.* Vide ad Met. lib. II. p. 108. b. *Id.*—8 *Creditur.* Florent. Bened. Voss. et Edd. ante Vulcan. recte *credatur*. Id.—9 Hic major distinctio ponenda est; nam alioquin *collecta, &c.* non *collectus* debuisset scribi. Bened. *quem d. medium*. Id.—1 *Et rationi propinquus est.* Non male Floridus, si Mss. addicant. In Edd. Vulc. et seqq. editur *Et ut rat. prop. est divinus ille, ita terrenus ille cup. i. e. v.* Sed non agitur hic de amore terreno, verum tertio, mixto inter cœlestem et terrenum. Pro *ita* in Edd. vett. *ita et*: pro *cupidini* in

NOTÆ

jam ad Apologiam diximus.

[d] *Sed ægritudine corporali morboque colligitur* [*provenit*] Est enim juxta Platonem Insaniæ species a bile adusta provenientis.

[e] *Et ut Rationi propinquus est*] Lege meo periculo: *Et Rationi propinquus est, ut divinus ille; ut terrenus ille cupidini, &c.*

[f] *Culpabilium autem virorum quatuor formæ sunt*] Videndus Plato lib. VIII. de Republ. de his quoque infra iterum aget.

[g] *Honoripetarum*] Φιλοτίμους vocat Plato.

sequens abstemiorum,[2] [h] tertia popularis, tyrannicæ dominationis ultima.[3] Evenit quapropter primum illud mentibus vitium,[4] [i] cum vigor rationis elanguerit, superiorque et [612] robustior [5] fuerit animæ portio, in qua ira dominatur. At quæ 'Ολιγαρχία dicitur, ea sic[k] nascitur,[6] cum propter

prima est Ambitiosorum, altera Avarorum, tertia Plebeia, postrema est Imperii Tyrannici. Quare illa prima labes accidit Animis quando robur Rationis fuerit debilitatum, et ea pars Animæ, cui Ira imperat, evaserit superior, et fortior. Secunda vocatur ὀλιγαρχία. Ea sic oritur, quando ob deterrimum alimentum illius

iisdem et Ms. Fulv. *turpitudini.* Dein *voluptati* habent Mss. Florent. Putean. Voss. *et voluptati* Bened. Unde forsan legendum *Et ut rationi prop. est divinus ille, et terrenus ille turpitudini, ita junctus est voluptati.* Id.—2 Vid. Not. inf.—3 *Tyr. dominationis est.* Quidam editi *Tyr. damnationis.* Vide sub libri finem. *Colv.* Inepte Edd. ante Colv. *damnationis.* Exulat *est* a Voss. Vulc. et Edd. ante Elmenh. &c. Recte, jam præcesserat τὸ *est.* Oud.—4 *Quapropter illud prim. m. ev. vit.* Hic ordo ab Elmenh. est. at in Florent. exaratur *quapropter vit. illud prim. ment. evenit.* Sed in Mss. Bened. Voss. Vulc. *evenit quapropter prim. illud ment. vit.* Notandum sæpius a Nostro secundo in loco poni τὸ *quapropter.* Certe in Mss. sic init. h. libri ' divina quapropter esse.' p. 598. ' Tres quapropter.' p. 613. ' pessimo quapropter :' de Mundo p. 713. ' Superna quapropter :' ubi id monet quoque Vulc. sed non affert exemplum. Edd. vett. *quapropter evenit pr. ill. ment. vit.* Id.—5 Abest copula *et* Edd. ante Vulcan. *Id.*—6 Recte observat Flor. non hanc ita a Platone vocari, sed τιμαρχίαν et τιμοκρατίαν. Quare addit *altera:* audacter sane: nec tamen de suo: nam Wow. jam ante tacitus ediderat ὀλιγ. *dicitur alterum.* In Bened. est *et quæ* ὀλιγ. *d.* Unde fors legendum *At quæ* ὀλιγ. *dicitur, ea sic*

NOTÆ

[h] *Abstemiorum*] Φιλοχρήματοι Platoni sunt, non abstemii. Excerpta Puteani habent *abstrenuorum,* hoc est, ignavorum, quod nihilo magis invenitur apud Platonem: non abhorret tamen ab ejus sensu: cum enim φιλοχρήματοι illi congerendis pecuniis unice incumbant, res bellicas negligunt, atque etiam vitant bella quantum possunt, utpote quæ congestam pecuniam exhauriant, ipsosque thesauros ac eorum possessores militum et invidorum civium rapacitati exponant. Minus quadrat τὸ *Abstemiorum:* Abstemius enim nihil aliud sonat quam a temeto, hoc est, vino, abhorrens. Corruptus proculdubio hic locus: unde certo emendem non habeo: quid, si legas *Abstentorum,* hoc est, Abstinentium, et nummis suis tanquam sacris parcentium?

[i] *Primum illud &c. vitium*] Ambitionis.

[k] 'Ολιγαρχία, *dicitur* [*altera:*] *ea sic, &c.*] Sic omnino restituendum est, et punctum præponendum voci ὀλιγαρχία, ut sensus superiorum verborum finitus intelligatur: neque enim Honoripetarum vitium ὀλιγαρχίαν Plato vocat, sed τιμαρχίαν et τιμοκρατίαν, eaque primam apud eum constituit corruptæ Reipubl. formam, ὀλιγαρχία secundam, δημοκρατία tertiam, τυραννὶς denique quartam: cum bene constitutæ Reipublicæ sit una tantum forma apud eum, nempe ἀριστοκρατία regiæ potestati mixta.

pessimum pastum[7] ejus partis animæ, quæ ex cupiditatibus constat, non solum rationabilis et irascentiæ loca[8] possidentur, sed ejus etiam,[9] quæ non necessarias cupidines acuunt.[1] Hunc talem[2] Plato lucricupidinem,[l] atque accipitrem pecuniæ[m] nominavit. Qualitas popularis[3] [n] existit, cum indulgentia cupidines laboratæ,[4] [o] non solum justis desideriis exardescunt, sed his etiam quasi obviæ atque occursantes,[5] [p] et illam consiliariam,[6] et illam alteram iratiorem[7] animam[q]

portionis Animæ, quæ conflatur ex Cupidinibus, non tantum occupantur sedes partis Rationalis et Irascibilis, verum etiam illa loca ipsius Concupiscibilis, quæ excitant Cupiditates non necessarias. Ejusmodi virum Plato appellavit Avidum quæstus, et Accipitrem pecuniæ. Indoles est, quando Cupiditates, fatigatæ nimia licentia, non tantum incenduntur æquis desideriis, verum resistentes quoque et obluctantes eis oppresserunt suis qualitatibus illam Animæ partem consiliatricem, et illam alte-

---

nascitur. Id.—7 A Bened. abest *pessimum.* Idem et Vulc. cum Edd. Vulc. pr. Wow. *pactum:* male. Vide Ind. *Id.*—8 Bened. *loco.* Id.—9 Sic Voss. Al. *etiam ejus* sc. concupiscentiæ loca. *Id.*—1 Omnes libri, quibus usus: *non necessaria cupidine sunt.* Minus in his liquet. Sane et præcedentia implicita, turbata, et corrupta, quæ tamen sententiæ suæ restitui. *Wower.* Mss. Florent. Vulc. Voss. Fulv. *necessaria cupidine sunt.* Bened. *vetera cupidine sunt.* An *alunt?* Oud. —2 Al. *palam.*—3 Edd. Junt. Ald. Bas. Lugd. Colv. prave *qualis.* Oud.—4 Aliud quid substituendum hic videtur: ut *saburratæ*, vel simile: quod magis placiturum adhuc quæro. *Colv.* Colv. non male *saburratæ.* Elmenh. Colvius tentat *saburratæ.* Rectius *irritatæ.* Mox pro *justis desid. exardescunt* Voss. *ustis.* Oud.—5 *Sed his etiam, quæ obviæ atque occurs.* Sic Mss. nisi quod in Vulc. sit *etiam quam:* at Edd. ante Vulcan. *his æque obviæ.* Abundat certe illud *quæ;* quare expulit Floridus. Fuitne *sed his etiam quasi obviæ?* sæpe illud in *quam* et *quæ* corruptum est. *Id.*—6 Voss. *consiariam.* Bened. *consuetudinariam.* Intelligit rationalem. *Id.*—7 Edd. ante Vulcan. *rationabilem.*

NOTÆ

[l] *Hunc talem Plato lucricupidinem*] Repone *Lucricupidum*, nempe virum τῆς ὀλιγαρχίας studiosum. Lucricupidus, φιλοκέρδης Platoni in Hipparcho Dialogo.

[m] *Atque Accipitrem pecuniæ*] Qui pecuniam rapit, ut Accipiter aviculas. Porro 'Accipitrem' hunc nequaquam potui in Platone deprehendere, tametsi diu multumque fuerim aucupatus. Non Plato ergo, quantum arbitror, sed, ex sensu Platonis, Apuleius hoc avaro ὀλιγαρχίας studioso nomen indiderit, et quidem maxime congruum.

[n] *Qualitas popularis*] Studium τῆς δημοκρατίας.

[o] *Cum indulgentia cupidines laboratæ*] Colvius *saburratæ*, aut quid simile reponendum censebat. Ego nihil muto, 'cupidinesque laboratæ indulgentia,' quæ est Apuleii in abutendis vocabulis licentia, hic nihil aliud sunt quam cupidines laborantes nimia indulgentia.

[p] *Sed his etiam, quasi [quæ] obviæ atque occursantes, &c.*] Corruptus locus et sensu carens. Tollebam *quæ*, ut esset sensus, illas cupiditates non semper sequi justa desideria, sed eis etiam sæpe reluctari, ut in Interpretatione expressi.

[q] *Et illam consiliariam, et illam alteram iratiorem animam*] Hoc est, Ra-

conditionibus suis presserunt.[8] Τύραννις est luxuriosa [9] et plena libidinis vita; quæ ex infinitis et diversis [1] et illicitis voluptatibus conflata, mente tota dominatur. Qui sit autem [613] pessimus,[2 r] eum non solum turpem, et damnosum, et contemtorem [3] Deorum, et immoderatam et inhumanam atque insociabilem vitam ait vivere,[4] sed nec cum proximis secumve congruere, atque ideo non modo a ceteris,[5] verum etiam a se discrepare: nec aliis tantum, sed etiam sibi [6] inimicum esse, et idcirco hunc talem [7] neque bonis, nec

ram ardentiorem. Tyrannis est vita lasciva et libidinosa, quæ composita ex innumeris, et variis, et interdictis Voluptatibus, regnat per universam Animam. Dicit autem illum, qui est deterrimus omnium, non tantum esse turpem, et perniciosum, et spretorem Deorum, et degere vitam intemperantem, et feram, et societatis inimicam, quin et eum non consentire cum cognatis, neque cum seipso, proptereaque dissentire non solum ab aliis, verum a seipso quoque: nec solum esse infensum ceteris, sed etiam sibimetipsi, ideoque ejusmodi hominem neque esse amicum bonis, nec ulli

Male omnino. Bened. *inrationabilem:* sed sequor Mss. plerosque et Edd. ceteras in *iratiorem*. Wow. *iratricem:* quod forsan effinxit e vitiosa scriptura Ed. Vulc. pr. *iratierum*. Id.—8 Florent. *presserint*. Fulv. *præcesserint*. Id.—9 Veteres, *ex luxuriosa*. Colvius. V. C. *tyrannidis tenus ex*. forte *tyr. genus ex*. Vulcanius. Florent. *tyrannidis tenus et luxuriosa*. Vulc. *tyr. genus est*. Colvius ita distinguit hunc locum *præcesserint tyrannis tenus, l.* Elmenhorstius. *Τύραννις est luxuriosa vita*. Sic Vulc. Ed. sec. cum seqq. At Ed. pr. cum Junt. post. Bas. sec. Lugd. Colv. *Tyrannidis est l.* Edd. vett. item Wow. *tyrannidis ex l.* At Mss. O. *tyrannidis tenus ex l.* nisi quod in Fulv. sit *et*. Quod hic memorat Elm. de Colvio falsissimum est. Scribendum videtur *presserunt Tyrannidis tenus. Et est l.* vel tale quid: quod est quartum culpabilium virorum genus. Vide ad lib. I. de Dogm. Plat. p. 588. Flor. 'hunerorum tenus.' *Oud*.—1 *Quæ ex finitis et div.* Corrige, *infinitis*. Wowerius. Recte, e Fulv. Cod. qui recte caret quoque τῷ *et*. Mss. ceteri et Edd. Vulc. *ex finitis et diversis et illic.* Absunt ab Edd. prioribus τὰ *infinitis et*. Oud.—2 *Qui sit autem non pessimus, &c.* Lege: *qui sit autem omnium pessimus, eum non solum*. Wowerius. *Qui sit autem pessimus.* Ita Mss. O. et Ed. Vulc. sec. vere. In Ed. Vulc. pr. vitiose *qui situ autem non pessimus, cum*. Hinc Wow. cum seqq. effinxit *qui sit autem omnium pessimus:* sed in Mss. nullo τὸ *omnium*. Edd. vett. *quis itaque ut pessimum*. Junt. post. Bas. Lugd. Colv. *quis itaque non pessimum*. Oud.—3 Bened. *temptorem*. Id.—4 Mss. Florent. Bened. Voss. Vulc. *immoderatum*. Dein etiam Florent. *et inhumanum atque insociabili vita ait vivere:* sed *vivere vitam* elegans et obvium est, ut mox 'servire servitium.' A Bened. abest τὸ *ait*. Id.—5 Voss. *a ceteris modo*. Id.—6 Abest *etiam* ab Edd. ante Vulcan. Bene, nisi Mss. O. agnoscerent. De ea ellipsi egi sæpius. Exulat *sibi* a Bened. *Id*.—7 Bened. *hunc tantum talem*,

NOTÆ

tionem et Appetitum Irascibilem.

r *Qui sit autem* [*omnium*] *pessimus, &c.*] Pessimus vir Platoni Tyrannus est. De quo vide libb. VIII. et IX. de Republica.

omnino cuiquam, nec sibi quidem amicum esse: sed eum pessimum[8] videri, quem nulla malignitatis superlatio possit excedere.[9] Hunc talem nunquam in agendis rebus expedire se posse, non solum propter inscientiam,[1] sed quod ipse[2] etiam sibimet sit ignotus, et quod perfecta malitia seditionem mentibus pariat,[3] impediens incepta ejus atque meditata consilia,[4] nec permittens quicquam eorum, quæ volet. Pessimo quapropter[5] deterrimoque[6] non ea tantum vitia, quæ secundum naturam sunt, pariunt execrabilitatem, ut est invidentia, ut est de alienis[7] incommodis gaudium; sed etiam quæ natura non respuit, voluptatem dico, atque ægritudinem, desiderium, amorem,[8] misericordiam, metum,[9] pudorem, iracundiam. Idcirco autem hoc evenit, quod immoderatum ingenium, in quæcumque proruerit,[1] modum non habet, atque ideo semper ei aut deest aliquid, aut redundat. Hinc ejusmodi hominis amor omni tenore est corruptus,[2] quod non solum effrænatis cupidita-

prorsus, nec sibi quidem ipsi: at illum videri deterrimum, quem nullus excessus improbitatis possit superare. Ejusmodi hominem nunquam posse se extricare in negotiis gerendis, non tantum ob imperitiam, verum etiam quia est incognitus sibi ipsi, et quia summa improbitas excitat tumultum in animis:, officiens propositis ejus inchoatis et præcogitatis, nec sinens eum facere quidpiam ex iis, quæ cupiet. Qua de causa non solum illa Vitia, quæ sunt præter Naturam, qualia sunt Invidia, et Delectatio de alieno malo, reddunt detestabilem hominem, nequissimum et improbissimum, verum et illa quoque a quibus Natura non abhorret, nempe Voluptas, Solicitudo, Cupido, Amor, Commiseratio, Timor, Verecundia, Ira. Hoc autem contingit propterea quod Animus intemperans, in quamcumque partem se conjecerit, nullam servat mediocritatem, et propterea semper aliquid desit, vel abundat. Ideo Amor talis hominis est corruptus secundum se totum, non modo quia ipse optat Cu-

et statim *hominis* pro *bonis*. Id.—8 Edd. ante Vulc. sec. *illum p.* Id.—9 *Quem...excedere.* Sic Florent. Fulv. Voss. et Edd. Elm. Scriv. Flor. Recte *qua* in Bened. Edd. priores *quod*. In Ed. Ven. prave *expedire*. Id. —1 Al. *inscitiam.*—2 Ita Mss. vel *ipsi*, ut Voss. et Bened. et Edd. ante Elmenhorst. ex cujus et seqq. Edd. male excidit τὸ *ipse*. Oudendorp.—3 Voss. *seditione*: idem cum Bened. *parcit*. Id.—4 Ms. Vulc. et Var. Lect. Puteau. cum Ed. Vulc. pr. male *mediuta*. Id.—5 Ita Mss. O. cum Vulc. sec. in Edd. primis *quapr. pess.* V. supra. *Id.*—6 Bened. *detrimentorumque*. Id. —7 Male Edd. Rom. Vic. Junt. pr. Ald. Bas. pr. *nec est de al.* Eædem quoque ut et Ven. ignorant τὸ *non* ante *respuit*, sensu invito. *Id.*—8 Carent Edd. Vulc. pr. Wow. *Id.*—9 Inverse Bened. Voss. *Id.*—1 Bened. *pro libidinem.* Ed. Bas. pr. *proripuerit*. Pro *modum* Voss. *modo*: et mox Bened. *ejusdemmodi* pro *ejusmodi*. Id.—2 Ante Vulc. Ed. sec. abest τὸ *est*, ut etiam a Msstis. *hominisi amor* Florent. Bened. Num fuit *hominis it amor?* quod convenit cum 'proruere,' 'tenore,' et 'errore distrahitur.' Mox pro

tibus et inexplebili siti[3] [s] haurire avet[4] omnia genera voluptatis, sed quod etiam[5] formæ judicio, irrationabili[6] errore distrahitur, [614] ignorans veram pulchritudinem, et corporis effœtam, et enervem, et fluxam cutem deamans: nec saltem coloratos Sole,[t] aut exercitatione solidatos, sed opacos umbra,[7] vel molles desidia,[8] sed cura nimia medullatos[u] artus magni facit.[9] Non sponte grassari[1] malitiam, multis modis[2] constat. Namque injuriam,[w] inordinatam

pidinibus effrænibus et siti inextinguibili se ingurgitare omnimodis Voluptatibus, sed etiam quia fallitur cæco errore inter judicandum de pulchritudine: non cognoscens veram formam, atque amans mollem, et languidam, et fragilem cutem corporis: neque saltem in pretio habet membra infuscata sole, aut indurata exercitio, et obesa ob umbram, aut delicata ex otio, sed fucata ingenti cura. Certum est multiplici ratione improbitatem sævire invito homine. Dicit enim Plato contumeliam

quod Bened. *que*. Id.—3 *Inexplicabili siti.* Forte legas rectius, *inexplebili siti*, vel, *inexpletabili.* Colvius. Colv. et Bas. 2. *inexplebili siti*, male. Vide Indicem et notas ad librum de Mundo. *Elmenh. Inexplebili siti.* Sic Cod. Vulc. et Colv. e conjectura. Sed Mss. Florent. Voss. Bened. et Edd. O. præter Vulc. Wow. ac Florid. habent *inexplicabili.* Liv. XL. 33. 'Inexplicabiles continuis imbribus viæ et inflati amnes.' Sed malim tamen ego quoque *inexplebili*, quam lectionem firmavi ad Met. l. II. p. 21. *Oud.*—4 Voss. Vulc. *habet* de more. Vide ad Flor. N. 19. *Id.*—5 *Quod ipso etiam.* Abest *ipso* bene a Mss. Florent. Voss. Bened. et Edd. ante Vulcan. in quibus sic *etiam quod.* Id.—6 Bened. *et ration.* Id.—7 *Et opacos umbra.* Copula deest Bened. Mira autem locutio *opacos* pro pingues, obesos. quod notandum. *Id.* Omnino legendum *sed op.* J. Bosscha.—8 Inverse Voss. Pro *cura* Bened. *curam.* Oud. —9 Al. *modulatos.* Vid. Not. Var.—1 Voss. *crassari.* Oud.—2 Al. *multo-*

NOTÆ

[s] *Et inexplebili siti*] Sic malui cum Colvio, quam, ut in vulgatis *inexplicabili*, reluctante licet Elmenhorstio, qui, ut alteram hanc lectionem tueatur, exempla duo alia affert, sed certe minime similia.

[t] *Coloratos sole*] Ex more Veterum, qui, ut vires, firmitatem, coloremque, ac siccitatem corporibus conciliarent, cutem Sole curabant: ἡλίασιν, insolationem, vocabant: Persius Sat. IV. 'Quæ tibi summa boni est? uncta vixisse patella Semper, et assiduo curata cuticula Sole.' Ad quem locum vetus Scholiastes: 'Curata, scilicet a Chromatiariis: nam Chromatiarii dicuntur Colorarii, vel, qui tota die in arena sunt, vel in Sole. Antiqui enim ungebant se, et in Sole erant, ut oleum corpus imbiberet:' et Juvenalis: 'Nostra bibat vernum contracta cuticula Solem, Effugiatque togam.'

[u] *Sed cura nimia medullatos* [*medicatos*] Sic legit Wowerius, non ut in vulgatis *medullatos*: sic in Apologia dixit 'medicatus es.'

[w] *Namque injuriam, &c.*] Observa 'injuriam' hic active poni pro ipsa injuriæ illatione. 'Injurias' (inquit Gell. lib. IX. cap. 12.) 'itidem dicimus tam illorum qui patiuntur, quam qui faciunt.'

passionem et ægritudinem mentis esse ait: unde liquido ad eam arbitratur homines non sponte ferri.[3] [x] Quis enim tantum mali voluntate susciperet, ut in optima mentis suæ parte scelus et flagitium sciens veheret? Cum ergo possessio mali ab imprudentibus capitur, usum ejus et actiones oportet ab ignorantibus sustineri. Idcircoque pejus est nocere, quam noceri:[4] [y] quod enim his rebus nocetur,[5] quæ sunt viliores,[6] corporis scilicet [615] et externis,[7] quæ vel imminui possunt, vel fraudibus interire,[8] illæsis potioribus,

esse perturbatum affectum, et morbum animi. Ex quo manifeste infert homines agi invitos. Nam quis ultro reciperet in se tantum mali, ut inferret prudens crimen et turpitudinem in præstantissimam portionem sui Animi? Cum igitur malum incipiat committi ab ignorantibus; necesse est ut usus ejus et facta exerceantur etiam ab ignaris. Atque ideo deterius est lædere quam lædi. Nam lædi his rebus quis potest, quæ abjectiores sunt, videlicet corporalibus, et extrinsecis, quæ possunt aut diminui, aut perire fallaciis, melioribus, quæ spectant ad ipsam Mentem, sal-

modis et *multimodis*.—3 *Liquido arbitratur, homines non sp. ferri.* Alii, *liquendum arbitratur.* male. *Elmenh.* Sic Florent. at Bened. *liquendum arbitrium.* Voss. *linquendum arbitratur.* Vulc. Ms. ejusque Ed. sec. *liquendum arbitr.* corrupte, sed unde vera lectio exhauriri potest. Wower. scilicet supplevit sensum inserendo *ad eam*, scil. injuriam ferri. Sed potius ex vestigiis Mss. lege *liquido ad eam arb. homines non sp. ferri*, vel *liquide:* utrumque enim dicitur. *Oud.*—4 Sic Vulg. Ed. sec. cum in prima et Wow. legatur *prius.* Sed Edd. priores habent *idcircoque id prius est quam noceri:* atque ita, sed sine τῷ *id*, Florent. Bened. Voss. qui caret τῷ *est.* Ms. Vulc. etiam non habet *prius.* Non me expedio. Ex seqq. videtur sensus esse debere: Rem non magni momenti vel doloris esse, *noceri;* quia nocetur tantum in rebus corporeis et externis. 'Nocere pejus esse, quam noceri' mox demum dicit his verbis 'sed nocere longe pejus esse.' *Id.*—5 *Etenim his rebus nocetur.* Florent. et Ed. pr. Vulc. *Quid enim* per interrogationem. Sed optime Voss. Bened. Vulc. Mss. *quod enim*, i. e. quia, ut sæpe Noster. Vide ad Met. l. IX. p. 615. a. 'quod enim rebar.' Dein *in his r.* Edd. ante Vulcan. *Id.*—6 Fulv. *vilioris.* Id.—7 *Τὸ scilicet* dele ex Florentino. *Elmenh.* Non audio; quanquam abest quoque Voss. Vulc. ejusque Ed. pr. nisi velis *corporeis.* Amat *scilicet* addere Apuleius. Vid. Not. Ind. In Bened. *corporis sc. et externis rebus.* Absunt *et externis* Edd. ante Vulcan. *Oud.*—8 Quid si: *funditus interire?* et mox:

NOTÆ

[x] *Non sponte ferri*] Supple, *ad injuriam inferendam.* Cave existimes Platonem, cum homines ad injuriam inferendam non sponte ferri ait, id eo sensu dicere, quasi superiore aliqua vi impulsi cogantur eam inferre, nec possint ab inferenda sibi temperare: sed sic accipe, *non sponte*, quasi dicat, non cum plena ipsius injuriæ cognitione; si enim certo cognoscerent injuriam, quam aliis inferunt, plus sibi quam illis nocere, nunquam profecto tantum in se malum admitterent. Hanc esse mentem Platonis et Apuleii nostri satis declarant quæ sequuntur.

[y] *Quam noceri*] Verbum hoc in passiva voce usurpatum, pro lædi, arbitror jam observasse me.

quæ ad ipsam attinent animam. Sed nocere longe pejus esse.[9] Ex quo intelligi potest, quod animis bonis eo vitio pernicies infertur: plusque sibi obest,[1] qui alium cupit perditum, quam illi nocet, adversum quem talia machinatur. Et cum nocere alteri malorum omnium maximum[2] sit; multo gravius est,[3] si, qui nocet, abeat impune:[4] graviusque et acerbius est[5] omni supplicio, si noxio impunitas deferatur,[6] nec hominum interim animadversione plectatur: sicut gravius est,[7] acerbissimorum[8] morborum carere medicina, medentes fallere, nec uri aut secari[9] eas partes, quarum dolore incolumitati residuarum partium consulatur. Quare, ut optimi medici[1] conclamatis[2] desperatisque corporibus non adhibent[3] medentes manus, ne nihil profutura curatio[4] doloribus spatia promulget;[5] ita eos,[6]

vis remanentibus. Verum dicit multo deterius esse lædere. Unde potest cognosci exitium importari probis Mentibus hoc vitio: et illum qui optat perdere alium, magis lædere seipsum, quam lædat eum, contra quem molitur talia. Et cum alium lædere sit summum omnium malorum; longe pejus est, si ille qui lædit, discedat impunitus: et durius atque asperius est quavis pœna, si concedatur impunitas sonti, neque ipse interea puniatur castigatione hominum: quemadmodum pejus est destitui remedio gravissimorum morborum, fugere medicorum cognitionem, neque illa membra aduri, aut abscindi, quorum dolore prospiciatur saluti ceterorum membrorum. Quapropter, sicut præstantissimi medici non admovent manus opitulatrices corporibus jam defletis et desperatis, ne eorum opera, quæ nulli usui futura est, proroget tempus doloribus perferendis; sic satius est ut illi moriantur quorum

---

nocere alteri malorum omnium maximum sit. Sciopp. in Symb.—9 Bened. *sed non esse l. p. est.* Edd. ante Vulcan. *eis nocere.* Ed. Vulc. pr. *nocere his.* Oud. —1 Sic Mss. O. *illi nocet* Edd. ante Vulcan. *Id.*—2 *Malorum omnium noxium.* Scribe: *E. c. nocere a. m. et omnium maximum sit.* Wowerius. *Maximum* Wow. et Sciopp. emendarunt e Fulv. cod. quos secuti sunt Elm. &c. In reliquis Mss. et Edd. *noxium.* Oud.—3 Abest verbum substantivum a Voss. Bened. *Id.*—4 Leid. et Rom. *habeat i.* Elmenhorstius. Voss. Leid. teste Elm. item Ed. Rom. Vic. Ven. Colv. *habeat.* Utrumque bene. Ter. Eun. v. 2. 13. 'credin' te impune habiturum.' ubi eadem varietas. ibid. v. 6. 18. 'si quidem istud impune habueris.' Alibi 'impune ferre.' *Oud.*—5 Voss. Bened. *est et ac.* Id. —6 Male Edd. ante Vulc. *differatur.* Id.—7 Vid. Not. Var.—8 Bened. *exbiss.* Oud.—9 Male Edd. ante Vulc. sec. *nec secari.* V. ad Met. l. III. p. 192. b. *Id.*—1 Bened. *quarum dicit malis moriendum opt.* Voss. *optumi.* Ed. Scriv. *optime.* Id.—2 Bened. *et clam.* Id.—3 Abest *non* a Bened. male.—4 *Ne nihil prof. ratio.* Emenda *profutura curatio.* Wowerius. Florent. *ratio.* male. *Elmenh.* Florent. *nec:* dein *curatio* debetur Ed. Vulc. sec. et Wow. quomodo et Lipsius margini alleverat: et ita sæpe in re medica Noster et alii. Mss. et Edd. primæ *ratio:* quas voces aliquoties confundi, supra etiam hoc libro vidimus. Rittershus. Lect. Sacr. l. IV. c. 22. legit *curatio doloris.* Oud.—5 Florent. Voss. *promulcet.* Bened. *promulceat.* Cl. Wasse ad Sall. B. Jug. c. 29. conjecit *promicet;* quia id, teste Nonio, valet extendere, porro jacere. Nihil muto. Sensus

quorum animæ vitiis imbutæ sunt nec curari queunt medicina sapientiæ, emori præstat.[7] Namque [8] eum, cui non ex natura,[9] nec ex industria, recte vivendi studium conciliari potest, vita existimat Plato esse pellendum: [1] vel si cupido vitæ eum teneat, oportere sapientibus tradi, quorum arte quadam ad rectiora flectatur.[2] Et est sane melius talem regi, nec ipsum regendi alios [3] habere potestatem: nec dominari, sed servire servitium,[a] impotem ipsum aliorum addici potestati,[4] parendi potius quam jubendi officia sortitum. Virum pessimum non solum deteriorem etiam dicebat esse,[5] [616] quod distrahatur semper editione vitiorum,[6] et desideriorum [7] æstibus differatur: qui quanto

Mentes infectæ sunt vitiis, nec possunt sanari remediis Sapientiæ. Etenim Plato arbitratur eum, qui nequit sibi comparare desiderium bene vivendi, neque Natura, neque arte, esse tollendum e vivis: vel, si possideatur desiderio vivendi, eum esse committendum sapientibus, quorum industria quadam inclinetur ad meliora. Et certe præstat ejusmodi hominem gubernari, neque eum habere auctoritatem gubernandi alios: atque eum non esse dominum, sed servilem operam dare, ipsum impotentem subdi potentiæ aliorum, nactum munus obediendi potius, quam imperandi. Aiebat quoque nequissimum hominem non tantum pejorem esse, quia semper differtur adjectione vitiorum, quanquam distrahitur fluctuationibus cupiditatum: qui, quo plura

breviloquæ orationis est, ne frustranea curatione annuntiet ægro, longius
illi dolendum esse. Aliquoties Noster duas ideas concludit una in voce. *Id.*
—6 Ms. Fulv. *ita eorum.* Pro *quorum* Bened. *quarum.* Id.—7 *Queunt, medi-*
cina sapientiæ eos mori pr. Ms. *queunt medicina sapientiæ, commori præstat:* in-
terpunctio hæc bona est: de lectione dubito. *Sciopp. in Symb.* Prætulerim
distinctionem Codicis scripti: *N. c. q. m. sapientiæ, commori præstat.* Wower.
Bene. Male priores post *queunt* distinguebant. *Oud.* Vid. Not. Var.—8 Edd.
ante Vulcan. contra Mss. *nam.* Oud.—9 *Nec ex natura.* Florent. Edd. Elm.
Scriv. Flor. *non.* minus bene. *Id.*—1 Veteres cusi, *vita æstimate populo esse pel-*
lendum. Unde conjectura mea fuit, *ita existimate, populo esse pellendum.* Popu-
lo pellendum, id est, ablegandum, relegandum. *Colv.* Sic Mss. et Edd. Junt.
post. ac seqq. In prioribus *vita existimate populo, &c.* Acute Colv. sed aliud
suadent Mss. In Fulv. *Plato noster.* Oud.—2 Edd. ante Junt. post. *flectan-*
tur. Id.—3 Edd. ante Vulc. contra Mss. *in alios.* Voss. *reg. habet alios pot.*
Id.—4 Vid. Not. Var.—5 Sic Voss. et Edd. Elm. Scriv. Flor. *etiam esse dic.*
in Florent. Bened. *esse dic.* tantum in Edd. reliquis. *Oud.*—6 *Additione vitio-*
rum. Forte melius, *addictione vitiorum.* Colvius. *Addictione* Colv. *additione*
malim. *Brant.* Ex vulgari hac scriptura, quam inepte tacitus revocavit
Floridus, conjiciebat Colv. *addictione;* quia scilicet addictus est vitiis: idque
probarem (ut 'addici culpæ' Met. l. III. p. 198. b. ubi vide) nisi Mss. Flo-
rent. Bened. Voss. Fulv. darent *editione* cum Edd. Vulc. Elm. Scriv. sive per-
petratione vitiorum. *Oud.*—7 *Etsi desideriorum.* Florent. et Leid. *deside-*

NOTÆ

[a] *Servitium*] Hic est servitus. Alias est ipsa familia, seu servorum turba, quæ et famulitium.

plurium cupidior[8] sit, tanto egentior sibimet,[9] et propterea aliis videri potest. Sperata quippe atque exoptata vix pauca, et cum maxima ærumna proveniunt: iisque flagrantiores cupidinum furores[1] [b] succedunt: nec futuris[2] modo[3] angitur[4] malis, verum etiam præteritis transactisque[5] torquetur. Quos omnes[c] morte sola ab ejusmodi malis[6] deduci posse manifestum est. Sed apprime bonos, et sine[7] mediocritate deterrimos, paucos admodum rarioresque, et, ut ipse ait, numerabiles[8] esse: eos autem,[9] qui nec plane[1] optimi, nec oppido deterrimi sint, sed quasi

appetit, eo magis inops videtur sibi ipsi, ideoque et aliis. Etenim vix aliqua ex iis quæ speravit, et cupivit, ei contingunt, idque cum summa difficultate: et ardentiores furores cupiditatum ea sequuntur, nec tantum cruciatur malis futuris, sed etiam jam elapsis et anteactis. Quos omnes homines evidens est non posse subtrahi talibus malis nisi sola morte. Verum eos qui sunt summe boni, et eos qui sunt immodice pessimi, perpaucos esse et rarissimos, et, ut ipse dicit, numerari posse: illos vero qui neque sunt prorsus optimi, neque omnino pessimi, sed morum veluti mediorum,

rium: male. *Elmenh.* Voss. Bened. *et.* Iidem cum Vulc. Florent. et Edd. ante Vulc. sec. *desiderium.* Malim legere cum Lipsio vel R. *et desideriorum æstibus differatur.* Oud.—8 Leid. *cupitior.* Elmenhorstius. Mss. O. *plurimum.* et Bened. *cupidus:* non male: uti videbimus ad l. de Mundo p. 719. Ed. Flor. *Oud.*—9 Edd. ante Vulcan. *sibimet egent.* Id.—1 *Cupidinum floresque.* Num, *fluoresque*, vel, *livoresque?* Sed nihil tale mihidum satisfacit. *Colv.* Scribe: *cupidines pluresque succ.* Wowerius. Num *fluoresque*, vel, *livoresque?* Colv. sed nec illi, nec mihi satisfacit. *Brant.* Colv. c. *fluores*, vel, *livores.* Wower. c. *pluresque.* Neutrum placet. *Elmenh.* Rursus id de suo non habere videtur Florid. Nam Lipsius jam margini Codicis sui allevit *R. furores.* Ipse scilicet legebat *cupidines furoresque:* nam in Edd. omnibus usque ad Elmenh. exhibetur *cupidines floresque.* Rutgers. probante Elmenh. in Add. *cupidinum flocies*, i. e. φλόγες, flammæ, faces. Ἐπέχω. Voss. Vulc. Fulv. Bened. Putean. *cupidines floresque.* Oud.—2 Voss. *ne f.* Id.—3 Edd. ante Vulc. Ed. sec. *tantummodo.* Id.—4 Bened. *agitur.* Id.—5 Ed. Flor. caret *que.* male. *Id.*—6 Sic Mss. O. et Edd. usque ad Bas. sec. quæ cum sequentibus sine causa dedit *ejuscemodi*, ut alibi: *mali* Voss. *malo* Florent. Leid. *Id.*—7 Edd. ante Vulcan. *etiam.* Id.—8 Bened. Edd. ante Vulcan. *etiam ut.* Inepte vero Edd. usque ad Junt. post. *innumerabiles;* nisi quod prave etiam Ven. Ed. *immutabiles.* Id. —9 *Eos autem.* Ab iisdem Edd. hæc exulant.—1 *Nec plane quidem.* Ultima vox abest Mss. Florent. Voss. Bened. et Edd. ante Vulcan. qui e suo Cod. addidit. Deleatur tamen. Rectius subintelligitur. Adi omnino Cort. ad Sall. B. Catil. c. 52. 'Res aspera est, sed vos non timetis eam.' *Id.*

NOTÆ

[b] *Cupidinum furores*] Sic restituendum putavi, et commodus sensus efficitur. In vulgatis est, *Cupidinum flores*, pro quo reponebat Colvius *fluores*, vel *livores*.

[c] *Quos omnes*] Cum de uno tantum pessimo viro hactenus locutus sit, mirum quam subito transit ad numerum pluralem! sed animus ejus potius spectandus est, quam verba.

medie morati,[2] plures esse. Sed neque superiores [d] obtinere[3] recta omnia, neque culpabiles[4] [e] in omnibus labi. Horum vitia[5] nec gravata, nec intempestiva sunt, aut nimium[6] criminosa: quorum substantia est ex redundantia, vel defectu: quibus et approbationis[7] integritas et modus est: et qui inter laudem vituperationemque mediam viam vadant, usque rerum capessendarum ejusmodi studio excitantur,[8] ut nunc boni atque honesti eos ratione invitent, nunc inhonesta lucra et turpes[9] illiciant voluptates. Talibus viris nec amicitiarum fides perseverat,[1] et amores non

permultos esse. Sed neque præstantiores horum se bene gerere in omnibus, neque eos, qui sunt vituperabiles, semper peccare. Vitia horum hominum nec sunt gravia, nec importuna, vel nimis damnabilia, quorum natura consistit in excessu vel defectu, quæ habent et probitatem et mediocritatem requisitam ad laudationem, et qui insistunt iter medium inter approbationem et vituperium: et instigantur ad res suscipiendas tali affectu, ut modo probi ac honesti viri perliciant eos ratione, modo turpes quæstus, atque obscœnæ voluptates eos attrahant. Ejusmodi homines neque perseverant in fidelitate amicitiarum, et amores non semper mali, neque tamen sem-

—2 Malim cum Aldino et Rom. *medie morigerati.* Elmenhorstius. Caret ul-
tima voce Bened. In Edd. ante Junt. post. *morigerati* sine τοῖς *plures esse.*
Elm. malo judicio contra Mss. et formularem locutionem *bene, male, &c. mora-*
tus præfert *morigerati.* V. Lexica. *Oud.*—3 Abest Bened. *Id.*—4 Ita Mss.
sed Edd. ante Vulc. sec. *inferiores,* qui opponantur *superioribus,* ut fere credas
culpabiles e Glossa esse natum. *Id.*—5 *Horum vitia, &c. . . . incurrunt.* Hæc
cuncta absunt Edd. ante Junt. post. *Id.*—6 Sic Mss. et R. teste Lipsio cum
Vulcan. et seqq. Ante *minimum* obvia variatione. Id.—7 Bened. *adplois.* An
adplausus vel *adplicationis?* Id.—8 *Vadant, et rerum cap. ej. studio excitantur.*
Sic edidit Elm. et seqq. Omnino male: saltem *vadunt* debuit legi; nam
contra Mss. tam planam modorum variationem invehere non decet. Edd.
ante Vulcan. *vadant usque c. e. studia exc.* Vulc. Ed. pr. *vadentes, rerum c. e.*
studio exc. Ed. sec. et Ms. ejus *vadentes rerum c. e. studio.* Ms. Bened. *va-*
dant usque rerum c. e. studia exc. Voss. *vadat usque rerum cap. e. studia exc.*
Scilicet egregie habent membranæ Florentinæ *vadant, usque rerum c. e. stu-*
dio exc. qui valet *ut* vel *quo vadere possint.* Fraudi fuit viris doctis, quod non
viderunt jungenda esse, *et* (scil. *qui*) *excitantur studio rerum ejusmodi,* bonarum
scilicet et malarum, qui vadant inter laudem et vituperationem: sic sæpe
'qui' per ellipsin omittitur, licet alius præcedat casus. p. 624. 'cui bona
suppetunt et callet:' scil. 'qui.' Adi me ad Cæsar. l. IV. B. G. c. 3. Hirt.
B. Afr. c. 64. 'quem dimiserat et postea se ad Pompeium contulerat.' Et
sic passim Græci. Vide Gronov. ad Ælian. V. H. VIII. 17. Alias facile *ut*
inseri posset, sed non debet. *Usque* male ejecit Vulc. et seqq. pro, semper.
Lips. conjecit aliquando *usque capessendo ejus studio.* Id.—9 Bened. *qaes.* Id.—
1 Edd. ante Vulcan. *perseveret:* male. *Id.*—2 Bened. *inhonesti.* Id.—3 Ed.

NOTÆ

[d] *Superiores*] Qui inter illos medie moratos meliores sunt.

[e] *Culpabiles*] Vitiosiores ex illis mediorum morum hominibus. Aldinus Codex et Rom. habent *inferiores.*

[617] semper improbi, nec honesti[2] tamen, eorum animos incurrunt. Perfecte sapientem esse non posse dicit Plato, nisi ceteris ingenio præstet, artibus et prudentiæ partibus absolutus, atque iis jam tum a puero imbutus,[3] factis congruentibus et dictis assuetus: purgata et effæcata animi voluptate,[4] electis[5] ex animo hinc abstinentia atque patientia,[6] atque doctrinis[7] [f] ex rerum[8] scientia eloquentiaque venientibus. Eum, qui per hæc profectus[9] fidenti et securo gradu virtutis via graderetur,[1] adeptum solidam vivendi rationem, repente fieri perfectum,[2] hoc est, repente[3] præteriti[4] futurique ævi ultimas partes attingere, et esse quodammodo intemporalem.[5] Tum post hoc vitiis exclu-

per probi invadunt eorum mentes. Plato ait neminem posse esse absolute Sapientem, nisi superet reliquos ingenio, perfectus disciplinis, et partibus Prudentiæ, et eis instructus ab ipsa usque pueritia: assuefactus consentanea facere et loqui: purificata et defæcata delectatione mentis, amplexus volenter hinc Continentiam et Tolerantiam, illinc Disciplinas, quæ procedunt ex cognitione rerum, et facundia. Illum, qui incipiens ab his, incederet per semitam Virtutis gressu audaci et tuto, acquisita firma ratione vitæ subito evadere perfectum: id est, subito assequi extremas partes temporis elapsi et venturi, atque esse aliquo modo a tempore solutum.

Vulc. pr. *atque jam tum a pueris.* sec. *atque iis j. t. a pueris.* Herod. l. IV. c. 2. *ἐκ παίδων εἰρήνῃ ἐντραφείς.* a pueris pace imbutus. Wow. *atque jam tum a puero.* Edd. priores *atque a puero jam imb.* Voss. *atque enim jam tum a pueris.* Bened. *atque enim jam tum a puero imb.* Vulc. simpliciter *atque is jam tum imb.* Id.—4 *Effæta animi voluptate.* Divinavi olim, scribendum *defæcata an. voluptate.* Colvius. Basil. 1. Ald. et Rom. *effecta.* male. *Elmenh.* *Effæcata* recte reposuit e Ms. suo Vulc. assentiente Florentino. Voss. *effecta,* Edd. priores *effæta:* inepte. *Oud.*—5 In Bened. *exsectis.* Id.—6 *Atque patientia.* Carent his Edd. Vulc. Elm. typothetarum errore. *Id.*—7 Sic habent Mss. plerique et Edd. nisi quod Floridus tacite ediderit *inde:* ut respondeat τῷ *hinc:* sed *hinc* potest notare *hanc ob rem,* vel altius hæret vulnus: quod melioribus Mss. sanandum est. Nam Florent. Cod. habet *obque doctrinas.* Voss. *obque doctrinis.* Id.—8 Ed. Ven. *eorum.* Id.—9 Bened. *perfectus.* Id.—1 Ita constanter Mss. O. et Edd. vett. quod adeoque non mutandum erat in *grassaretur* cum Ed. Vulc. sec. vel cum Stew. et Ed. Elm. in *viam,* licet utrumque alibi sæpius occurrat. *Id.*—2 Bened. Voss. carent τῷ *fieri* et Bened. *profectum.* Id.—3 Florent. *hoc repente:* male. *Elmenh.* Florent. Voss. Bened. carent τῷ *est.* Oud.—4 Voss. *præteritis.* Id.—5 Lectio Basileensis ultimæ editionis. Ante erat, *in tempora lætum.* Colvius. Flor. *intemporale.* Rescribe

NOTÆ

[f] *Electis ex animo hinc abstinentia atque patientia atque doctrinis, &c.*] In vulgatis editionibus *ejectis ex animo hinc Abstinentia, &c.* mendose proculdubio: quo enim pacto sapiens quis evadere potest? si ex animo ejiciat hinc Abstinentiam et Patientiam, inde Doctrinas, &c. Malui, mutata una literula, *electis.*

sis,[6] insertisque et immissis omnibus,[7] quæ ad beatam vitam ferunt,[8] non ex aliis pendere, nec ab aliis deferri[9] sibi posse, sed in sua manu esse, sapiens recte putat. Quare[1] nec in secundis rebus effertur,[2] nec contrahitur in adversis: cum se ornamentis suis ita instructum[3] sciat, ut ab iis nulla vi segregetur. Hunc talem non solum inferre, sed ne referre[4] quidem oportet injuriam. Non enim eam contumeliam putat, quam improbus faciat: sed eam non putat,[5] quam patientia firmiter toleret. Qua quidem naturæ lege in animo ejus sculptum[6] sit, quod nihil horum possit nocere sapienti, quæ opinantur ceteri mala esse. Equidem sapientem illum, conscientia[7] sua fretum, secu-

Tunc deinde expulsis vitiis, et implantatis ac inductis cunctis quæ ducunt ad vitam felicem, Sapiens jure arbitratur eam non esse penes alios, neque posse sibi tribui ab aliis, verum esse penes seipsum. Quapropter neque extollitur in prospera fortuna, neque angitur in sinistra, cum noverit se sic ornatum esse suis dotibus, ut non possit separari ab iis ulla violentia. Non modo non decet ejusmodi virum facere injuriam, verum ne reddere quidem illatam: neque enim existimat illam esse injuriam, quam homo malus inferat, sed nec illam existimat esse, quam Tolerantia constanter ferat. Qua quidem naturali lege infixum est ejus menti nullum ex iis, quæ reliqui existimant esse mala, posse lædere Sapientem. Illum quidem Sapientem innixum sua con

ex Romano et Aldo, *Et esse quodammodo in tempore lætum.* Elmenhorstius. *Intemporalem. Tum post hæc.* Sic locum hunc constituit Philom. Pis. in Ed. Junt. post. et seqq. ac recte, præsertim ob vocem *quodammodo:* sive a tempore solutum, quia ultimas partes præteriti et futuri ævi attingit per doctrinas scil. et providentiam. Edd. priores habent non *in tempore,* ut ait approbatque Elm. sed *in tempora lætum p.* præter Paris. *in tempore:* unde Stew. effinxit *in tempore lectum.* Frustra. Florent. tamen et Voss. *intemporale. Tum.* Dein Florent. Bened. *post hoc.* Bene. Vide ad Met. l. II. p. 168. a. Eadem variatio in Suet. Tib. c. 9. et Nemes. Ecl. 3. 59. *Oud.*—6 *Ut his exclusis.* Recte Ms. *vitiis excl.* Scioppius in Symb. Restitue ex scripto *vitiis excl.* Wowerius. Bene. atque ita Ed. Vulc. sec. cum seqq. et Florent. Bened. In Voss. Vulc. et Edd. prioribus *ut his.* Oud.—7 Voss. *oio.* Id.—8 *Quæ ad b. vitam fuerunt.* Emend. *ad beatam vitam ferunt:* nam Platonis istud Auctor expressit τὰ πρὸς εὐδαιμονίαν φέροντα. Cicero reddidit: 'quæ ad beate vivendum ferunt.' *Stewech.* Emendo: *ferunt.* Wowerius. Leid. et Flor. *q. a. b. v. fuerint.* Male. *Elmenh.* Recte emendarunt Wow. Stew. et Vulc. Ed. sec. cum seqq. Optimeque Stew. monet ex Platone esse expressum. Metaphora desumta a via, quæ aliquo nos ducit, et passim *ferre* dicitur. Adi Burm. ad Vell. l. II. 27. Cæs. B. Civ. I. 27. Front. I. 5. 5. Voss. Vulc. et Edd. vett. *fuerunt.* Bened. *ferent.* Oud.—9 Vulgo, *ferri,* male. *Elmenh.* Male Ed. Vulc. sec. *ferri.* Oud.—1 Bened. *putatur. Quarum.* Id.—2 Ed. Vic. *affertur.* Id.—3 Bened. *ita ita instr.* Mox pro *vi* Voss. *vis.* Id.—4 *Sed ne referre.* Desunt Bened. In Voss. Edd. ante Junt. post. *nec:* ut sæpe. *Id.*—5 *Quam improbus faciat sed eam non putat.* Exulant Edd. ante Junt. post. A Florentino abest *non putat.* Forsan *sed eam, quam patientia non firmiter toleret.* Be-

rum et confidentem in [618] omni vita dicit futurum,[8] [g] et quod omnia accidentia reputet,[9] ad meliores rationes trahens,[1] et quod nihil morose vel difficulter excipiat, sibique persuadeat,[2] pertinere res suas ad immortales Deos.[h] Idem ille [3] diem mortis [4] suæ propitius,[5] nec invitus expectat, quod de animæ immortalitate confidat. Nam vinculis liberata corporeis sapientis anima [6] [i] remigrat ad Deos,[7] [k] et pro merito vitæ purius castiusve [8] transactæ, hoc ipso usu Deorum [9] se conditioni conciliat. Eundem sapientem

scientia, esse tutum et confidentem per totam vitam dici ac fore, quoniam quicquid sibi contigerit, sic existimet secum, ut revocet ad meliorem partem : et quoniam nihil accipiat graviter ac moleste, et habeat pro certo sua negotia spectare ad Deos immortales. Ipse quoque opperitur diem sui obitus tranquille ac libenter ; quoniam securus est de immortalitate Animi. Etenim Animus Sapientis solutus nexibus corporis revertitur ad Deos: ac secundum meritum vitæ sanctius ac pudicius peractæ, propter id ipsum acquirit sibi sortem Deorum. Appellat eundem Sapientem excellentissimum, et me-

---

Id.—7 Alii, *cum scientia*, male. *Elmenh.*—8 *In omni vita dici et futurum.* A vulgatis τὸ *dici* male abest. *Elmenh.* Non ab omnibus vulgatis abest τὸ *dici*, sed tantum Vulc. auctoritate sui Cod. ejecerat, quod servant Mss. et Edd. ceteræ ; sed melius Bened. *dicit*, ut jam edidit Wow. et quasi per se conjecit Floridus. *Dicit* sc. Plato : quare id reponendum. Male vero τὸ *et* hic intrusit Elm. et seqq. *Oud.*—9 Contra hinc ejecit *et* Vulc. et seqq. perperam et invitis Mss. Florent. Bened. Fulv. Voss. ac genio Apuleii. Est enim rursus polysyndeton 'et reputet et excipiat.' Bened. *accedentia reputat.* Id.—1 Ita Mss. cum Edd. Vulc. &c. In prioribus *et ad m. r. trahat :* sed et *rationes* exulat ab Edd. ante Junt. post. *Id.*—2 Sic Mss. Fulv. Flor. Voss. Bened. et Edd. Vulc. sec. Wow. Elm. &c. In reliquis *persuaserit.* Id.—3 Puteani excerpta *jam ille.* Elmenhorstius. Non Puteani Exc. sed Ed. Vulc. pr. habet *jam ille.* Oud.—4 Bened. *dies.* Ed. Colv. *morti.* Id.—5 Frustra Sciopp. conjecit *promptus.* Adi ad Flor. N. 17. 'propitia voluptas.' *Id.*—6 Puteani exc. *ab ipsis a.* Elmenhorstius.—7 Bened. *ad omnes.* Oud.—8 Voss. Bened. *castiusque.* Id.—9 *Hoc ipso Deorum.* Margarita poëtica, quæ hæc citat, interse-

NOTÆ

[g] *Dicit* [*dici et*] *futurum*] Forte melius legas *dicit futurum, &c.* supple, *Plato.*

[h] *Sibique persuadeat, pertinere res suas ad immortales Deos*] Socrates apud Ciceronem Tuscul. Quæst. lib. I. 'Ne vos quidem, Judices, ii qui me absolvistis, mortem timueritis : nec enim cuiquam bono mali quicquam evenire potest nec vivo, nec mortuo : nec unquam ejus res a Diis immortalibus negligentur :' quæ verba translata sunt ex verbis Platonis in fine Apolog. ejusdem Socratis.

[i] *Nam vinculis liberata corporeis sapientis anima*] Cicero prædicto loco : 'Nos vero, si quid tale acciderit, ut a Deo denuntiatum videatur, ut exeamus e vita læti, et agentes gratias pareamus, emittique nos e custodia, et levari vinculis arbitremur.'

[k] *Remigrat ad Deos*] Vide Platonis Phædonem.

optimum nominat, ac bonum, ac prudentem recte arbitratur:[1] cujus sane consilia cum factis rectissimis[2] congruunt, et cui principia profecta sunt a justi ratione. At hunc[3] sapientem et fortissimum[4] dicit esse, ut qui[5] vigore mentis ad omnia perpetienda[6] sit paratus. Inde est, quod fortitudinem nervos animi, ipsasque cervices[l] ait:[7] ut ignaviam animæ dicit imbecillitati[8] esse finitimam. Divitem[9] hunc solum quidem recte putat:[1] [m] quippe cum thesauris omnibus pretiosiores solus videatur possidere virtutum opes; etiam quia solus[2] sapiens potest in usibus

rito existimat eum esse bonum et prudentem; cujus certe consilia conveniunt cum factis justissimis, et qui hausit sua principia ab Æquitate. Hunc vero Sapientem ait quoque esse constantissimum, quippe qui præparatus sit robore Animi ad cuncta toleranda. Hinc est quod dicit Fortitudinem esse nervos atque ipsas cervices Animæ: quemadmodum et ait Pusillanimitatem esse proximam Debilitati Animi. Merito quidem arbitratur eum unum esse Locupletem; quia nempe videtur solus habere divitias Virtutum, pretiosiores universis thesauris; Sapiens debet quoque existimari locu-

* * * * * * * * * * * * *

rit dictionem, *hoc ipso usu Deorum.* Colvius. Τὸ *usu* non est in Puteani Excerptis. *Elmenh.* Errat Elmenh. immo vero τὸ *usu* est in Putean. sed Lindenbrog. modo notarat abesse *Al.* nempe Edd. prioribus Vulcanii secunda, quæ omnes non agnoscunt τὸ *usu:* unde forsan deceptus Floridus tacite quoque ejecit: sed agnoscunt Mss. Florent. Put. Fulv. Voss. Bened. et alii. *Usu* nempe tam bene vivendi, quam hac ipsa migratione ad Deos. Hoc actu fit Deus quasi. *Oud.*—1 Abest *ac* Ed. Vulc. pr. Wow. male. Rectius Bened. Cod. *ac prudentem et recte arbitratur.* Vide ad Met. l. I. p. 71. b. 'proditum et recte conjicerem.' *Id.*—2 Eadem legit, *rectissimi.* Colvius.—3 *Ad hoc.* Eadem, *At hunc tolerabiliter.* Colvius. Cum Marg. Poët. Mss. Flor. Bened. ut reposuit Vulc. Ed. sec. &c. cum ante ederetur *ad hoc*, ut in Ms. Vulc. quod tamen primum videas in Ed. Junt. post. Priores dant *ad hæc et.* Voss. *ac hoc.* Oud.—4 Abest copula a Bened. *Id.*—5 *Esse qui.* Edd. vett. *esse cum qui.* Vulc. Ed. pr. Wow. *esse, ut qui.* Bene. Sic enim Mss. Voss. Leid. *Id.*—6 Sic ex eadem Margarita illa reponere ausi fuimus, cum tamen editiones omnes unanimiter haberent, *percipiendi.* Colvius. Bene: atque ita Mss. *Oud.*—7 Florent. et Edd. Elm. Scriv. *quod fortitudinum nervos, ipsas animi cervices ait:* et sane *fortitudinum* quoque Voss. et Bened. in quo etiam *animo.* Lege *animæ.* In ceteris cave quid mutes. p. 601. 'In ea vero parte, quæ iracundior habeatur, fortitudinis sedes esse et vires animæ, nervosque ad ea implenda, quæ nobis agenda Legum imponuntur imperio.' *Id.*—8 Edd. ante Vulcan. *animi animæ.* Vulc. Ed. pr. Wow. *animi:* sed contra Mss. ex quibus omnibus dedi quoque cum Elmenh. &c. *dicit*, cum antea exhiberetur *ait.* Id.—9 Putean. *finit. et div.* Id.—1 Voss. *putet.* Id.—2 *Possidere virtutes; opes etiam quia solus.* Lege et distingue ex V. C. *virtutum opes: quia etiam solus s.* Wowerius. *Possidere*

NOTÆ

[l] *Fortitudinem nervos animi, ipsasque cervices, &c.*] Adi Platonis Dialogum, cui titulus Laches.

[m] *Divitem hunc solum quidem recte putat*] In fine Phædri: πλούσιον δὲ νομίζοιμι μόνον τὸν σοφόν.

necessariis regere, videri ditissimus debet. Nam ceteri, [619] quamvis sint opibus affluentes, tamen quod vel usum [3] earum [4] nesciant, vel deducant [5] eas ad pessimas partes,[6] inopes videntur. Egestatem namque non absentia pecuniæ,[7] sed præsentia immoderatarum cupidinum gignit. Philosophum oportet,[8] si nihil indigens erit, et omnium contumax,[9] [n] et superior iis, quæ homines acerba toleratu

pletissimus, quoniam ipse unus potest recte dispensare divitias in necessariis usibus. Alii enim, licet abundent divitiis, nihilominus videntur egeni, quoniam aut ignorant earum usum, aut iis abutuntur ad deterrima ; etenim non penuria opum parit indigentiam, sed abundantia cupiditatum immodicarum. Si Sapiens nulla re egeat, et obstinatus sit adversus omnem fortunam, et elatus supra ea, quæ homines existi-

virtutum opes ; etiam quia s. sapiens, opes potest in us. nec. regere, videri dit. debet. Sic locum hunc constituit Elm. &c. sed jam ante Wow. e Mss. Fulv. ediderat *virtutum opes ; quia etiam, &c.* Ed. Vulc. pr. *virtutes, opes etiam, quia s. s. opes.* Edd. vett. et Vulc. sec. simpliciter *virtutes, quia etiam s. s. opes, &c.* Ms. Bened. *virtutes, virtutes etiam quia s. s. potest.* Florent. *virtutum opes etiam quas qd. sap. potest.* Vulc. *virtutes ; opes etiam quia s. s. potest.* Voss. *virtutum opes etiam quia s. s. potest :* unde liquido patet, saltem secundo loco *opes* delendum esse. Ceterum malo simpliciter *virtutes. Opes e. jam qui s. sap. potest.* Librarii videntes junctum *virtutes opes,* nec cogitantes illas distinctione separandas esse, emendarunt *virtutum ;* alii post *sapiens* rejecerunt τὸ *opes.* Vel lege *Virtutum opes. Opes etiam ;* nempe divitias proprie dictas. Conjunctio ejusdem vocis passim alteram in Mss. solet excludere. *Oud.*—3 Abest *vel* Ed. Vulc. pr. *Id.*—4 Bened. *eorum.* Id.—5 Edd. ante Junt. post. *diducant.* Id.—6 Alii libri, *artes.* Wowerius. F. *artes.* Brantius. Statim 'ad artes bonas promtior:' ubi etiam Mss. quidam *partes.* Infra : 'artibus conjungendas.' Mss. *partibus.* Oud.—7 *Abstinentia pecuniæ.* Ita et V. C. Legendum tamen omnino censuerim *absentia.* Ita enim infra, 'Nec cujusquam absentia virtutis esse potest.' *Vulc.* Et sensus et veteris libri consensus Vulcanii conjecturam probat, legentis: *non absentia pecuniæ.* Pulchra antithesis. *Sciopp. in Symb. Absentia pec.* Recte : non, *abstinentia.* Hanc clariss. Vulcanii emendationem probat Fulvianus Cod. *Wower.* Optime quoque correxit Lipsius in marg. In Mss. præter Fulv. et Edd. prioribus *abstinentia :* male : ut antithesis τοῦ *præsentia* docet. *Oud.*—8 Vitiosissime Edd. Vulc. sec. Elm. Scriv. dant *philosophus:* contra Mss. reliquas Edd. et Syntaxin. Bened. *op. esse.* Id.—9 *Omnium sit contumax.* Rom. et Aldus codex, *omni fortunæ sit contumax.* Elmenhorstius. Deceptus fuit Florid. ab Elmenh. qui ita esse in Rom. et Ald. falso monet. Nam istud *sit* comparet demum in Ed. Vulc. sec. quod cur intrusum sit nescio : nam nec in Edd. nec in Mss. visitur, neque ulli usui est. Dein in eadem Ed. recte exhibetur *omnium* cum seqq..' Antea legebatur *omni fortunæ cont.* Cum dativo sic junxit Seneca in Thy. vs. 644. 'contumacem regibus populum :' quare nolim eam lectionem penitus damnare. At *omnium* exaratur in Mss. omnino cunctis, ut notet contemtorem et spre-

NOTÆ

[n] *Omnium* [*omni Fortunæ sit*] *contumax*] Hæc est lectio Romani codicis et Aldi, quam secutus sum. Et 'omni Fortunæ,' intelligo adversus omnem Fortunam. Alii codices habent tantum, *omnium sit contumax.*

arbitrantur, nihil sic agere, quam ut semper studeat animam corporis consortio separare: et ideo existimandam [1] philosophiam esse mortis affectum,[o] consuetudinemque moriendi. Bonos omnes inter se oportet amicos esse, etsi sint [2] minus noti: et potestate ipsa, qua mores eorum sectæque conveniunt, amici sunt habendi: [3] paria quippe a similibus non abhorrent. Unde inter solos [4] bonos fidem amicitiæ esse constat.[p] Sapientia boni amatorem adolescentem facit, sed eum,[5] qui probitate ingenii sit ad artes bonas promtior. Nec deformitas corporis talem poterit abigere [6] appetitum. Nam cum ipsa anima complacita est, homo totus adamatur: cum [7] corpus expetitur,[q] pars ejus deterior est cordi. Jure [8] igitur putandum est, eum, qui sit gnarus bonorum, cupidum quoque ejusmodi rerum esse.[9] Is enim solus bonis [1] desideriis accenditur, qui

mant dura ad patiendum, opus est ut nihil tam curet, quam ut semper conetur segregare mentem ex societate corporis: ac propterea putandum Philosophiam esse desiderium mortis et assuetudinem moriendi. Necesse est ut cuncti viri probi sint amici invicem, tametsi non se noverint inter se, et sunt existimandi amici vel ipsa virtute, qua eorum vita ac professio congruunt. Nam similia non dissident a similibus. Ex quo certum est fidelem amicitiam inveniri tantum inter probos viros. Sapientia reddit amantem Boni juvenem, scilicet illum, qui sit paratior ad bonas artes bonitate suæ indolis. Neque turpitudo corporis poterit arcere ejusmodi amorem. Quando enim ipse Animus placet, totus homo diligitur: at quando concupiscitur corpus, pejor ejus pars amatur. Ergo merito existimandum est illum, qui noverit bona, esse etiam avidum eorundem. Nam ille unus inflammatur bonis desideriis, qui intuetur

torem omnium rerum, quas ceteri homines appetunt, qui nihilo indiget, sed et nihil cupit. Donat. ad Terent. Hec. III. 5. 54. 'Contumax proprie dicitur contemtor potiorum.' Glossæ Contumacia καταφρόνησις. Contumax καταφρονητής. —1 *Existimandam* rescribendum auctoribus Mss. Florent. Bened. Ed. Junt. post. Vulgo *existimandum*. Bened. *affectam*. Id.—2 Al. *sunt*.—3 Ms. Florent. et Edd. Elm. Scriv. Flor. *am. tamen sunt h.* Sed tum malim pro *et* scribere *at*. Oud.—4 Bened. *interim s.* Mox pro *boni amat.* Voss. Edd. quædam *amat. boni*. Id.—5 Malim *scilicet;* quamvis vulgatum defendi posset. Pro *ad artes* Florent. Fulv. *ad partes*. Id.—6 Bened. *obigere*. Voss. *abig. pot.* Post *complacita* abest *est* a Bened. *Id.*—7 *Sed cum*. Dele *sed* cum Voss. et Bened. Pro *ejus* Bened. *hominis*. Id.—8 Edd. ante Bas. sec. inepte *dure*. Id.—9 Mss. Voss. Bened. et Edd. ante Vulcan. dant *ignarus:* quomodo si legas, *ejusmodi* ad 'corporeas voluptates' referri debet. Sed Mss. Florent.

NOTÆ

[o] *Philosophiam esse mortis affectum, &c.*] Idem habet Cicero lib. I. Tuscul. Quæst.

[p] *Unde inter solos bonos fidem amicitiæ esse constat*] Vide quæ de Amicitia Plato habet in Lyside.

[q] [*Sed*] *cum corpus expetitur, &c.*] Consule Platonis Convivium.

bonum illud oculis animi videt: hoc est esse sapientem.[2] Istud vero quoniam qui est ignarus,[3] osor quoque, nec [620] amicus virtutum sit necesse est. Nec frustra hic talis amator est turpium voluptatum. Sapiens non modo meræ voluptatis[4 r] quidem alicujus gratia veniet ad agendum,[5] nisi præsto[6] fuerint honesta emolumenta virtutis. Hunc eundem cum hujusmodi[7] voluptate oportet vitam vivere honestam, et admirabilem, plenamque laudis et gloriæ: neque harum[8] modo rerum causa ceteris omnibus præferri, verum etiam jucunditate et securitate solum et semper frui. Nec angetur carissimis[9] orbatus affectibus:[s] vel quod ex se omnia sunt apta, quæ ad beatitudinem pergunt; vel quod

illud Bonum acie mentis: talem esse Sapientem. Hoc autem sic est, quia oportet ut ille qui est ignorans, sit inimicus et adversarius Virtutum. Et vir ejusmodi non de nihilo est sectator voluptatum inhonestarum. Sapiens non accinget se ad faciendum quidpiam propter solam duntaxat voluptatem, nisi honesti fructus Virtutis affuerint. Necesse est eum ipsum cum tali voluptate ducere vitam honestam, mirandam, et cumulatam honore et gloria: nec tantum anteponi cunctis aliis propter hæc, verum etiam ipsum solum compotem esse voluptatis et fiduciæ. Neque dolebit, cum privatus erit dilectissimis suis liberis: aut quia cuncta quæ tendunt ad felici-

Fulv. Vulc. consentiunt in *gnarus*. Dein *cupiturum* extat in Mss. Voss. Bened. *cupitorem* Vulc. Edd. Junt. post. Bas. sec. Lugd. Colv. Vulc. pr. Non male: sic enim lib. III. Met. p. 90. Lib. VII. p. 216. et Flor. N. 13. sed *cupidum* extat in Florent. Fulv. et Edd. reliquis. Dein prave *rebus* Edd. usque ad Vulc. Ed. sec. contra Mss. O. *Id.*—1 Ita Mss. In Edd. ante Vulcan. *His enim solus bonus.* Statim pro *animi* Bened. *cum.* Id.—2 *Hoc est esse sapientem.* Dele superflua: quæ et libri manu exarati ignorant. *Wower.* Sed Florent. Voss. Bened. habent *hoc esse sapientem.* Nihil e Vulc. Cod. annotatum est: sed ille cum seqq. in Ed. sec. exhibuit *hunc esse sapientem:* sed *hoc* et *istud vero* opponi debent, ut p. 621. 'illud omnibus beatum videri, cui,' &c. Nam male Lips. et Wow. τὸ *quoniam* delent, ut *ignarus istud* sit dictum pro *ignorans istud* vel *ignarus istius*, sive *quod ad istud.* Oud.—3 Edd. ante Vulcan. male *quoque.* Recte Floridus in Interpret. supplevit *istud vero sic est.* At tamen aliud quid latere videtur. Nam *qui* exulat a Mss. Florent. Voss. Bened. Forsan *istius vero boni ignarus*, sensu facillimo et claro. Pro *amicus* Bened. *anxiens.* Id.—4 *Voluptatum...voluptatis.* Florent. Voss. Vulc. *volunt.* Ultimo loco etiam Bened. *Id.*—5 Bened. *g*[s]*ri vetuet ad agendam.* Id.—6 Voss. Bened. Ed. Junt. post. *profecto.* Bas. sec. *profectæ.* Id.—7 Voss. Florent. Bened. *ejusm.* Id.—8 Abest Bened. in quo mox *et judicunditate.* Id.—9 Aldus *clarissimis aff.* male. *Elmenh.* Immo omnes Edd. ante Junt. post. male *clarissi-*

NOTÆ

[r] *Non modo meræ voluptatis* [*causa*] 'Modo' hic est duntaxat, solummodo, ut sit sensus, quem expressi.

[s] *Nec angetur carissimis orbatus affectibus*] Carissimi affectus sunt Liberi, qui et 'pignora cara' dicuntur. Jul. Capitolinus, in M. Antonino: 'Et Antoninus quidem non est satis motus defectione Cassii, nec in ejus affectus sæviit.'

decreto et lege rectæ rationis interdicitur [1] ejusmodi afflictatio; et quod si de tali se causa [2] discruciet, vel illam ægritudinem [3] propter eum, qui est emortuus, suscipiat, quasi in pejore sit parte; [t] aut sua gratia, quod tali necessitudine doleat se privatum esse. Sed neque obiti [4] causa lamentationes suscipi oportet, si sciamus, illum neque aliquid mali passum: ac si fuerit bonæ voluntatis, etiam melioribus aggregatum: [5] neque sui gratia, [6] ut qui in se reponit omnia, nec cujusquam absentia, virtutis esse indigens potest, cujus perpetuam possessionem sibi vindicat. [7] Igitur sapiens non erit tristis. Sapientiæ finis est, ut ad Dei meritum [8] sapiens provehatur: hanc namque [9] futuram [621]

tatem, sunt ipsi convenientia; aut quia talis dolor prohibetur sententia ac præ-
scripto rectæ rationis; et quoniam ille qui sic se maceret ob rem ejusmodi, vel
patitur illum angorem illius causa qui diem obiit, veluti sit deteriore loco; vel
propter se ipsum, quoniam graviter ferat se esse orbatum ejusmodi consuetudine.
At neque mærendum est propter mortem, si noverimus eum, qui obiit, nec expertum
esse quicquam mali; et eum, si fuerit probe moratus, esse etiam accensitum beatis.
Neque etiam dolebit Sapiens propter se ipsum, quippe qui collocat cuncta in se uno,
neque potest laborare penuria Virtutis ob amissum ullum hominem, cum sibi asserat
æternam ejus possessionem. Ergo Sapiens non mærebit. Sapientiæ finis est ut
Sapiens perducatur ad meritum Dei; atque hoc ipsi faciendum incumbere, ut ap-

mis. Oud.—1 Bened. *intenditur.* male. *Id.*—2 *Et quod si de tali se causa, &c.*
priv. esse. Carent his Edd. ante Junt. post. In illa et seqq. usque ad Vulc.
sec. *Et quid si.* atque ita Mss. Voss. Vulc. Sed idem in Ed. sec. bene
quod reposuit: ut est in Florent. Bened. Prave Ed. Flor. *Et quod qui se*
tali de c. Agitur de sapiente. Lipsius allevit olim margini *quidem:* non
male. *Id.*—3 Sic Florent. cum Elmenh. Scriv. Flor. Reliqui *illam ægrit.*
vel. Id.—4 *Obitus.* Ita quidem Florent. cum Edd. vett. et Elm. Scriv. Flor.
Sed Mss. ceteri Fulv. Voss. Bened. Vulc. Edd. Junt. post. Bas. Lugd. Colv.
Vulc. Wow. habent *obiti* ἀρχαϊκῶς ut 'senati,' 'tumulti,' &c. apud Plaut.
Terent. Sallust. Auson. &c. Ita in Catal. Scal. p. 148. 'nec adest dux ipse
tumultus.' Ms. venerandæ antiquitatis Leid. *rex ipse tumulti.* Id.—5 *Aggre-*
gatur. Ms. *aggregatum:* elegantius. *Scioppius in Symbola.* Emenda ex
scripto *aggregatum.* Woweriıs. Astipulantur Florent. Voss. Bened. *Oud.*
—6 Mss. O. habent *neque ævi gratia.* Edd. ante Vulc. sec. *neque etiam alicui*
gr. Id.—7 *Nec cujusquam, &c. vindicat.* Carent Edd. ante Junt. post. *Id.*—
8 Hoc profectum a Vulc. Ed. sec. extat in Ms. Bened. In prioribus Edd.
Dei meritis: sed Voss. *Dei meritum.* Florent. Fulv. *Dei merito.* Aliud quid
latet, quo significat sapientem ad Deorum accedere conditionem, sicut co-
natur operibus ad eorum actus accedere. *Id.*—9 Ita Voss. Bened. Ed. Vulc.

NOTÆ

[t] *Vel illam ægritudinem propter eum, qui sit emortuus, suscipiat, quasi in pejore sit parte*] Cicero Tusc. Quæst. lib. I. 'Quis est igitur, qui suorum mortem primum non eo lugeat, quod eos orbatos vitæ commodis arbitretur?'

ejus operam, ut æmulatione vitæ ad Deorum actus accedat. Verum hoc ei poterit provenire, si virum perfecte justum, pium, prudentem se [1] præbeat. Unde non solum in prospectandi cognitione,[2] verum etiam agendi opera sequi eum convenit, quæ Diis atque hominibus [3] sint probata.[4] Quippe cum summus Deorum cuncta hæc non solum cogitationum ratione consideret, sed prima, media, et ultima [5] obeat, compertaque intime, providæ ordinationis [6] universitate et constantia regat. Verum enimvero illud omnibus beatum videri, cui [7] et bona suppetunt, et quemadmodum carere vitiis debeat, callet. Una quidem beatitudo est, cum ingenii nostri præsentia tutamur, quæ perficimus: [8] alia, cum ad perfectionem vitæ nihil deest, atque ipsa sumus contemplatione contenti. Utrarumque autem felicitatum origo ex virtute [9] manat; et ad ornamentum quidem genialis loci,[1] [u] vel virtutis, nullis extrinsecus eorum, quæ bona

propinquet ad actiones Deorum imitatione suæ vitæ. Sed ipse poterit hoc assequi, si præstet se virum omni ex parte æquum, religiosum, ac prudentem. Quapropter oportet eum imitari ea, quæ laudata sunt a Diis et hominibus, non tantum in cogitatione providendi, sed etiam in usu actionum. Siquidem supremus Deorum non tantum intuetur hæc universa cogitationibus suis, sed percurrit prima, media, et extrema, et cognita penitus, gubernat immensitate et immutabilitate prudentis suæ dispositionis. Atenim hoc ait existimari a cunctis beatum, quod et habet bona, et scit qua ratione debeat esse immune a vitiis. Felicitas quidem altera est quando dirigimus applicatione nostræ mentis ea, quæ agimus: altera, quando nihil desit perfectioni vitæ, et contenti sumus ipsa speculatione. Fons autem utriusque hujus beatitudinis fluit ex virtute. Et nullis quidem opus habemus auxiliis externis

sec. Vulgo cum Florent. *hancque.* Pro *ejus* Bened. *esse*, et paulo post *verum* pro *virum.* Id.—1 Florent. Edd. Elm. Scriv. Flor. *prudentemque se.* Bened. *providentem se.* de hac permutatione alibi. *Id.*—2 Voss. *perspectandi.* Bened. *prospectum Deum.* Dein Edd. ante Elmenh. *cogitatione* contra Mss. Florent. Voss. Bened. *Id.*—3 Exulat copula a Bened. *Id.*—4 Bened. Vulc. Edd. Junt. post. Bas. Lugd. Colv. Vulc. *sunt.* Pro *cum summus* Florent. *perpetuum summus.* Id.—5 Absunt *med. et* a Bened. *et* deest Voss. Id.—6 *Intime* malim, quam *intimæ.* Vulcanius. Inepte Edd. ante Vulcan. contra Mss. O. *intimæ providentiæ:* sine sensu. *Provida* Ed. Vulc. pr. *Oud.*—7 Florent. Fulv. Voss. Ed. Scriv. *cujus.* Pro *carere vit.* Voss. inverse *vit. car.* Id.—8 Ed. Vulc. sec. *quo p.* Pro *vitæ* Florent. Fulv. *viæ.* Ed. Ven. *deesse* pro *deest.* Id.—9 Sic Florent. Voss. Bened. In Edd. ante Elmenh. *et ex virt.* Id.—1 *Ad orn. quidem genialis loci hoc est.* Dele τὸ *hoc est*, ex Manuscriptis Florent. *Elmenh.* Bened. *quod est* pro *quidem*, at dein *loci virtutes si n.* In Voss. Vulc. Edd. Junt. post. Bas. sec. Lugd. Colv. Vulc. pr. *loci est virtutis. Nullis*,

NOTÆ

[u] *Genialis loci*] Genialem locum intelligo, in quo quis genitus sit.

ducimus,[2] adminiculis indigemus.[3] Ad usum autem vitæ communis, corporis cura, et eorum, quæ extrinsecus veniunt, præsidiis opus est: ita tamen,[4] ut hæc eadem fiant virtute meliora, ejusque suffragio beatitudinis commodis copulentur, sine qua hæc in bonis minime sunt habenda. Nec frustra est, quod sola virtus fortunatissimos potest facere; cum absque hac ex aliis prosperis non possit felicitas inveniri. Sapientem quippe pedissequum[5] [622] et imitatorem Dei [w] dicimus, et sequi arbitramur Deum. Id est enim ἕπου θεῷ.[6] [x] Non solum autem oportet, dum vitam

eorum quæ existimamus bona ad decus patriæ vel virtutis. Cura autem corporis, et auxilia earum rerum quæ accedunt extrinsecus, necessaria sunt ad usum vitæ communis: sic tamen ut illa ipsa reddantur meliora ope virtutis, et adjungantur bonis beatitudinis ipsius opera, sine qua ea nequaquam sunt accensenda Bonis. Et jure quidem sola virtus potest reddere beatissimos: siquidem sine ipsa beatitudo nequit acquiri ex ceteris prosperis rebus. Etenim appellamus Sapientem secutorem et æmulatorem Dei, et putamus eum imitari Deum. Hoc enim sibi vult hæc sententia, ἕπου θεῷ, sequere Deum. Non tantum autem opus est ut loquatur digna

****

&c. in Ed. Vulc. sec. *loci hoc est virtutis,* &c. Codicum Fulv. et Florent. lectionem Elm. expressit. Per 'genialem locum' intelligit Florid. 'patriam,' quæ quomodo hic locum habere possit, non capio. Lipsius margini allevit *ingenialis.* Non expedio. Locum puto adhuc corruptum: sed vix dubium est mihi, quin *genialis* pertineat ad ipsam virtutem, ex qua ut ex fonte vel scaturigine manat omnis felicitas: seu leg. *genitalis:* nam non modo 'genitalia semina, membra, connubia' et sim. dicuntur, ut et 'genitale tempus,' 'genitalis dies;' sed et loca unde ortus quis ducitur 'genitalia' vocantur: sic 'genitale solum' Velleio II. 15. 'genitales undæ' Auson. Ep. 106. V. Burm. ad Ovid. Art. Am. I. 125. *Oud.* *Genialis loci,* i. e. in quo genius s. ingenium s. animus, residet. Supra, 'cum ingenii nostri præsentia.' Vidit hoc etiam Lips. legens *ingenialis.* J. Bosscha.—2 Bened. Vulc. Edd. ante Elmenh. *dicimus.* Vide supra. *Oud.*—3 Edd. ante Junt. post. *indigere.* Id.—4 Bened. *tam.* Statim pro *commodis* Voss. *quommodis:* et pro *in bonis* Bened. *hominis.* Id.—5 Bened. *quippe quem p.* Id.—6 *Id est τὸν θεόν.* Legendum plane, *Id est enim ἕπεσθαι τῷ θεῷ. Vulc.* Delendum, nam et libri ignorant. *Wowerius.* Lips. in marg. delenda quoque non inepte suspicatur. Sed longe rectius tamen locum emendatione sanum fecit Vulc. Ed. sec. substituendo *id enim est ἕπου θεῷ.* Bened. Florent. et Voss. *Id est enim ει του θεου.* Hoc ordine ergo scribe *Id est enim ἕπου θεῷ.* quod et inter Sosiadæ ex-

NOTÆ

[w] *Sapientem quippe pedissequum et imitatorem Dei,* &c.] Hoc est, quod supra dixit, 'Sapientiæ finem esse, ut ad Dei meritum sapiens provehatur: hancque futuram ejus operam, ut æmulatione vitæ ad Deos accedat.'

[x] *Id est enim ἕπου θεῷ*] Ambrosius de Abraham lib. I. c. 2. 'Inter septem Sapientum dicta celebratur ἕπου θεῷ.' Wowerius existimat hæc verba e textu tollenda tanquam Glossema aliquod.

colit, digna Diis dicere,[7] [y] nec ea agere, quæ eorum majestati[8] displiceant, verum et tunc, cum corpus relinquit: quod non faciet invito Deo.[z] Nam etsi in ejus manu est mortis facultas,[9] quamvis sciat, se terrenis relictis consecuturum esse meliora; nisi necessario perpetiendum[1] esse istud lex divina decreverit, arcessire sibi tamen eum mortem non debere:[2] et si anteactæ vitæ ornamenta cohonestant, honestiorem tamen et rumoris secundi oportet esse,[3] cum securus de posteritatis suæ vita, ad immortalitatem animam ire permittit,[4] et eam,[5] quod pie vixerit, præcipit[6]

Diis, quamdiu vivit, neque illa faciat quæ odiosa sint eorum Majestati, sed etiam eo ipso tempore, quo deserit suum corpus: quod quidem non debet facere adversus Dei voluntatem. Etenim licet habeat penes se potestatem moriendi, eum tamen ait idem Plato non debere sibi consciscere mortem, ni decretum divinum statuerit hoc esse necessario subeundum; tametsi certus sit se adepturum meliora, cum deseruerit terrestria: et, si egregia facta vitæ præteritæ eum ornant, decet tamen eum esse honestiorem et bonæ famæ, quando confidens de duratione suæ posteritatis sinit suam Animam pergere ad immortalitatem, ac præsumit eam occupa-

tat præcepta. Mox *autem* abest Bened. Voss. *Oud.*—7 *Digna discere.* Certa mihi correctio visa, *digna Dis dicere*, in qua si doctis placebo, non laborabo de ceteris. Vult autem Apuleius, seu potius Plato, sapientem Deorum imitatorem esse assiduum, cum dictis, tum factis. *Stewech.* Stewech. *digna Dis dicere* probe. *Elmenh.* Palmaria est emendatio Stewechii, quam sibi vindicare non debuerat Pricæus ad Apol. p. 176. digna *cubiculo suo* dicere; et merito recepit Floridus. Mss. et Edd. *digna discere.* Oud.—8 Lege: *quæ Deorum m.* Wowerius. Non opus esse patet ex emendatione priore Stewechii. Voss. *agere ea q. horum.* Oud.—9 *In manu est m. fac.* Bened. *in manus*: ut *esse in potestatem* et *potestate.* Vide ad Cæsar. lib. I. B. Civ. 25. τὸ *se* post *sciat* deest Bened. *Id.*—1 *Nisi perpetiendum necessario.* Ita rescripsi ex Mss. *Wower.* Mss. *nisi necessario perpetiendum esse.* Ultima vox exulat Ed. Wow. et Edd. ante Vulcan. in quibus et *necessario* abest. *Oud.*—2 Vid. Not. Var. —3 Edd. ante Vulcan. *hon. t. esse et secundi r. oportet.* A Junt. post. Bas. sec. Lugd. Colv. exulat quoque *et.* Bened. non agnoscit *honestiorem.* Florent. *honestior.* Oud.—4 Voss. *permittit ite.* Id.—5 *Eamque.* Edd. ante Vulcan. *eoque.* Vulc. Ed. pr. *quam.* Wow. cum Mss. Fulv. *et eam:* quod malo. Ms. Voss. *eam.* Ceteri cum Vulc. Ed. sec. &c. consentiunt in *eamque.* Id.—6 *Præcipit.* Sic recte Lips. et Edd. Vulc. sec. Wow. &c. cum Mss. sive, jam

NOTÆ

[y] *Digna Diis dicere*] Sic recte emendandum putavit Stewechius, quod erat in vulgatis *digna discere*: ratio patet ex sequentibus.

[z] *Quod non faciet invito Deo*] Vide Plat. in Phædone. Cicero lib. I. Tuscul. Quæst. 'Vetat enim dominans ille in nobis Deus, injussu hinc nos suo demigrare: cum vero causam justam Deus ipse dederit, ut tunc Socrati, nunc Catoni, sæpe multis; næ ille medius fidius vir Sapiens lætus ex his tenebris in lucem illam excesserit: nec tamen illa vincula carceris ruperit; leges enim vetant.' Hinc, si quis, causa Magistratibus

fortunatorum habituram loca,[7] [a] Deorum [8] choreis semide-
umque permixtam. De civitatum vero constitutione, et de
observatione [9] regendarum rerumpublicarum, ita jubet
Plato.[1] Jam principio [2] civitatis definit formam [3] ad hunc
modum: civitatem esse conjunctionem inter [623] se ho-
minum plurimorum,[4] in quibus sunt [5] regentes, alii citeri-
ores,[6] conjuncti inter se concordia, et invicem sibi opem
atque auxilium deferentes, iisdem legibus, rectis tamen,
officia sua temperantes: unamque civitatem, iisdem mœni-
bus [7] illam futuram, et, si eadem velle atque eadem nolle

*turam sedes beatorum, commixtam cœtibus Deorum ac Semi-Deorum, quo-
niam religiose vixerit. De ordinatione autem urbium, et de iis quæ observanda
sunt in Rebuspublicis administrandis sic Plato præcipit. Ac primum quidem
describit formam Civitatis hoc pacto: Civitatem esse collectionem multorum
hominum, inter quos alii aliis imperant, alii parent, sociati invicem consensu, et
mutuo sibi præbentes præsidium atque adjumentum, moderantes sua munia
iisdem legibus, quæ tamen justæ sint: atque illam civitatem fore unam, si cincta
sit iisdem muris, et animi civium assuefacti fuerint eadem velle, et eadem nolle.*

ante *percipit*, quod est in Edd. prioribus: ut corruptum passim est *præcipere*.
Vide ad Cæsar. lib. III. de B. Civ. c. 1. *Id.*—7 Alii *habiturum loca*. Plaut.
Trinummo, Scena: 'Mimus quindecim dies,' &c. 'Sicut fortunatorum me-
morant insulas, Quo cuncti, qui ætatem egerunt caste suam, Conveniant.'
Plato Epinomide fol. 992. Nicetas in Thesauro Orthodoxæ fidei I. 36.
Elmenh. Edd. vett. et Wow. *habituram locum*. Ed. Vulc. sec. *habitaturam*
loca, et sane 'habitare' cum accusativo non raro occurrit. Sed Voss. *habita-*
turam loco. Bened. *habitatam loco*: at Fulv. *habituram locum*, et Florent. *habi-*
turum loca, ut edidit Elm. cum seqq. 'Habere locum' pro inhabitare, ut
Græce ἔχειν, sæpe. V. Manut. ad Cic. Ep. ad Fam. VII. 6. Heins. ad Ovid.
Met. IV. 773. Brant. ad Cæsar. lib. IV. de B. C. c. 4. 'ædificia vicosque ha-
bebant.' *Oud.*—8 Sic Mss. et Edd. Wow. Vulc. sec. ac reliquæ. Priores *in*
Deorum. Id.—9 Abest copula ab Edd. ante Vulcan. *Id.*—1 Flor. *Itacus et*
Cato, inepte. *Elmenh.* Habent tamen id etiam Voss. Bened. Vulc. Forsan
ita censet Plato vel *catus*. Oud.—2 Edd. Junt. post. Bas. sec. Lugd. Colv.
num pr. contra Mss. et Edd. vett. *Id.*—3 Voss. *formam def.* Edd. ante Junt.
post. male *diffinivit*. Id.—4 Mss. Florent. Voss. Bened. *c. e. conjunctam inter*
se, &c. Sequitur mox 'conjuncti inter se.' Latere quid videtur. Salm. ad
Solin. p. 790. censet *conjunctam* substantive dici pro *conjunctionem*: *τὰ inter se*
absunt hic ab Edd. ante Vulcan. *Id.*—5 Voss. Bened. *sint*. Id.—6 Vid. Not.

NOTÆ

non probata, vita se privasset, inhu-
matus abjiciebatur. Seneca lib. VIII.
Controvers. 4. Lex: 'HOMICIDA' (sui) 'INSEPULTUS ABJICIATUR; faci-
nus indignum, si inveniantur manus,
quæ sepeliant eum, quem occidere
suæ,' &c.

[a] *Fortunatorum habituram loca*] For-
tunatorum insulas Plauto in Trinum-
mo, Act. II. Scen. 4. 'Sicut Fortu-
natorum memorant insulas, Quo cunc-
ti, qui ætatem egerunt caste suam,
Conveniant.'

incolarum mentes assueverint.[8] Quare suadendum est[9] fundatoribus rerumpublicarum, ut usque ad id locorum plebes suas taliter augeant,[b] ut eidem rectori noti omnes esse possint,[1] nec sibimet incogniti:[c] sic enim fiet, ut omnes una mente sint, æquumque sibi factum velint.[2] Magnam sane civitatem non habitantium multitudine,[3] eorumque magnis viribus niti oportet.[4] Vires enim non corporis,[5] nec pecuniæ, collectas dominationi multorum,[6] æstimandas[7] putat, cum vecordia impotentiaque, sed cum decreto

Quapropter dandum est hoc consilium institutoribus Rerumpublicarum, ut eo usque regionum sic dilatent suos populos, ut universi possint cognosci ab eodem gubernatore, neque sint sibi invicem ignoti: nam hac ratione efficietur ut cuncti sint unanimes, et velint æquo jure uti. Profecto non expedit ut ampla civitas freta sit ingenti numero civium, et magnis eorum opibus. Nam non existimat robora corporis ac divitiarum, coacervata imperio in multos, esse magni facienda, si conjuncta

Var.—7 Bened. *mentibus*. Oud.—8 Sic edidit tacite Floridus: sano sensu, unam fore civitatem iisdem mœnibus et, si eadem mente sint cives. At *si* abest Mss. et Edd. O. *assueverunt*. Wow. vero tacite edidit *assuevisse*. Edd. vett. ante Vulcan. habent *mentem*, ut et *velle et nolle*. Id.—9 Ita Florent. Bened. Voss. Edd. Elm. Scriv. Flor. A reliquis exulat τὸ *est*. Bas. pr. *suadentibus eum*. Id.—1 Ita locum hunc emendatum dedit Vulc. in Ed. sec. ac seqq. et consentiunt omnino Florent. cum Bened. In Ed. pr. *plebes suas ad eundem rectorem noti omn. e. p.* Edd. vett. *plebes suas ab eodem eidem rectori noti esse p.* ubi clare patet, deesse verbum, ad quod *plebes* referatur. Hinc audacissime Wow. tacite ejecit τὰ *plebes suas* et edidit *ad eundem rect. n. o. e. p.* Ms. Vulc. *plebes suas ad eundem rectorem noti o. e. p.* Voss. *plebes suas ad eundem rectori noti ome e. possunt.* Pro *ut eidem* in Bened. *ū*. Donec meliores nanciscar Codd. vulgari lectioni acquiesco. *Id.*—2 Voss. *iniquumque*. Bened. *iniquumque s. f. nolint*. Pro *sane* Bened. *s*. *Id.*—3 Abest τὸ *non* a Mss. Florent. Bened. *Id.*—4 *Uti oportet*. Ita et V. C. Non dubitarim tamen quin legendum sit *niti*. Vulcanius. Mss. Florent. Bened. Vulc. Voss. et Edd. ante Junt. post. *eorumque magis viribus*. Iidem et Edd. usque ad Vulc. sec. *uti*: sed *niti* emendavit in marg. Lipsius vel R. Hæ voces semper confunduntur. Vide ad Cæsar. et supra ad Met. lib. III. p. 200. b. *Oud.*—5 Bened. *Vir enim hic corp.* Id.—6 *Collectas dominatione multorum*. Florent. *collectam*. Voss. Bened. *dominationi*. Recte; sive, ut multi dominentur. *Id.*—7 Vulc. Voss. Bened.

NOTÆ

[b] *Ut usque ad id locorum plebes suas taliter augeant, &c.*] Plato lib. V. de Legib. tot vult cives esse in civitate, ut injuriantes vicinos possint depellere, et iisdem injuriam patientibus opitulari: horumque numerum sic definit, ut quinquies mille et quadraginta omnino habitationes seu domus in civitate sint, totidemque familiæ, quæ illas incolant, quem numerum non esse temere augendum, vel minuendum affirmat.

[c] *Nec sibimet incogniti*] Plato ibidem. μεῖζον οὐδὲν πόλει ἀγαθὸν, ἢ γνωρίμους πολίτας αὐτοῖς εἶναι, 'Civitati nihil melius, quam ut cives invicem sese cognoscant.'

communi virtutibus omnibus ornati viri et omnes incolæ fundati legibus[8] obsequuntur. Ceteras vero, quæ non ad hunc modum forent constitutæ, non arbitrabatur sanas civitates,[9] sed tetras et morbis tumentes respublicas. Eas demum fundatas ratione dicebat esse, quæ ordinatæ ad instar animarum forent: ut pars optima, quæ sapientia prudentiaque[1] præcellit, imperitet multitudini; et, ut illa totius habet curam corporis, [624] ita prudentiæ dilectus[2] tueatur universæ commoda civitatis. Fortitudo etiam,[d] pars virtutis secunda, ut via sua appetentiam castigat et reprimit; ita in civitate vigilet. Excubitorum loco quidem militet juventus pro utilitate cunctorum: sed inquietos et indomitos,[3] ac propterea pessimos cives refrænet, contineat, ac, si necesse est, frangat potioris consilii disciplina.[4] Illam[5] vero desideriorum tertiam partem plebi et agricolis

sint cum ignavia et superbia, sed quando cives, viri præditi cunctis Virtutibus, et omnes innixi Legibus, parent communi statuto. Reliquas autem civitates, quæ non essent ordinatæ hac ratione, non putabat esse sapientes civitates, sed Respublicas tetras et tumidas ex morbis. Postremo, aiebat illas inniti ratione, quæ essent dispositæ veluti Animæ: ita ut excellentissima pars, quæ præstat Sapientia et Prudentia, imperet populo: et quemadmodum Anima prospicit toti corpori, sic cœtus Prudentium conservet bona totius Reipublicæ. Fortitudo quoque pars secunda virtutis, quemadmodum corripit ac retundit suo vigore Concupiscentiam, sic etiam debet excubias agere in urbe: vice quidem vigilum juvenes bellum gerant in commodum omnium: at oportet ut regimen prudentiorum comprimat, cohibeat, et, si opus est, perdat cives cupidos novarum rerum, contumacesque, et ideo deterrimos. Existimat autem illam tertiam portionem Animæ, in qua sunt Cupiditates, similem esse

existimandas. Florent. *æstimandum.* Id.—8 *Viri incolæ et omnes f. legibus.* Bened. *omnibus.* Florent. melius *viri et omnes incolæ f.* Id.—9 Ex Ms. inserenda hæc sunt: *civitates, sed tetras et morbis tumentes respublicas. Eas demum, &c.* Sciopp. in Symb. Addit Ms. *sed tetras et morbotumentes resp.* Wower. Carebant istis Edd. ante Vulc. sec. quæ habet *morbose:* at recte Sciopp. e Fulv. monet legendum *morbis:* ut extat quoque in Florent. Put. Voss. et edidit Elm. ac seqq. *timentes* Bened. Huc pertinet locus Ovid. Ep. XVI. 136. 'Præcordiaque intima sensi Attonitus curis intumuisse novis.' *Oud.*—1 Voss. Bened. *prud. sapientiaque.* Pro *imperitet* Edd. ante Junt. post. *imperaret.* Male. Vide Ind. Not. *Id.*—2 *Prudentiæ delectus.* Bened. *deditus.* Florent. Voss. *dilectus.* Recte. Adi ad Met. lib. VIII. p. 554. a. Pro *commoda* Bened. *commodem.* Et pro *vi sua appetentiam* Id. *in s. appetentia*; itemque *deprimit* pro *reprimit*, ac mox abest *quidem.* Idem.—3 Vulgo, *domitos,* male. *Elmenhorstius.* Nempe Vulc. Ed. sec. vitiose id habet. *Oudendorp.*—4 Edd. ante Vulc. sec. *p. cum consilii.* Sed *cum* ignorant Mss. at Voss. et Bened.

NOTÆ

[d] *Ita prudentiæ delectus tueatur universa commoda civitatis. Fortitudo etiam, &c.*] Adi librum IV. de Repub.

parem ducit, quam existimat moderatis utilitatibus sustinendam. At enim rempublicam negat posse consistere,[6] nisi is qui imperitet,[7] habeat sapientiæ studium;[e] aut is ad imperandum[8] deligatur, quem esse inter omnes sapientissimum constet. Moribus etiam hujuscemodi[9] cunctos cives imbuendos esse dicit, ut iis, in quorum tutelam atque fidem respublica illa credatur,[1] auri atque argenti habendi cupido nulla sit: nec[2] specie communi privatas opes appetant: nec hujusmodi[3] hospitia succedant, ut ceteris janua non reclusa:[4] cibos victumque ita sibi curent, ut acceptam[5] mercedem ab his quos protegunt communibus epulis insumant. Matrimonia quoque[6] non privatim[f] maritanda esse, sed fieri communia, despondentibus ipsis[7] ejusmodi

popello et rusticis, quam putat esse sustentandam modicis commodis. Verum ait civitatem non posse permanere, nisi ille, qui ipsi præest, teneatur amore sapientiæ; vel ille eligatur ad imperandum, quem certum sit esse sapientissimum omnium. Ait etiam omnes cives informandos esse talibus institutis, ut illi, quorum custodiæ ac potestati illa civitas permittatur, nullam habeant cupiditatem possidendi auri et argenti: neque concupiscant divitias privatorum sub obtentu generali utilitatis publicæ, neque habitent in talibus ædibus, ut non aperto ostio reliquis, sic sibi parent escas et victum, et absumant in convivia mutua, munera quæ acceperint ab illis quos tuentur. Connubia etiam non esse jungenda privatim, verum efficienda commu-

est c. Forte *ex.* Id.—5 Bened. *illa.* Voss. *part. tert.* Pro *ducit* Edd. ante Vulcan. *dicit.* V. supra. *Id.*—6 Vulc. Ed. pr. e Cod. suo et Wow. *subsistere.* Id.—7 Abest a Bened. *qui.* et Edd. ante Junt. post. *imperat.* Id.—8 Paucioribus hujus loci sententia in Margarita Poëtica perscripta est; ita: *Aut is ad imperandum deligitur, qui inter omnes sapientissimus habeatur.* Colvius. Leid. *ad imperium.* *Deligatur* recte Vulc. &c. cum Mss. O. ante *eligatur.* Bened. *diligatur: deligatur* e var. Lect. Pro *constet* Voss. Bened. *constat.* Oud.—9 Hoc iterum Mss. et Vulcanio debetur. Ante *et hujuscemodi m.* Sed Bened. non male *moribus et disciplinis hujuscemodi.* Pro *cunctos* Bened. *junctos.* Id.—1 *Resp. ulla credatur.* Ex scripto: *R. illa creditur.* Wowerius. Vulgo *R. ulla,* male. *Elmenh.* Voss. *et fide R.* Bened. *fide atque tutela.* Wow. *illa* bene reposuit cum seqq. e Fulv. ut est quoque in Florent. Voss. Bened. Sed et *creditur* exhibent Voss. Bened. *Credatur* tamen præfero. *Oud.*—2 Voss. *ne.* Mox *opes* abest Bened. *Id.*—3 Voss. *ejusmodi.* Edd. Elm. Scriv. Flor. *hujuscemodi* contra Mss. *Id.*—4 Al. *reclusis.*—5 Lips. *aut acc.* Oud.—6 Abest *quoque* ab Edd. ante Vulc. sec. *Id.*—7 Edd. vett. aliquot *disp.* Abest *ipsis* Edd. Junt. post. Bas. sec. Lugd. Colv. Vulc. Wow. contra Mss. et

NOTÆ

[e] *Nisi is qui imperitet, habeat sapientiæ studium*] Hoc est quod Plato lib. VI. de Rep. affirmat et fuse probat, civitati præesse debere Philosophos.

[f] *Matrimonia quoque non privatim, &c.*] Vide lib. V. de Rep.

nuptias publice [8] civitatis sapientibus et magistratibus, et sorte quadam ei negotio præditis; [9] idque præcipue curantibus, ne dispares sui, vel inter se dissimiles copulentur. His annectitur [1] utilis necessariaque [625] confusio, ut permixta nutrimenta puerorum ignotorum adhuc, [2] agnitionis parentibus afferant [3] difficultatem: ut, dum suos liberos nesciunt, omnes quos viderint ejus ætatis, suos credant, et veluti communium liberorum omnes omnium sint parentes. Hæc ipsorum connubiorum [4] quæritur tempestiva conjunctio, cujus futuram stabilem fidem credit, si cum [5] harmonia musicæ dierum consonent numeri: [g] et qui de talibus nuptiis erunt orti, studiis congruentibus imbuentur, et optimis disciplinis communi præceptorum magisterio docebuntur, non virile secus modo, [h] verum etiam fœminarum; [6] quas

nia, ipsis Sapientibus et Magistratibus civitatis, et iis, qui habent quandam aptitudinem ad eam rem, sancientibus publice tales nuptias; et id præsertim caventibus, ne inæquales aut dissimiles conjungantur inter se. His adjicitur permixtio utilis et necessaria, ut permixtæ educationes infantium nondum agnitorum reddant eorum agnitionem difficilem genitoribus, ut quamdiu ignorant suos filios, quotquot aspexerint illius ætatis, existiment esse suos, atque omnes sint patres omnium tanquam filiorum communium. Insuper inquiritur opportuna copulatio Matrimoniorum, cujus putat fidelitatem fore constantem, si numeri dierum congruant cum harmonia Musicæ. Et qui nati erunt ex ejusmodi conjugiis, erudientur studiis sibi convenientibus, et instituentur optimis artibus communi opera Magistrorum, non tantum sexus viro-

****

Edd. vett. In Voss. *despondente ipse*. Id.—8 Sic malo cum Florido jungere τῷ *despondentibus*, quam *publicæ civ.* Mox ante *magistratibus* exulat copula a Voss. Bened. in quibus ut et Ed. Vulc. sec. desunt etiam τὰ *et sorte*. Id.—9 Voss. Bened. *et.* *Prædictis* vitiose Vulc. *Id.*—1 *His advertitur.* Mss. *adnectitur.* Sive, adjungitur. Edd. ante Vulcan. *advertitur.* Pro *necessariaque* Bened. *vel necessaria.* Id.—2 Male Edd. ante Junt. post. *adhæc.* Pro *agnitionis* Bened. *argumentationis.* Id.—3 Sic tacite Floridus, astipulante Bened. scil. *permixta nutrimenta:* sed reliqui Mss. *afferat:* quod miror retinuisse Edd. et *permixta* una voce. Si enim *afferat* legas, omnino *per mixta nutr.* scribendum, ut *confusio* sit nominativus. *Id.*—4 Nil muto. Non male tamen Ed. Floridi tacentis dat *adhæc* sive, insuper. *Hoc* est in Florent. *hoc ipso* Bened, *Id.*—5 Bened. *sic ut.* Pro *talibus nuptiis* Voss. *nupt. tal.* Bened. *nuptiis talibium.* Id.—6 *Non virile tantummodo, verum etiam fœminarum.* Putem interserendam dictionem, hoc pacto, *non virile tantummodo secus*, vel, *genus, verum etiam fœmin.* Colvius. Ms. *non virilis sexus tantummodo:* ut

NOTÆ

[g] *Si cum harmonia musicæ dierum consonent numeri*] Harmonicam hanc nuptiarum rationem exponit initio lib. VIII. de Rep. sed obscure admodum et ænigmatice.

[h] *Non virile secus modo*] Similiter apud Plautum legas 'virile secus,' pro virili sexu. Rudente, Act. I.

vult Plato omnibus artibus,[7] quæ proprie virorum putantur, conjungendas esse, bellicis etiam:[8] [1] quippe utrisque cum natura[9] una sit, eandem esse virtutem. Ejusmodi[1] civitatem nullis extrinsecus latis legibus[2] indigere: regia quippe prudentia[3] et ejusmodi institutis ac moribus, quibus dictum est, fundata, ceteras leges non requirat. Et hanc quidem, ut figmentum aliquod veritatis, exempli causa per se[4] compositam vult esse rempublicam. Est et alia[5] optima

rum, sed etiam mulierum: quas Plato vult esse adhibendas cunctis Disciplinis, quæ existimantur specialim pertinere ad viros; et etiam Militaribus. Etenim utrosque habere eandem vim, cum habeant eandem naturam. Talem Rempublicam non habere opus ullis legibus externis: nam, cum fuerit constituta prudentia regali, et talibus legibus ac consuetudinibus quas dixi, non desiderabit alias leges. Et ait quidem hanc Rempublicam esse a se effectam velut simulacrum aliquod veritatis ad exemplum ob oculos ponendum. Est etiam apud Platonem alia

vehementer suspicer cum Colvio legendum: *virile secus.* Sciopp. in Symb. Suspensa oratio: V. C. *Non virilis tantummodo sexus verum, &c.* Wower. *Virile secus* rescripsi ex Flor. et Leid. A Rom. τὸ *secus* male abest. Vide Indicem. *Elmenh.* Egregia est emendatio Colvii, quam merito recepit Vulc. Ed. sec. scil. e suo codice. Sed melius *tantum* exclusere Elm. et seqq. Accedunt Bened. Fulv. *non virilis sexus modo:* sed plane Florent. Voss. *non virile secus modo.* Vid. Drakenb. ad Liv. lib. XXVI. 47. Dempst. ad Rosin. pag. 112. Merc. et Obr. ad Septim. de B. Tr. lib. VI. c. 4. ubi variant Mss. Arnob. lib. I. p. 36. *sexum virile.* Carr. *secus.* Front. I. 11. 6. 'Omnes virilis sexus:' ubi vide. Sic rursus de Mundo, 'Mare et fœmininum secus.' *Oud.*—7 Mss. Florent. Vulc. Voss. et Edd. ante Vulc. sec. *partibus:* quæ confusio in hoc libro crebra. Et malim hic *partibus* propter verbum *conjungendas,* quod non tam convenit *artibus.* Id.—8 Florent. Voss. Bened. *b. eis.* Latet quid. *Id.*—9 Ita recte Elm. et Scriv. cum Mss. Florent. Bened. In Voss. et Ed. Flor. *utriusque cum.* De plurali *utrique* alibi plura. Edd. ceteræ *cum utrisque.* Id.—1 Edd. ante Vulcan. *ejusdem.* Id.—2 Vulc. Cod. *ratis l.* quod probat Heins. e Ms. Leid. qui sine dubio idem Vulc. Cod. est, in Advers. p. 539. Voss. *latis regibus.* Bened. *lati regionibus,* sed suprascr. *legibus.* Perpetua hæc varietas. *Id.*—3 Voss. Vulc. Bened. *regiam q. prudentiam.* Lipsius conjecit *egregie.* Statim *dictum est* absunt a Mss. Vulc. Voss. et Bened. unde posses locum sic legere, *Regi eam q. per prudentiam, et ejusmodi institutis ac moribus, quibus fundata ceteras leges non requirat:* ut casus variatio, de qua alibi dixi, fuerit corrumpendi loci causa. Non opus tamen. 'Regia prudentia' ponitur pro eximia, excellenti, egregia, ut Gr. βασιλικόν. Sic 'via regia:' immo in Flor. N. 7. 'disciplina regalis:' ubi vide. *Id.*—4 Bened. non male *ipse.* Id.—5 Edd. ante Vulc. sec. *sed et al.* Pro *optima quidem* Bened.

NOTÆ

Scen. 2. 'Filiolam ego unam habui, eam unam perdidi, Virile secus nunquam ullum habui.'

[1] *Quas vult Plato omnibus artibus, quæ proprie virorum putantur, conjungendas esse, bellicis etiam*] Initio lib. V. de Republ. et lib. VI. de Legibus.

quidem,[k] et satis justa, et ipsa quidem[6] specie et dicis causa[7] [l] civitas[8] fabricata, non ut superior sine evidentia,[9] [626] sed jam cum aliqua substantia. In hac[1] non suo nomine, de statu[2] et de commodis[3] civitatis, requirens originis ejus principia et fundamenta, disponit; sed eo tendit, quemadmodum civilis gubernator ejusmodi locum conventusque multitudinum[4] nactus, juxta naturam[5] præsentium rerum et convenarum debeat facere civitatem plenam bonarum legum et morum[6] bonorum. In hac equidem easdem puerorum nutricationes,[7] easdem vult esse artium

Respublica, optima certe, satque æqua, quæ quidem etiam conficta est exempli et ratiocinii gratia, non quidem absque verisimilitudine quemadmodum illa prior, sed quæ jam aliquid habet veritatis. In ea non ordinat statum, et utilitates Reipublicæ ad suum arbitrium, investigans primordia ac fundamenta ejus ortus: verum hoc sibi proponit, quomodo administrator Reipublicæ, qualemcumque regionem sortitus sit, ac cœtum populorum, debeat efficere Rempublicam repletam bonarum constitutionum ac bonarum consuetudinum secundum statum rerum præsentium, et indolem hominum qui in unum confluxerint. Vult quidem in ea esse easdem educationes liberorum, et easdem traditiones scientiarum, quas in superiori. At

quod optima. Idem.—6 Voss. Bened. Ed. Vulc. sec. *j. quidem et ipsa.* Idem.—7 Vid. Not. Var.—8 Edd. ante Junt. post. *civitatis.* Oud.—9 *Sine evidenti.* Scribe ex Ms. *sine evidentia; sed jam cum aliqua substantia.* Wowerius. Flor. *evidenti.* male. *Elmenh.* Mss. mei O. et Edd. priores *sine evidenti,* quod nescio an ita damnandum sit. Neutrum est adjectivum pro substantivo, ut 'decorum,' 'honestum,' 'utile.' Sic τὸ εὐφανὲς evidens. Cic. l. III. de Nat. Deor. c. 4. 'Si quid est evidens, de quo inter omnes conveniat.' Præfero tamen *evidentia,* vel potius, *evidentiis, sed.* Oud.—1 Vitiose Ed. Vulc. sec. *in dis hæc.* Id.—2 Sic Mss. O. et Edd. Elm. Scriv. Flor. Antea *et de statu* per polysyndeton. Bene, nisi hic obstarent Mss. quanquam facile excidere potuit. *Id.*—3 Ita quoque Mss. O. non *commodo,* ut ante Elmenh. edebatur. *Id.*—4 Al. *multitudinem.*—5 Bened. *j. natura.* Pro *et conv.* Bened. *ac conv.* Et pro *civitatem* Voss. Bened. *volunt.* Oud.—6 *Legum et murorum.* Repono: *legum et virorum,* nisi malis *morum.* Stewech. Inepte Bas. pr. *murorum.* Sed *morum* habent Mss. *Oud.*—7 Bened. *eadsc p. easdem nutritiones.* Voss. *eadem.* Pro *par-*

NOTÆ

[k] *Est et alia optima quidem, &c.*] Cujus descriptio extat libro V. de Leg. hanc secundam vocat.

[l] *Dicis causa*] Formula est vetus. Arnob. adversus Gentes lib. III. 'Honoris et dicis causa, vos species Diis accommodavisse mortalium:' item lib. IV. 'an ita ut assolet, dicis causa.' Glossæ veteres: Dicis causa, Νόμου χάριν. Vocem 'Dicis' ab antiqua 'Dex' inclinatam vult Varro, quemadmodum a 'Judex' fit 'Judicis,' &c. nam, ut ait, si juncto verbo 'Judex' dicitur qui 'jus dicit,' verisimile est voce simplici similiter eum, qui 'dicit,' appellatum fuisse 'dicem.' Itaque 'dicis causa' aliquid fit, cum nulla alia de causa fit, quam ut dici possit esse factum.

disciplinas. Sed in connubiis, et partubus, et patrimoniis,[8] ac domibus desciscit[9] a prioris observatione reipublicæ:[1] matrimonia privata et singularia faciens, procorumque ipsorum.[2] Et si in contrahendo matrimonio consulere ex voluntate sua[3] debeant, universæ tamen civitatis principibus, ut communis commodi causam[4] decernit spectandam esse. Quare et dites[5] inferiores nuptias non recusent,[m] et locupletum[6] consortium inopes consequantur: et, si vires opum congruunt,[7] ingenia tamen diversa miscenda esse; ut iracundo[8] tranquilla jungatur, et sedato homini incitatior mulier applicetur: ut talibus observationum remediis et proventibus[9] soboles natura [627] discrepante confecta,

quoad matrimonia liberorum et partus, et bona, atque ædes, discedit ab iis, quæ præceperat in superiore Republica, reddens connubia propria et peculiaria, ac eorum quidem, qui virgines ambierint. Et quamvis debeant sibi prospicere ex suo arbitrio in jungendo connubio, præcipit tamen rem esse considerandam a proceribus totius Reipublicæ, utpote quæ spectat ad utilitatem publicam. Quapropter neque locupletes debent respuere connubia cum pauperioribus, et oportet ut pauperes adipiscantur societatem divitum: quamvis fortunæ eorum non sint pares. Attamen contrarias indoles ait esse inter se copulandas: ita ut mulier mansueta copuletur viro commotiori, et fœmina iracunda nubat viro tranquillo: ut proles procreata ex diversis ingeniis, ope ac fructu ejusmodi observationum concrescat in laudabiliorem mo-

tubus Voss. *partibus*. Id.—8 *Et patrimoniis.* Desunt hæc Edd. ante Vulcan. et agnoscunt Mss. O. nisi quod Putean. habeat *matrimoniis;* quomodo sæpe hæc confusa, ut in Suet. Aug. c. 2. Vide quæ citavi supra h. l. *Id.*—9 Excerpta Puteani *desistit.* Elmenh.—1 Prave contra Mss. et sensum Edd. ante Vulcan. *prioribus, obs. reip.* Bened. *priore.* Id.—2 *Pro quoque ipsorum.* Ms. *procorum quoque ips.* Lego: *pro unoquoque ips.* Wowerius. Edd. ante Vulcan. item Wow. *pro quoque.* Ed. Vulc. *procorum quoque.* In Voss. *proquorumque.* In Florent. tantum *procorum.* Oud.—3 Sic Mss. O. sed Edd. cum Wower. ante Vulcan. *consulere voluntatem suam.* Id.—4 Bened. *causa.* Id.—5 Bened. *quarum.* Pro *ditis* Edd. ante Junt. post. *duces.* Id.—6 Voss. et Edd. ante Vulcan. *locupletium:* ut sæpe: sed alterum hic canorius. *Id.*—7 *Vires opum non congruunt.* Pessime ita e suo Cod. dedit Vulc. inserendo *non;* quem temere omnes præter Wower. secuti sunt. Ejiciendum rursus est *non*, quod non agnoscunt mei Codd. præter Bened. Concedit Plato vel præcipit, opes in matrimonio non congruere; sed si congruant, ingenia tamen diversa miscenda esse. Vide de Legg. l. VI. p. 869. *Id.*—8 Bened. *et ut irac. tr. jungantur.* Id.—9 *Et proventibus.* Desunt contra Mss. ab Edd. ante Vulcan. item Wow.

NOTÆ

[m] *Quare et dites inferiores nuptias non recusent, &c.*] Desumta hæc sunt ex lib. VI. de Legib. pag. 869. Francofurt. editionis, quem locum adi. In hanc sententiam loquitur Megadorus apud Plautum in Aulular. Act. III. Scen. 5. 'Nam meo quidem animo, si idem faciant ceteri, Opulentiores pauperiorum filias Ut indotatas ducant uxores domum: Et multo fiat civitas concordior, Et invidia nos minore utamur quam utimur,' &c.

morum proventu meliore [1] coalescat, et ita compositarum domorum opibus civitas augeatur. Puerperia quoque [2] ipsa morum dissimili seminio concepta, cum utriusque [3] instar similitudinis traxerint, neque illis vigorem in rebus gerendis, neque tamen [4] in spectandis consilium defuturum. Instituendos [5] vero eos esse, utcumque parentes censuerint.[6] Domos vero [7] et possessiones habeant privatas, ut queunt singuli, quæ quidem nec immensum augeri [8] per avaritiam, nec prodigi per luxuriam, aut deseri per negligentiam sinit.[9] Legesque civitati huic promulgari jubet, et legum moderatorem, cum aliquid tale concipiet, ad contemplandas virtutes hortatur. Imperitandi [1] autem modum eum esse utilem censet, qui ex tribus fuerit temperatus.[2] Nec enim vel optimatium,[3] vel etiam popularis imperii solos et meros status

rum institutionem: et Respublica ditetur fortunis familiarum sic constitutarum. Ipsi etiam fœtus generati semine parentum dissimilium indole, quando duxerint formam similem ambobus, ait eos non carituros robore in negotiis agendis, neque etiam prudentia in ipsis prospiciendis. Illos autem educandos esse quoquo modo parentibus visum fuerit. Singuli autem possideant ædes ac patrimonia peculiaria pro suis viribus, quæ quidem Plato nec permittit protendi vastius ex avaritia; neque dissipari luxu, vel dimitti ex incuria. Præcipit etiam ut leges ferantur pro tali Republica, atque exhortatur Legislatorem ad intuendas virtutes, quando meditabitur quidpiam hujusmodi. Existimabat vero bonam esse illam rationem imperii, quæ mixta sit ex tribus. Nam non existimat sola ac pura regimina procerum, vel

Intelligit procreationes. Vide ad Met. l. IV. p. 275. b. *Id.*—1 *Mox proventu meliore.* Legimus in Margarita Poët. *morum prov. mel.* Colvius. Atque ita etiam in Mss. *Mox* Edd. ante Vulcan. Pro *compositarum* Bened. *consitarum.* Oud.—2 *Puerp. quoque, &c. . . . censuerunt.* Carent his Edd. ante Junt. post. quæ dat cum Bas. sec. Lugd. Colv. et Ms. Voss. *puerperiaque.* Id.—3 Bened. *ab utrisque.* Id.—4 V. C. *neque tu,* fort. *in.* Vulcanius. Abest *tamen* ab Ed. Vulc. sec. et *in* a Mss. et Edd. Utrumque admisit Elm. et seqq. Voss. *spectantis.* Oud.—5 In Flor. est: *i. v. e. e. utcumque parentes, nec ita sexus esse stratus censuerint civitatis.* Folia Sibyllæ. *Elmenh.* Bened. *instruendos:* de more. Pro *esse eos* Voss. Florent. *eos esse.* Oud.—6 Vid. N. Var.—7 Voss. *domus.* Adi ad Met. l. IX. p. 624. a. Exulat *vero* a Bened. *Oud.*—8 *In immensum augeri.* Sic reposuit tacite Elm. e Ms. Florent. At Mss. reliqui et Edd. priores non agnoscunt præpositionem. Nec etiam necessaria est. Vide ad Met. l. IV. p. 301. b. Bened. *nec mensiva aug.* Id.—9 Scil. Plato. Ita Mss. O. nisi quod in Bened. *sit,* in Ed. Vic. *sint:* unde male *sinant* fecerunt Edd. seqq. usque ad Elmenh. Nota autem *quæ* pro *quas,* et adi Notas ad Flor. N. 7. p. 26. b. *Id.*—1 *Imperitandi, &c.* usque ad *cond. habeatur.* Exulant ab Edd. primis Junt. pr. Ald. Bas. pr. Pleraque vero hæc, uti multa in hoc libro primus expressit e Codd. Philomathes, Pisanus in Ed. Junt. post. et a *putantur* usque ad *ingratis* primus Vulc. Male autem ejus Edd. habent *imperii* contra Mss. et Edd. ac morem Apuleii. Vide supra. *Id.*—2 Bened. *tribubus f. temporatus.* Id.—3 Abest *vel* Voss. Bened. *Id.*—4 Voss. *relinquunt.*

utiles arbitratur; nec impunitas rectorum culpas relinquit:[4] [n] sed magis censet his debere constare rationem,[5] [o] qui sint potiores potestate. Et alii publicarum rerum status definiri ab eo putantur,[6] nitentes ad bonos mores; et super republica, quam vult [7] emendatione constare, [628] rectori mandat, ut prius residuas leges compleat, aut vitiosas leges correctas velit, deinde mores perniciosos, et disciplinas corrumpentes commoda civitatis ad meliora converterit:[8] a quibus si consilio et suadela depravata multitudo[9] deflecti non poterit, abducenda est tamen [1] ab incepto vi et

dominationis plebeiæ bona esse; neque sinit errata moderatorum impunita; sed tamen satius esse ducit illos gubernare, qui sint superiores potentia. Atque alii status Rerumpublicarum creduntur ab eo definiri posse, tendentes ad probos mores: et quantum ad illam Rempublicam, quam ait constitui correctione, præcipit moderatori, ut primo suppleat leges quæ supersunt, vel emendet vitiosas: postea mutat in melius pravos mores, et artes, quæ labefactant utilitatem civitatis: a quibus, si populus corruptus nequeat averti consilio et exhortatione, avertendus est nihilominus

Mallem *relinqui*, scil. *censet debere*: τὸ *censet* abest a Bened. *Id.*—5 Vulgo *constare nationem.*—6 Ita lego cum Ms. Vulc. non *definiti*, ut ceteri Mss. et vulgo, vel *definitivi*, ut Scriv. et Floridus. Definitio consistit in verbis 'nitentes ad bonos mores.' Verbum *putantur*, usque ad *ingratis*, ut dixi, primus e suo Cod. supplevit Vulc. cui astipulantur Mss. O. *Oud.*—7 *Super ea Rep. quam vult.* Vulgo, *super publica quæ vult*, male. *Elmenh.* Mss. Voss. Florent. *quam.* Lege *super republ. quam v.* non *super ea rep.* ut Elm. et seqq. *Oud.*—8 Mss. Florent. Voss. *non prius r. compl. &c. enim* Bened. *non at prius r. l. compleat, ut, &c.* Vulcanius, qui in prima Ed. exhibuit *enim converterit*, ascripserat hic scripturam Codicis sui in schedula, quæ periit. Wow. edidit *et converterit.* Certe *deinde* et *convertit*, quod vulgo edunt et est in Cod. Bened. vitiosum est. Forsan legendum *Non prius residuas compleat, aut vitiosas leges correctas velit, quin* vel *quam, &c.... converterit.* Consule Platonem. Pro *commoda* Bened. *communia.* Id.—9 Sic recte Mss. O. et Edd. Elm. Scriv. Flor. *defraudata* Edd. Vulc. pr. Wow. *pravata* Ed. Vulc. sec. *Id.*—1 Ita Mss.

NOTÆ

[n] *Nec impunitas rectorum culpas relinquit*] In quo recedit a regia gubernatione, in qua Reges suorum recte aut male factorum rationem nemini reddunt. Regimen itaque suæ Reipublicæ temperat Plato ex Democratico, Aristocratico, et Regio, sive Monarchico: vult enim comitia populi fieri ad eligendos Magistratus legumque custodes, quod Democraticum est: vult summam potestatem penes Magistratus esse, qui quidem ex optimis civibus constent, atque hoc Aristocraticum: vult denique his Magistratibus præesse supremum quendam Magistratum, quod Monarchicum est: magis tamen accedit ad Monarchiam, sed temperatam Aristocratia. Certe in Dialogo illo, cui Politicus nomen est, affirmat rectam civitatis administrationem apud unum, vel apud paucissimos saltem, esse quærendam.

[o] *Constare rationem*] Wowerius legit *constare gubernationem.* At in idem recidunt ambæ lectiones.

ingratis.[2] In actuosa vero civitate[p] ,[3] quemadmodum simul omnis hominum multitudo bonitate et justitia conducta habeatur.[4] Hi tales complectentur proximos, honores custodient, intemperantiam arcebunt, injuriam refrenabunt, pudicitiæ ornamentisque ceteris vitæ[5] honores maximos deferentes. Nec temere multitudo convolet ad ejusmodi[6] rerumpublicarum status, nisi qui optimis legibus et egregiis institutis fuerint educati,[q] moderati erga ceteros, inter se congruentes. Quatuor culpabilium civium[7] genera esse:[8 r] unum eorum, qui sunt honore præcipui: alterum paucorum, penes quos rerum est potestas: tertium

vi et invitus a suo proposito. In Republica autem jam omnino constituta, exponit quomodo tota simul multitudo hominum contineatur gubernata probitate et æquitate. Ejusmodi viri amabunt suos affines, observabunt Magistratus, abigent immoderationem, reprimont injuriam, tribuentes summos dignitatis gradus prudentiæ ac reliquis egregiis dotibus vitæ. Neque plebs temerarie confluet ad regimen talium civitatum, præter eos qui instituti fuerint optimis legibus, et eximiis moribus, modesti adversus alios, consentientes inter se. Postremo, dicit esse quatuor species civium vituperabilium; primam illorum qui præstant dignitate: secundam paucorum, in quorum potestate est summa rerum: tertiam universorum: postremam Im-

---

Abest verbum ab Edd. Vulc. Wow. *Id.*—2 Constanter hoc pacto habent Mss. et Edd. præter Floridum, qui dedit *ingratiis.* Vid. ad Met. l. I. p. 80. a. *Id.*—3 Ed. Vulc. sec. *describi.* Id.—4 Ms. Voss. et Edd. ante Vulcan. *habeantur:* ut sæpe. Vide Ind. v. 'Collectiva.' *Id.*—5 *Prudentiæ ornamentisque ceteris vitæ.* Edd. ante Vulcan. *prud. ornamentis ceterisque* sine τῷ *vitæ.* Abest prima vox a Ms. Vulc. at in Florent. Fulv. Bened. Putean. Voss. *pudicitiæ:* quod sequor. Dein *ceterisque vitæ orn.* Fulv. Vitiose *vita* Ed. Vulc. sec. *Id.*—6 Florent. Voss. *convellet.* Bened. *cum vellet, adeat ejusm.* prave. Voss. *r. puplicarum:* ut alibi. Ante *egregiis* abest *et* a Bened. in quo contra paulo post *et inter se.* Id.—7 *Q. c. virorum.* Florent. Edd. Elm. Scriv. Flor. *quatuor denique culp. civ.* Librarii additamentum sapit. *Id.*—8 *Esse ait.* Hoc rursus e Florent. rescripsit Elm. at Mss. reliqui carent τῷ *ait.* Et Edd. ante Vulcan. sec. habent *sunt:* sed subintelligendum pro Nostri in his Philosophicis libris more est τὸ *ait, censet, &c.* ut sæpe jam vidimus. Adi omnino ad l. I. de

NOTÆ

p *In actuosa vero civitate*] Hoc est, in civitate, quæ jam optime constituta est, et secundum leges prius traditas reipsa regitur.

q *Nec temere multitudo convolet ad e. r. s. n. q. o. l. et e. i. fuerint educati*] Eam ob causam Plato lib. v. de Leg. ait, si morborum lues, bellorumve calamitas sic vastaverit civitatem, ut multo pauciores sint quinque millibus et quadraginta, quem numerum civitatis incolis constituit, cives alicubi adulterina educatos disciplina sponte quidem suscipiendos non esse, ut numerus ille compleatur: ne videlicet ceteros malis suis moribus corrumpant.

r *Quatuor [denique] culpabilium civium genera esse ait*] De his jam supra. Vide Platonem in Politico.

omnium: ultimum dominationis tyrannicæ. Et primum quidem confieri,[9] cum prudentiores viri per magistratus seditiosos civitate pelluntur, deferturque potestas ad illos,[1] qui sunt manu[2] tantummodo strenui: nec ii, qui blandiore consilio agere res possint, adipiscuntur[3] imperii facultatem, sed qui [629] turbidi violentique[4] sunt. Paucorum vero status obtinetur, cum inopes criminosi multi simul paucorum divitum impotentiæ[5] subjacentes, dederint se atque permiserint; omnemque regendi potestatem non mores[6] boni, sed opulentia fuerit consecuta. Popularis factio roboratur, cum inops multitudo viribus obtinuerit[7] adversus divitum facultates, lexque ejus jussu populi fuerit promulgata,[8] ut ex æquo liceat omnibus honores capessere. Ad

perii Tyrannici. Et prima quidem species regiminis perturbatur quando viri sapientiores ejiciuntur e Republica a Magistratibus seditiosis, et summa auctoritas traditur illis qui sunt solum manu validi: neque illi, qui noverunt negotia gerere prudentia mitiore, fiunt compotes administrationis; sed ii qui sunt turbulenti et violenti. Respublica vero venit in manum paucorum, quando pauperes, et facinorosi, plures simul subditi ambitioni paucorum locupletum, tradiderint se et commiserint eis: ac non probi mores, verum divitiæ adeptæ fuerint auctoritatem administrandæ Reipublicæ. Partes autem plebeiæ confirmantur quando plebs egena superavit opes locupletiorum, et lex fuerit lata jubente plebe, ut possint omnes pari-

Dogm. Plat. p. 577. Ed. Flor. *Id.*—9 *Confunditur.* Sic e Cod. Florent. emendavit Elm. cum a Vulcanio in Ed. pr. esset editum *confit*, et in Edd. prioribus extet *fit.* Codd. vehementer variant. Vulc. *confit.* Putean. et Bened. *configit.* Voss. *confugit.* Auctoris sensus et mens est: primum genus eorum, qui honore præcipui sunt, sed culpabilium, oriri, cum prudentiores pelluntur, &c. An ergo *conficitur?* Similia huic statim 'obtinetur,' 'roboratur,' 'oritur.' Vel potius, ut respondeat τῷ *esse*, legendum *confingi:* sive, quod multo malim, *confieri:* sæpe enim hoc verbum corruptum. Vide me ad Cæsar. l. VII. B. G. c. 11. ad Suet. Cæs. c. 20. Sept. de B. Tr. l. IV. c. 15. 'quæ divinitus confierent.' Colum. l. XI. c. 3. § 1. 'tamdiu faciat, dum æquinoctium verum confiat:' sic Sangerm. Cod. vulgo *conficiatur.* V. Heins. ad Virg. IV. Æn. 116. *Id.* In τῷ *confunditur* quod est in Ms. Florent. forte latere *confieri dicit tum* putat alius V. D. quare *confieri* sane recipere non dubitavi. *J. Bosscha.*—1 Voss. et Edd. ante Junt. post. *ad illos pot.* *Oud.*—2 Voss. *sint.* Bened. *q. s. violenti, manu, &c.* Pro *blandiore* Exc. Lindenbr. *blandiciorê.* Id.—3 Addunt Edd. ante Vulcan. contra Mss. *adip. jamjam.* Id.—4 Edd. ante Bas. sec. *violentaque.* Id.—5 *Paucorum divitum potentiæ.* Ms. *divitum impotentiæ.* Sic Petronius: 'Cliensque cenas impotentium captet.' *Sciopp. in Symb.* Vulgo *D. potentiæ:* male. Vide Ind. *Elmenh.* Bene restituit Elm. quod jam monuerat Sciopp. consentiunt in eo Mss. Florent. Fulv. Bened. Voss. Vide ad Met. l. x. init. *Oud.*—6 Edd. ante Vulcan. Ed. pr. *nec mores:* invitis Mss. O. Post τὸ *popularis* deest *autem* Bened. Voss. Bene. *Id.*—7 Exulat τὸ *viribus* Edd. ante Vulcan. contra Mss. *Id.*—8 Florent. Voss. Bened. *L. ejus sub pop.* Lege: *L. e. jussu populi:* nam ex

hæc tyrannidis illius singulare caput [95] tunc oritur, cum is,[1] qui leges contumacia sua ruperit, simili illegum conjuratione [t] adoptatus [2] imperium invaserit: constituens deinceps, ut omnis civium multitudo desideriis ejus et cupiditatibus parens, obsequium suum tali fine moderetur.[3]

ter adipisci dignitates. Præter hæc, unicum caput illius tyrannicæ dominationis tunc nascitur, quando ille, qui violaverit leges sua pervicacia, occupaverit dominationem ad quam fuerat assumtus pari conspiratione adversus leges: decernens postea ut tota multitudo civium obsequens cupiditatibus et libidinibus ipsius, dirigat suam obedientiam in hunc quoque finem.

captu librarii in Florentino dein additum *prom. judicio,* quod male Elm. et Scriv. recepere, scil. *l. ejus sub p.f. promulgata judicio.* Pro *adhæc* Bened. *adhoc,* ut supra. *Id.*—9 Sic hunc locum ex membranis Florent. emendavi. In vulgatis legitur *tyrannis illa singulare dominationis caput.* Elmenhorstius. Cum Scriverio tamen Florid. recepit lectionem, quam e Cod. Florent. substituit Elm. quam et ego magis probo: nam durissima foret locutio *tyrannis est caput dominationis* pro, in eo consistit tyrannis, ut unus sive unum caput dominetur. In Bened. exhibetur *singularis:* quare malim *tyrannis illa et singularis dominationis caput:* sic utrumque recte se habebit. Tyrannis oritur, et simul ejus caput, sive tyrannus. *Oud.*—1 Sic Mss. O. cum Vulcan. et seqq. Ante *cum civis.* Id.—2 Vid. Not. Var.—3 *Etiam moderetur.* Mss. et Edd. ante Elmenh. carent *τῷ etiam.* Nec opus est. Quare denuo ejiciatur. *Oud.*

NOTÆ

[s] *Ad hæc tyrannidis illius singulare caput*] Sic ex membranis Florentinis reposuit Elmenhorstius. Vulgati codices habent, *ad hæc tyrannis illa singulare dominationis caput,* quam lectionem æque, aut etiam magis probandam existimo: sicque expono, 'præterea illa tyrannis, quæ est unicum caput dominationis,' hoc est, quæ in eo consistit, ut unus dominetur ceteris omnibus, oritur, &c.

[t] *Simili illegum* [*legum*] *conjuratione*] Expone: 'conjuratione adversus leges:' alias non video quis possit elici sensus.

APULEII MADAURENSIS

DE

DOGMATE PLATONIS

LIBER TERTIUS,

DE PHILOSOPHIA RATIONALI

SIVE

ΠΕΡΙ ἙΡΜΗΝΕΙΑΣ.[1][a]

STUDIUM sapientiæ, quam philosophiam [2] vocamus, ple-

Amor Sapientiæ, quem appellamus Philosophiam, existimatur a quamplurimis

Usui fuere in hoc libro Ms. *Nansii* citatus a Colvio: quem vide init. *Leidensis* vetustissimus in Folio quadr. N. 25. post Boëthii Comment. in Aristot. Περὶ ἑρμηνείας. *Duo Carnotenses* citati a Florido, quem vide. *Petavianus* ex Bibl. Bosheidii, postea ipsius Oudendorpii, in 4to. post Boëthii quædam: codex optimus est et sæpe cum Carnotensibus consentit. *J. Bosscha.*

1 Vid. Not. inf. et Not. Var.—2 *Studium sap. quod philosophiam.* Sic rectius a Sichardo editum, quam in Ms. *quam philos.* Colvius. Non puto. Leid. quoque *quam.* Refertur pronomen ad posterius; ut et alibi apud Nostrum. Vide me ad Veget. lib. IV. c. 11. 'castellum, quem burgum vocant.' *Oud.*—

NOTÆ

a Meminerunt libri hujus sub Apuleii nomine Isidorus Hispalensis libro II. Originum, cap. 28. et Carolus Magnus, de non adorandis Imaginibus, lib. IV. At illum neque codex Rom. nec Aldus, nec Florentinæ, nec Leidenses membranæ continent: hinc factum est ut mendosus valde hactenus prodierit. Emendatiorem tibi en damus, SERENISSIME DELPHINE, ex fide duorum tantum hujus libelli Mss. Codicum, qui in Bibliotheca Insignis Ecclesiæ Carnotensis asservantur: quorum alter, quem primum nominabo, quantum ex scripturæ forma conjicere licet, ad

risque videtur [631] tres species seu partes[3] habere:[b] naturalem, moralem, et, de qua nunc dicere proposui, rationalem, qua continetur ars disserendi. Sed cum disseramus de oratione,[4] cujus variæ species sunt, ut imperandi, vel mandandi, narrandi,[5] succensendi, optandi, vovendi,[6][c] irascendi, odiendi,[7] invidendi, favendi, miserandi, admirandi, contemnendi,[8] objurgandi, pœnitendi, deplorandi, tum voluptatem afferendi,[9][d] tum metum incutiendi; in quibus oratoris excellentis est, lata anguste, angusta late, vulgata decenter, nova usitate,[1] usitata nove proferre, extenuare

habere tres partes: Physicam, Ethicam et Logicam, de qua statui nunc loqui, quæ complectitur artem ratiocinandi. At quoniam loquimur de Oratione, quæ habet diversa genera, puta, Jubendi, aut Referendi, Præcipiendi, Expostulandi, Expetendi, Blandiendi, Irascendi, Odiendi, Invidendi, Favendi, Miserendi, Mirandi, Aspernandi, Increpandi, Pœnitendi, Lamentandi, præterea, Oblectandi, et Terrendi; in quibus est officium præstantis Oratoris enuntiare prolixa breviter, brevia prolixe, communia grate, nova ut si usu venire soleant, ea vero quæ usu veniunt, ut si nova essent, elevare grandia, posse facere maxima

3 *Tres species seu partes.* Duas postremas voces omittunt Elm. et Flor. contra Mss. et Edd. vett. *Id.*—4 Mss. Nans. Leid. Edd. Colv. Vulc. carent male *de.* Ed. Scriv. *disseremus.* Id.—5 *Ut imperandi vel narrandi, mandandi, &c.* Hæc omnia ampliora hic et ordine alio, quam in Sichardiana editione: quod e comparatione patebit. *Colv.* Sic Colv. et seqq. e Mss. Sichardus et Edd. Bas. Lugd. *ut imperandi, fovendi, miserandi, admir. contendendi, obi. pœnit. mandandi, succ. opt. favendi, ir. obediendi, invidendi, deplor.* Oud. Præfero sane *imperandi vel mandandi, narrandi, &c.* J. Bosscha.—6 *Fovendi.* Lipsius malit *Vovendi.* Colvius. Bene Lips. At Mss. O. cum Colv. &c. *fovendi.* Wower. tacite edidit *monendi.* Oud.—7 Ita Mss. O. ut recte Colv. et seqq. Ante *Obediendi.* v. Voss. lib. III. de Anal. c. 39. Sic 'odientes se' Mss. Leidenses quatuor apud Festum v. 'simultas.' Adi Voss. in Etymol. *Id.*—8 Et hoc firmant Mss. reliqui, non *contendendi:* utrumque in Petaviano. *Id.* —9 Petav. et Sichard. cum Bas. Lugd. *volunt.* Bas. Lugd. *asserendi.* Id.—

NOTÆ

nonum sæculum; alter, qui dicetur secundus, ad decimum accedit. Horum variantes a Scriveriana editione Guillelmi Cæsii Amsterod. anno 1624. lectiones summa cura ac studio collegit, et ad me misit clarissimus Vir, mihique cum laude nominandus, Blasius le Feron Theologus Parisiensis, ejusdem Insignis Ecclesiæ Carnotensis Canonicus, Vir Græcarum Hebraicarumque Literarum peritissimus, et multiplici Doctrinæ genere clarus.

[b] *Videtur tres species habere*] Quartam, adde, τὴν μετὰ τὰ φυσικά. Ceteræ enim, ut Geometria, Medicina, Œconomica, Politica, &c. ad alias reducuntur, puta ad Physicam, et Moralem, &c.

[c] *Vovendi*] Sic Lipsius. Quidam *fovendi.*

[d] *Tum voluptatem afferendi*] Membranæ Carnotenses, *tum voluntatem afferendi:* at nihil muto.

magna, maxima e minimis posse efficere, aliaque id genus plurima: est una inter has ad propositum potissima, quæ pronuntiabilis appellatur,[e] absolutam sententiam comprehendens, sola ex omnibus veritati aut falsitati obnoxia:[f] quam vocat Sergius[g] effatum, Varro proloquium, Cicero enuntiatum, Græci protasin,[2] tum axioma: ego[3] verbum e verbo, tum protensionem,[4] tum rogamentum:[h] familiarius tamen dicetur propositio. Propositionum igitur, perinde ut [632] ipsarum conclusionum, duæ species sunt:[5] altera prædicativa,[i] quæ etiam simplex est; ut si dicamus, 'Qui regnat, beatus est:' altera substitutiva,[6] vel conditionalis,

ex tenuissimis, ac permulta alia ejusmodi: est una oratio ex illis, quæ maxime facit ad institutum meum, quæ dicitur Enuntiabilis, complectens sensum finitum, quæ una inter cunctas est capax veritatis vel falsitatis: quam Sergius nominat Effatum, Varro Proloquium, Cicero Enuntiatum, Græci πρότασιν atque ἀξίωμα. Ego verto ad verbum Protentionem, et Rogamentum: vocabitur tamen notiori voce Propositio. Sunt ergo duo genera Propositionum sicut et ipsarum Conclusionum: unum Enuntiativum, quod dicitur quoque simplex, veluti si dicamus, Ille qui regnat, est felix: alterum Suppositivum, aut Conditio-

1 Vid. Not. Var.—2 Sichard. *ὑπόστασιν*, et paulo post: *Propensionem.* Vide Aristotelem Topicis. *Colv.* Bas. Lugd. *ὑπόστασιν.* Prave. Græcis literis Petav. ΠΡωΤΑCIN. *Oud.*—3 Leid. et Petav. *ergo.* Id.—4 Edd. Bas. Lugd. *propensionem.* Ms. Leid. Edd. Colv. Vulc. Elm. Scriv. *protentionem.* Id.—5 Abest verbum a Leid. *Id.*—6 Petav. a m. pr. *substantiva:* et statim cum Leid. *jam*

NOTÆ

[e] *Quæ pronuntiabilis appellatur*] Aristoteli ἀποφαντικὸς λόγος, 'Enuntiativa oratio.'

[f] *Sola ex omnibus veritati aut falsitati obnoxia*] Aristot. περὶ ἑρμηνείας cap. 4. ἀποφαντικὸς δὲ (λόγος) οὐ πᾶς, ἀλλ' ἐν ᾧ τὸ ἀληθεύειν, ἢ ψεύδεσθαι ὑπάρχει· οὐκ ἐν ἅπασι δὲ ὑπάρχει, &c. 'Enuntiativa autem (oratio) est non omnis, sed ea cui verum vel falsum dicere convenit: non omnibus autem convenit,' &c.

[g] *Sergius*] Quis ille sit non video, nisi dicamus illum esse Sergium Galbam, de quo Cicero in Bruto: 'sed inde hos ætate paulum his antecedens sine controversia Serg. Galba eloquentia præstitit, et nimirum is Princeps ex Latinis: illa Oratorum propria, et quasi legitima opera tractavit, ut egrederetur a proposito ornandi causa, ut delectaret animos; aut permoveret, ut augeret rem, ut miserationibus, ut communibus locis uteretur,' &c.

[h] *Tum rogamentum*] Non tamen hoc sonat vox ἀξίωμα, sicut protensionem vox πρότασις.

[i] *Altera prædicativa*] Per Prædicativam hic intellige Enuntiationem simplicem sive affirmativam, sive negativam, quam quidem Enuntiationem sic definit Aristoteles περὶ ἑρμηνείας cap. 5. Ἔστι δὲ ἁπλῆ ἀπόφανσις, φωνὴ σημαντικὴ περὶ τοῦ ὑπάρχειν, ὡς οἱ χρόνοι διῄρηνται. 'Simplex Enuntiatio vox est significans inesse aliquid, aut non inesse, pro temporum divisione.'

quæ etiam composita est; ut si aias: 'qui regnat,[7] [k] si sapit, beatus est.' Substituis enim conditionem, qua, nisi sapiens est, non sit beatus.[8] Nos nunc de prædicativa dicemus, quæ natura[9] prior est, ac velut elementum substitutivæ. Sunt et aliæ differentiæ, quantitatis et qualitatis. Quantitatis[1] quidem, quod aliæ universales sunt,[l] ut, 'Omne spirans[2] vivit;' aliæ particulares,[m] ut, 'Quædam animalia non spirant;'[3] aliæ indefinitæ, ut, 'Animal spirat:'[n] non

nale, quod dicitur quoque compositum: veluti si dicas, Ille qui regnat, felix est, si sapit: *nam ponis conditionem, qua, non est felix, nisi sit sapiens. Nos nunc loquemur de Enuntiativo, quod præcedit ex sua natura, atque est quasi principium Conditionalis. Sunt etiam alia discrimina Propositionum, Quantitatis nempe et Qualitatis. Differentiæ quidem Quantitatis; quia aliæ sunt Generales; ut hæc,* Quicquid spirat, vivit: *aliæ Particulares; veluti,* Quædam animalia non respirant: *aliæ Indeterminatæ; quemadmodum hæc,* Animal respirat: *neque enim deter-*

....

composita est. Id.—7 *Ut, Ajax qui regnat,* Sichard. *ut si dicas: Qui regnat.* Scriptura vetus est quam dedimus, e qua etiam scribebat Nansius, *Ut si aias, Qui regnat.* Colvius. Recte conjecit Nansius; nam in Petav. clare exhibetur *ut si aias.* Edd. Bas. Lugd. Wow. *ut si dicas.* Oud.—8 Ante Colv. *beatus non est.* Id.—9 Leid. *qua n.* Petav. *quia n.* Id.—1 Sic recte juvenis magnæ spei Martinus Ruarus. In retro editis, *qualitatis* legitur: inepte. *Elmenh.* Mss. O. *quantitatis*, ut est etiam in Edd. ante Colv. certe in Lugd. *Oud.*—2 Sichard. et Ed. Lugd. *omnis sp.* Id.—3 Sichard. et Ed. Lugd. *quoddam ani-*

NOTÆ

[k] *Ut si aias* [*ut Ajax*]*: qui regnat, &c.*] Sichardus, *ut si dicas: Qui regnat:* non male Nansius: *ut si aias: Qui regnat.* Certe videtur hic *Ajax* absque ratione positus.

[l] *Aliæ universales sunt*] Quarum subjectum in tota sua extensione sumitur.

[m] *Aliæ particulares*] Quarum subjectum non sumitur in tota sua extensione et secundum omnia inferiora sua.

[n] *Aliæ indefinitæ, ut, Animal spirat*] Ejusmodi Propositiones licet non habeant universalitatis notam, nempe vocem *omnis* aut *omnes*, revera tamen universales censendæ sunt: affirmant enim aut negant prædicatum suum de eo omni quod comprehenditur in idea sui subjecti. Porro omnia inferiora subjecti illius comprehenduntur in ejus idea, proindeque intelligi debet Propositio de illis omnibus inferioribus, ideoque est universalis: in exemplo proposito *Animal spirat*, spiratio affirmatur de eo omni quod comprehenditur in idea animalis, puta, de homine, belluis, avibus, piscibus, &c. universalis ergo est; sed universalis falsa, quales plerumque sunt ejusmodi Indefinitæ Propositiones, cum sumuntur universaliter, et ut jacent: ideoque magis pro particularibus valent, ut recte observat Noster. Neque his, quæ dicimus, obstat quod subjungit, hanc Propositionem non definire utrum omne, an aliquod animal spiret, cum enim Propositio intelligatur de eo quod comprehenditur idea animalis, intelligenda est de omnibus omnino animalibus.

enim definit, utrum omne, an aliquod; sed tamen pro particulari semper valet, quia tutius est, id ex incerto accipere, quod minus est. [633] Qualitatis autem, quod aliæ dedicativæ sunt, quod dedicant[o] aliquid de quopiam;[4] ut, 'Virtus bonum est:' dedicat enim, virtuti inesse bonitatem: aliæ abdicativæ, quæ abdicant aliquid de quopiam; ut, 'Voluptas non est bonum:' abdicat enim, voluptati inesse bonitatem. At Stoici hanc quoque dedicativam putant, cum inquiunt, 'Evenit cuidam voluptati bonum non esse: ergo dedicat,[5 p] quid evenerit ei, id est, quid sit. Idcirco dedicativa, inquiunt, est, quia ei, in quo[6] negavit esse, dedicat id, quod non videtur[7] esse.[q] Solum

minat an omne animal respiret, an aliquod tantum, attamen semper vim habet Particularis: quoniam securius est illud ex re incerta sumere, quod est minus. Differentiæ vero Qualitatis sunt, quod aliæ sunt Affirmativæ, quia affirmant aliquid de aliquo: ut, Virtus est aliquid bonum: *affirmat enim bonitatem esse in virtute: aliæ Negativæ, quæ negant aliquid de aliquo: veluti,* Voluptas non est aliquid bonum: *negat enim bonitatem esse in voluptate. Verum Stoici arbitrantur hanc etiam propositionem esse Affirmativam, quando dicunt:* Accidit cuidam voluptati ut non sit quid bonum. *Affirmat igitur quid ipsi acciderit, hoc est, quid illud sit. Proinde (aiunt) affirmativa est, quia affirmat id quod non apparet esse, de eo, in quo nega-*

mal n. spirat. Id.—4 Petav. *quæ ded.* et pro *virtuti esse* melius cum Colv. Elm. aliis *inesse.* Id.—5 *Ergo dicit.* Melius Sich. *ergo dedicat.* Colvius. *Dedicat,* i. e. affirmat, et recte Florid. id reposuit e Sich. Bas. Lugd. Colvius, licet probaverit quoque, cum seqq. Edd. secutus est tamen lectionem Ms. Nansiani *dicit,* quæ est quoque in Leid. *Oud.*—6 *Quia et in.* Forte, *quia ei in.* Sic Nansius. *Colv.* Scribe: *quia ei, in quo.* Wowerius. Mss. et Edd. vett. *et.* A Lugd. abest. Sed bene *ei* emendarunt Nans. Colv. Wow. et restituit Florid. *Oud.*—7 Sic Petav. et cum Florido Edd. ante Colv. Male reliqui

NOTÆ

o *Aliæ dedicativæ sunt, quod dedicant, &c.*] Observa toto hoc opere per 'Dedicativam' Propositionem intelligi 'Affirmativam,' per 'Abdicativam' vero, 'Negativam.' Et 'Dedicare' idem esse quod 'affirmare,' sicut 'abdicare,' negare est. Attius in Alphesibœa, referente Nonio Marcello: 'At verior cum te esse Alcmæonis fratrem factis dedicat.' Festus, 'Dedicare autem proprie est dicendo deferre.' Lucretius lib. I. 'At contra gravius plus in se corporum esse Dedicat, et multo vacui minus intus habere.' Vide Lexicon Lucretianum Parei. Eodem sensu Dedicativas et Abdicativas Enuntiationes appellat Martian. Capella initio Dialecticæ.

p *Ergo dedicat*] Ita Sichardus et Basileensis editio, quam lectionem confirmant Mss. Carnot. Elmenhorst. habet *ergo dicit.*

q *Id, quod non videtur esse*] Hæc est Carnot. Membranarum et Sichardi lectio, quam retineo. Elmenhorst.

autem abdicativum [8] vocant, cui negativa particula [9] præponitur. Verum hi quidem cum in aliis, tum in hac re vincuntur; si qui ita rogaverit, 'Quod nullam substantiam habet, non est;' cogentur enim secundum quod dicunt, [634] confiteri esse quod non est, quod nullam substantiam [1] habet.[r] Ceterum est propositio,[2] ut ait in Theæteto [3] Plato, duabus paucissimis orationis partibus constans, nomine et verbo: ut, 'Apuleius disserit:' [4] quod aut verum, aut falsum est: et ideo propositio est. Unde quidam rati sunt, has duas solas orationis partes esse, quod ex iis [5] solis fieri possit perfecta oratio, id est, quod abunde sententiam compre-

vit illud esse. Id autem duntaxat appellant Negativum, cui præfigitur particula negativa. At hi quidem superantur tum in aliis rebus tum maxime in hac, si aliquis sic proposuerit: Quod caret substantia non existit: *nam juxta id, quod aiunt, compellentur fateri illud, quod nullam habet substantiam, esse id quod non est. Porro, Propositio, quemadmodum Plato dicit in Theæteto, componitur ex duabus tantummodo partibus Orationis: Nomine scilicet et Verbo, veluti,* Apuleius disserit: *quod vel est verum vel est falsum: ac proinde est Propositio: qua de causa nonnulli existimaverunt esse tantum has duas partes Orationis, quia potest construi Oratio absoluta ex his solis: hoc est, quia satis complectantur sensum. Adverbia*

Mss. et Edd. *videt*. Id.—8 Ed. Bip. male *s. a. abjudicativum*. J. Bosscha.—9 Petav. a m. pr. *cum n. pars*. Oud.—1 Petav. *non nullam subst.* Id.—2 Emendabis: *C. et propositio . . . Orationis partibus constat*. Wowerius. Ed. Lugd. vitiose *est constat*: unde Wow. cum seqq. *et . . . constat* reposuit. Sed recte Leid. cum Edd. reliquis *est constans*, i. e. constat. Græco more, de quo vide ad Met. lib. III. p. 220. b. *Oud.*—3 Sich. Bas. Lugd. *Timæo*, et pro var. lect. Leidensis, in quo *Theetito*. Petav. *Thimeo*. Id.—4 Nans. Leid. *dixerit*. Id.—5 Vetus Ms. *quod ex his quæ*. Unde cum Lipsio legas, *quod ex hisce*. Col-

NOTÆ

minus bene *id quod non videt esse*: neque enim propositio dici potest videre, aut non videre. Hujus autem loci sensus est, propositionem ab Apuleio relatam, 'Evenit cuidam voluptati bonum non esse,' ideo videri Stoicis Affirmativam, quoniam ea affirmat voluptati inesse negationem bonitatis, quod certe nugatorium est, et sophisticum: quid enim aliud est affirmatio negationis nisi mera negatio?

[r] *Cogentur enim, &c. confiteri esse quod non est, quod nullam substantiam habet*] Propositio enim, quod nullam substantiam habet, non est, poterit eodem modo converti ac supra relata, et sic enuntiari: evenit ei quod nullam substantiam habet ut non sit: quæ propositio ad hanc reducetur: quod nullam substantiam habet, est aliquid quod non est: quemadmodum illa superior ad hanc reduci poterat: quædam voluptas est aliquid non bonum. Hunc puto intricatissimi hujus loci sensum esse. Si quis quid melius habeat, pergratum faciet, si protulerit in medium.

hendant. Adverbia autem, et pronomina, et participia, et conjunctiones,[6][s] et id genus cetera, quæ grammatici numerant, non magis partes orationis esse, quam navium aplustria,[t] et hominum pilos, aut certe in [7] universa compage orationis vice clavorum, et picis, et glutinis deputanda. Porro ex duabus prædictis partibus altera subjectiva nominatur,[u] velut subdita; ut 'Apuleius:' altera declarativa; ut, 'disserit,' vel 'non disserit:'[w] declarat enim, quid faciat Apuleius. Licet autem, eadem vi manente,[8] utramvis partem in plura verba protendere:[9] ut [635] si pro 'Apuleio,' dicas 'Philosophum Platonicum Madaurensem:'[x] item, pro 'disserendo,' dicas eum 'uti oratione.' Plerumque autem subjectiva minor est, declarativa ma-

vero, et Pronomina, et Participia, et Conjunctionem, atque alia ejusmodi, quæ Grammatici recensent, ait non esse potiori jure partes Orationis, quam aplustria sunt partes navium, et capilli hominum, vel certe illa esse existimanda in tota coagmentatione Orationis loco clavorum, et picis, et glutinis. Ceterum duarum prædictarum partium una appellatur Subjectiva, quasi supposita: veluti, Apuleius: *altera Enuntiativa: veluti,* disserit, *aut* non disserit: *enuntiat enim quid Apuleius agat. Porro fas est extendere utramlibet earum partium in plura vocabula, modo idem sensus remaneat: veluti, si loco* Apuleii *pronunties* Philosophum Platonicum Madaurensem: *præterea, si loco* Disserendi *dicas eum* habere orationem. *Subjectiva vero ut plurimum angustius patet, Prædicativa latius: et complectitur*

vius. Bene. Leid. quoque *his quæ*. Oud.—6 *Et conjunctio. Conjunctiones* recte Petav. cum Sich. et Edd. Bas. Lugd. *Id.*—7 Ms. Nans. *cetera*. Id.—8 Edd. ante Colv. *imminente*. Id.—9 Al. *prodere*. Id.—1 Sic Mss. Leid.

NOTÆ

[s] *Et conjunctiones* [*conjunctio*] Solœcismus merus: repone ergo vel *conjunctionem*, vel *conjunctiones*, in quarto casu: id enim vult quod sequitur, 'non magis partes orationis esse,' &c.

[t] *Quam navium aplustria*] Quæ et *aplustra*. Festus: 'Aplustria, navium ornamenta, quæ quia erant amplius quam essent necessaria usui, etiam amplustria dicebantur.' At futilis videtur hæc Etymologia. Magis formatum putaverim hoc nomen ab *α* privativo, et verbo πλεῖν 'navigare,' eo quod ad navigationem essent inutilia; vel etiam a Græco ἄφλαστα.

[u] *Altera subjectiva nominatur*] Vulgo in Scholis *subjectum*.

[w] *Altera declarativa: ut, disserit, vel non disserit*] Hæc scinditur vulgo in duas, in copulam nempe, hoc est, affirmationem vel negationem *est*, aut *non est*, et attributum seu prædicatum, puta *disserens*, resolviturque hæc propositio, *Apuleius disserit*, in hanc, Apuleius est disserens.

[x] *Ut si pro Apuleio dicas Philosophum Platonicum Madaurensem*] Ejusmodi terminus dicitur *complexus*.

jor:[y] et non hanc modo, sed alias quoque subjectivas comprehendens. Non enim solum Apuleius disserit, sed et alii plurimi,[1] qui sub eadem declaratione possunt contineri: nisi forte proprium cujuspiam de eo declaretur:[2 z] ut si dicas, 'Qui equus est,[3] hinnibile est:' at proprium est equi, hinnire. Et idcirco in his propriis par est declarativa, par subdita; ac non, ut in ceteris, major: quippe cum eadem possit,[4] mutata vice, subdita fieri, et quam prius habuerit subditam, nunc habere sui declarativam: ut si, verso ordine, ita dicas, 'Quod hinnibile est, equus est.' At non itidem, ubi impares partes sunt, convertere vices possis.[5] Non enim quia verum est, 'Omnem hominem animal esse;' idcirco, si convertas,[6] verum erit, 'Omne animal

non illam tantum Subjectivam, verum et alias etiam Subjectivas: nam non Apuleius tantum disserit, sed et permulti alii quoque, qui possunt comprehendi sub eadem enuntiatione. Nisi forsan Proprietas alicujus rei prædicetur de ea, veluti si dicas, Qui est equus, est aliquid hinnibile. *Sed hinnire est Proprium equi. Ideo in his Propriis Prædicatum et Subjectum æqualiter patent, neque Prædicatum latius extenditur, quemadmodum in aliis Propositionibus; siquidem idem potest evadere Subjectum vice versa, et habere pro suo Prædicato illud, quod ante habebat pro Subjecto: veluti, si, mutata serie, sic dicas,* Quod est hinnibile, est equus. *Verum, quando partes sunt inæquales, non possis mutare ordinem eodem modo: neque enim, quoniam verum est* Omnem hominem esse animal, *ideo si mutes vicem, verum erit*

Nans. Petav. Vulgo *sed etiam*. Ed. Lugd. *plur. alii*. Id.—2 Ita rursus Leid. ac Petav. Vulgo *declararetur*. Id. Sed *declaretur* Ed. Bip. *J. Bosscha*.—3 Sic Leid. Petav. et Ed. Flor. Reliqui carent τῷ *est*. Oud.—4 Petav. *possint*. Dein pro *verso ordine* Edd. ante Colv. *converso ord*. Post *itidem* Petav. addit *est*: et post *partes* τῷ *sunt* carent Leid. ac Petav. *Id*.—5 Petav. *vicissim possis*: superscr. *non*. Id.—6 Male Edd. ante Colv. *si quæras*. Id.—7 Sic

NOTÆ

[y] *Plerumque autem subjectiva minor est, declarativa major*] Quod videre est in hac propositione: 'Omnis homo est animal,' in qua licet animal de omni homine affirmetur secundum omnia sua attributa essentialia, non tamen affirmatur secundum omnem suam extensionem, sive secundum omnia inferiora, ad quæ extenditur: neque enim sic invertere licet propositionem, 'Omne animal est homo:' latius enim patet animal, quod est Genus, quam homo, quod est tantum una ex Speciebus huic Generi subjectis. Hinc est quod Subjectum dicitur 'minor terminus:' Prædicatum vero, 'major.'

[z] *Nisi forte proprium cujuspiam de eo declaretur*] Aut Differentia de Specie, quam constituit, puta sentiens de animali. Recte enim dicas 'Omne animal est sentiens,' et vice versa 'Omne sentiens est animal.' Item si Definitio affirmetur de Definito, 'Omnis homo est animal rationale,' et 'Omne animal rationale est homo:' in iis enim omnibus Attributum

hominem esse.' Neque enim ut proprium est equi, hinnibile,[7] ita proprium est homini, animal esse; cum sint animalia alia innumera. Agnoscitur hinc de pluribus declarativa, [635] licet converso ordine rogamentum proponatur: primo, quod [8] plura comprehendere potest declarativa, quam subdita; dehinc, quod nunquam vocabulo, sed semper verbo terminatur:[a] quo præcipue etiam in illis [9] proprietatibus a pari subjectiva discernitur.[b] Id etiam pro similitudine tenendum est, quia ut sunt propositiones definitæ, et indefinitæ,[c] ita etiam constat,[1] particulas tam subjectivas, quam declarativas partim definitas esse, ut, 'homo,' 'animal;' partim indefinitas, ut 'non homo,' 'non animal.' Non enim definiunt, quid sit, cum hoc non sit, sed tantum ostendunt, aliud præter hoc esse. Nunc dicendum est, quemadmodum quatuor illæ [2] propositiones [d] inter se

Omne animal esse hominem: *nam non est Proprium hominis esse animal, sicut Proprium est equi hinnire: quandoquidem sunt infinita alia animalia. Hinc Prædicatum dignoscitur ex multis indiciis, quamvis Propositio exhibeatur vice inversa: primo, quia Prædicatum potest complecti plura, quam Subjectum: deinde, quia nunquam exprimitur nomine, sed semper verbo: ob quam causam præsertim distinguitur quoque a Subjecto æqualiter patente in illis Proprietatibus. Illud quoque pro exemplo sciendum est, quod quemadmodum sunt Propositiones Determinatæ et Indeterminatæ, sic quoque certum est vocabula, tam subjecta, quam prædicata, alia esse determinata, veluti* homo, animal, *alia Indeterminata, puta,* Non homo, Non animal: *neque enim determinant, quid sit quando non est hoc, verum demonstrant esse aliquid aliud quam hoc. Jam exponendum est quomodo illæ quatuor Proposi-*

Mss. et Edd. vett. *Hinnire* Edd. Scriv. Flor. Dein pro *hinc* Petav. *hic*. Id.—8 Edd. ante Colv. prave *quidem*. Id.—9 Edd. vett. perperam *etiam nullis*. Pro *ut sunt* eædem *sicut*. Id.—1 Abest a Leid. et Petav. *Id.*—2 Edd.

NOTÆ

[a] *Quod nunquam vocabulo, sed semper verbo terminatur*] Hoc ut intelligas, observa quod jam monuimus, per 'Declarativam' Apuleium intelligere non Attributum solum, sed Attributum cum affirmatione vel negatione conjunctum, quæ absque verbi saltem substantivi ope exprimi non potest: v. g. 'disserit,' 'non disserit,' 'est animal,' 'non est animal.' Falsum autem esset, si per Declarativam solum Attributum intelligeretur: illud enim fere semper nomine exprimitur, non verbo.

[b] *Quo præcipue, &c. a pari subjectiva discernitur*] Quoniam affirmatio vel negatio non cadit in Subjectivam tanquam in affirmatum aut negatum, sed tanquam in id de quo quid affirmatur negaturve.

[c] *Et indefinitæ*] Qualis est Propositio quam supra attulit, 'Animal spirat.'

[d] *Quatuor illæ propositiones*] Nem-

affectæ sint: quas non ab re est in quadrata formula spectare. Sint igitur[3] in superiore linea, ut infra scriptum est, universalis dedicativa et abdicativa: ut, 'Omnis voluptas bonum est, nulla voluptas est bonum:'[4] dicanturque hæ inter se[5] incongruæ.[e] Item in inferiori linea sub utraque particulares subnotentur: 'Quædam voluptas bonum est, quædam non [637] est bonum:' dicanturque hæ inter se subpares.[6] [f] Deinde ducantur obliquæ lineæ angulares: altera pertinens[7] ab universali dedicativa ad particularem abdicativam; altera a particulari dedicativa ad universalem abdicativam:[8] quæ, inter se et quantitate et qualitate contrariæ, alterutræ nominentur,[g] quod jam necesse est alter-

tiones se habeant ad invicem, quas est operæ pretium aspicere in schemate quadrato. Sunt ergo in linea superiore, quemadmodum exaratum es inferius, Generalis Affirmatica, et Generalis Negativa: veluti Omnis voluptas est bonum, Nulla voluptas est bonum. *Atque hæ appellentur Contrariæ invicem. Præterea sub illis ambabus subscribantur in linea inferiore hæ Particulares:* Quædam voluptas est bonum, Quædam non est bonum. *Atque hæ vocentur Suppares inter se: postea perducantur ab angulo ad angulum lineæ duæ obliquæ; quarum una extendatur a Generali Affirmativa ad Particularem Negativam, altera a Particulari Affirmativa ad Generalem Negativam: quæ Propositiones oppositæ invicem tum Quantitate, tum Qualitate vocentur Alterutræ; quia jam oportet ut altera harum sit vera: quæ Con-*

ante Colv. *et illæ:* et pro *quadrata* eædem *quadra.* Id.—3 *Sunt igitur.* Lege e veteri *sint igitur.* Colvius. Atque ita etiam Mss. Nans. et Leid. *Oud.*—4 Mss. Nans. Leid. Petav. *omnis vol. bonum non est.* Id.—5 Leid. *inter se hæ.* Petav. *hæc* et *inferiore.* Id.—6 Sic semper Mss. Leid. Petav. cum Vulcan. et Wower. Vide Heins. ad Vell. p. 116. non *supp.* vide etiam ad Met. lib. VI. p. 428. a. Petav. variat. *Id.*—7 Corrige, *pertingens.* Wowerius. Edd. ante Colv. *pertingens.* Prave omnino: nam *pertingens* hoc sensu vix, vel potius non Latinum est. Et recte Mss. præter Petav. a m. sec. dant *pertinens.* Vide me ad Cæsar. lib. III. B. Civ. c. 68. 'Munitionem pertinere a castris ad flumen.' Sall. B. Jug. c. 48. 'collis in immensum pertingens:' ubi vid. Wasse et Cort. Mart. Cap. lib. VI. p. 219. 'Arabia est ad rubrum pertingens mare:' sed et ibi Mss. aliquot vetustissimi *pertinens:* ut recte Ald. Salm. ediderunt in Solino cap. 33. 'Arabia ad rubrum pertinens mare.' Sic enim Mss. mei 8. *pergens* Huls. In Edd. Can. Delr. *pertingens.* Oud.—8 Edd. ante Colv. inverso ordine *universali abdicativa ad particularem dedicativam.*

NOTÆ

pe Universalis affirmativa, Universalis negativa, Particularis affirmativa, Particularis negativa.

[e] *Dicanturque hæ inter se incongruæ*] Aristoteli ἐναντίαι, 'contrariæ.'

[f] *Dicanturque hæ inter se subpares*] In scholis *Subcontrariæ:* præterea Universalis et Particularis ejusdem qualitatis dicuntur *Subalternæ.*

[g] *Alterutræ nominentur*] Aristoteli, ἀντιφατικῶς ἀντικείμεναι 'contradictorie oppositæ,' et simpliciter ἀντιφάσεις 'contradictiones.'

utram veram esse, quæ dicitur perfecta pugna et integra. At inter subpares et incongruas[9] pugna dividua est; quod incongruæ nunquam quidem fiant simul veræ, interdum tamen simul mentiuntur: subpares autem, mutata vice, nunquam quidem simul mentiuntur, interdum tamen fiunt simul veræ: et ideo utriusvis harum revictio confirmat alteram, non tamen et utriusvis confirmatio revincit alteram. De incongruis qui utramvis posuit, utique alteram tollit: non tamen, mutata vice, qui utramvis tollit, utique alteram ponit.[1] Enimvero de alterutris qui utramvis comprobat, nunquam alteram refutat:[2] et qui alteram refutat,[3] utique alteram comprobat. Ceterum universalis utravis particularem suam comprobata utique confirmat:[h] revicta non utique infirmat.[4] Particularis autem, versa vice,[5] universalem suam revicta utique infirmat; probata non utique firmat.[6] Hæc omnia ita esse, ut dicimus, ex ipsis propositionibus facile ostendunt infra scripta.[7] [638]

trarietas vocatur absoluta et omnimoda. Verum dimidia tantum Contrarietas intercedit inter Subcontrarias, et inter Contrarias; quia Contrariæ nunquam quidem evadant simul veræ, aliquando tamen sint simul falsæ: Subcontrariæ vero vice versa nunquam quidem simul falsæ sunt, nonnunquam tamen evadunt simul veræ: atque idcirco refutatio utriuslibet earum comprobat alteram, neque tamen probatio utriuslibet refutat alteram. Qui probavit alterutram ex Contrariis, profecto negat alteram: non tamen vice versa, qui negat alterutram, affirmat propterea alteram. Atenim ex Contradictoriis qui confirmat unam, eadem opera refellit alteram: et qui refellit alteram, confirmat quoque alteram. Porro quælibet Generalis Propositio probata probat quoque suam Particularem: si refutata sit, non ideo refellit eam. At Particularis contra si refellatur, refellit quoque suam Generalem; si vero confirmetur, non propterea eam probat. Quæ inferius exarata sunt, facile demonstrant ope ipsarum Propositionum, universa hæc sic se habere ut dicimus. Nam con-

Id.—9 Ms. Nans. *integras*. Statim Leid. et Petav. *fiunt:* et pro *utriusvis confirmatio* Leid. *utrius conf.* Id.—1 Edd. ante Colv. *unquam alt. p.* Male. *Id.* —2 Prave et contra rationem Mss. Nans. Leid. Petav. et Ed. Flor. *utique.* Forsan *neutiquam.* Id.—3 Edd. ante Colv. pessime *qui utramvis tollit:* quod illapsum est ex superioribus. *Id.*—4 Male vet. *conf.* Colvius. Item Leid. *Id.*—5 *Vice versa.* Mss. et Edd. vett. item Carol. Magn. lib. IV. c. 23. *versa vice:* ut et p. 643. Ed. Flor. *Id.*—6 Leid. Petav. et Carol. M. *prob. utique confirmat.* corrupte. *Id.*—7 Petav. *ostenditur.* Edd. ante Colv. *ostenditur infra scriptis.* Ceterum exempla et figuræ sequentes desunt Ms. Leid. *Id.*—

NOTÆ

[h] *Ceterum universalis utravis particularem suam comprobata utique confirmat, &c.*] Hic locus est, quem facta Apuleii mentione, laudat Carolus Magnus, lib. IV. De non adorandis Imaginibus.

Omnis voluptas bonum est	Incongruæ	*Nulla voluptas bonum est*



Quædam voluptas bonum est	Subpares	*Quædam voluptas non est bonum*

Certum est enim, quid concedat,[8 i] qui aliquid proposuerit. Destruitur autem utravis universalis trifariam: dum aut particularis ejus falsa ostenditur, aut utravis ex duabus ceteris vera, sive incongrua, sive subneutra.[9] Instruitur autem uno modo, si alterutra ejus falsa ostenditur. Contra, particularis uno quidem modo destruetur, si alterutra[k] vera ostenditur.[1] Instruitur autem trifariam: si aut universalis ejus vera est,[2] aut utravis ex duabus ceteris falsa,

stat quid fateatur ille qui proposuerit quidpiam. Utralibet vero Generalis refellitur triplici modo: quando vel ejus Particularis demonstratur esse falsa, vel quælibet ex aliis duabus probatur esse vera, sive Contraria ejus, sive Contradictoria. Confirmatur autem unica ratione, nempe si ejus Contradictoria demonstretur esse falsa. Contra, Particularis confutabitur quidem una ratione, si ejus Contradictoria demonstratur esse vera. Probatur vero tribus modis: si nempe vel ejus Generalis est vera; vel altera ex ambabus reliquis est falsa, sive ejus Subæqualis, sive ejus Contradicto-

8 *Quid.* Recte, pro *aliquid:* consentit Petav. Reliqui Mss. et Edd. *quod.* Pro *aliquid* Mss. Nans. Leid. *aliud.* Id.—9 *Sive alterutra. Sive incongrua sive subneutra* rescribendum fide Mss. Petav. Nans. et Leid. ut etiam statim *sive subpar ejus sive subneutra;* ut ibi quoque Mss. Petav. et Carnot. cum Glossa superscripta *id est, alterutra:* quam glossam utroque loco in textum immisit Florid. pro lectione vulgari *subjectiva. Subneutra* videtur esse *nec incongrua, nec subpar,* adeoque *alterutra.* Ex librariorum cerebro vox ea esse nequit, et Sichardus etiam falsum suum *subjectiva* inde finxisse videtur. *Id.*—1 *Contra part. &c. ostenditur.* Carent his Ed. Sichard. et Ms. Leid. sed jam comparent in Bas. Lugd. *destruitur* Petav. *Id.*—2 Leid. *ejus ejus vera est.* Id.—3 Ed.

NOTÆ

[i] *Certum est enim, quid* [*quod*] *concedat*] Mss. Carnot. *certum est enim quid concedat, &c.* quod magis placet.

[k] *Si* [*sive*] *alterutra*] Sic reponendum omnino censui, non *sine Subjectiva.* Ratio patet attendenti.

sive subpar ejus, sive subneutra.[3][1] Eadem servabimus[4] etiam in æquipollentibus propositionibus. [639] Æquipollentes autem dicuntur, quæ alia enuntiatione tantundem possunt, et simul veræ fiunt, aut simul falsæ: altera ob alteram[5] scilicet, sicut indefinita et particularis.[m] Item omnis propositio, si assumat in principio negativam particulam, fit alterutra ejus æquipollens: ut cum sit[6] universalis dedicativa, 'Omnis voluptas bonum:' si ei negatio præponatur, fiet, 'Non omnis voluptas bonum;' tantundem valens,[7] quantum valebat alterutra ejus, 'Quædam voluptas non est bonum.' Hoc in ceteris tribus propositionibus intelligendum est.[n] Deinde de conversione.[o] Con-

ria. Observabimus quoque eadem in Propositionibus Æquivalentibus. Appellantur vero Æquivalentes illæ Propositiones, quæ idem valent licet sub alia expressione: atque evadunt simul veræ, vel simul falsæ: altera nempe propter alteram, veluti Indeterminata et Particularis. Præterea, quævis Propositio, si habeat initio particulam negativam, ejus Contradictoria evadit ipsi Æquivalens: veluti, cum hæc Propositio, Omnis voluptas est bonum, *sit Propositio Generalis affirmativa; si addatur ipsi negatio, efficietur hæc Propositio:* Non omnis voluptas est bonum, *idem significans, quod significabat ejus Contradictoria,* Quædam voluptas non est bonum. *Idem putandum est in tribus reliquis Propositionibus. Jam de Inversione*

Lugd. caret *sive* et habet cum ceteris *subjectiva*. Id.—4 Edd. ante Colv. *servamus*. Id.—5 Petav. *ab altera*. Mox *item* abest Edd. ante Colv. *Id.*—6 Edd. Vulc. Wow. *fit*. Pro *præponatur* Edd. ante Colv. *propon.* Id.—7 *Bonum tantundem valet*. Eædem *bona*. Petav. *valens:* bene. Pro *non est bonum* eædem

NOTÆ

[l] *Sive subpar ejus, sive subneutra* [*alterutra*] Mss. Carnot. sive *Subneutra:* ubi supra vocabulum *Subneutra* instar Glossæ legitur *id est Alterutra:* quam Glossam ego textui libens prætuli.

[m] *Sicut indefinita et particularis*] V. G. 'Homo est doctus:' 'Quidam homo est doctus.'

[n] *Hoc in ceteris tribus propositionibus intelligendum est*] Non eodem tamen modo. Si enim Contrarias duas, seu, ut Noster ait, 'Incongruas' Propositiones ad æquipollentiam velis reducere, ponenda erit negatio post subjectum, non autem ante, ut fit in Contradictoriis sive Alterutris. Quod si Subalternas Æquipollentes velis efficere, adhibenda erit duplex negatio, una ante subjectum, altera post ipsum, atque illud omne artificium hoc versu vulgo complectuntur memoriæ juvandæ causa: 'Præ Contradic. post Contra: præ postque Subalter.' Cujus arcana facile patebunt ad hæc quæ mox diximus attendenti.

[o] *Deinde de conversione*] Hæc verba videntur a manu studiosi cujuspiam memoriæ fortasse causa in margine scripta in textum irrepsisse. Observa autem Conversionem Propositionis tunc fieri, cum Subjectum ejus fit Attributum, et vice versa, Attri-

vertibiles[8] propositiones dicuntur universalis abdicativa, et alterutra ejus, id est, particularis dedicativa: eo quod [640] particulæ earum, subjectiva et declarativa, possunt semper servare inter se vices,[p] permanente conditione veritatis aut falsitatis.[9] Nam ut vera est hæc propositio, 'Nullus prudens est impius;' ita, si convertas[1] partium vices, verum erit, 'Nullus impius prudens.' Item, ut falsum est, 'Nullus homo est animal;' ita, si convertas, falsa erit,[2] 'Nullum animal homo.' Pari ratione et particularis dedicativa convertitur, 'Quidam grammaticus, homo est:' et, 'Quidam homo, grammaticus est.' Quod duæ ceteræ pro-

est agendum. Invertibiles Propositiones appellantur Generalis Negativa, et Contradictoria ipsius, hoc est, Particularis affirmativa: quia earum voces, Subjectum nempe et Prædicatum, possunt perpetuo mutare inter se loca, remanente eodem statu veritatis et falsitatis. Quemadmodum enim hæc Propositio vera est, Nullus prudens est impius: *sic etiam si permutes loca terminorum:* Nullus impius est prudens, *erit vera. Similiter quemadmodum hæc falsa est,* Nullus homo est animal: *sic falsa erit, si invertas:* Nullum animal est homo. *Simili modo et Particularis affirmativa invertitur,* Quidam Grammaticus est homo, *et,* Quidam homo est Grammaticus: *quod ambæ aliæ Propositiones nequeunt perpetuo facere, licet*

Edd. iterum *n. e. bona.* Id.—8 Sic hic et in seqq. tacite edidit Elm. cum Scriv. et Flor. ut apud Prudentium. Sed Mss. Nans. Leid. Petav. a m. pr. et Edd. vett. *inversibiles.* Id.—9 Edd. ante Colv. *et f.* Ante *impius* carent verbo Leid. et Petav. *Id.*—1 Leid. Nans. Petav. *ita et si conv.* Ante *animal* verbo caret Petav. *Id.*—2 Edd. Lugd. Bas. *falsum est.* Petav. *falsum erit.*

NOTÆ

butum fit Subjectum, permanente semper eadem conditione veritatis, aut falsitatis, affirmationis, aut negationis. Quæ Conversio vel fit simpliciter, cum nempe Propositio Universalis convertitur in Universalem, et Paticularis in Particularem, quomodo converti possunt Universalis negativa, et Particularis affirmativa: vel fit per accidens, quando nimirum Propositio Universalis convertitur in Particularem, quomodo converti possunt ambæ Universales, affirmans et negans: vel denique fit Conversio per Contrapositionem, ut vocant: cum scilicet Propositio servata quantitate sua convertitur, sed ita ut termini finiti reddantur infiniti per additionem particulæ *non:* atque hoc solum modo convertitur Particularis negativa. Converti etiam potest universalis affirmans, v. g. 'Aliquis homo non est Philosophus:' converte, 'Aliquis non Philosophus non est non homo:' 'Omnis homo est mortalis:' converte, 'Omne non mortale est non homo.'

p *Eo quod particulæ earum, subjectiva et declarativa, possunt semper servare inter se vices, &c.*] Hoc ideo fit, quia in Universali negante et Particulari affirmante Attributum sumitur in eadem extensione ac subjectum, in illa scilicet universaliter, in hac particulariter.

positiones semper facere non possunt, quanquam interdum convertantur:[q] nec tamen idcirco convertibiles dicuntur: nam quod alicubi fallit, incertum repudiatur.[3] Ergo unaquæque propositio per omnes significationes reperienda[4] est, an etiam conversa congruat. Nec universaliter veræ sunt istæ,[5] [r] sed quinque solæ: aut enim proprietas declaratur alicujus, aut genus,[s] aut differentia, aut [641] finis,[t] aut accidens: nec præter hæc unquam quicquam inveniri potest in ulla propositione:[6] [u] ut si 'hominem' substituas, quic-

invertantur aliquando: neque tamen propterea vocantur Invertibiles, quod enim decipit aliquando, non accipitur pro certo. Igitur explorandum est per cunctos significatus utrum singulæ Propositiones sibi ipsis respondeant, etiam quando sunt inversæ. Atque illæ non sunt infinitæ, sed quinque tantum, nam vel prædicatur de aliquo ejus Proprietas, vel Genus, vel Differentia, vel Definitio, vel Accidens: neque potest reperiri ulla Propositio ultra hæc prædicata: veluti si pro Subjecto ponas ho-

Id.—3 *Fallit, pro certo.* Ms. *fallitur, certum repud.* Unde legendum forte, *fallitur, ut certum:* quod placebat Lipsio. *Colv.* Cuivis apparet scribendum: *incerta.* Wowerius. Cur non *fallit, incertum rep.?* Floridus explicat 'non accipitur pro certo:' sed quidem is debet esse sensus; at non sonant verba. Ms. Nans. *fallitur certum.* Leid. *fallitur certo.* Petav. *fallitur certe.* Oud.—4 Lege: *repetenda.* Wowerius. Non sequor. Statim *inveniri.* Oud.—5 *Nec innumeræ sunt istæ.* Leid. *nec unum veræ s. i.* Carnot. secundi lectionem bene probat Florid. sed melius etiam Petav. *nec universaliter veræ sunt istæ.* Id.—6 *Nec p. h. unquam inv. p. u. p.* Verisimilius est τὸ *quicquam* excidisse, ut fuerit *unquam quicquam.* Lege e Mss. Nans. Leid. Petav. Carnot. sec. *in ulla*

NOTÆ

[q] *Quanquam interdum convertantur*] Etiam Conversione simplici, cum nempe Attributum non latius patet Subjecto, ut in hac Universali Affirmativa, in qua proprium affirmatur de Specie: 'Omnis equus est hinnitivus:' simpliciter enim convertere licet: 'Omne hinnitivum est equus.' Verum, quoniam per accidens est quod termini illi sint reciproci et convertibiles, ideo de Propositionibus ejusmodi non est certa regula.

[r] *Nec universaliter veræ [innumeræ] sunt istæ*] Ms. Carnot. 1. *Nec Universæ vere sunt.* Ms. Carnot. 2. melius: *Nec innumeræ revera sunt istæ.*

[s] *Aut enim proprietas, &c. aut genus, &c.*] Hæc sunt quinque in scholis celebrata Universalia.

[t] *Aut finis*] Id est, Definitio. Sic apud Quintilianum, lib. II. cap. 16. 'Hic igitur frequentissimus finis, Rhetoricen esse vim persuadendi:' item 'finire' pro 'definire' apud eundem eodem libro. 'Ante omnia, quid fit Rhetorice, quæ finitur quidem varie.' Supra initio libri de Philosophia Morali: 'Ad beatitudinem bonorum finem ante alia contingere.' Cicer. 'de Finibus bonorum et malorum,' hoc est, 'definitionibus.'

[u] *Nec præter hæc unquam, inveniri potest in ulla propositione [ulla propositio]* Ms. Carn. 1. *Nec præter hæc unquam inveniri potest in nulla propositione.* Ms. Carn. 2. *Nec præter hæc unquam inveniri potest in ulla propositione:* melius: quid videtur. Nu-

quid de eo dixeris, aut proprium ejus significaveris, ut 'cachinnabile;' aut genus, ut 'animal;' aut differentiam, ut 'rationale;'7 aut definitionem,8 ut 'animal rationale mortale;'[w] aut accidens, ut 'orator.' Quippe omne declarativum alicujus, aut potest ejus vicissim fieri subjectivum, aut non potest. Sed si potest;9 aut significat quid sit, et est definitio; aut non significat, et est proprium. Sin autem non potest; aut id est,1 quod in definitione poni debeat, atque est genus,[x] vel differentia;[y] aut quod non debeat, et est accidens. Igitur per hæc agnoscetur2 particularis abdicativa non esse convertibilis. Universalis autem dedicativa et ipsa quidem non est convertibilis,

minem; quodcumque prædicaveris de ipso, vel exprimes ejus Proprietatem, veluti risivum; vel Genus, veluti animal; vel Differentiam, veluti rationale: vel Accidens, veluti Orator. Etenim omne Prædicatum alicujus vel potest vice versa evadere Subjectum ejus, vel non potest. At si potest; vel exprimit quidnam illud sit, estque Definitio: vel non exprimit, atque est Proprietas. Si vero nequit fieri ejus Subjectum, vel est illud quod collocandum est in Definitione, et est Genus, aut Differentia; vel quod non est collocandum in Definitione, atque est Accidens. Ex his ergo animadvertetur Particularem Negativam non posse inverti. Ipsa vero Generalis Affirmativa non est quoque permutabilis, at nihilominus potest inverti parti-

propositione. Id.—7 Male Bas. Lugd. *aut rationalis*. Id.—8 Eædem prave *definitione*. Id.—9 Huc usque priora illa hujusce libelli olim a Jo. Sichardo edita fuerunt. quod indicavit nobis etiam eruditissimus Nansius. Quæ sequuntur usque ad libri finem, ea nunc primum damus. *Colv.* Cum Nansii Cod. e quo hæc dedit Colv. faciunt Leid. Petav. et Carnotenses. *Oud.*—1 Petav. *aut idem est*. Id.—2 Bene [Florid.] accedit Petav. ubi a m. pr. est *esse*

NOTÆ

ter hæc quicquam inveniri potest in ulla propositione, hoc est, præter Genus, Differentiam, Proprium, &c.?

[w] *Aut definitionem, ut animal rationale mortale*] Observa definitioni hominis hic adjungi ab Apuleio mortale, ut distinguatur homo a Dæmonibus, qui, secundum Platonicos, animalia etiam sunt rationalia, sed immortalia: in quo ab hominibus differunt.

[x] *Atque est genus, vel differentia; aut quod non debeat, et est accidens. Igitur per hæc agnoscetur*] Ita Mss. Carnot. recte. Vulgatæ editiones, *ut est Genus, &c. aut quod non debeat, ut est Accidens, &c.* minus bene. Supra enim sic incepit enumerationem hanc Apuleius: 'Sed si potest, aut significat quid sit: et est Definitio; aut non significat, et est Proprium:' ubi observare licet ubique *et* positum, non autem *ut*.

[y] *Vel Differentia*] Differentiam tamen cum specie, quam constituit, converti nihil vetat: quid enim obstat quominus hæc propositio, 'Omnis homo est rationalis mortalis,' sic convertatur, 'Omne rationale mortale est homo?'

sed particulariter tamen potest converti: ut, cum sit 'Omnis homo animal,' non potest ita converti, ut sit 'omne animal homo;' sed particulariter potest, 'Quoddam animal[3] homo.' Verum hoc in [642] simplici conversione, quæ in conclusionum illationibus reflexio nominatur. Est enim et altera propositionum conversio,[z] quæ non tantum ordinem, sed etiam ipsas particulas in contrarium perducit: ut quæ definita est, indefinita fiat; et contra, quæ indefinita est, definita. Hanc conversionem vicissim reliquæ duæ admittunt, universalis dedicativa, et particularis abdicativa: ut, 'Omnis homo, animal; omne non animal, non homo:' item, 'Quoddam animal non est rationale; quoddam non rationale, animal.'[a] Id ita esse perpetuo, ut dicimus, per illas quinque prædictas species explorabis. Conjugatio autem propositionum dicitur ipsa connexio earum per aliam communem particulam,[b] qua inter se copulantur: ita enim possunt ad unam

culariter: veluti quando est, Omnis homo est animal, *nequit sic inverti, ut fiat* Omne animal est homo: *verum potest inverti particulariter:* Quoddam animal est homo. *At fit in simplici Inversione, quæ in illationibus Conclusionum vocatur Reflexio. Nam est etiam alia Inversio Propositionum, quæ non modo trahit dispositionem terminorum in contrarium, verum et ipsos quoque terminos; ita ut ille, qui est Determinatus, evadat Indeterminatus, et vice versa, qui est Indeterminatus, fiat Determinatus. Aliæ duæ Propositiones vice versa recipiunt hanc Inversionem, Generalis nempe Affirmativa, et Particularis Negativa: veluti,* Omnis homo est animal: Omne non animal est non homo. *Similiter:* Quoddam animal non est rationale; Quoddam non rationale est animal. *Experieris ope illorum supradictorum quinque generum significationis, hoc semper se habere quemadmodum affirmamus. Connexio vero Propositionum vocatur ipsa Copulatio earum ope alterius termini communis, quo junguntur invicem: sic enim pos-*

---

accidens: et cum Carnot. et Ed. Flor. *agnoscetur.* Id.—3 Prave et contra

NOTÆ

[z] *Est enim et altera propositionum conversio, &c.*] Hæc est, quam supra diximus in scholis vocari Conversionem per Contrapositionem.

[a] *Item, Quoddam animal non est rationale; quoddam non rationale est animal*] In hac Conversione servatur quidem quantitas Propositionis: permanet enim Particularis, at non servatur qualitas: si enim attendas, prior negativa est; posterior affirmativa: qualitatem servare si velis, præpone utrique termino et copulæ *est* negationem, hoc modo, *Quoddam animal non est rationale: Quoddam non rationale non est non animal.*

[b] *Per aliam communem particulam*] Hæc in scholis dicitur 'medius terminus.'

conclusionem consentire: quæ particula communis necesse est aut in utraque propositione subjecta sit, aut in utraque declarans; aut in altera subjecta, in altera declarans. Tres igitur formulæ fiunt.[c] quarum prima dicatur, cum illa communis particula in altera subjecta, [643] in altera declarans est: qui ordo non tantum enumeratione,[4] sed conclusionum dignitate contentus est. Quippe ultima est formula tertia, quia nihil in ea nisi particulare concluditur. Hac superior est secunda, quæ habet conclusiones universales, sed tamen abdicativas tantum. Et ideo sic prima pollet, quia in omne genus illationum concluditur. Dico autem illationem vel illativum rogamentum, quod ex acceptionibus colligitur[5][d] et infertur. Porro acceptio est propositio, quæ conceditur a respondente: ut, si quis ita proponat, 'Estne omne honestum bonum?' propositio est: et, si assentire se dicet, fit acceptio,[6] remota interrogatione: quæ

sunt concurrere ad unam illationem, qui terminus communis necessario est vel Subjectum in ambabus Propositionibus, vel Prædicatum in ambabus, vel denique Subjectum in una, et Prædicatum in altera. Efficiuntur ergo tres figuræ: quarum prima appelletur, quando ille terminus communis est subjectum in una, et Prædicatum in altera: quæ dispositio non nititur recensione solum fortuita, sed præstantia Illationum. Etenim tertia figura est postrema, quoniam nihil in ea infertur nisi particulare. Secunda figura illa est præstantior, quæ quidem complectitur Illationes Generales, verum negativas solum. Ac propterea prima figura ita præstat ceteris, quod in ea inferuntur Conclusiones omnis generis. Appello autem Conclusionem aut Propositionem Conclusivam eam, quæ colligitur et concluditur ex Acceptionibus. Ceterum Acceptio est Propositio quæ conceditur a respondente: veluti, si aliquis hoc modo roget: Omne honestum estne bonum? *Rogamentum est. Si vero dicat se fateri, Interrogatione sublata efficitur Acceptio:* Omne ho-

Mss. in Edd. Elm. Scriv. Flor. *quidam.* Id.—4 Petav. *non numeri ratione.* Id. —5 Mss. Carnott. accedit Petav. in quo statim pro *et si assentire* est *assentari.* Id.—6 Petav. *fit quoque acc.* Dein pro *huic junge* Ms. Nans. *hinc junge.*

NOTÆ

[c] *Tres igitur formulæ fiunt*] Quartam excogitavit Galenus, in qua nempe medius terminus esset prædicatum majoris propositionis, Subjectum vero minoris, atque ad hanc figuram pertinere existimavit quinque modos indirectos primæ figuræ, cum in prima figura, cui quatuor tantum primos modos tribuit, medius terminus sit majoris propositionis Subjectum, et Prædicatum minoris. Galenicam hanc figuram vulgo respuunt in scholis, nescio an merito: verum hoc fusius expendere non est hujus loci.

[d] *Quod acceptionibus colligitur, &c.*] Melius Mss. Carnott. *quod ex Acceptionibus colligitur.*

et ipsa tamen communiter appellatur propositio, 'Omne honestum bonum est.' Huic junge alteram acceptionem similiter propositam et concessam, 'Omne bonum utile est.' Ex hac conjugatione, ut mox ostendemus, primi modi fit illativum: si directim, universale, 'Omne igitur honestum, utile est;' si reflexim, particulare, 'Quoddam igitur utile, est honestum:' quia particulariter tantum in reflexionibus converti potest universalis dedicativa. Directim autem dico inferri, cum eadem particula subjecta est tam in conjugatione, quam [e] in ipsa illatione: itemque declarans se eadem,[7] cum est utrobique: reflexim vero, cum hoc fit versa vice.[8] [f] Ceterum [644] tota ratiocinatio ista, quæ acceptionibus et illatione constat, collectio [g] vel conclusio nominetur.[9] Secundum Aristotelem commodissime potest ita definiri:[h] 'Oratio, in qua, concessis aliquibus, aliud quid-

nestum est bonum: *quæ quidem Acceptio dicitur nihilominus vulgo Propositio. Adde huic alteram Acceptionem eodem modo petitam et datam:* Omne bonum est utile. *Ex combinatione harum Propositionum efficitur, ut modo probabimus, primæ figuræ Conclusio Generalis:* Ergo omne honestum est utile, *si inferatur directe. Si vero indirecte, fit Conclusio Particularis:* Ergo aliquod utile est honestum: *quia Propositio Generalis Affirmativa non potest inverti in Conversionibus, nisi particulariter. Aio autem concludi directe, quando idem terminus subjicitur, tum in altera combinatarum Propositionum, tum in ipsa Conclusione, et similiter quando idem terminus prædicatur in ambabus. Concluditur autem reflexim, quando id fit inverso ordine. Porro omnis hæc argumentatio, quæ conflata est ex concessis Propositionibus et Illatione, ac vocatur Collectio sive Conclusio, potest sic optime describi ex Aristotele:* Sermo, in quo, datis quibusdam, aliquid aliud ab iis, quæ

Infra pro *reflexim* Leid. *refelixim.* Id.—7 Abest *se* male a Petav. et Ed. Floridi. *Id.*—8 Sic Mss. et Edd. præter Florid. *vice versa:* male ille. V. supra. *Id.*—9 *Et collectio v. c. nominatur.* Recte Petav. sine τῷ *et* habet *nominetur.*

NOTÆ

[e] *Cum eadem particula subjecta est tam in conjugatione, quam, &c.*] Hoc est, quando Subjectum Conclusionis est etiam Subjectum unius ex Præmissis, Prædicatum vero ejusdem Conclusionis, est Prædicatum alterius: quod evenit tantum in quatuor modis directis primæ figuræ.

[f] *Reflexim vero, cum hoc fit versa vice*] Id est, cum Prædicatum Conclusionis subjicitur in Præmissarum una, Subjectum vero in altera prædicatur: atque hoc in solis quinque modis indirectis primæ figuræ contingit: licet enim ceteræ duæ figuræ indirectæ sint, nihilominus non eadem est earum ratio; in secunda enim Subjectum et Prædicatum Conclusionis subjiciuntur in Præmissis, in tertia vero prædicantur.

[g] [*Et*] *collectio*] Græcis hoc sonat συλλογισμός.

[h] *Secundum Aristotelem commodissime potest ita definiri*] Aristot. Analy-

dam præter illa, quæ concessa sunt, necessario evenit, sed per illa ipsa concessa.' In qua definitione et orationis [1] species non alia, quam pronuntiabilis intelligenda est, quæ, ut supra diximus, sola aut vera est aut falsa. Et, 'concessis aliquibus,' pluraliter ideo dictum [2] est, quia ex una acceptione non fit collectio: licet Antipatro Stoico [i] contra omnium sententiam videatur plena conclusio esse, 'Vides, vivis igitur:' cum sit illo modo [3] plena, 'Si vides, vivis: atqui [k] vides, vivis igitur.' Item, quia concludere volumus, non quod concessum est nobis, sed quod negatum; idcirco in definitione 'aliud quiddam, præter illa, quæ concessa sunt, necessario evenire.' Quapropter supervacanei sunt moduli Stoicorum,[l] non idem differenter peragentes: ut, 'Dies est, aut nox: atqui dies est.' [645] Item idem geminantes, 'Si dies est, dies est: dies igitur [4] est.' Frustra

data fuerunt, necessario accidit, sed vi illorum ipsorum, quæ data fuerunt. *In qua Definitione non intelligendum est aliud genus sermonis, nisi Enuntiatio, quæ una, ut diximus superius, vel vera est vel falsa. Et idcirco dictum est,* datis quibusdam, *numero plurali, quoniam non fit Illatio ex unica Propositione concessa: quamvis Antipater Stoicus adversus opinionem omnium existimet hanc Illationem esse perfectam:* Vides, ergo vivis: *quæ quidem hoc modo aliquatenus completa est:* Si vides, vivis: atqui vides: ergo vivis. *Præterea, quoniam volumus inferre, non id quod datum est nobis, sed id quod est negatum; ideo positum est in Definitione,* aliquid aliud necessario contingere præter ea quæ data fuerunt. *Quare superfluæ sunt formulæ Stoicorum dissimiliter concludentes diversum: veluti,* dies est, vel nox: atqui dies est. *Insuper duplicantes idem: veluti,* Si dies est, dies est: ergo dies est: *nam incassum inferunt quod conceditur sponte*

S. Id.—1 Malim, *etiam orationis.* Colvius.—2 Abest *ideo* a Petav. *Oud.*—3 *Ullo modo.* Legerim, *illo modo.* Colvius. Recte. Scriv. Ed. *nullo m.* Pro *vivis igitur* Ed. Flor. *igitur vivis.* Oud.—4 Petav. *dies autem est et.* a m. sec. additur vulgatum. In eod. ante *lucet* deest *et:* et pro *male colligere* id. *aliud*

NOTÆ

ticorum priorum cap. 1. *Συλλογισμὸς δέ ἐστι λόγος, ἐν ᾧ τεθέντων τινῶν, ἕτερόν τι τῶν κειμένων ἐξ ἀνάγκης συμβαίνει, τῷ ταῦτα εἶναι.* 'Syllogismus autem est oratio, in qua quibusdam positis, aliud quiddam ab his quæ posita sunt necessario accidit, eo, quod hæc sunt.'

[i] *Antipatro Stoico*] Hujus Antipatri sæpius meminit Diogenes. Laërt. in Vita Zenonis Cittiei Stoicorum Principis: meminit et illius librorum de mundo. Tyrius fuit, Catonis Uticensis præceptor, ut testatur Plutarchus in Catone.

[k] *Si vides, vivis: atqui, &c.*] Aut sic potius, *quisquis videt vivit: atqui tu vides: ergo vivis.*

[l] *Supervacanei sunt moduli Stoicorum*] Stoicorum Dialecticam fuse explicatam vide apud Laërt. in Vita Zenonis Cittiei.

enim colligunt, quod sine controversia ultro conceditur. Illud potius verisimile est, cum dico, 'Si dies est, lucet:[m] atqui dies est, igitur et lucet:' non male colligere præter quod accepi. Nam quod est[n] in conclusione 'lucet,' fuerat et in propositione: hoc tamen ita refutabimus, aliter dici in conclusione, 'igitur lucet,' ut ostendatur nunc lucere: aliter in propositione acceptum, in qua non est dictum, nunc lucere; sed tantum consequens esse, ut, si dies sit, utique et luceat. Multum autem refert, itane nunc affirmes[5] aliquid esse,[o] an tantum solere esse, cum aliud quiddam præcesserit: item illud, quod in eadem definitione necessitas[6] comprehensa est, factum est, ut conclusionis vis a similitudine[7] inductionis distingueretur. Nam et in in-

ac citra disputationem. Quando dico, Si dies est, lucet: atqui dies est: ergo lucet quoque: *magis probabile est me non male inferre aliud, quam quod mihi concessum est. Atenim* τὸ lucet, *quod est in Conclusione, erat etiam in Propositione: id vero sic refellemus, dicendo* τὸ ergo lucet *alio modo enuntiari in Illatione, nempe, ut demonstretur nunc lucere: alio modo sumtum fuisse in Propositione, in qua non dictum est nunc lucere, at solummodo, si dies sit, sequi ut luceat quoque: plurimum vero interest an affirmes quidpiam esse, an solum, illud solere esse quando aliquid aliud antecesserit: præterea quod in eadem Definitione mentio facta est necessitatis, id factum est, ut robur Conclusionis discerneretur a similitudine Induc-*

collegi. Id.—5 *Num affirmes.* Sic scripsi. Veter. cod. *nunc affirmes.* Colvius. Nans. Leid. *nunc:* optime Carnot. uterque *itane nunc aff.* vel Petav. *ita nunc affirmes.* Prave vero Ed. Flor. *aliquid esse, aut.* Sensus est: An affirmes ita nunc esse, an tantum solere esse. Petav. *sola re.* Oud.—6 *Definitione * * necessitates.* Forsitan legendum et supplendum *Definitione, quadam necessitate, &c.* Colv. Corrupta tota periodus, quam ita restituo: *In eadem definitione necessitate comprehensum est, factum est, ut conclusionis visa similitudine inductione distingueretur.* Wowerius. *Item illud . . . necessitas comprehensa est* egregie Floridus: nam ad definitionem dixerat pertinere *necessario evenit.* Vulgo *necessitates comprehensum.* Simpliciter Petav. *necessitas factum est,* intermediis omissis. *Oud.*—7 *Inclusionis visa similitudine.* Num potius *conclusionis vera simil.* vel *ipsa simil.* legendum erit? num adhuc aliter? *Colv.* Vere Florid. *conclusionis vis a similitudine inductionis.* Petav. *in conclusionis vi a s. i.* Vulgo

NOTÆ

[m] *Si dies est, lucet, &c.*] Refertur etiam hæc formula inter Stoicorum formulas a Laërt. supra laudato.

[n] *Nam quod est, &c.*] Vocem 'nam' verti 'atenim,' ut accipiatur hic quo modo cum multis in locis, tum in hoc Plauti versu Capt. Act. III. Scen. 1. 'Nam hercle, ego huic diei, si liceat, oculos effodiam libens,' &c. Ubi sonat *atqui,* aut quidpiam simile. Virgil. Georg. IV. 'Nam quis te, juvenum confidentissime, nostras Jussit adire domos?'

[o] *Multum autem refert itane nunc [num] affirmes aliquid esse, &c.*] Mss. Carnott. *Multum autem* (1[us] habet *enim*) *refert ita-ne nunc affirmes aliquid esse, &c.*

ductione [8] quædam conceduntur : [p] ut puta, 'Homo inferiorem malam [9] movet, equus inferiorem malam movet : item bos et canis.' Ex istis acceptionibus [1] in conclusione aliud quid infertur : 'Ergo et omne animal [646] inferiorem malam movet :' quod cum sit in Crocodilo [2] falsum, potes, superioribus concessis, illationem ipsam non recipere, quam tibi in conclusione non licuisset recusare :[3] quippe cujus illatio in ipsis acceptionibus continetur, et ideo in ea additum est, 'necessario evenire.' Ne ultima quidem pars definitionis [4] vacat, sed ostendit per ipsa, quæ concesserit, evenire debere illationem, ceterum ratam non fore.[q] Ac de

tionis. In Inductione enim aliqua etiam conceduntur, verbi gratia : Homo movet maxillam inferiorem, equus movet inferiorem, bos quoque, et canis. *Ex his concessis aliquid aliud colligitur in Illatione :* Igitur et omne animal movet maxillam inferiorem : *quod cum sit falsum in Crocodilo ; licet tibi, datis præcedentibus, repudiare consequentiam, quam non potuisses repudiare in Syllogismo : cujus nimirum sequela comprehenditur in ipsis præconcessis, et propterea in ea Definitione adjectum est* necessario contingere. *Ne postrema quidem particula Definitionis superflua est, verum indicat Conclusionem inferendam esse ex iisdem ipsis quæ quis concesserit, alias eam non fore certam. Et sat multis quidem actum de his : jam*

****

inclusionis visa sim. Oud.—8 Hæc quoque correctio Florido debetur ex Mss. Carnott. quibus accedit Petav. Edd. Colv. Vulc. sec. Elm. Scriv. *in distinctione.* Vulc. Ed. pr. *instinctione.* Id.—9 *Molam.* Explicat Florid. *maxillam.* Bene : sed lege tum cum Ms. Petav. ubique *Malam.* et post alterum *inferiorem* adde rursus *malam* ex eod. Petav. *Id.*—1 Sic Florid. at reliqui *in istis.* Id.—2 Ms. Leid. et Petav. *corcodrillo,* ut sæpe. Vide Gudium ad Phædr. I. 25. *Id.*—3 Petav. a m. pr. *excusare.* Id.—4 *Quidem * definitionis.* Forte verum *quidem pars,* vel, *particula Def.* Colvius. Vulgo deerat *pars,* quam bene supplendam conjecerat Colv. immo sic ediderant jam ante Floridum Wower. et Scriv. Pro *ex iisdem ipsis, quæ concesserit, ev. deb. Illationem, cet.* ut emendavit Flor. vulgo erat sine sensu *quod ipsa conc. ev. debere, Illationem ceterum.*

NOTÆ

[p] *Ita illud quod in eadem Definitione necessitates comprehensum est, factum est ut Inclusionis visa similitudine Inductionis distingueretur : nam et in distinctione quædam conceduntur*] Locum hunc omni ex parte et in omnibus editionibus contaminatum sic restituo ex Membranis Carnotensibus : *Item illud quod in eadem Definitione necessitas comprehensa est, factum est, ut Conclusionis vis a similitudine Inductionis distingueretur : nam et in Inductione quædam conceduntur, &c.* qua lectione quid purius ? quid clarius ?

[q] *Ne ultima quidem * definitionis vacat, sed ostendit quod ipsa concesserit, evenire debere, Illationem ceterum ratam non fore*] Et hunc locum ex fide earundem membranarum sic restitutum imus : *Ne ultima quidem pars definitionis vacat, sed ostendit ex eisdem ipsis, quæ concesserit, evenire debere Illationem, ceterum ratam non fore.* Sensus est planissimus.

his quidem satis dictum. Nunc tradendum est, quibus modis et conjugationibus fiant intra certum numerum prædicativi generis veræ conclusiones: quippe in prima formula novem soli moduli,[r] sex autem conjugationes[s] reperiuntur: in secunda quatuor moduli,[t] [647] tres conjugationes:[u] in tertia sex moduli, quinque conjugationes.5 [w] De quibus

dicendum est quibus rationibus et combinationibus veræ Illationes fiant quodam numero tantum, in genere Enuntiativo. Etenim in prima figura inveniuntur tantum novem modi, sex vero combinationes: in secunda reperiuntur quatuor modi, et tres combinationes: in tertia sex modi, quinque combinationes. De quibus hic mox agam

Hinc rectius e Petav. scribe *per ipsa, quæ c.* Oud.—5 Bene supplevit Flor.

NOTÆ

[r] *Quippe in prima formula* [*figura*] *novem* [*sunt*] *soli moduli*] Quos memoriæ juvandæ causa novem his fictitiis vocibus vulgo exprimunt in scholis: 'Barbara, Celarent, Darii, Ferio, Baralip*ton*, Celantes, Dabitis, Fapesmo, Frises*omorum*.' Quarum artificium omne ut intelligas, observa quantitatem et qualitatem Propositionum, quæ singulos Syllogismos constituunt, per vocales singularum vocum designari, ita ut vocalis *A* significet Propositionem universalem affirmantem: vocalis *E*, universalem negantem: vocalis *I*, particularem affirmantem: ac denique vocalis *O*, particularem negantem: sicque vox 'Barbara' Syllogismum designet ex tribus universalibus affirmativis propositionibus conflatum. 'Darii' Syllogismum ex universali et duabus particularibus affirmativis: et sic de ceteris.

[s] *Sex autem Conjugationes*] Per Conjugationem intelligit Apuleius combinationem duntaxat ambarum præmissarum, nulla habita ratione Conclusionis. Unde, si singularum vocum supra relatarum duas tantum priores syllabas intuearis, invenies has sex tantum combinationes A, A: E, A: A, I: E, I: A, E: I, E: tres enim priores bis singulæ occurrunt, nempe A, A: in vocibus 'Barbara' et 'Barali*pton*.' E, A: in vocibus 'Celarent' et 'Celantes.' A, I: in vocibus 'Darii' et 'Dabitis.' Quod si per Conjugationes intelligeret varias trium Propositionum, quæ Syllogismum constituunt, inter se combinationes, totidem essent proculdubio Conjugationes in singulis figuris quot sunt moduli.

[t] *In secunda quatuor moduli*] His vocibus fictitiis expressi: 'Cesare, Camestres, Festino, Baroco.'

[u] *Tres Conjugationes*] Videntur tamen esse quatuor: at Noster negat Conjugationem secundi modi, nempe 'Camestres,' differre a Conjugatione primi, qui est 'Cesare.'

[w] *In tertia sex moduli * Conjugationes*] Lacunam Asterisco notatam expleo ex Ms. Carnot. 2. qui sic habet: *in tertia VI. moduli, V. Conjugationes.* Sex illi moduli sunt 'Darapti, Felapton, Disamis, Datisi, Bocardo, Ferison:' quos, ordine tamen paulum immutato, infra recenset Apuleius: sex item videntur esse Conjugationes: sed Conjugationes *Disamis* et *Datisi* simul confundit.

hic jam suo ordine demonstrabo: præfatus, neque ex particularibus solis, neque abdicativis solis ratam fieri conclusionem, quia sæpe possunt et falsa conducere.[6] Item quamlibet multis dedicativis[7] si utravis abdicativa jungatur, non dedicativam, sed abdicativam fieri illationem:[x] tantum vel una mixta ceteris prævalet. Similis etiam particularium[8] [y] vis est.[z] Utravis enim mixta universalibus particularem facit illationem. Igitur in prima formula modus primus est, qui conducit ex universalibus dedicativis dedicativum universale directim:[9] ut, 'Omne justum honestum, omne honestum bonum: omne igitur justum, bonum est:'[a] [648] at si reflexim inferas, 'quoddam igitur

suo loco: si præmonuero, non fieri probam Illationem ex solis Particularibus Propositionibus, neque ex solis Negativis, quoniam ex iis possunt sæpe concludi falsa. Præterea, si altera Negativa addatur pluribus Affirmativis, non fieri Conclusionem Affirmativam, sed Negativam: adeo vel una Negativa addita aliis præpollet. Eadem quoque virtus est Particularium Propositionum. Nam utralibet Particularis juncta Generalibus efficit Conclusionem Particularem. In prima ergo Figura primus Modus est qui infert directe Conclusionem Generalem Affirmativam ex præmissis Generalibus Affirmativis: veluti, Omne justum est honestum: omne honestum est bonum: ergo, Omne justum est bonum. *Si vero concludas indirecte,*

In Petav. quoque *V. Conj.* Id.—6 Tacite Florid. addidit *ad:* sed vulgo deest: rectius. Sæpe *conducere* hic notat *colligere.* Vide seqq. *Id.*—7 Florido consentit Petav. nisi quod habeat a m. pr. *jungatur dedicativa, non abdic. &c.* Vide Cassiod. et Mart. Capell. Vulgo: *item ex Dedicativis si utravis jungatur, Dedicativam non esse, non Abdicativam fieri Illat.* Id.—8 Petav. habet *particularis et.* Id.—9 Typothetarum vitio Edd. Scriv. et Flor. *directum.* Id.—1 *Fit*

NOTÆ

[x] *Item ex Dedicativis, si utravis jungatur, Dedicativam non esse, non Abdicativam fieri Illationem*] Et hunc corruptissimum locum restituunt Mss. Carnot. hoc modo: *Item quamlibet multis Dedicativis, si utravis Abdicativa jungatur, non Dedicativam, sed Abdicativam fieri Illationem.* Utravis Abdicativa: hoc est, vel negativa universalis, vel negativa particularis.

[y] *Tantum vel una mixta ceteris prævalet. Similis etiam particularium [particularibus,] &c.*] Hoc est quod in scholis dicunt, 'Conclusionem sequi deteriorem partem.'

[z] *Similis etiam particularibus particularium vis est*] Vocem *particularibus* ignorant membranæ Carnot. et habent melius mea quidem sententia *similis etiam particularium vis est.*

[a] *Ut, Omne justum honestum, Omne honestum bonum, Omne igitur justum bonum est*] Observa Apuleium ordinem præmissarum ubique invertere, et secundo loco ponere Majorem propositionem, quam Aristoteles melius in primo locat. Restitue ergo, inter legendum, Syllogismum hunc hoc modo: *Omne honestum bonum: Omne justum honestum: Omne igitur justum*

bonum, justum,' fit ex eadem conjugatione[1] [b] quintus modus:[c] nam sic tantum reflecti posse universalem dedicativam, supra docui. Secundus modus est, qui conducit ex universalibus dedicativa et abdicativa abdicativum universale directim: ut, 'Omne justum, honestum; nullum honestum, turpe:[d] nullum igitur justum, turpe.' At, si reflexim inferas, 'nullum igitur turpe, justum,' sextum modum effeceris:[e] nam, ut dictum est, reflectitur in se universalis abdicativa. Tantum meminisse debemus, subjectum[2] ex dedicativa trahendum ad illationem in secundo modo,[3] atque ideo eam priorem æstimandam,[f] licet ante abdicativa

Ergo quoddam bonum est justum, *efficitur ex eadem combinatione quintus Modus. Monui enim superius Propositionem Generalem Affirmativam hac solum ratione posse converti. Secundus Modus est, qui infert directe Negativum Generale ex Propositionibus Affirmativa et Negativa Generalibus: v. g.* Omne justum est honestum: nullum honestum est turpe: ergo nullum justum est turpe. *Si vero concludas inverse:* Ergo nullum turpe est justum, *efficies sextum Modum. Ut enim jam dixi, Propositio Generalis Negativa convertitur in se ipsam. Observandum tantum nobis est Subjectum sumendum esse ex Propositione Affirmativa ad concludendum in secundo Modo, propptereaque eam reputandam esse primam, quam-*

---

autem ex eadem C. Abundat illud *autem:* neque reperitur in Petav. quare recte deleatur. Pejus Edd. quædam post *justum* ponunt plenam distinctionem. *Id.*—2 Sic Flor. Reliqui *subjectivum.* Id.—3 Ita idem et Ms. Petav.

NOTÆ

bonum. Et sic de ceteris qui deinceps occurrent. Hic primus modus significatur voce 'Barbara.'

[b] *Fit autem ex eadem Conjugatione*] Abundat illud *autem:* neque reperitur in Mss. Carnot.

[c] *Quintus modus*] 'Baralip*ton*,' qui primus est ex modis indirectis primæ Figuræ.

[d] *Ut, Omne justum honestum: Nullum honestum turpe, &c.*] Restitue ad hunc modum: *Nullum honestum turpe: Omne justum honestum: Nullum igitur justum turpe:* et habebis secundum modum primæ Figuræ 'Celarent:' Apuleio, qui ordinem invertit præmissarum, *Calerent.*

[e] *Sextum modum effeceris*] Modum *Celantes*, Apul. *Calentes.*

[f] *Subjectum ex Dedicativa trahendum, &c. atque ideo eam priorem æstimandam, &c.*] Immo ea de causa posterior æstimanda est juxta Aristotelem. Prior enim continere debet Attributum Conclusionis, quod, quia latius vulgo patet Subjecto, dicitur majus Extremum, ut jam observavimus: et ab eo prior Præmissarum 'Major' nuncupatur. Subjectum vero reperiri debet in secunda Præmissarum, quam ideo 'Minorem' denominat, quia ipsum vocatur 'minus Extremum.' Atque hic ordo legitimus est, et naturalis, et in eo melius elucet observatio horum Principiorum 'Dictum de omni,' et 'Dictum de nullo,' ut Logici loquuntur.

enuntietur. Similiter et in ceteris [649] quæ prior[4] est potestate,[g] prior intelligatur. In sexto autem modo trahitur subjectiva ex abdicativa:[5] hæc sola differentia eorum. Item tertius modus,[h] qui conducit ex dedicativis particulari et universali dedicativum particulare directim: ut, 'Quoddam justum, honestum: omne honestum, utile: quoddam igitur justum, utile.' Sed si reflexim inferas, 'quoddam igitur utile, justum,' septimum modum[i] effeceris:[6] nam, ut dictum est, reflectitur in se particularis dedicativa. Quartus modus[k] est, qui conducit ex particulari dedicativa et universali abdicativa abdicativum particulare directim: ut, 'Quoddam justum, honestum est: nullum honestum, turpe: quoddam igitur justum, non est turpe.' Ex hoc modo contrariæ vices inveniuntur prioribus.[l] Octavus et nonus[m] quippe servant ejus illatio-

vis Propositio Negativa proferatur prior. Eodem Modo et in reliquis Propositio, quæ præstat virtute, existimanda est prima. At in sexto Modo Subjectum sumitur ex Propositione Negativa. Hoc unum discrimen est inter eos. Præterea tertius Modus est, qui concludit directe Particulare Affirmativum ex Particulari et Universali Affirmativis; puta, Aliquod justum est honestum: omne honestum est utile: ergo aliquod justum est utile. *At si concludas inverse,* Ergo quoddam utile est justum, *fiet septimus Modus. Etenim, ut jam monui, Propositio Particularis Affirmativa convertitur in se ipsam. Quartus Modus est qui infert directe Particulare Negativum ex Particulari Affirmativa et Generali Negativa: veluti,* Aliquod justum est honestum: nullum honestum est turpe: ergo aliquod justum non est turpe. *Ex hoc modo reperiuntur conversiones contrariæ superioribus Modis: nam octavus et nonus retinent ejus Conclusionem, non autem inversam quem-*

Reliquæ Edd. et Ms. Leid. *ex sec. m.* Id.—4 *Ceteris * prior.* Elm. et seqq. e conjectura Colvii dederunt *quæ prior, &c.* In nullis vero Mss. est *quæ* præter Petav. qui a m. pr. *quæ priori est.* Leid. *priorē pot.* Lege *prior potestate.* Id.—5 Sic Florid. et Ms. Petav. a m. pr. *subjectivus* a m. sec. At ceteri *subjunctivus.* Id.—6 Petav. *feceris.* Id.—7 Pro *prioribus,* quod vulgo deest, Pe-

NOTÆ

g *Quæ prior est potestate*] Hoc est, secundum Apuleium, 'quæ continet Subjectum,' cui deberi primum locum supra dixit. Ms. Carnot. 1. ignorat has voces. 2. eas habet, excepta *quæ*.

h *Item tertius Modus*] 'Darii:' Apuleio: *Dirai.*

i *Septimum Modum*] 'Dabitis:' Apuleio, *Dibatis.*

k *Quartus Modus*] 'Ferio.' Apuleio: *Fireo.*

l *Ex hoc Modo contrariæ vices inveniuntur octavus et nonus: quippe servata ejus Illatione, non ut illi priores reflexam. Conjugationem ipsam, &c.*] Meræ tenebræ. Restituo ex Mss. Carnot. *Ex hoc Modo contrariæ vices inveniuntur prioribus. Octavus et Nonus quippe servant ejus Illationem, non ut illi reflexam. Conjugationem ipsam, &c.* Porro, quod hic Apuleius de Modis octavo et nono

nem: non ut illi reflexam.[7] Conjugationem ipsam tantum reflectunt propositionibus æquipollentibus, [650] mutatoque ordine, ut prior fiat abdicativa: atque ideo *conducere dicitur [8] ambo [n] per conjugationis conversionem. Nam et si abdicativam universalem quarti [9] convertas, et subjicias ei [o] universalem dedicativam, quam converterit [1] particularis dedicativa,[p] fiet octavus modus, qui conducit ex universalibus abdicativa et dedicativa particulare abdicativum reflexim: [2] velut, 'Nullum turpe, honestum: omne hones-

admodum illi: invertunt solum ipsam Combinationem per Propositiones æquivalentes, et converso ordine, ita ut Negativa Propositio prior evadat: et idcirco uterque dicitur concludere per inversionem Combinationis. Si enim invertas Universalem Negativam quarti Modi, et ponas post eam Universalem Affirmativam, ex qua inversa fuerit Particularis Affirmativa, efficietur octavus Modus, qui infert indirecte Particulare Negativum ex Universalibus Propositionibus Negativa et Affirmativa: ut, Nullum turpe est honestum: omne honestum est jus-

tav. *prior est.* Vere Flor. *servant ejus illationem.* Vulgo *servatur ejus illationem.* Lips. et inde Elm. Scriv. *inv. octavus et nonus: quippe servata ejus illatione:* atque ita Petav. nisi quod habeat *et nonus secundus.* Dein *priores,* quod insertum erat ante *reflexam,* bene Florid. e Carnott. retraxit ad superiora. Caret quoque Petav. in quo *reflexa.* Id. Vid. Not. inf.—8 Carnotensibus accedit Petav. Errat tamen Floridus. *Dicitur* sc. modus quartus *conducere* sive colligere *ambo,* sc. abdicativum particulare et universale. Vide et perpende locum totum. *Id.*—9 *Quarti modi.* Sic Elm. Scriv. Flor. In Mss. et Edd. prioribus abest *modi:* et commode potest subintelligi. Colvius enim male post *quarti* asteriscum posuit. Pro *et subjicias* Petav. *subjiciasque.* Id. —1 Recte Floridus: vel potius cum Petav. *quam converterat p. ejus ded., fiet oct. modus, qui.* Vulgo erat: *quæ converterat, particularis ejus Dedicativa fiet, Oct. m. est, qui.* Id.—2 Pro *reflexim* Leid. *reflexum:* et infra pro *illa ratio est:*

NOTÆ

ait, nescio unde hauserit: certe non apud Aristotelem, qui quinque indirectos primæ Figuræ respuit tanquam inutiles.

[m] *Octavus et nonus*] Aristotelicis, 'Fapesmo' et 'Frisesomorum.' Apuleio vero *Fespamo,* et *Fresisomorum.*

[n] *Atque ideo conducere dicitur ambo, &c.*] Solœcismus: quem emendant Membranæ Carnot. *atque ideo conducere dicuntur ambo, &c.* 'Conducere' hic 'concludere' est.

[o] *Et subjicias ei Universalem Dedicativam: quæ converterat Particularis ejus Dedicativa fiet. Octavus Modus est, qui, &c.*] Nullus hinc elici sensus potest. Mss. Carnot. rectius multo: *et subjicias ei Universalem Dedicativam; quam converterit Particularis Dedicativa, fiet octavus Modus, qui, &c.*

[p] *Universalem Dedicativam, quam converterit Particularis Dedicativa*] Puta hanc Propositionem, quam mox affert: 'Omne honestum est justum,' quam converterat hæc Propositio paulo ante relata 'Quoddam justum est honestum.'

tum, justum: quoddam igitur justum, non est turpe.' Nonus quoque modus per similem conversionem ex universali abdicativa et particulari dedicativa abdicativum particulare conducit reflexim: 'Nullum turpe, honestum: quoddam honestum, justum: quoddam igitur justum, non est turpe.' Cur autem solus quartus modus duos genuerit, ceteri singulos, illa ratio est, quia primi modi si utramque propositionem convertamus, fiet conjugatio irrita duarum particularium: sin alteram tantum, fiet [651] aut secunda formula, aut tertia. Ita secundi modi si utramque convertas, fiet conjugatio noni, quam jam ostendimus ex quarto gigni, quia universalis dedicativa secundi modi non nisi particulariter converti potest: sin alteram tantum, fiet secunda formula aut quarta.[3] Ex hisce igitur in prima formula modis novem, primi quatuor indemonstrabiles nominantur: non quod demonstrari nequeant, ut universitas maris, quæ demonstrabilis non est, et ut circuli quadratura;[4] [q] sed quod tam simplices tamque manifesti[5] sunt, ut

tum: ergo aliquod justum non est turpe. *Nonus etiam Modus pari inversione concludit indirecte Negativum Particulare ex Generali Negativa et Particulari Affirmativa: ut,* Nullum turpe est honestum: aliquod honestum est justum: ergo aliquod justum non est turpe. *Hæc autem ratio est quare quartus tantum Modus produxerit duos alios, reliqui vero producant solum singulos; quoniam si invertamus ambas Propositiones primi Modi, efficietur vana combinatio duarum Particularium: si vero invertamus solum alterutram, efficietur vel secunda Figura, vel tertia. Similiter si invertas ambas Propositiones secundi Modi, efficietur Combinatio noni, quam supra docuimus produci ex quarto, quia Generalis Affirmativa secundi Modi nequit inverti nisi particulariter: si vero convertas solum alterutram, efficietur Figura secunda vel tertia. Inter hos ergo novem Modos primæ Figuræ quatuor primi dicuntur Indemonstrabiles; non quia nequeant demonstrari, quemadmodum immensitas maris, quæ non est demonstrabilis, et quemadmodum quadratura circuli: sed quia sunt adeo simplices et adeo eviden-*

id. *illa rectio est.* Id.—3 Ms. Leid. Petav. et Ed. Flor. *aut tertia,* ut supra: sed male. Quare recte etiam Ed. Bip. habet *quarta.* J. Bosscha. Pro *ex hisce* Leid. *exisse.* Negligenter mox Ed. Flor. *in prima figura* pro *in prima formula.* Pro *nominantur* Petav. *nominentur.* Id.—4 Hæc vulgo valde corrupta aptiori sententiæ restituimus. *Wower.* Wowerium secutus est Scriv. cum in Mss. Nans. et Leid. atque Edd. prioribus sit *ut universis maris est, quod non demonstrabile non sit, et ut circ. q.* in Petav. *ut universi maris eslum:*

NOTÆ

[q] *Ut universitas maris, quæ demonstrabilis non est, et ut circuli quadratura*] Locus non omni ex parte sanus, ut arbitror: sensum tamen eli-

demonstratione non egeant; adeo ut ipsi ceteros gignant, fidemque illis ex se impertiant. Nunc formulæ modos trademus secundæ.[r] Primus modus in secunda formula[s] est, qui conducit ex universalibus dedicativa et abdicativa abdicativum universale directim: velut, 'Omne justum, honestum: nullum turpe, honestum: non igitur justum, turpe.' Hæc redigitur in secundum indemonstrabilem,[t] conversa ejus secunda propositione.[u] [652] Secundus modus[w] est, qui conducit ex universalibus abdicativa et dedicativa abdicativum universale directim: velut, 'Nul-

tes, ut non habeant opus demonstratione: ita ut ipsi producant reliquos, et largiantur eis probabilitatem ex seipsis. Jam recensebimus Modos secundæ Figuræ. Primus Modus est qui concludit directe Generale Negativum ex Generalibus Affirmativa et Negativa: ut, Omne justum est honestum: nullum turpe est honestum: ergo nullum justum est turpe. *Hic Modus reducitur ad secundum Modum Indemonstrabilem inversa secunda ejus Propositione. Secundus Modus est, qui infert directe Universale Negativum ex Generalibus Propositionibus Negativa*

aut quod nondum demonstratum ei sit, ut circ. q. Recte Florid. censuit latere sub his nomen proprium. Verum non videntur librarii tam notum Aristotelis nomen corrupturi fuisse, qui consulendus in περὶ ἑρμηνείας, an ibi quid habeat, de quo ait Ap. Alioquin mallem propius ad ductum literarum *ut universim Aristo æstimat, aut quod nondum demonstratum ei sit, ut circ. q.* Aristo philosophus est Peripateticus Alexandrinus, cujus rursus meminit Auctor p. 659. Ed. Flor. et Laërt. in V. Zenonis Cittiei, ubi vide. Cicero de Off. et alibi. *Oud.*—5 Male abest ab Ed. Flor. *tam.* Dein *tanquam* Leid. in quo

NOTÆ

cui quam potui commodissimum. Mss. Carnot. obscurius habent: *universi maris æstimat quod non demonstrentur, sicut circuli quadratura.* Ms. 2us. habet supra vocabulum *maris* has literas *pp. nom.* quasi innuat *maris* esse nomen proprium. Quid si non *universi maris*, sed *universim Arist.* hoc est, *Aristoteles æstimat, &c.?*

r *Formulæ modos trademus secundæ*] In hac Formula, seu, ut loquuntur scholæ, Figura, medius terminus prædicatum est tum majoris tum minoris: unde negative tantum in hac figura concluditur: cum medium, utpote semper prædicatum, non possit universaliter sumi (quod ad legitimam Conclusionem necesse est) nisi altera Præmissarum sit negans, proindeque et Conclusio, quæ, ut dictum est, deteriorem semper partem sequitur.

s *Primus modus in secunda formula*] In scholis 'Cesare.'

t *In secundum indemonstrabilem*] Primæ Figuræ, nempe 'Celarent.'

u *Conversa ejus secunda propositione*] Quæ prima rectius ponitur, ut jam monui, ita ut Syllogismus redactus sic se habeat: 'Nullum honestum turpe: omne justum honestum: nullum igitur justum turpe.'

w *Secundus modus*] 'Camestres.'

lum turpe, honestum: omne justum, honestum: nullum igitur turpe, justum.' Hic conjugatione non differt a priore,[x] nisi quod subjectivam particulam ex abdicativo trahit ad illationem:[6] quoniam ita variatus est enuntiationis ordo, quod in prima formula fieri non potest. Tertius modus[y] est, qui conducit ex particulari dedicativa et universali abdicativa[7] abdicativum particulare directim: velut, 'Quoddam justum, honestum: nullum turpe, honestum: quoddam igitur justum, non est turpe.' Hujus si convertamus universalem abdicativam,[z] fit indemonstrabilis quartus, ex quo hic nascitur. Quartus modus est,[a] qui conducit ex particulari abdicativa et universali dedicativa abdicativum particulare directim: ut, 'Quoddam justum, non est turpe: omne malum, turpe: quoddam igitur justum, non est malum.'[8] 653] Hic solus modus[b] tantum per impossibile approbatur: de qua propositione dicemus, expositis modis formulæ[9][c] tertiæ. In tertia for-

et Affirmativa: ut Nullum turpe est honestum: omne justum est honestum: ergo nullum turpe est justum. *Hic Modus non discrepat combinatione a primo, nisi quia sumit Subjectum Conclusionis ex Negativa Propositione, quia sic mutata est series Propositionum, quod nequit fieri in prima Figura. Tertius Modus est, qui infert directe Particulare Negativum ex Particulari Affirmativa, et Generali Negativa: v. g.* Aliquod justum est honestum: nullum turpe est honestum: ergo aliquod justum non est turpe. *Si invertamus ejus Universalem Negativam, efficitur quartus Modus Indemonstrabilis, ex quo hic oritur. Quartus Modus est, qui infert directe Particulare Negativum ex Particulari Negativa et Generali Affirmativa: veluti* Aliquod justum non est turpe: omne malum est turpe: ergo aliquod justum non est malum. *Hic unicus Modus demonstratur solum per Impossibile, de qua Propositione agemus cum explicuerimus Modos tertiæ Figuræ. In*

infra *directum:* et pro *hæc redigitur* Petav. *hic redig.* Id.—6 Ed. Bip. nescio unde, habet, *abdicativa tr. ad ill.* J. Bosscha.—7 Ed. Vulc. pr. *universalis*, typothetæ vitio. *Oud.*—8 Sic solus tacite Florid. forsan ex Carnot. nam et sic Petav. A Ms. Leid. et Edd. O. abest *igitur*. Id.—9 Recte monet Florid.

NOTÆ

x *Hic conjugatione non differt a priore*] Hinc est, quod cum quatuor Modos secundæ Figuræ tribuat, tres tantum tribuit conjugationes.

y *Tertius modus*] 'Festino.'

z *Hujus si convertamus universalem abdicativam, &c.*] Fiet Syllogismus in 'Ferio,' hoc modo: 'Nullum honestum turpe: Quoddam justum honestum: Quoddam igitur justum non est turpe.'

a *Quartus modus est*] 'Baroco.'

b *Hic solus modus*] Intellige, 'in hac secunda Figura.' Sextus enim tertiæ, qui in scholis quintus est, nempe 'Bocardo,' per impossibile etiam tantum probatur, ut infra videbimus.

mula primus modus[d] est, qui conducit ex dedicativis universalibus dedicativum particulare tam directim, quam reflexim: ut, 'omne justum, honestum: omne justum, bonum: quoddam igitur honestum, bonum:' vel sic, 'quoddam igitur bonum, honestum.' Quippe non interest, quam ex utraque[1] propositione facias particulam subjectivam: quoniam non interest, utram prius enunties. Ideo non recte arbitratus est Theophrastus, propter hoc non unum modum hunc, sed duos esse. Secundus modus[e] est, qui conducit ex dedicativis particulari et universali dedicativum particulare directim: ut, 'Quoddam justum, honestum: omne justum, bonum: quoddam igitur honestum, bonum.' Tertius modus[f] est, qui conducit ex dedicativis universali et particulari dedicativum particulare directim: ut, 'Omne justum, honestum: quoddam justum, bonum: quoddam igitur bonum, honestum.' [654] Quartus modus[g] est,[2] qui conducit ex universalibus dedicativa et abdicativa abdicativum particulare directim: ut, 'Omne justum, honestum: nullum justum, malum: quoddam igi-

tertia Figura primus Modus est, qui ex duabus Generalibus Affirmativis infert tam directe quam inverse Particulare Affirmativum: veluti, Omne justum est honestum: omne justum est bonum: ergo aliquod honestum est bonum: *aut hoc modo:* Ergo aliquod bonum est honestum. *Etenim minime refert quem sumas terminum Subjectivum Conclusionis ex duabus illis Propositionibus: quia non refert quam proferas primam. Idcirco Theophrastus male censuit eam ob causam hunc Modum non esse unum duntaxat, sed duos. Secundus Modus est, qui infert directe Particulare Affirmativum ex Affirmativis Particulari et Generali: veluti,* Aliquod justum est honestum: omne justum est bonum: ergo aliquod honestum est bonum. *Tertius Modus est, qui infert directe Particulare Affirmativum ex Affirmativis Generali et Particulari: veluti,* Omne justum est honestum: aliquod justum est bonum: ergo aliquod bonum est honestum. *Quartus Modus est, qui infert directe Negativum Particulare ex Universalibus Affirmativa et Negativa: velut,* Omne justum est honestum: nullum justum est malum: ergo aliquod

Id.—1 Petav. *si ex utraque,* et *si utramvis prius* pro *utram prius.* Id.—2 Petav.

NOTÆ

[c] *Expositis modis formulæ*] Omnino hic addendum *tertiæ.*

[d] *Primus modus*] 'Darapti,' porro in tota hac tertia Figura non concluditur nisi particulariter.

[e] *Secundus modus*] Hic in scholis quartus recensetur, non secundus, estque 'Datisi.'

[f] *Tertius modus*] 'Disamis.'

[g] *Quartus modus*] In scholis secundus 'Felapton.'

tur honestum, non est malum.'[3] Quintus modus[h] est, qui conducit ex dedicativa particulari et abdicativa universali abdicativum particulare directim: ut, 'Quoddam justum, honestum: nullum justum, malum: quoddam igitur honestum, non est malum.' Sextus modus[i] est, qui conducit ex dedicativa universali et abdicativa particulari abdicativum particulare directim: ut, 'Omne justum, honestum: quoddam justum, non est malum: quoddam honestum, non est malum.' Ex his sex modis primi tres rediguntur ad tertium indemonstrabilem, conversa priore propositione primi et secundi: tertius enim secundo eandem conjugationem[4] habet: hoc uno differens, quod ex universali trahit particulam subjectivam: propter quod non tantum propositionis, verum etiam illationis conversione redigitur ad tertium.[5] Item quartus et quintus nascuntur ex indemonstrabili quarto,[k] conversis [655] prioribus propositionibus

honestum non est malum. *Quintus Modus est, qui infert directe Negativum Particulare ex Affirmativa Particulari et Negativa Generali: v. g.* Aliquod justum est honestum: nullum justum est malum: ergo aliquod honestum non est malum. *Sextus Modus est, qui infert directe Particulare Negativum ex Affirmativa Generali, et Negativa Particulari: veluti,* Omne justum est honestum: aliquod justum non est malum: ergo aliquod honestum non est malum. *Horum sex Modorum tres primi reducuntur ad tertium ex Indemonstrabilibus, inversa prima Propositione primi et secundi: tertius habet eandem combinationem, quam secundus; in hoc tantum discrepans, quod sumit subjectum suæ Conclusionis ex Propositione Universali: quamobrem reducitur ad tertium Indemonstrabilem, non solum inversione Propositionis, sed Conclusionis quoque: præterea quartus et quintus oriuntur ex quarto Indemonstrabili, inversis prioribus eorum Propositioni-*

---

hon. bon. Quart. m. sine τῷ *est.* Id.—3 *Quoddam honestum n. e. malum.* Exulat a Leid. *Igitur* addit Petav. in quo mox *priori.* Id. *Igitur* addit etiam Ed. Bip. *J. Bosscha.*—4 Male Edd. Wow. Scriv. Flor. *t. cum secundo.* *Idem* Græco more Dativo junxit: licet *idem cum illo* non plane damnarem, si esset in Mss. Vide Ind. Not. Sed Mss. Leid. et Petav. consentiunt Edd. vett. *Oud.*—5 *Redigitur in tertium.* Ed. Flor. cum Ms. Petav. *red. ad tert.* Id.—

NOTÆ

[h] *Quintus modus*] In scholis sextus 'Ferison.'

[i] *Sextus modus*] Quintus in scholis 'Bocardo,' et hic probatur tantum per reductionem ad impossibile.

[k] *Item quartus et quintus nascuntur ex indemonstrabili quarto*] Uno verbo, Modi omnes tam hujus tertiæ Formulæ, quam secundæ, atque etiam indirecti primæ reducuntur unusquisque ad illum ex quatuor Indemonstrabilibus, cujus artificiale vocabulum ab eadem litera incipit, a qua incipiunt eorum vocabula: puta om-

eorum. Sextus autem modus nec utraque nec altera redigi conversa ad indemonstrabilem aliquem potest, sed per impossibile tantum approbatur: sicuti quartus in secunda formula, et ideo utrique novissimi [6] numerantur. Ceterorum autem in omnibus formulis ordinatio facta est pro differentia conjugationum et illationum. Nam quia prius sit dicere, quam negare,[7] potentiusque est universale, quam particulare; priores sunt universales particularibus, et utrisque dedicatio et illatio similes sunt: et is præponitur modus,[l] qui celerius ad indemonstrabilem redigitur, id est, una conversione, quæ una probatio est [8] certos eos ad cludendum modos esse.[m] Est et altera [9] probatio communis

bus. Sextus vero Modus non potest reduci ad quempiam ex Indemonstrabilibus, neque inversis ambabus ejus Propositionibus, neque una earum: sed demonstratur tantum per impossibile: quemadmodum quartus in secunda Figura: atque ea de causa ambo recensentur postremi. Ordo vero reliquorum in omnibus Figuris dispositus est secundum diversitatem combinationum ac Conclusionum. Etenim quoniam prius est affirmare, quam negare, et Generale præpollet Particulari; Generales Modi præcedunt Particulares, atque in utrisque affirmatio et Conclusio sunt pares: et ille Modus præcedit, qui citius reducitur ad Indemonstrabilem, hoc est, unica inversione, quæ est una Demonstratio illos Modos esse certos ad inferendum. Est

6 *Uterque novissimi.* Ms. Petav. *utrique nov.* Bene. *Id.*—7 Petav. *cum pr.* Flor. tacite edidit *dedicare;* quod passim in hoc libro notat affirmare. Vide supra. Sed tunc debuerat sequi *abdicare:* ut solet. Quare *dicere* hic omnino cum Mss. Leid. Petav. Nans. et Edd. præfero. *Id.*—8 *Id est una conversione, quæ una probatio est* optime restituit Flor. atque ita Ms. Petav. nisi quod pro *quæ* habeat *quod:* in Leid. *isdem.* Vulgata sensu carent. Dein *concludendum* exhibuit jam Wow. *Cludendum* tamen habent etiam Mss. Nans. Leid. Petav. et a m. sec. *concl.* Inepte Edd. Elm. et Scriv. dant *eludendum:* male etiam Flor. in textu omisit *esse,* licet moneat in suis quoque Mss. extare. *Id.*—9 Carent copula Ms. Leid. et Edd. ante Florid. Ante *impossibile* abest præ-

NOTÆ

nes Modi incipientes a B, reducuntur ad Modum 'Barbara,' exceptis 'Baroco' et 'Bocardo,' quæ probantur tantum per impossibile: omnes incipientes a C, reducuntur ad 'Celarent,' omnes incipientes a D, ad 'Darii,' postremo, omnes incipientes ab F, ad 'Ferio:' quæ reductio fit observatis certis regulis, quas hic tradere atque explicare operæ pretium non duxi, cum eæ passim occurrant in Compendiis Philosophicis.

[l] *Et is præponitur modus, &c.*] Sic restitui ex Carnot. Ms. 2. male in vulgatis legitur: *his præponitur, &c.*

[m] *Id est, una conversione, quæ una probatio est certos eos ad cludendum modos esse*] Ita Mss. Carnott. Vulgati nullo aut absurdo sensu habent: *iisdem est una Conversio: neque una probatio est certos eos ad cludendum modos esse:* quid sibi vult *Modus certus ad cludendum?* Porro vocem *cludendum* facile corruptam putem ex abbreviata

omnium, etiam indemonstrabilium, quæ dicitur per impossibile, appellaturque ab Stoicis prima constitutio, vel primum expositum: quod sic definiunt: 'Si ex duobus[n] tertium quid colligitur, alterum [656] eorum cum contrario illationes colligit,[1] contrarium relinquit.' Veteres autem sic definierunt: 'Omnis conclusionis[2] [o] si sublata sit illatio, assumta alterutra propositione tolli reliquam.' Quæ res inventa est adversus eos, qui, concessis acceptionibus, id, quod ex illis colligitur, impudenter recusant: per hoc enim[3] [p] compelluntur ad impossibilia; dum ex eo, quod negant, contrarium aliquid invenitur[4] ei, quod ante concesserant.[5] [q] Porro contraria simul esse vera, impossibile est. Ergo per impossibile compelluntur ad conclusionem.

et alia Demonstratio communis universis Modis, ipsis quoque Indemonstrabilibus, quæ appellatur Demonstratio per impossibile, et vocatur a Stoicis prima Constitutio, aut prima expositio: quam sic describunt: Si aliquid tertium infertur ex duobus, alterum ex iis cum contrario Conclusionis, infert contrarium ejus quod superest. *Antiqui vero definierunt hoc modo.* Si negetur consequentia cujusvis argumenti, adhibita altera e Propositionibus, refelli alteram. *Quod excogitatum est contra eos, qui, concessis Præmissis, negant impudenter id quod infertur ex eis: namque hac ratione rediguntur ad impossibilia; siquidem ex illo quod negant, colligitur aliquid contrarium ei quod præcesserat. Ceterum impossibile est ut contraria simul sint vera. Coguntur igitur ad Illationem concedendam*

positio a Ms. Petav. *Id.*—1 Cum Mss. Carnott. facit Petav. Hæreo ego. Vide seqq. 'cujus adversum illationis cum altera,' &c. unde videtur pro *colligit* scribendum *tollit*. Id.—2 Bene Floridus. *Omnes conclusiones* Petav. jungit τῷ *definierunt*. Id.—3 Vulgo *et per hoc*. Simpliciter *per hoc* Petav. *Id.*—4 Leid. et Petav. *invenietur*. Ed. Scriv. *inveniunt*. Id.—5 Sic optime Petav.

NOTÆ

voce *ccludendum*, *concludendum*, quanquam et derivari potuit ab antiquo *cludo*, hoc est, *claudo*, et simplex poni pro composito.

[n] *Si ex duobus, &c.*] Mss. Carnot. *si ex duobus tertium quid colligitur, alterum eorum cum contrarium Illationis colligit, contrarium relinquit.* Ego legendum potius crediderim: *si ex duobus tertium quid colligitur, alter eorum cum contrario Illationis colligit contrarium relicti.* Ratio patet ex ipsis legibus reductionis ad impossibile: quis enim nescit assumta contradictoria Conclusionis, et altera ex Præmissis, inferri contrarium alterius, quæ non fuerat assumta, sicque cogi adversarium aut fateri quod perperam negat, aut negare quod prius concessit?

[o] *Omnes conclusionis*] Repono *omnis Conclusionis*, juxta membranas Carnotenses toties laudatas.

[p] *Per hoc enim*] Ita iidem codices.

[q] *Ei, quod concesserant* [*antecesserat*] Et quod jam concesserant.

Nec frustra constituerunt dialectici, eum verum modum esse, cujus adversum illationis cum altera [6] acceptione tollit reliquam. At Stoici quidem tantum negativa particula præposita putant illationem recusari, vel ex propositionibus alteram tolli: utpote, 'Omnis, non omnis: quidam, non quidam.' Fiunt igitur adversus unamquamque conclusionem contrariæ, quæ opponantur, octo, quoniam utraque acceptio bifariam tollitur: fiuntque conclusiones bis quaternæ, modo negativa particula præposita illationi, modo alterutra illationis accepta. Exemplo sit primus indemonstrabilis: 'Omne justum, honestum: omne honestum, bonum: omne igitur justum, bonum.' [657] Qui hanc illationem concessis propositionibus negat, necesse est dicat, 'Quoddam justum non est bonum.' Huic si proponas priorem ex duabus concessis,[7] 'Omne justum, honestum;' fit illatio secundum sextum modum in tertia formula, 'Quoddam igitur honestum, non est bonum:' quod repugnat secundæ propositioni, quæ concesserat, 'Omne honestum, bonum.' Hæc item omnino opposita conclusio [8] est, si iisdem manentibus, æquipollentem ejus inferas: [r] ut, 'Non

per impossibile. Et merito Dialectici sanxerunt eum verum esse Modum, in quo contrarium Conclusionis cum una ex Præmissis refellit alteram. Verum Stoici existimant quidem Conclusionem negari, aut alteram ex Præmissis refelli solummodo præfixa particula negativa: v. g. omnis, non omnis; quidam, non quidam. *Efficiuntur ergo octo contraria argumenta, quæ opponantur contra singula argumenta; quia singulæ Præmissæ negantur duobus modis, et efficiuntur bis quatuor argumenta, nunc præfixa Conclusioni particula negativa, nunc assumta contradictoria ipsius Conclusionis. Ponamus pro exemplo primum Modum Indemonstrabilem:* Omne justum est honestum: omne honestum est bonum: ergo omne justum est bonum. *Qui negat hanc Conclusionem, concessis Præmissis, oportet ut dicat,* aliquod justum non est bonum. *Si præponas huic primam duarum Propositionum concessarum:* Omne justum est honestum, *fit Conclusio juxta sextum Modum tertiæ Figuræ:* Ergo aliquod honestum non est bonum: *quod adversatur secundæ Propositioni, qua concessum erat* Omne honestum esse bonum. *Hæc insuper Conclusio est omnino contraria, si positis iisdem, quæ prius, concludamus*

Vulgo *antecesserat.* Leid. *antecesserant.* Id.—6 Petav. *cum alterutra: opponatur* pro *opponantur* et *ut puta* pro *ut pote* dein post *quidam non quid.* idem Ms. plura habet sic: *Veteres vero et per alterutram. Igitur bifariam, ut puta, omnis non omnis quidam.* Tandem *fiant* pro *fiunt.* Id.—7 *Ex duobus concessis.* Florid. *duabus,* scil. *propositionibus.* Res eodem redit. Pro *fit* Petav. *fiet:* et *præponas* pro *prop.* Id.—8 Vulgo *hæc omnia* sine sensu. In Petav. tantum *quoniam.* Recte quoque Flor. *inferas; ut,* vel potius cum Petav. *inferamus.* Vulgo viti-

igitur omne honestum, bonum.' Similiter et alteræ fiant duæ conclusiones, si ut [s] nunc [9] proposuimus priorem propositionem, sic assumamus posteriorem, 'Quoddam justum non est bonum: omne honestum bonum;' fit illatio quarti modi secundæ formulæ[1] duplex, 'non igitur omne justum, honestum:' vel, 'quoddam igitur justum, honestum non est:' quarum utravis æque priori propositioni repugnat, quæ concesserat, 'Omne justum honestum.' His quatuor conclusionibus [2] manentibus, tantum propositione mutata,[3] et pro eo, quod erat,[t] 'Quoddam justum non est bonum,' si facias,[4] 'non omne justum, bonum,' ut bifariam sit sublata illatio; erunt alteræ quatuor [5] [u] conclusiones iisdem mutationibus.[6] Item si pro eodem facias, 'nullum justum,

ejus æquivalentem: Ergo non omne honestum est bonum. *Eadem ratione efficiantur quoque duo alia argumenta; si quemadmodum exhibuimus primam Propositionem, ita sumamus secundum,* aliquod justum, non est bonum: omne honestum est bonum; *efficiuntur duæ Conclusiones quarti Modi secundæ Figuræ,* Ergo non omne justum est honestum: *aut* Ergo aliquod justum non est honestum: *quarum quælibet æqualiter adversatur priori Præmissæ, qua concessum erat* omne justum esse honestum. *His quatuor argumentis remanentibus, mutata solum Propositione, si loco hujus quod erat* aliquod justum non est bonum, *efficias* non omne justum est bonum, *ita ut Conclusio negata sit dupliciter; fient quatuor altera argumenta iisdem mutationibus. Præterea, si loco ejusdem propositionis efficias,*

ose *inferas bis.* Id.—9 *Sicut nunc.* Malit Nansius, *si sicut n.* Colvius. Lege, *si sicut.* Wowerius. Petav. *et sicut nunc præpos.* Sed verissime Florid. Oud. Quare miror in Ed. Bip. rursus legi *sicut.* J. Bosscha.—1 Petav. *in secunda formula.* Oud.—2 Codd. Carnott. accedit Petav. nisi quod habeat *et pro eo, quod erat.* Ante deerat τὸ *quatuor.* Id.—3 Sic Florid. vulgo: *propositio mutata est.* Id.—4 Petav. *si facias.* Bene: tunc et præcedentia ex Petav. stare possunt hoc modo: *propositione mutata et pro eo quod erat, &c. si facias.* Id.—5 Inepte vulgo *tertiæ quatuor.* Præter Carnott. habent etiam Petav. et Leid. *erunt alteræ quatuor concl.* Id.—6 Nansius sic hoc legendum conjecit ex scriptura veteri, *invitationibus.* Ego putabam, *Enuntiationibus.* Sed malim illud. *Colv.* Lips. et Florid. *immutationibus.* Mss. Nans. Leid. *invitationibus:* quare malim cum Petav. Nansio, et vulgatis *mutationibus.* Mox Petav.

NOTÆ

[r] *Hæc omnia opposita, &c. inferat bis, &c.*] Corruptus locus. Carnotenses membranæ sic optime restituunt: *hæc item omnino opposita Conclusio est, si, iisdem manentibus, æquipollentem ejus inferas, ut, &c.*

[s] *Si ut* [*sicut*] Eædem membranæ, *si ut,* recte.

[t] *His conclusionibus, &c. pro eo quod est*] Iidem codices melius, *his quatuor Conclusionibus, &c. si pro eo quod erat.*

[u] *Bifaria sit sublata illatio, erunt tertiæ quatuor, &c.*] Codices Carnot. *ut bifariam sit sublata Illatio; erunt alteræ quatuor Conclusiones,* optime.

bonum,' ut trifariam[7] sit sublata illatio;[w] erunt tertiæ quatuor [658] conclusiones duntaxat in his, quæ habebunt universalem illationem. Ea enim potest sola trifariam tolli: at in ceteris solæ octo: quas si quis velit singillatim[8] sub unoquoque, per omnes formulas poterit suggerere[9 x] ad exemplum, quod proposuimus: ut etiam hypotheticorum more, per literas[y] ordine propositionum et partium commutato:[1 z a] sed vi[2] manente sit primus indemonstrabilis: 'A de omni B,[3 b] et B de omni C, igitur A de

Nullum justum est bonum, *ita ut Conclusio negata sit tripliciter, fient tertia quatuor argumenta in iis solum quæ habebunt Conclusionem universalem. Nam ipsa tantum potest negari tribus modis: in aliis verò sunt tantum octo: quæ, si quis voluerit, poterit seorsim formare sub singulis Modis per omnes Figuras juxta exemplum, quod exhibuimus: præterea ope literarum, ut fit in hypothesibus, inversâ serie Propositionum, et partium, verum servata virtute, primus Modus indemonstrabilis esto:* A affirmatur de omni B, Et B de omni C: Ergo et A est

s. *pro eadem.* Oud.—7 In Ed. Scriv. *ut bifariam.* Id.—8 Male Edd. Vulc. Wow. *sigillatim.* Id.—9 *Potuit suggerere.* In Ms. erat, *potuit suggere.* Unde Lipsius, *poterit fingere.* Ut cudi jussum, sic etiam Nansius legendum censuit. *Colv.* Petav. *poterit suggerere.* Bene. Sic statim 'quinque alios modos suggerunt.' Mamert. Genethl. cap. 15. 'sed ecce suggerunt:' ubi v. *Oud.* *Poterit suggerere* habet etiam Ed. Bip. *J. Bosscha.*—1 Wow. jam edidit *commutato.* Oud. Vid. Not. inf.—2 Idem, *sed III.* id est, *tertio.* Colv. Male. *Oud.*—3 In Petav. *A de omni B, et B de omni F. igitur de omni F, inferunt A declarata, atque ideo et a secunda propositione hic adeo est modus secundus: hos si prætexas retro talis est.* Leid. a vulgato nihil discrepat. Wow. edidit *a sec. prop. ad modum secundum si has retexas retro,* quod partim a Lipsio habet, qui pro *prætexas* conjecit *retexas.* Id. Edd. Vulc. pr. et Bip. *fit pr. J.*

NOTÆ

[w] *Ut bifaria sit sublata illatio, &c.*] Repone ex Ms. Carnot. 2. *ut trifariam sit sublata Illatio, &c.*

[x] *Potuit suggerere*] Lipsius malebat *poterit fingere,* quem secutus sum.

[y] *Hypotheticorum more, per literas*] Hunc morem sequitur Aristoteles in demonstrandis Syllogismorum proprietatibus, et Modis. Per 'hypothetica' autem videtur intelligere Apuleius maxime res Mathematicas, in quibus explicandis literas adhibent.

[z] *Ordine propositionum et partium commutato*] Quæ enim Apuleio secunda propositio est, hic fit prima, et rectius quidem: et pars Declarans propositionis, quæ in altera Enuntiationis forma, secunda est, hic prima enuntiatur.

[a] *Commutato*] Male in editis omnibus *commutatio.*

[b] *Sit primus indemonstrabilis 'A de omni B,' &c.*] Sic restituunt hunc locum codices Carnotenses ambo, nisi quod secundus in hoc a primo discrepat, quod pro litera C, ubique ponat literam F, quod nihil mutat in sensu. Vulgati omnes monstrose habent: *sit primus Demonstrabilis: secundus talis A de omni B, et abde, omnis igitur de, omnis incipiunt A, Declaratæ, atque*

omni C.' Incipiunt a declarante,[c] atque ideo et a secunda propositione. Hic adeo modus secundum hos perfectus, retro[d] talis est: 'Omne C B: omne B A: omne igitur C A.' [659] Stoici[4] porro pro literis numeros usurpant: ut, 'Si primum, secundum: atqui primum, secundum igitur.' Verum Aristoteles in prima formula quatuor solos indemonstrabiles prodit: Theophrastus et ceteri quinque enumerant. Nam propositionem jungentes indefinitam,[5] colligunt quoque illationem indefinitam. Hoc supervacaneum[6] est tradere, cum indefinita pro particulari accipiatur,[7] et iidem futuri sint modi,[8] qui sunt ex particulari. Item jam ostendimus[9] in prima formula quatuor: quos si quis velit geminare,[1] [e] indefinitam pro particu-

affirmandum de omni C. *Incipiunt ab attributo, propterea que et a secunda propositione. Porro hic Modus compositus juxta illos, inverse est hujusmodi:* Omne C est B, Omne B est A: Ergo omne C est A. *Ceterum Stoici utuntur numeris loco literarum: v. g.* Si primum, secundum: Atqui primum: Ergo secundum. *Sed Aristoteles tradit tantum quatuor modos indemonstrabiles in prima Figura. Theophrastus et alii recensent quinque: namque addunt propositionem Indeterminatam, et inferunt conclusionem Indeterminatam: inutile est de hoc agere: cum Indeterminata sumatur pro Particulari, et iidem modi exorituri sint, ac ii qui fiunt ex particularibus propositionibus. Præterea jam declaravimus in prima Figura quatuor modos, quos si aliquis velit duplicare assumens Indeterminatam pro Par-*

Bosscha.—4 *C A Stoici.* Petav. *FA Stoici:* et paulo infra *prodidit* pro *prodit.* Oud.—5 Vulgo *jungentes et indefinitam colligentes quam I.* Corrupte. Petav. *prop. jungens indefinitam colligensque Ill.* Forsan *jungens indef. colliges quoque.* Id. Ed. Bip. *jungent . . . colliguntque.* Ego malim *jungentes ind. colligunt quoque,* ut edidi. *J. Bosscha.*—6 Abest *hoc* ab Edd. ante Florid. male et contra Mss. *Oud.*—7 Recte restituit Flor. hoc verbum e Carnot. vulgo deest. Petav. *accipitur.* Id.—8 Hoc quoque Mss. Carnott. debemus, quibus accedit Petav. Vulgo *et ejusdem futura sit M. cujus particularis jam o. i. pr. form.* Addit *τὸ IIII* etiam Leid. *Id.*—9 Placeret magis *ut jam ost.* Colvius. Carnott. *jamjam o.* Oud. In Ed. Bip. deest *jam.* J. Bosscha.—1 Sic Petav. et Flor. quoque e Carnott. vulgo *geminari.* Mox ab *indefinitamque* exulat copu-

NOTÆ

ideo et a secunda propositione hic ad ea Modum secundum has prætexas retro talis est, omne F B: omne B A: omne igitur F B.

[c] *A declarante*] Hoc est, ab ea propositione, in qua reperitur Declarans (id est, attributum) Conclusionis, quam Propositionem Apuleius ubique secundam facit, cum primam statuat eam, in qua subjectum ejusdem Conclusionis invenitur, in quo dissentit ab Aristotele, ut jam observavimus.

[d] *Retro*] Hoc est, inverso ordine, ut secunda propositio sit prima, et in unaquaque propositione subjectum prius enuntietur, attributum vero posterius.

[e] *Nam primam propositionem jungentes, et in infinitam colligentes, quam Illationem Indefinitam supervacaneum est tradere, cum indefinita pro particulari,*

lari accipiens, indefinitamque subjiciens illationem; erunt omnes novem et viginti.[f] Aristo autem Alexandrinus,[g] et nonnulli Peripatetici juniores quinque alios modos præterea suggerunt universalis illationis:[2h] in prima formula tres,[i] in secunda[3] duos,[k] [660] pro quibus illi particulares inferunt:[l] quod perquam ineptum est, cui plus[4] concessum sit,[m] minus concludere. Omnes autem modos in tribus eorum formulis certos non nisi undeviginti[5n] esse, quos supra

ticulari, et subdens Conclusionem Indeterminatam; omnes modi erunt viginti novem. Aristo vero Alexandrinus, et quidam recentiores Peripatetici obtrudunt insuper quinque alios modos conclusionis generalis: tres in prima figura et duos in secunda, quorum loco illi colligunt Particulares: quod est ineptissimum, illum, cui datum sit plus, inferre minus. Demonstratur vero esse tantum novemdecim modos

la in Petav. et in eodem *Aristoteles* est pro *Aristo.* Oud.—2 Carnotensibus rursus accedit Petav. *Id.*—3 Addit *Formula* Petav. *Id.*—4 Lipsius *cum plus.* Colvius. Atque ita edidit Wow. *Oud.*—5 *Unum et viginti.* Petav. *undevi-*

NOTÆ

et hujusdem futura sit modi, cujus particularis, ut jam ostendimus in prima formula: quod si quis velit geminari] Mss. Carnot. *Nam propositionem jungens indefinitam, colligensque Illationem indefinitam: hoc superfluum est tradere, cum indefinita pro particulari accipiatur, et iidem futuri sint Modi, qui sunt ex particularibus. Item jamjam ostendimus in prima Formula quatuor: quos si quis velit geminare.* Hanc lectionem sum amplexus, nisi quod loco *jungens* et *colligensque* legendum potius censui *jungunt* et *colliguntque.*

[f] *Erunt omnes novem et viginti*] Mss. Carnot. *octo et viginti:* ut verum fatear, non satis mihi constat hæc Apuleii supputatio, ut utra lectio sequenda sit determinem.

[g] *Aristo autem Alexandrinus*] Hujus meminit Laërtius in fine vitæ Zenonis Cittiei, aitque Peripateticum fuisse.

[h] *Universalis illationis*] Sic Mss. Carnot. male vulgati *Universales Illationes.*

[i] *In prima formula tres*] Duos nempe directos, 'Barbara,' et 'Celarent,' et unum indirectum, 'Celarent.'

[k] *In secunda duos*] 'Cesare' et 'Camestres.'

[l] *Pro quibus illi particulares inferunt*] Ut si in his duobus argumentis:

Omne animal est vivens:	Nullum animal est lapis:
Omnis homo est animal:	Omnis homo est animal:
Ergo omnis homo est vivens.	Ergo nullus homo est lapis:

Loco istarum Conclusionum inferrem has

Ergo aliquis homo est vivens.	Ergo aliquis homo non est lapis.

[m] *Cui plus concessum*] Lipsius, *cum plus concessum.*

[n] *Nonnisi unum et viginti*] Codices Carnot. *nonnisi undeviginti:* quæ germana est lectio: sunt enim omnino novemdecim Modi, quos superius exposuimus.

ostendimus, comprobatur. Quatuor sunt propositiones:[6] [o] duæ particulares, duæ universales.[p] Harum unaquæque, ut ait Aristoteles, ut sit subjecta sibi, et aliis tribus præponatur, quaterne[7] scilicet conjungitur:[q] [r] atque ita senæ denæ conjugationes in singulis formulis erunt. Harum sex æqualiter in omnibus non valent:[s] duæ quidem, cum ex abdicativis[t] utravis alteram præcedit;[u] quatuor autem, [661] cum ex particularibus[8] utravis aut semet præcedit,[9] [w] aut alteri subditur. Nihil enim concludi potest,

certos in tribus eorum figuris, quos jam declaravimus. Quatuor sunt Propositiones: duæ particulares, et duæ generales. Unaquæque earum, sicut Aristoteles dicit, quatuor modis conjugatur, ita ut supponatur sibi ipsi, et ponatur ante tres alias: et sic erunt in unaquaque Figura sexdecim combinationes. Sex earum ex æquo inutiles sunt in omnibus: duæ quidem, quando quælibet ex negativis propositionibus antecedit alteram: quatuor vero, quando qualibet ex Particularibus vel antecedit seipsam, vel subjungitur alteri. Nam nihil potest inferri quotiescumque vel duæ

ginti. Id.—6 Mss. Carnott. consentit rursus Petav. in quo *fiunt* est pro *sunt:* et mox *et duæ univ.* Id.—7 Florido consentit Petav. in quo ut et Leid. diserte est *quaterne.* Id.—8 Petav. *cum universalis abdicativa aut ex p.* Id.—9 Optime Floridus: vel Petav. *utravis semet præc. aut particulari*

NOTÆ

[o] *Sed quatuor sunt propositiones*] Dele *sed*, ex fide Mss. Carnotensium: sic etiam sensus postulat. Hic enim initium est demonstrationis, proindeque male incipias a *sed.*

[p] *Duæ particulares, duæ universales*] Quas nos compendii ergo, ut in scholis, literis designabimus, Universalem nempe Affirmativam A, Universalem Negativam E. Particularem Affirmantem I, Particularem Negantem O.

[q] *Ut sit subjecta aliis tribus, quaternæ scilicet conjungitur*] Membranæ Carnot. *Ut sit subjecta sibi, et aliis tribus præponatur, quaternæ scilicet conjungitur:* quam lectionem sic sequor, ut tamen *quaterne* legam adverbialiter, non *quaternæ.*

[r] *Quaterne scilicet conjungitur*] Exempli causa Propositio Universalis A sic conjugetur, A, A: A, E: A, I: A, O. Idem si fiat in tribus aliis, erunt omnino senæ denæ combinationes, nempe:

A, A:	E, A:	I, A:	O, A:
A, E:	E, E:	I, E:	O, E:
A, I:	E, I:	I, I:	O, I:
A, O:	E, O:	I, O:	O, O.

[s] *Harum sex æqualiter in omnibus non valent*] Immo septem: nempe, E, E: E, O: O, E: I, I: I, O: O, I: et O, O: quæ quidem ultima Conjugatio duplici de causa inutilis est, nempe et quia est ex duabus Negativis, et quia est ex duabus Particularibus.

[t] *Ex abdicativo*] Lege juxta codd. Carnot. *ex Abdicativis.*

[u] *Utravis alteram præcedit*] Addere debuit *et seipsam*, atque hac ratione præter Conjugationes O, E: et E, O: rejecisset O, O: quam mox rejicit, juxta legem particularium, et E, E: quæ omnino rejicienda est, licet hujus non meminerit. Regula est in scholis vulgata, 'Ex duabus Negativis nihil infertur.'

[w] *Cum ex particularibus utravis a semet præcedit*] Restituo ex Mss. Car-

ubicumque aut duæ particulares sunt, aut duæ abdicativæ. Igitur remanent singulis formulis denæ conjugationes.[x] Porro ex his tam in prima quam in secunda formula duæ non valent,[y] cum universalis dedicativa particulari præponitur.[z a] Similiter[1] et in prima et tertia formula duæ recidantur,[2 b] quibus particularis abdicativa utramvis dedicativam antecedit.[c] Quo fit, ut remaneant primæ formulæ sex conjugationes[d] jam in novem modis: reliquis duabus formulis adhuc octonæ:[3 e] ex quibus una in neutra

Particulares sunt, vel duæ Negativæ. Supersunt ergo unicuique Figuræ decem Combinationes. Ceterum duæ ex illis sunt inutiles tam in prima Figura quam in secunda, quando nempe Universalis Affirmativa præcedit Particularem. Eodem modo in prima et tertia Figura rejiciuntur duæ, in quibus Particularis Negativa præponitur cuivis Affirmativæ. Unde efficitur ut supersint sex Combinationes primæ Figuræ sed in novem modis: in aliis autem ambabus Figuris adhuc octo:

---

dedicativæ abdicativa subditur. N. Id. Ed. Bip. iterum perperam revocavit veterem lectionem *a semet.* J. Bosscha.—1 Petav. hic præmittit: *Nec in tertia valet cum Abdicativam particularem antecedit.* Oud.—2 *Repudiantur.* Sic bene Clarissimus Nansius. In scripto libro fuit, *ruridantur.* Ita supra: 'Nam quod alicubi fallit, pro certo repudiatur:' et infra: 'Ceteræ triginta quatuor, quas enumeravi, merito repudiantur.' Alia sunt in hoc libello nec satis integra, nec satis sana: quibus mederi absque scriptorum aliorum exemplarium collatione haud facile est. Sed et quædam ex Aristotele restitui possent. E quo solo omnia suppleri, emendari, absque veteris integriorisque libri auxilio, haud facile possint. *Colv.* Leid. quoque *ruridantur.* Sed optime Petav. *recidantur.* Oud.—3 Ante: *conjugationes: jam in novem Form. adh. oct.* Petav. *jam in novem Form. duabus.* Id. Ed. Bip.

NOTÆ

not. *cum ex Particularibus utravis aut semet præcedit, aut alteri subditur.* Regula in scholis: 'Ex meris Particularibus nihil concluditur vi formæ.'

[x] *Denæ conjugationes*] Immo novem tantum, sublatis nempe septem, ut monui, non sex, ut vult Apuleius.

[y] *Duæ non valent*] Aristotelicis I, A: et O, A: Apuleio A, I: et A, O. Ratio est in prima Figura, quia majore Particulari existente, non distribuitur medius terminus: in secunda vero, quia procederetur a non distributo ad distributum.

[z] *Cum universalis dedicativa particulari præponitur*] Juxta Apuleium, at postponitur juxta Aristotelem, ut jam monui.

[a] *Particulari*] Sive Affirmativæ, sive Negativæ.

[b] *Duæ recidantur* [*repudiantur*] A, O: et I, O.

[c] *Antecedit*] Secundum Aristotelem vero, sequitur.

[d] *Sex conjugationes*] Quas jam superius recensuimus A, A: E, A: A, I: E, I: in Modis directis, et præter has A, E: et I, E: in indirectis; quas Conjugationes ubique invertit Apuleius, ut sæpius monui.

[e] *Jam in novem formulis adhuc octonæ*] Corruptus locus, et codicum Carnotensium auxilio sic restituen-

probatur,[f] cum universalis abdicativa præcedit particularem dedicativam: ex his septenis quæ supersunt, jam propriæ sunt in secunda formula quatuor falsæ:[4] [662] cum universalis[g] dedicativa[5] vel sibimet ipsa, vel particulari suæ utrovis loco jungitur: vel cum præcedit altera. Item propriæ in tertia formula duæ non valent, cum utravis abdicativa[h] universali dedicativæ præponitur: reliquas

quarum una in neutra valet, quando generalis Negativa præponitur particulari Affirmativæ: jam vero harum septem Combinationum quæ restant, sunt quatuor peculiariter falsæ in secunda Figura: quando nempe universalis Affirmativa conjugatur aut secum, aut cum sua Particulari, atque hoc quolibet ordine: aut quando altera præponitur. Præterea duæ particulariter inutiles sunt in tertia Figura, quando utralibet Negativa præcedit universalem Affirmativam: demonstravimus

distinguit post *novem*. J. Bosscha.—4 Petav. *III et IIII falsæ.* dein *sibimet ipsi vel part. seu.* Oud.—5 *Universali Ded.* Sic tacite Flor. et Petav. a m.

NOTÆ

dus, sublataque interpunctione, cum præcedentibus jungendus: *Quo fit ut remaneant primæ Formulæ sex Conjugationes jam in novem Modis: reliquis duabus Formulis adhuc octonæ.*

[f] *Ex quibus una in neutra probatur*] I, E: Apul. E, I: ratio est in secunda Figura, quod in ea ex Majore particulari nihil concluditur, ne scilicet procedatur a non distributo ad distributum. In tertia vero, quoniam in ea ex Minore Negativa nihil sequitur, alias majus extremum, quod in Majore Affirmativa non distribuebatur, distributum inveniretur in Conclusione, utpote negativa, sicque a non distributo procederetur ad distributum.

[g] *Jam propriæ sunt in secunda formula quatuor falsæ, cum universalis, &c.*] Tres tantum video, A, A: A, I: et I, A: nisi ipsam A, A: in duas secet, invertendo ordinem Propositionum, ut, quæ Major erat, sit Minor, et vice versa, fiantque Conjugationes A, a: et a, A: quod videntur innuere hæc verba inferius scripta, *vel cum præcedit altera*, quæ, ut verum fatear, non omnino intelligo. Ratio autem, cur excludantur eæ combinationes a secunda Figura, hæc est: 'Ex puris Affirmativis nihil sequitur in secunda Figura:' cum enim medius terminus in ea sit prædicatum utriusque Præmissæ, si eæ ambæ Affirmativæ forent, in neutra distribueretur, ut patet ex iis, quæ supra diximus, ubi de Conversione Propositionum egimus.

[h] *Item propriæ in tertia formula duæ non valent, cum utravis abdicativa, &c.*] Hæ duæ sunt A, E: et A, O: Apuleio E, A: et O, A: supra autem et ipsam I, E: tum a tertia hac Figura, tum a secunda removit. Ratio autem, cur A, E: et A, O: non valeant in tertia Figura, est, quia 'in ea ex Minore Negante nihil sequitur:' si enim Minor sit Negans, in Conclusione, quæ negans etiam erit, majus extremum distribuetur, quod tamen in Majori, cujus erat prædicatum, distributum non fuit: siquidem ea debuit esse Affirmativa Propositio, sicque procederetur a non distributo ad Distributum.

certas esse tres in secunda, quinque in tertia formula,[6] supra ostendimus, cum eas ad sex conjugationes primæ formulæ redigeremus. Igitur ex quadraginta octo conjugationibus,[i] quatuordecim solæ probantur. Ceteræ triginta quatuor, quas enumeravi, merito repudiantur, quia possunt ex veris falsa concludere: quod cuivis facile est [7] experiri per illas quinque supradictas significationes generis, proprietatis,[8] [k] &c. At ex illis quatuordecim, quas probavimus, [663] non plures, quam prædictum est, modos fieri, docent ipsæ illationes; [9] [l] ut tum directim sumantur, tum reflexim,[m] quousque ipsa veritas passa est: propterea eorum [1] non potest numerus augeri.

superius superesse tres Combinationes certas in secunda Figura, quinque vero in tertia, quando reducebamus eas ad sex Combinationes primæ Figuræ. Ergo ex quadraginta octo Combinationibus, quatuordecim tantum valent. Reliquæ triginta quatuor, quas recensui, jure rejiciuntur, quoniam possunt inferre falsa ex veris: quod facile potest probari in illis quinque prædictis significationibus Generis, Proprietatis, &c. Verum ipsæ conclusiones ostendunt non plures modos, quam superius dictum est, effici ex his quatuordecim Combinationibus quas demonstravimus; sive illæ conclusiones capiantur directe, sive inverse, quatenus ipsa veritas sinit: ideo numerus eorum nequit augeri.

sec. vulgo *universalis.* Id.—6 Ita rursus tacite Flor. et Petav. Vulgo male *in secunda quinque. Tertiæ formulæ:* sed cur non *quinque tertiæ Formulæ?* Id.—7 *Facile est.* Bene Petav. *cuivis f.* Id.—8 *Generis, proprietatis.* Utraque vox deleatur cum Carnot. 1. ut glossa ex initio Libri desumta. *Id.*—9 Mss. Carnot. consentit Petav. Vid. Not. inf.—1 Ita tacite Floridus. Vulgo *rerum.* Petav. *pterearum.* pro *propterea rerum.* Oud.

NOTÆ

[i] *Ex quadraginta octo conjugationibus*] Cum sexdecim fieri possint in unaquaque Figura, tresque Figuræ sint, ter sexdecim possunt fieri, hoc est, quadraginta octo.

[k] *Generis, proprietatis*] Videntur hæ voces a manu Glossatoris esse in fine. Certe Ms. Carnot. 1. eas ignorat, licet in secundo reperiantur. Si tamen retinere eas vis, adde *&c.* ut legatur *Generis, proprietatis, &c.* hoc est, generis, proprietatis, differentiæ, definitionis, et accidentis.

[l] *Docent ipsæ* [*causæ*] *illationes*] Mss. Carnot. *docent ipsæ illationes:* bene.

[m] *Ut cum directim sumitur, tum reflexim*] Ms. 1. *ut tum directim sumatur, tum reflexim,* ubi malim *sumantur.*

APULEII MADAURENSIS

LIBER

DE MUNDO.

INDEX CODD. MSS.

Membranæ *Florentinæ*, de quibus vid. ad init. Florid. Duo Codd. *Vossiani*, unus ab Is. Vossio collatus, alter ab ipso Oudend. nisi sit idem liber. Præterea Mss. *Benedictinus*, *Vulcanii*, et *Fulviani duo*: de quibus dictum supra. *J. Bosscha.*

APULEII MADAURENSIS

LIBER

DE MUNDO.[1]

Consideranti mihi[a] *et diligentius intuenti, et sæpe alias, Faustine,*[2 b] *mihi virtutis indagatrix, expultrixque*[3] *vitiorum,*[c]

Cum contemplarer, et inspicerem studiosius, o Faustine, Philosophia investigatrix virtutis, et fugatrix vitiorum, mihi videbatur participare res divinas, cum alio

1 Vid. Not. Var.—2 *Sæpe alias, o Faustine, &c. et nunc m.* Sic tacite edidit Elm. e Ms. Florent. At primo mei Codd. Vulc. Voss. duo, Bened. cum Edd. prioribus addunt *et sæpe alias:* quo polysyndeto creberrime usus est Ap. sed sæpissime hujus vel illius editoris culpa excidit. Vide Ind. Not. Dein *O* non agnoscunt iidem Mss. et Edd. quare solius Florentini codicis auctoritate inculcare non ausim; præsertim in tam simplici allocutione, ubi illa particula παθητικὴ locum non videtur habere. In Cod. Bened. nomen hoc jam ponitur post *consideranti mihi.* Oud.—3 Al. *excultrixque.*—4 Voss.

NOTÆ

[a] *Consideranti mihi*] Liber hic in Mss. codd. et apud D. August. De Civitate Dei, lib. IV. cap. 2. inscribitur *De Mundo.* Rom. Aldus, et Basileens. habent: *Apuleii Philosophi Platonici Cosmographia, sive de Mundo, ad Faustinum.* Interpretatio est libri Aristotelis περὶ Κόσμου, paulo tamen liberior: in hac enim non singula verba Aristotelis minutatim consectatus est Apuleius, sed periphrastice interdum sententiam expressit: quædam adjecit ex Theophrasto: quædam etiam de suo. Bonaventura Vulcanius affirmat in hoc libello Apuleium ita proprie et eleganter omnes Græcanici sermonis delicias ac Veneres expressisse, adeoque integre optimi interpretis partes explevisse, ut hic liber studiosis utriusque Linguæ veluti Canon quidam atque exemplar ad imitandum proponi debeat. Porro, etsi docti quidam viri librum περὶ Κόσμου Aristotelis esse negent, plerique tamen affirmant auctoritate ducti Philoponi, qui lib. VII. de Mundi æternitate contra Proclum, argument. 6. laudat eum sub Aristotelis nomine, locumque ejus citat, qui etiamnum in libro περὶ Κόσμου consimilis legitur.

[b] *Faustine*] Huic et librum de Philosophia Morali inscribit. Aristoteles suum περὶ Κόσμου Alexandro

divinarum [705] *particeps rerum philosophia videbatur, et nunc maxime, cum naturæ interpretationem, et remotarum ab oculis rerum investigationem sibi vindicet. Nam cum ceteri, magnitudine rei territi, ejusmodi laborem arduum et profundum existimarent, sola philosophia suum non despexit ingenium, nec indignam*[4] *se existimavit, cui divinarum et humanarum rerum disceptatio*[5] *deferatur: sed conducere*[6] *ac decere tam bonas artes et ejusmodi operam ingenuitati professionis suæ credidit, et istiusmodi curam congruere talibus studiis et moribus.*[d] *Nam cum homines mundum ejusque penetralia corpore adire non possent,*[7] [e] *et e terreno domicilio illas regiones inspicerent;*[8] *philosophiam*

tempore sæpe, tum præsertim nunc, siquidem sibi assumit explicationem naturæ, et indagationem rerum dissitarum a conspectu nostro. Cum enim reliqui, terrefacti amplitudine rei, crederent talem laborem difficilem et abstrusum; una Philosophia non diffidit suo ingenio, et non putavit se esse indignam, cui disquisitio rerum divinarum et humanarum attribuatur: sed existimavit artes adeo bonas esse utiles ac decoras, atque talem curam ejusmodi studiorum et morum convenire cum honestate sui instituti. Cum enim homines nequirent corpore lustrare mundum et recessus ejus, neque intueri illa loca ex habitatione terrestri; sortiti ductricem Philosophi-

sec. *indigna*. Oud.—5 Florent. Voss. duo, Bened. *discrepatio*, male. *Id.*—6 Al. *condiscere ac d.* Vid. Not. Var.—7 Aliæ Edd. *cum hom. mundum ejusque pen. ad. n. p.* Abest quoque *corpore* ab Edd. Colv. Vulc. Wow. ut et Mss. Bened. ac Vulc. sed Ald. et Junt. post. jam exhibuerunt, ut est in vulgatis, et agnoscunt Mss. Florent. Voss. uterque et Aristoteles. Vide notam seq. *Ejusque penetralia* caret quoque Bened. *Oud.*—8 *Ut e terreno dom. ill. reg. inspicerent.* Ms. cod. legit, *ut terreno, &c.* citra præpositionem *e*: quam lectionem si agnoscamus ut probam, sensus est, Hominem corpore indutum (quod quidem terrenum hominis domicilium vocat) cœlum adire non posse. Lucret. 'Ergo vivida vis animi pervicit et extra Processit longe flammantia mœnia mundi, Atque omne immensum peragravit mente.' *Vulc.* Lege *et e*

NOTÆ

Magno mittit cum eadem prorsus Præfatione de Laudibus Philosophiæ, atque ejus præsertim, quæ in Naturæ cognitione versatur. Porro, loca Aristotelis similia huc afferre supersedebo, ne necesse habeam totum ejus librum exscribere. Si quid autem occurrerit ab eo diversum, illud annotabo obiter: item, quæ clariora apud Aristotelem videbuntur huicque elucidando apta.

c *Virtutis indagatrix, expultrixque vitiorum*] Expressum ex Cicerone, l. v. Tuscul. Quæst. 'O vitæ Philosophia dux,' &c.

d *Sed conducere, &c.* [*et congruere istiusmodi curam talibus studiis et moribus cum ingenuitate professionis suæ credidit*] Phrasis hæc non videtur omnino sana. Sensum tamen elicui quam potui optimum; neque enim habeo unde emendem.

e *Cum homines mundum ejusque penetralia corpore adire non possent.*] Ovid. lib. xv. Metamorphos. de Pythagora loquens: 'isque, licet cœli regione

ducem nacti,[9] *ejusque inventis imbuti,*[1] *animo peregrinari ausi sunt per cœli plagas, his itineribus,*[2] *quæ exploratione acuminis sui, pervia sapientiæ, solis cogitationibus viderant:*[3] *ut, cum ipsius intervalli conditione a mundi vicinia*[4] *natura nos secretos esse voluisset, immensitati tamen ejus volucri*[5] *curriculo cogitationum nostrarum nos pernicitas intimaret; facillimeque ea, de quibus origo ejus est,*[6] *anima divinis oculis*[f] *suis* [706] *aspexit et agnovit,*[7] *aliis etiam ejus scientiam tradidit,*[8] *veluti prophetæ*

am, et instructi ejus inventis, non dubitaverunt mente ambulare per Cœli tractus, viis illis quas, investigatione sui ingenii, perspexerant solis cogitationibus, apertas esse Sapientiæ: ut, tametsi Natura voluerit nos a finibus mundi remotos esse, ipsa natura intercapedinis, nihilominus celeritas nostrarum cogitationum nos penitus inferret in ejus immensitatem, et velocem cursum; et mens facillime vidit, et recognovit suis divinis oculis illa, ex quibus orta est, et dedit etiam aliis cognitionem ipsius

t. d. i. r. inspicere. Elmenhorstius. *E* deest Mss. Vulc. Florent. Voss. utrique et Bened. qui pro *ut* habet *in*, item *inspiceret*. Carent *ut* Edd. Vulc. sec. ac Wow. Cum Elmenh. vero Scriverius et Flor. legunt *et e terreno dom. i. r. inspicere*, quod etiam Ampl. Goesius exemplaris sui margini allevit, ex Aristotele καὶ τὴν γῆν ἐκλιπόντα τὸν οὐράνιον χῶρον κατοπτεῦσαι. Non male, sed non opus est. Malim cum Vulcanio delere τὸ *e*. Immo *corpore* videtur modo e Glossa verborum *terreno domicilio* in textum irrepsisse, legendumque esse *cum homines Mundum ejusque penetralia adire non possent, ut terreno domicilio illas regiones inspicerent*. Nam magis ad sensum quam verba Aristotelis attendit Auctor. Minus recte vero Vulc. adhærens Aristoteli, suæ Ed. primæ intrusit *adspicerent, ut stolidi illi Aloidæ quondam facere instituerant*: quæ in nullis Mss. nec Edd. occurrunt. *Oud.*—9 Addunt *sunt* Edd. Vic. Junt. pr. *Id.*—1 Edd. ante Vulcan. sec. *imbuti inventis*. Bened. *munimentis imb.* Id.—2 Pro *itineribus* Voss. sec. *item*. Id.—3 Bas. pr. male *cognitionibus videant*. Vic. etiam et Junt. pr. *videant*. Id.—4 Male Mss. Vulc. Voss. sec. Bened. carent *a mundi*. Id.—5 *Volucrique*. Scalig. *volucri undique*: probante in Add. Elmenh. Voss. pr. certe, ut est in collatione mea, *volucri*. Optime sine *que*. Pertinet ad *mentem*. Id.—6 *De quo o. e. e.* Florent. *ejus estque*. Mox pro *oculis suis* Voss. *suis oculis*. Id.—7 Abest *et* a Vulc. et Bened. *Id.*—8 Edd. Elm. Scriv. Flor. *aliisque*, contra Mss. et Edd. Abest vero *tradidit* a Vossianis.

NOTÆ

remotus, Mente Deos adiit: et quæ Natura negabat Visibus humanis, oculis ea pectoris hausit.'

[f] *Ea, de quibus origo ejus est, anima divinis oculis, &c.*] Cœlestia corpora et Cœlum ipsum, unde traxisse originem animam non humanam modo, verum et ceterorum animalium, Plato vult, et Platonem secutus Virgilius Æneid. VI. 'Principio cœlum, et terras, camposque liquentes, Lucentemque globum Lunæ, Titaniaque astra Spiritus intus alit, totamque infusa per artus Mens agitat molem, et magno se corpore miscet. Inde hominum pecudumque genus, vitæque volantum, Et quæ marmoreo fert monstra sub æquore pontus. Igneus est ollis vigor et cœlestis origo Seminibus,' &c.

quidam Deorum majestate completi [9] [g] *effantur ceteris, quæ divino beneficio soli vident.* [1] *Quare et eos, qui nobis unius loci ingenia* [2] *qualitatesque describunt, aut mœnia urbis,* [3] *aut alicujus* [4] *amnis fluenta, aut amœnitates* [5] *et magnitudines montium, alia multa* [6] *descripta ab aliis plerique* [7] *studiose legunt. Nysæ ju-*

cœli : quemadmodum quidam prophetæ repleti numine divino, eloquuntur aliis, quæ ipsi soli aspiciunt munere Deorum. Quapropter multi attente etiam evolvunt illos, qui nobis describunt naturam et virtutes unius regionis, vel muros civitatis alicujus, vel cursum cujuspiam fluvii, vel amœnitates et altitudines montium, plurimaque alia jam descripta ab aliis: efferunt laudibus cacumina Nysæ, et Coryci an-

Id.—9 A Vulcanii editione τὸ *completi* male abest. Minutius Felix : 'Pleni et mixti Deo vates.' Ubi vide annotata. *Elmenh.* Sic habent Mss. Florent. Vulc. Voss. In Bened. *quiddam complexi.* Edd. Vic. Junt. pr. Bas. pr. *quidum* (Bas. *quidam*) *D. m. complexi sunt.* Hinc Ald. et seqq. usque ad Vulcan. Ed. tert. *quidam, qui dum D. m. completi sunt,* ut et Wow. At Vulc. Ed. tert. tantum dat *quidam D. majestate,* ubi sine dubio typothetarum vitio excidit *completi:* unde deceptus Pricæus ad Met. p. 468. inserendum voluit *pleni:* sed *completi* bene Mss. et Edd. ceteræ ; nisi quod etiam in Rom. Ed. *complecti.* Oud.—1 Flor. *videntur,* male. *Elmenh.* Item Bened. *Oud.*—2 Abest *loci* ab Edd. Vic. Junt. pr. Bas. pr. *Unius loci ing. nobis* Voss. sec. *Id.*—3 Leid. et Bas. 2. *amœnia urbis,* male. Aristot. ἢ μιᾶς σχῆμα πόλεως. *Elmenh.* *antemœnia* recte Gr. *Burm.* Lipsius notat in vet. cod. esse *amœna,* ut maluit Scal. et Vulc. edidit e suo Cod. *amœnia ;* probante etiam et confirmante e suo Msto G. J. Vossio in Etymol. Contra, ubi in Glossis *Amœnia* ἀκταὶ sunt, legit Casaubonus *amœna* ad Sueton. Aug. c. 72. Præfero ego omnino *mœnia,* i. e. habitum, muros, et domos. Sequitur enim 'amœnitates montium.' *Oud.*—4 Abest copula a Bened. *Id.*—5 Lege *aut immanitates.* Elmenhorstius. Subripuit id membranis Florent. in quibus ita est : sed male. Aristot. ποταμοῦ μέγεθος, ἢ ὄρους κάλλος. *Oud.*—6 Inscite copulam *atque* tacite addidit Floridus, quæ bene exulat a Mss. et Edd. ceteris. Passim, *alia, cetera* solet addi sine copula post præmissam rerum aliquot enumerationem. Ex. gr. 'cibus, potus, vestis, alia.' pro *et alia.* Vide Giphan. ad Lucret. V. 'cetera :' sic et 'omnia,' v. Burm. ad Phædr. l. IV. f. 23. Potius paulo post *et alia hujuscemodi* ejicerem quoque τὸ *et* auctoritate Bened. et Voss. sec. *Id.*—7 Voss. sec. *plerisque.* Pro *legunt* Bened. *legitur.* Id.—8 Vett.

NOTÆ

[g] *Prophetæ quidam Deorum majestate completi*] Minutius Felix in Octav. 'pleni et mixti Deo vates.'

[h] *Nysæ juga*] Nysa hæc, seu Nyssa, Indiæ urbs est Straboni lib. XV. et Plinio lib. VI. cap. 21. a Baccho et ab ejus nutrice Nysa cognominata : quæ montem habet sibi imminentem nomine Μηρὸν, id est, 'femur :' unde orta est fabula, qua fertur Bacchus, matre Semele fulgure extincta, Jovis femori insutus, quod in Μηρῷ illo monte fuerit educatus primis infantiæ temporibus : quin et a Nysa Nysæus Bacchus dictus est, et Dionysus. Est et alia Nysa oppidum Eubœæ Stephano, in cujus agro fabulantur, die eodem et vites florere et uvas maturescere. Item et vicus in Helicone Baccho sacer, teste eodem. Duas præterea Nyssas urbes memorat Ptolemæus, unam in Lycia, alteram in Ionia.

ga,[h] *et penetralia Coryci,*[9] [i] *et Olympi sacra,*[9] [k] *et Ossæ ardua,*[l] *et alia hujuscemodi* [707] *sola duntaxat et singula extollunt. Quorum miseret me,*[1] *cum tanto opere nec magnis et oppido paucis inexplebili admiratione capiuntur.*[2] [m] *Hoc*[3] *illis evenire*

tra, et juga Olympi, et prærupta Ossæ, atque alia hujusmodi tantum, ac singula quidem eorum. Quorum misereor, quod corripiantur admiratione inenarrabili rerum non adeo magnarum, et admodum paucarum. Porro non mirum est quod hoc

pleræque edd. *Cirrhi.* Ald. *Cyrrhæ.* Aristoteles κορύκειον ἄντρον dixit: de quo apud Pausaniam. *Colv.* Sic reposuit Vulcanius ex Bas. 2. et Aristotele, in quo est Κωρύκειον ἄντρον. Florent. et Leid. legunt *corni.* Roman. *cyrni.* Aldus *Cyrrhæ.* Fuit cum vellem *Cocyti:* sed jam vulgatam non repudio. *Elmenh.* Ita habent jam Edd. Junt. post. Bas. sec. Lugd. Colv. In Voss. sec. est *cirroe.* Bened. *cosmi.* De 'antro Corycio' vide Voss. ad Melam I. I. c. 13. Gronov. ad Cebetis Tab. p. 51. ἔστιν αὐτῷ ἀσφάλεια, ὥσπερ τὸ Κωρύκιον ἄνωρον ἔχοντι. Excidit vox *Corycio,* ut opinor, in Solino p. 94. 'fœtus terræ Centuripinæ Corycio croco:' sic enim legendum censeo. Vulgo sine sensu *centuripino croco.* V. Salmas. *Oud.* *Coryci penetralia* recte restitutum esse monet Burm. ad Anthol. Lat. lib. II. Carm. 119. vs. 135. ubi vide plura de antro Corycio. *J. Bosscha in Addend.*—9 Al. *acra.*—1 Voss. sec. *me miseret. Tanto opere* rectissime Bened. Voss. sec. Vulgo *tantopere.* Adi ad Met. I. II. p. 133. a. *Oud.*—2 Vetus cod. Ms. habet *inexplicabili:* utrumque vocabulum Apuleio familiare, et loco huic conveniens. Prius illud τὸ ἄπληστον significat, posterius τὸ ἄῤῥητον, ἢ ἀνεκδιήγητον. Sed pro *admiratione* vet. cod.

NOTÆ

[i] *Et penetralia Coryci*] Aristot. hic Κωρύκειον ἄντρον. Corycus Straboni l. XIV. Promontorium est Ciliciæ, supra quod, ad viginti stadia, antrum est Corycium: circa illud optimus crocus nascitur: at Corycium antrum, de quo nunc agitur, non illud est: verum antrum Parnassi montis in Phocide, cujus etiam meminit Strabo lib. IX. Ἱεροπρεπὴς δ' ἐστὶ πᾶς ὁ Παρνασσὸς ἔχων ἄντρα τε καὶ ἄλλα χωρία τιμώμενά τε καὶ ἁγιστευόμενα· ὧν ἐστι γνωριμώτατον καὶ κάλλιστον τὸ Κωρύκιον, Νυμφῶν ἄντρον ὁμώνυμον τῷ Κιλικίῳ. 'Parnassus totus sacer est, habetque specus, et alia loca, quæ religiose honorantur atque coluntur: e quibus notissimum est ac pulcherrimum Corycium antrum Nympharum, ejusdem nominis ac Cilicium.' Ab illo antro Musas Ovidius appellat 'Corycidas Nymphas,' lib. I. Metamorphos. in fabula Deucalionis et Pyrrhæ. Corycus item mons est Pamphyliæ præcelsus ac portuosus, ideoque piratarum insidiis opportunus: ab hoc tractum adagium Κωρυκαῖος ἠκροάζετο, 'Corycæus auscultavit:' de quo vide Erasmum Chiliad. I. Cent. 2.

[k] *Et Olympi sacra* [*acra*] Olympus mons in Thessalia altissimus, de quo jam alias: 'acra Olympi' sunt ejus juga, ἄκρον Græcis 'summum,' 'extremum.'

[l] *Ossæ ardua*] Ossa alius Thessaliæ mons Olympo proximus et Peliæ, qui quidem montes Gigantum conatibus et cæde celeberrimi sunt.

[m] *Inexplebili* [*inexplicabili*] *admiratione capiuntur*] Sic lib. XI. de Asino: 'inexplicabili voluptate divini simulacri perfruebar.'

adeo non est mirabile,[4] *cum nihil majus suspexerint, neque ad aliquid intenderint, quod majore*[5] *diligentia contemplandum esset. Ceterum, si terrarum orbem, omnemque mundum contemplari pariter aliquando potuissent, minus exiguas ejus et singulas partes dignas laudibus credidissent,*[6] *quibus esset universitas comprehensa. Quare nos Aristotelem, prudentissimum et doctissimum philosophorum,*[7] *et Theophrastum*[n] *auctorem secuti, quantum possumus cogitatione contingere, dicemus de omni hac cœlesti ratione, naturasque et officia*[8] *complexi, et cur, et quemadmodum moveantur, explicabimus.*

MUNDUS omnis societate cœli et terræ constat,[o] et eorum

illis contingat, cum nihil viderint majus, neque quicquam observaverint quod esset considerandum diligentius. At si potuissent unquam considerare orbem terrarum, simulque universum Mundum, putavissent parvas et singulas ejus partes minus dignas laudibus, siquidem cognovissent eas universas. Quapropter nos sequentes Aristotelem, sapientissimum et eruditissimum Philosophorum, et Theophrastum ducem, disseremus de his omnibus quæ ad Cœlos pertinent, quantum possumus assequi animo, amplexi naturas et munera eorum, atque exponemus quare, et quomodo circumagantur.

Totus mundus conflatus est ex connexione Cœli et Terræ, et natura illarum re-

legit *administratione:* quam lectionem si recipiamus, tum *inexplicabile* accipietur, pro, a quo se quis explicare sive extricare nequit. *Vulc.* Florent. *Inexplebili administratione:* non probo. De Philos. Mor. 'Inexplicabili siti haurire avet omnia genera voluptatis,' ubi male emendat Colvius *inexplebili s. h. a. o. g. v.* L. II. Metam. 'Inexplicabili voluptate divini simulacri perfruebar.' *Elmenh. Inexplicabili admiratione* solus Vulcanii Ms. quod malo judicio huc invexit ejus olim possessor, ac retinuere Elm. Scriv. et seqq. *Inexplicabile* ἄῤῥητον, ἀνεκδιήγητον a Nostro in laudem ponitur. Hic vero ridet illos, qui talia nimis admirantur. Quare omnino recepi ceterorum Mss. et Edd. scripturam *inexplebili.* Nam altera lectio *administratione* ne attentionem quidem meretur. Sic de voluptate Long. Past. p. 40. γευσάμενοι τῆς ἐν φιλήματι τέρψεως, ἀπλήστως ἐνεφοροῦντο τῆς ἡδονῆς. de visu ibid. I. p. 19. πᾶσαν αὐτὴν ἔβλεπεν ἀπλήστως. Lucan. l. I. vs. 509. 'Plenus abit visu:' ubi vide Burm. Plura de his vocibus 'inexplebilis' et 'inexplicabilis' supra plus uno loco. Vide Ind. Not. *Oud.*—3 Edd. ante Vulc. sec. *hæc:* contra Mss. *Id.*—4 Voss. sec. et Edd. eædem *admirabile.* Id.—5 Vulc. Ms. et Ed. pr. *majori.* Voss. sec. *majora.* Id.—6 Bened. Voss. *dignis:* quasi fuisset *dignis laudibus condidissent.* i. e. descripsissent illi, qui universitatem comprehenderunt. De hoc verbo 'condere' vide ad l. I. p. 72. a. Nil tamen temere muto. *Id.*—7 *Quare, &c. Philosophorum.* Desunt hæc in Voss. utroque et Bened. nisi quod Voss. sec. habeat *qua*, et Bened. *quare.* Id.—8 *Naturas et officia.* Bened. Voss. sec. *nat. quo off.* Quidni *naturasque et off.* Vide ad Met. l. II.

NOTÆ

[n] *Et Theophrastum*] Ejusdem Arist. discipulum.

[o] *Mundus omnis societate cœli et terræ constat, &c.*] Hinc exordium habet caput 2. lib. περὶ Κόσμου.

naturis quæ utriusque sunt.[9] Vel sic: mundus est ornata ordinatio, Dei munere, Deorum recta custodia, cujus cardinem (sic enim dixerim κέντρον)[1] [p] robustum et immobilem,[2] genetrix atque altrix animantium[3] omnium habet tellus: supernis omnibus, ut videri potest, aëris liquiditate, ad modum tegminis, septis et opertis. Ultra [q] Deorum domus est, quod vocamus cœlum: quod quidem divinis corporibus onustum[4] videmus, ignibus pulcherrimis et perlucidis Solis et Lunæ, et reliquorum[5] [708] siderum, cum quibus fertur per orbem dierum noctiumque curriculis, agens stellarum choros [r] intermino lapsu,[6] [s] finem nulla ævi defectione factura. Sed cum omne cœlum ita revolvatur ut sphæra, eam tamen[7] radicibus [t] oportet teneri, quas divina machi-

rum, quæ pertinent ad utrumque. Vel hoc modo: Mundus est ordo rerum decoratus beneficio Dei, recta tutela Deorum, cujus Terra procreatrix et nutrix cunctorum animalium tenet cardinem firmum et immobilem, (nam sic voco Centrum,) cunctis superioribus ejus partibus cinctis, et tectis fluiditate Aëris, tanquam operculo, ut videre est. Ulterius, est domicilium Deorum, quod appellamus Cœlum, quod cernimus quidem oneratum corporibus divinis, facibus pulcherrimis et clarissimis Solis et Lunæ, ac ceterorum Astrorum, cum quibus facibus movetur in circulum gyrationibus diurnis et nocturnis, ducens cœtus stellarum cursu indeficiente, nullo defectu temporis ipsum finituro. At cum totum cœlum convertatur quemadmodum globus, necesse tamen est ut retineatur radicibus, quas ars divina appegit cardinibus: quem-

p. 128. a. et sæpissime. *Idem.*—9 Voss. uterque Florent. Bened. *natura*, elegantius et clarius. Jungenda enim *eorum, quæ sunt utriusque*, sc. Cœli et Terræ. Aristoteles tamen etiam φύσεων. *Idem.*—1 *Centrum.* Bened. Voss. sec. *centron.* Bene; atque ita Mss. Voss. in Hygini Astron. l. 1. c. 2. et 6. Nisi malis cum Aldo et Junt. post. κέντρον. *Idem.*—2 Vett. edd. *incontingibilem.* Aristot. ἀκινητόν. *Colvius.* Rom. *incontingibilem.* Bas. 1. *mobilem*, male. In sphæra enim solum centrum non movetur. *Elmenhorstius.* Male Edd. vett. præter Ald. Junt. post. Bas. sec. *incontingibilem.* Ald. *immobile.* Frustra. *Oud.*—3 Abest Ed. Vulc. pr. *Id.*—4 Al. *honustum.*—5 Voss. sec. *pulch. ignibus:* et statim pro *et reliq. reliquorumque.* Oud.—6 Vett. edd. *intimo lapsu.* Colvius. Ald. et Rom. *intimo lapsu:* male. *Elmenh.* Arist. κινούμενος κίνησιν ἀΐδιον. Statim pro *factura* Bened. *facturam.* Oud.—7 *Ipsum tamen.* Ald. *eam tamen:* cui videtur astipulari Aristot. στερεὰ μένοντα καὶ συνέχοντα τὴν σφαῖραν. *Colv.* Recte Ald. Junt. post. Vulc. &c. cum Mss. O.

NOTÆ

[p] *Cujus cardinem, (sic enim dixerim κέντρον*] Improprie tamen: neque enim centrum solum sphæræ cardo esse potest, sed totus axis.

[q] *Ultra*] Hoc est, supra Aërem.

[r] *Agens stellarum choros*] Lib. de Deo Socratis: 'aliosque itidem radiantes Deos, quibus Cœli chorum comtum et coronatum suda tempestate visimus.'

[s] *Intermino lapsu*] Aristot. ἀπαύστως.

[t] *Radicibus*] Polis, qui, cum cetera moveantur, soli immoti manent:

natio[8] verticibus affixit, ut in tornando artifex solet forcipe materiam comprehensam reciproco volumine rotundare: eos polos dicimus: a quibus, velut a cardinibus, directio[9] quædam[u] profecta, axis est dictus,[1] divisor et disterminator[2] mundi, orbem terræ in medietate[3] constituens. Verum hi vertices, quos immobiles diximus, ita sunt, ut supra caput alter appareat[w] ex parte Boreæ, qui septemtrionalis vocatur: alter Antarcticus[x] humo tegitur,[4] humidus et austrinis vaporibus mollis.[5] Sed cœlum ipsum, stellæ-

admodum faber solet alterna versatione rotundum efficere lignum arreptum forcipe inter versandum: eos vocamus Polos: a quibus separatio quædam prodiens tanquam a verticibus, axis vocatus est, discretor et separator Mundi, collocans globum terræ in medio. At hi cardines, quos diximus esse immobiles, sic sunt positi, ut unus emineat supra caput nostrum Septemtriones versus, qui dicitur Arcticus: alter vero Antarcticus operitur tellure, estque madidus, et mollis vaporibus Noti. At ipsum

eam t. Vulc. Ed. pr. *ipsam*, quia reliquæ Edd. priores habent *ipsum*. Oud.—8 *Diurna machinatio.* Legendum procul dubio *Divina*, ut et Ms. cod. meus habet. Divina autem machinatio, hoc est θεῖα μηχανὴ nihil aliud est, quam Deus ipse. *Vulc.* Mss. O. et Edd. *divina*, ut debent; præter Bas. sec. Lugd. Colv. in quibus inepte *diurna*. Oud.—9 Al. *discretio*.—1 Vett. Edd. *axis est ductus.* ἣν τινες ἄξονα καλοῦσι. *Colv.* Male Edd. ante Ald. cum Bas. pr. *ductus*. Oud.—2 Ita Mss. O. cum Edd. Junt. post. Vulc. ac seqq. In reliquis edebatur *discriminator;* quod non displiceret, si Mss. addicerent. *Id.*—3 Bened. et Edd. Vulc. tert. *in medio:* minus bene et contra genium Apuleii. V. Ind. *Id.*—4 *Alter autem antarcticus humo tegitur.* Pro *autem* in Voss. sec. est *auth.* In Florent. Bened. et Edd. ante Junt. post. deest. quod malim, nisi cum Lipsio in marg. legas *tegatur*, ut ei contrarium sit *appareat:* sed præstat hoc mutare. Variatio modorum frequens est, et distinctio post *vocatur* (Ed. Vic. *vocantur*) facit, ut conjunctio hic vim non habeat. *Id.*—5 *Humidis et Austrinis vap.* Flor. *humidus et A. v.* Vide Statium l. III. Thebaidos. *Elmenh.* Cum Florent. etiam Voss. sec. et Edd. Elm. Scriv. Flor. habent *humidus*, quod præfero. Ipse polus Antarcticus, est 'humidus et mollis austrinis vaporibus.' Reliqui Mss. et Edd. *humidis*, licet perinde sit: et forsan melius Bened. habet *humo teg. humidis et austrinis vaporibus molli.* Ovid. Met. I. 65. de hac plaga:

NOTÆ

quemadmodum et arborum radices immotæ stant dum ramos ventus agitat.

[u] *Directio* [*discretio*] *quædam*] Linea discernens, et pervadens sphæram.

[w] *Ut supra caput alter appareat, &c.*] Nobis, quibus sphæra obliqua est, et latitudo Septemtrionalis. Iis vero, quibus sphæra recta, neuter polus attollitur: iis, quibus Australis latitudo, attollitur Antarcticus, ut patet ex ipsis sphæræ elementis.

[x] *Antarcticus*] Sic dictus, quod sit contra Borealem, cui Arctico nomen est, ab Ursæ sidere, quod prope ipsum visitur.

que cœligenæ,[6][y] omnisque siderea compago, Æther [7] vocatur: non, ut quidam putant, quod ignitus sit et incensus,[8] sed quod cursibus rapidis semper rotetur:[z] Elementum, non unum [9] ex quatuor quæ nota sunt cunctis, sed longe aliud, numero quintum,[a] ordine primum,[1] genere divinum et inviolabile. [709] Jam astrorum innumerabilis multitudo partim labitur cum orbis inerrantis[b] regione, quam

Cœlum, et sidera cœlestia, et tota compages astrorum appellatur Æther: non quia sit inflammatus et accensus, ut quidam existimant, sed quia assidue vertitur velocissimis motibus: est autem Elementum, non unum ex quatuor quæ sunt cognita omnibus, sed multum diversum, quintum numero, primum ordine, natura divinum, et incorruptibile. Infinitus autem numerus Stellarum partim convertitur cum tractu

‘contraria tellus Nubibus assiduis, pluvioque madescit ab austro.’—6 *Stellæque cœligeræ.* *Cœligeræ* in vett. edd. non erat, nec Aristot. aliter, quam:
Οὐρανοῦ δὲ καὶ ἄστρων. Cœlum potius stelligerum dicas, quam stellas cœlige-
ras. Sed fortassis aliud quid reponendum. *Colv.* Colv. notat τὸ *cœligeræ* in
vett. edd. non extare. Lipsius legebat, *cœligenas*, quæ lectio non male qua-
drat cum eo quod vocat Aristot. ἄστρων οὐσίαν, quo videtur innuere ex Æthe-
ris substantia formata astra, ideoque sua perpetua circumactione optime Æ-
theris naturam referre, quem ipse dictum vult, διὰ τὸ ἀεὶ θεῖν κυκλοφορούμενον.
Vulc. At stellæ potius cœlo infixæ, earumque sedes: non ergo cœligeræ.
Fortasse rectius: *stellæque cœligenæ*: tanquam cœlo genitæ. Ita Venus cœ-
ligena apud Varr. IV. de Ling. Lat. *Wower.* *Stellæque cœligenæ.* Sic recte
Scaliger et Lips. In Flor. et Leid. est *s. cœligeræ.* Aristot. ἄστρων οὐσίαν.
Infra etiam vocat ‘ventos terrigenas.’ Rom. et Aldus hanc vocem male
omittunt. *Elmenh.* Egregie emendavit Lipsius, monente jam Vulcanio, ut
in ultima ejus Ed. quoque expressum est. Wow. quasi e suo sic correxit,
Stellæ cœligenæ, i. e. cœlo genitæ; quod merito receperunt seqq. Edd. licet
in Mss. æque ac Edd. Junt. post. Bas. sec. Lugd. Colv. Vulc. pr. sit *cœligeræ.*
A reliquis Edd. abest ea vox. E Ms. Bened. notatum invenio *stellique cœli-
genæ.* Oud.—7 Florent. Voss. sec. *æthera* vitiose. *Id.*—8 Vett. Edd. male,
intensus. Colvius. Rom. *igneus sit et intensus*: male. Basil. 2. *i. sit et succen-
sus.* Elmenhorstius. Edd. ante Vulcan. *igneus* contra Mss. *Signitus* Bened.
Dein Edd. ante Junt. post. *intensus*: male. *Succensus* Mss. Bened. Vulc.
ejusque ac Wow. Edd. *Oud.*—9 *Elementum vero non unum.* Dele τὸ *vero,*
auctoribus Mss. Florent. Voss. utroque, Bened. et Edd. Ald. Junt. post. ac
distingue *Elementum, non unum,* scil. æther ille est. Prave vero τὸ *non* exulat
ab Edd. Vic. Junt. pr. Bas. pr. In Voss. sec. *ælementum,* et ita in seqq. *Id.*
—1 Bened. *quintumque.* Voss. pr. *quinque.* Voss. sec. Bened. *primum ordine.*

NOTÆ

[y] *Stellæque cœligenæ*] In Cœlo ortæ, et ex Cœli substantia conflatæ.

Æther vocatur: non, ut quidam putant, quod ignitus sit et incensus: sed quod cursibus rapidis semper rotetur] Hoc est, ut habet hic Aristoteles, non ἀπὸ τοῦ αἴθεσθαι, ‘a flagrando,’ sed ἀπὸ τοῦ ἀεὶ θεῖν, ‘quod semper currat,’ æther dictus est.

[a] *Numero quintum*] Hinc et ‘quinta essentia’ dicitur.

[b] *Orbis inerrantis*] Cœli ἀπλανοῦς, Firmamenti nempe, cui affixa Sidera ἀπλανῆ dicta, quod eundem semper inter se situm servent, et uno omnia tenore quotidie ab Oriente Occiden-

circulo suo ambit Signifer,[2] [c] [d] obliqua complexione circumdatus, et signis duodecim [e] illuminatus: partim errantibus stellis, quæ neque priorum motus habent, nec sane[3] inter se similes et æquales;[4] sed affixæ diversis globis, inordinatum, ut sic dixerim, ordinem[5] servant:[6] [f] aliæque ultra sunt, aliæ citra stellæ,[g] quæ propter[7] naturam ejusmodi nullis creduntur erroribus vagæ, et infinitos numero greges ducunt, et simplex ætheris dorsum alma et sacrata amœnitate lucis coronant.[h] Septem vero [i] Deorum nomi-

Cœli inerrabilis, quem instar baltei Zodiacus circumdat, circumpositus obliquo ambitu, et illustratus duodecim constellationibus: partim sunt stellæ errantes, quæ neque habent cursus priorum, neque certe sunt similes et æquales inter se; sed adhærentes circulis variis, observant ordinem inordinatum, ut ita dicam: et aliæ ulteriores sunt, aliæ citeriores. Stellæ, quæ ex natura sua non existimantur vagari ullis erroribus, trahunt secum innumeras turbas aliarum stellarum, et cingunt simplex tergum Cœli alma et divina jucunditate luminis. At septem insignitæ vocabulis

Pro *divinum* Voss. sec. *divinŏm*. Id.—2 *Orbis inerranti regione, &c.* Doctissimus vir Bon. Vulcanius legendum censet: *quam circulorum medius ambit signifer.* Sine controversia germana scriptura, *cum orbis inerrantis regione, quam circulo ambit signifer.* Wowerius. Lege *o. inerrantis regione.* Elmenhorstius. *Inerrantis* Florent. Voss. pr. Ita statim 'Orbis: qui inerrabilis dicitur:' et ita jam quasi e conject. Wower. (forsan e Fulviano) Elm. Scriv. Flor. *Oud.* Vid. Not. Var.—3 Voss. sec. Bened. *neque s.* Oud.—4 Scilicet *motus*; ut bene Mss. O. In Edd. ante Vulc. Ed. sec. *similem et æqualem*, scil. *ordinem*, qui sequitur. Pro *sed* Bened. *et.* Id.—5 Aldus et Rom. *inordinate ordinem.* Aristot. ἄτακτον τάξιν. *Elmenh.* Edd. Vic. Junt. pr. Bas. pr. *inordinate.* Ald. *inordinatæ.* Vide ad Met. l. II. p. 111. b. Paulo ante 'ornata ordinatio.' *Oud.*—6 Edd. Vulc. sec. Wow. *servent.* Id.—7 Vitiosa dispunctio in excusis exemplaribus sententiam turbat. Proxime enim præcedens dictio *stellæ* huc revocanda, et citra ullam distinctionis notam ita legendum, *Stellæ*

NOTÆ

tem versus ferantur.

[c] *Quam circulo suo* [*circulorum*] *ambit Signifer*] Wower. legit, *quam circulo ambit signifer.* Elmenhorst. *quam cingulo ambit signifer*: huic inhæreo, et 'cingulo ambire' intelligo circumdare instar cinguli, seu baltei.

[d] *Signifer*] Ζωοφόρος καλούμενος κύκλος Aristoteli: vulgo Zodiacus dicitur.

[e] *Signis duodecim*] Hæc sunt, Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo, Libra, Scorpius, Sagittarius, Capricornus, Aquarius, Pisces.

[f] *Inordinatum, ut sic dixerim, ordinem servant*] Aristot. ἄτακτον τάξιν.

[g] *Aliæ citra stellæ*] Sic interpungo: *aliæ citra. Stellæ*, ut vox *stellæ* pertineat ad sequentes 'quæ propter naturam,' &c.

[h] *Simplex ætheris dorsum coronant*] Hoc vult Apuleius, omnes Stellas fixas in eadem esse superficie totius Cœli. Sic enim Aristoteles, τὸ μὲν οὖν τῶν ἀπλανῶν πλῆθός ἐστιν ἀνεξεύρητον ἀνθρώποις, καίπερ ἐπὶ μιᾶς κινουμένων ἐπιφανείας τῆς τοῦ σύμπαντος οὐρανοῦ.

[i] *Septem vero*] Planetæ.

nibus illustres,[8] totidem orbibus affixæ sunt, et gradatim[9] sibimet superlatæ, ut superior[1] inferiore sit major,[k] ac vicissim mutuis adhæsionibus nexæ, complexu illius orbis, qui inerrabilis dicitur,[2] continentur.[3] [710] Hic Phænonis[4] globus, quem appellamus Saturnum: post quem[5] Phaëthontis[6 l] secundus est, quem Jovem[7] dicimus: et loco tertio Pyroëis,[8] quam multi Herculis,[m] plures Martis stellam vocant. Hanc sequitur Stilbon,[n] cui quidam[9] Apollinis,

Deorum, annexæ sunt totidem circulis, et invicem superimpositæ per gradus, ita ut superius Cælum sit majus inferiore, et alligatæ invicem adhæsionibus reciprocis, comprehenduntur ambitu illius Cæli, quod appellatur Firmamentum. Ibi est sphæra Phænonis, quem vocamus Saturnum, post quem secunda est Phaëthontis, quem appellamus Jovem; ac tertio loco est Pyrois, quem multi appellant stellam Herculis, plures vero Martis. Post eam est Stilbon, cui nonnulli imposuerunt vocabulum

quæ propter, &c. clausa periodo post *citra*. Vulcanius. Pro *aliæ* Bened. *aliæque*. et *qua* pro *quæ*. Oud.—8 *Deorum illustres.* Adde vocem ex Romana Venetaque edit. et scribe, *Deorum nominibus illustres.* Colvius. Cod. Ms. legit *Deorum nominibus illustres:* quam lectionem Aldina etiam et Veneta editio agnoscit: et recte. Pendet enim alioqui sententia. *Vulc.* *Nominibus.* Hæc vox ab Aldina Ed. male abest. *Elmenh.* Extat, ut debet, in Mss. et Edd. ceteris. *Oud.*—9 Bened. Voss. sec. *ut grad.* male. *Id.*—1 Scil. *orbis*, non *stella.* Vitiose *superiori* Bened. *Id.*—2 Male *orbis* abest Edd. Rom. Vic. Junt. pr. Bas. pr. quæ habent *quæ*. Pessime vero Floridi Ed. *inenarrabilis.* Fulv. Cod. *Innarrabilis:* supra *orbis inerrantis regio.* p. 743. 'inerranti cursu feratur.' Bened. *est* pro *dicitur.* Id.—3 Voss. sec. Bened. *continetur.* Id.—4 Voss. sec. *fenonis.* Bened. *fetonis.* φαίνοντος Græce. Vide ad Met. l. I. p. 41. a. *Id.*—5 Voss. sec. *postquam.* Id.—6 Edd. ante Ald. *Phetonis.* Reliquæ *Phaëton* usque ad Elmenh. qui recte cum Scriv. et Flor. *Phaëthontis*, scil. *globus*, reponi voluit. Nam Mss. Florent. *Phetontis*, Voss. uterque Bened. *fetontis*, ut solet hoc nomen passim scribi in Mss. *Id.*—7 Ed. Vulc. pr. *Jovis* contra Mss. *Id.*—8 Ut apud Aristot. πυρόεις. Vet. edit. *Pyroëntis.* Bas. post. *Pyro.* Colvius. Voss. sec. *Pyrois quam*, recte, ut alibi. Referendum enim ad sequens *stellam.* Vide me ad Veget. l. IV. c. 10. in Obs. Misc. vol. IX. t. II. p. 224. et ad l. II. de Dogm. Plat. p. 606. Flor. *Pyroëntis* Edd. Rom. Vic. Ven. Junt. pr. Bas. pr. *Pyro* Bas. sec. Lugd. prave. *Pyrois* Mss. infra p. 742. *Oud.*—9 Ed. Vulc. tert. *quidem.* Id.—1 Voss. sec. *fosforus*, et passim

NOTÆ

[k] *Ut superior inferiore sit major*] De orbibus intellige, non de stellis, ut patet ex Aristotele.

[l] *Hic Phænonis globus, quem appellamus Saturnum: post quem Phaëthontis* [*hunc Phaëthon, &c.*] Achilles Statius, ad Aratum περὶ τῶν ὀνομάτων τῶν πλανήτων, eadem Planetarum habet nomina, quæ etiam videre est apud Firmicum, Astronomic. lib. II.

[m] *Quam* [*quem*] *multi Herculis*] Ægyptii, si Achilli Statio credimus, loco supra citato.

[n] *Stilbon*] Hujus etiam meminit Plato, in Epinomide.

ceteri Mercurii nomen dederunt. Quintus Phosphorus,[1] [o] Junonia, immo[2] Veneris stella censetur. Deinde Solis est orbis: et ultima omnium, Luna, altitudinis æthereæ principia disterminans,[3] quæ divinas et immortales vivacitates ignium pascens, ordinatis ac semper æqualibus invectionibus solvitur atque reparatur.[4] [p] [q] Post eam vero partem,[5] quæ sancti ætheris finibus coërcetur, cujus mensa [711] appensaque distinximus, est et natura immutabilis regio, et mortalis, ac jam pæne terrena:[r] cujus primæ sunt partes tenuiores et vaporatæ: quippe cum finitimis ætheris attin-

Apollinis, reliqui Mercurii: quinto loco numeratur Lucifer, stella Junonis, seu potius Veneris. Postea est globus Solis: et Luna postrema omnium, discernens initium altitudinis cœlestis, quæ Luna alens divinos et sempiternos ardores flammarum, dissolvitur, et restituitur, importationibus materiæ statis, et semper æqualibus. Post illam autem est pars quæ continetur terminis divini Cœli, cujus dimensione et suspensione discreta est Naturæ pars mutabilis et corruptibilis, et fere jam terrestris: cujus primæ partes sunt tenuiores et æstuantes: quia tanguntur a vicinis

f. pro *ph.* Id.—2 Bened. *vel:* sed vide ad Met. l. vi. p. 429. b. *Id.*—3 Ita, ut dixi supra, Mss. O. et Edd. Junt. post. Vulc. sec. et seqq. In reliquis *discriminans.* Id.—4 Male Edd. quædam *reperatur.* Id.—5 Vid. Not. Var.—

NOTÆ

[o] *Quintus Phosphorus*] Aristoteli, Φωσφόρος: Platoni et Achilli Statio, Ἑωσφόρος.

[p] *Quæ divinas et immortales vivacitates ignium pascens, &c. atque [et] reparatur*] Hæc non habet Aristoteles. Videtur hic Noster ex Lucretii mente loqui, qui l. v. inter varias astrorum cursus explicationes, hanc etiam affert, 'Sive ipsi' (astrorum ignes) 'serpere possunt Quo cujusque cibus vocat, atque invitat euntes, Flammea per cœlum pascentes corpora passim,' &c.

[q] *Ordinatis ac semper æqualibus invectionibus solvitur atque reparatur*] Duas hypotheses ab hac omnino diversas affert initio libri de Deo Socratis, quibus varias Lunæ phases explicat: locum vide. Eas quoque Lucretius ambas affert, quibus explicatis, et hanc tertiam proponit his verbis: 'Denique, cur nequeat semper nova Luna creari, Ordine formarum certo, certisque figuris, Inque dies privos adolescere quæque creata, Atque alia illius reparari in parte locoque, Difficile est ratione docere, et vincere verbis.'

[r] *Cujus mensu appensuque distincta est naturæ mutabilis regio, et mortalis, ac jam pæne terrena*] Hoc est, 'cujus spatio, quod suspensum est in medio Æthere, continetur pars illa Naturæ, quæ mutabilis est et mortalis, ac jam pæne terrena:' nempe regio elementaris, quæ sola secundum Aristotelem corruptibilis est, et mutabilis. Mitto varias hujus loci lectiones: huic, ut meliori, inhæreo: et certe magis cum Aristotelico textu congruit.

gantur ardoribus,[6] quantum maximis parva, et quantum rapidis possunt pigriora contingi. Sed ex ea parte, quæ curriculis finitimi inuritur[7] Solis, se jaculari[8] atque emicare[9] et scintillare flammæ quædam ostensæ oculis[1] nostris videntur, quas[2] Græci Cometas, et Docidas,[3] et Bothynos appellant,[a] quasque labi et fluere frequenter videmus, lucere facile, faciliusque[4] restingui. Exin[5] inferioris aëris qualitas turbidior infunditur, cui permixtus est glacialis rigor:[t] sed superioris[6] vicinia claritatis et propinqui caloris afflatu

caloribus cœli, quantum exigua possunt tangi a maximis, et tardiora a velocissimis. Verum ab ea parte, quæ flagrat cursibus propinqui Solis, quidam ignes apparentes nostro conspectui videntur erumpere, et exsilire, ac fulgurare, quos Græci vocant Cometas, et Docidas, ac Bothynos, et quos sæpe cernimus cadere et fluere, fulgere, et facilius extingui. Postea natura turbulentior Aëris inferioris extenditur, cui rigiditas glacialis admixta est: at splendescit ea regio propinquitate fulgoris supe-

6 Edd. Ald. Junt. post. *æthereis.* Pro *quantum* Bened. *qua tamen:* et pro *attingantur* Florent. Voss. pr. *attingatur.* Oud.—7 V. C. legit, *nutritur:* minus meo judicio recte. *Vulc.* Leid. et Bas. 2. *nutritur.* male. *Elmenh. Quæ curriculis finitimi inuritur Solis.* Sic Mss. Florent. Voss. sec. In reliquis et Edd. ante Elmenh. *qua.* Dein *finit. curr.* Bened. *finitum* Ed. Vulc. tert. Licet Vulc. in prima Ed. dixisset se non probare τὸ *nutritur,* tamen extat in ejus Ed. sec. sed sequentia docent *inuritur* legendum esse. *Oud.*—8 Al. *ejaculari.*—9 *Emicare.* V. C. addit *et scintillare.* Vulcanius. Addunt Mss. O. ut edidit Vulc. Ed. sec. et seqq. Absunt a prioribus. *Oud.*—1 *Ostendere se oculis.* Lege cum vetere meo Cod. *Ostensæ oculis, &c.* Vulc. Schickeradus *ostentosæ oculis.* Ald. et Rom. *ostendere se o.* Infra, 'statim occidunt item ut se ostenderit.' *Elmenh. Ostensæ oculis* Mss. O. cum Vulc. et seqq. Antea edebatur *ostendere se:* sed tum hiat oratio: quare Wow. addit *et ostendere se.* Verisimilius est, *se* inventum in Mss. male a verbo *ejaculari* avulsum et huc inculcatum esse. *Oudendorp.*—2 Scriv. *quos.* Vide supra p. præc. Non tamen ubivis hoc nostro Auctori obtrudendum, etiam invitis libris. *J. Bosscha.*—3 Voss. uterque Bened. Vulc. *cidas.* Florent. *cydas.* prave: δοκίδες Aristot. *Oud.*—4 *Lucere faciliusque.* Lego *L. facile faciliusque.* Elmenhorstius. Scilicet margini librorum alleverant id Lips. et Vulc. Recte. *Oud.*—5 Ita Mss. Florent. Voss. sec. Bened. Edd. Junt. post. Elm. Scriv. Flor. Reliqui *exinde.* Id.—6 Bened. *superior.* Voss. sec. a m. sec. *superiori.* Id.—

NOTÆ

[a] *Quas Græci Cometas, et Docidas, et Bothynos appellant*] Latine dicere possis stellas crinitas, trabeculas igneas, et foveas. δοκίδες illæ dicuntur etiam et δοκοί. Plin. lib. II. cap. 26. 'Emicant et trabes simili modo, quas docos vocant, quales cum Lacedæmonii classe victi imperium Græciæ amiserunt.' De Bothynis seu foveis, et Cometis, et torribus, et Capris, et ceteris ejusmodi, plura vide apud Aristotelem lib. III. Meteorologicῶn cap. 4. 5. 6. et 7. et apud Plinium lib. II. capp. 25. et 26. Achilles Statius δοκίδας vocari ait Cometas, qui lucem habent in longum protensam ἐπίμηκες τὸ φῶς.

[t] *Cui permixtus est glacialis rigor*]

nitescit, ac sinceriore interdum luce vestitur.[7][u] Hujus sæpe mutabilis convertitur species: cum sit natura vitiabili,[8] et in nubes[9] cogitur, et reciprocis flabris aperitur, et nimbis[1] vehementibus rumpitur, nivibus etiam et glacie inhorrescit, et præcipiti grandine desuper verberatur: turbine, flatibus, Typhonumque conflictu[2][w] fit procellosa: sed telis fulminum, [712] et missilium cœlestium[3] jaculis ignescit. Aëri terra conjungitur,[x] eaque in se[4] suscipit

rioris, et aspiratione caloris vicini, et induitur aliquando puriore lumine. Variabilis ejus natura frequenter immutatur: ex se enim est mutabilis, et densatur in nimbos, et patefit alternis flatibus, et diffringitur pluviis violentis, rigescit quoque nivibus, et glacie, et percutitur superne grandine corruente: fit tempestuosa vortice, ventis, et pugna turbinis: verum inflammatur vibratione fulminum, et jaculatione telorum cœlestium. Tellus finitima est Aëri, atque ipsa recipit in se maria. Hæc

7 Al. *luce vescitur.*—8 *Natura variabilis.* Ms. cod. habet *natura vitiabili.* Ita supra Ætherem 'inviolabilem' vocavit, quem Aristot. ἀκήρατον dixit. Vulc. *Nat. viciabili.* Malim ex scripto: *variabili.* Wowerius. Florent. et Leid. et Bas. 2. *vitiabili*, vitiose. *Elmenh.* Primo Bened. inverso ordine *convertitur species mutabilis.* Dein cum Florent. et Vulc. etiam Voss. uterque et Bened. cum Edd. Junt. post. Vulc. tert. *vitiabili*, quod, si me quidem audis, unice verum est; ne bis idem dicat. *Vitiabilis* est, quod ait Aristoteles, παθητῆς δυνάμεως, et *sæpe mutabilis* est, quod idem dicit παντοδαπῶς ἀλλοιούμενος. Prudent. Apoth. vs. 1050. de terra, 'Ne jam vitiabilis esset.' Is. Vossius quoque margini allevit *vitiabili et.* Oud.—9 Ita Mss. cum Edd. Elm. Scriv. Flor. Ante aberat τὸ *et* perperam. *Id.*—1 *Imbribus.* Bas. 2. marg. *nimbis.* Aristot. Καὶ ὄμβροι καταῤῥάσσουσι. *Colv.* V. C. *nimbis*, et quidem rectius. *Vulc.* Minus bene Edd. Rom. Vic. Junt. pr. Bas. Colv. Scriv. Flor. *imbribus* contra Mss. et Edd. Ald. Junt. post. &c. quia in Aristot. ὄμβροι. sed et hi *nimbi* dici queunt. *Oud.*—2 *Typhonisque conflictu.* Florent. et Leid. *Typhoniique c.* Fulvii liber *triformique c.* Tzetzes Chiliad. 8. hist. 171. Τυφῶν ἐστι καὶ δαίμων τις τῶν ἑκατογκεφάλων, Ὅνπερ φασὶ καὶ τῷ Διΐ πώποτε πολεμῆσαι. Νῦν δὲ σφοδρός τι ἄνεμος πυρώδης τὴν οὐσίαν Ἐξανασπῶν αὐτόπρεμνα δένδρα καὶ καταῤῥάττων. *Elmenh.* *Triformi* Gr. *Burm.* Florent. Voss. sec. Bened. Vulc. Edd. Rom. Vic. Junt. pr. *typhoniique* vel *tyfoniique.* Lege *Typhonumque.* Aristot. πνοαί τε ἀνέμων καὶ τυφώνων. Sic in plur. alii quoque. Vide Lindenbrog. ad Ammian. Marc. lib. XVII. c. 7. 'Typhones atque presteres.' *Oud.*—3 Malim *sed et.* Abest perperam *cœlestium* ab Ed. Vulc. pr. *Id.*—4 *In se.* Exulant a Florent. Edd. Ald. Junt.

NOTÆ

In media nempe ejusdem Aëris regione, quam frigidam esse affirmat Aristoteles.

[u] *Luce vestitur*] Collustratur, ornatur. Sic Virgil. lib. VI. Æneid. 'Largior hic campos æther et lumine vestit Purpureo.'

[w] *Typhonumque* [*Typhonisque*] *con*suque, si late siccam ruperint nubem, procellam gignunt, quæ vocatur a Græcis Ecnephias: sin vero depresso sinu arctius rotati effregerint, sine igne, hoc est, sine fulmine, verticem faciunt, qui Typhon vocatur, id est, vibratus Ecnephias,' &c.

[x] *Aëri terra conj.* [*jungitur*] Hic in-

maria. Hæc[5] frequentatur animantibus, hæc sylvarum viriditate vestitur,[6] hæc fontium[7] perennitate recreatur,[8] hæc fluminum frigidos lapsus, nunc erroribus terrenis[9] vehit, modo profundo in mari[1] confundit: eadem infinitis coloribus florum,[2] altitudine montium, camporum æquore,[3] nemorum opacitate variatur: sinuosis inflexa littoribus, distincta insulis, villulis urbibusque collucens, quas sapiens genus homo communibus usibus fabricatur.[4] Nec sum nescius, plerosque hujus operis auctores terrarum orbem ita divisisse: partem ejus insulas esse, partem vero

habitatur ab animalibus, hæc amicitur virore nemorum, hæc reficitur jugi fluxu fontium, hæc modo defert gelida fluenta amnium flexibus terrestribus, modo ea commiscet in alto mari: ipsa profert flores innumerorum colorum: variatur celsitudine montium, planitie camporum, densitate sylvarum: sinuata ripis anfractuosis, inspersa insulis, nitens villis et oppidis, quæ homines, prudens animalium genus, ædificant ad utilitatem publicam. Neque ignoro quamplurimos scriptores hujus argumenti sic distribuisse globum: Telluris ut dicerent, partem ejus esse insulas, partem au-

post. Uncis inclusere Elm. et Scriv. *Id.*—5 Edd. Rom. Vic. Junt. pr. Bas. pr. *sed*. Reliquæ ante Vulcan. *et* contra Mss. *Id.*—6 *Hæc sylv. virid. vest.* Non sunt in Rom. *Elmenh.* Nec in Vic. Junt. pr. Bas. pr. perperam. *Oud.* —7 Ut supra, eædem Edd. *sed* vel *et*. Id.—8 Bened. *redundatur* et *lapsos* pro *lapsus*. Id.—9 Ita malui, quam quod in vet. edit. est, *exterioribus terris.* Aristoteles: τοῖς μὲν ἀνὰ γῆν ἑλιττομένοις, τοῖς δὲ ἀνερευγομένοις εἰς θάλασσαν, quæ nimiumquantum eleganter hic expressa. *Colv.* Ita Mss. O. Edd. Ald. Junt. post. Colv. et seqq. Prave ceteræ Edd. *exterioribus terris.* Fluviorum *errores terreni* sunt ἑλιττόμενοι ἀνὰ γῆν, qualis præsertim Mæander, qui apud Ovid. Epist. Dejan. vs. 55. 'toties terris errat in isdem Et lapsas in se sæpe retorquet aquas:' ubi vid. N. Heinsius. Passim poëtæ *errores* et *errare* fluvio ascribunt. *Oud.*—1 Vetus codex, pro eo quod excusa exemplaria habent, *profundo in mari*, legit, *in maria*. Vulcanius. Edd. Rom. Vic. Junt. pr. Bas. pr. *prof. in maria.* Oud.—2 *Infinitis coloribus floret, &c. variatur.* Edd. eædem *infiniti coloris floree, &c.* Ms. Bened. *infinitis coloribus florum, &c. variatur*, quod, ut elegantius, vulgato præferendum esse, monui ad Sueton. Ner. c. 31. Aristot. πεποίκιλται χλόαις μυρίαις. Sic Mart. Cap. 17. 'multicoloribus notulis variata pictura:' nisi legendum ibi sit *variegata:* nam Mss. *varicata:* ut monui ad Met. lib. XI. p. 785. b. V. Burm. ad Nemes. Ecl. 4. in f. *Id.*—3 *Camporum æqualitate.* Vet. cod. *æquore*, id est ὁμαλότητι. *Vulc.* Rom. Ald. et Bas. 1. c. *æqualitate:* male. Vide Indicem. *Elmenh.* *Camporum æquore* Mss. O. cum Edd. Elm. Scriv. Flor. In Vulc. Edd. sec. et tert. *camporumque æquore:* priores *camporumque æqualitate*, e Glossa. 'Æquor' dici de omni planitie, nemo nescit, et præsertim de campo. Vide Comment. ad Ovid. Met. XV. 266. *Oud.*—4 *Communibus usibus fabricavit.* Basil. 2. *fabricatur:* alii *fabricatus est*. Elmenhorstius. Ms. Bened. *cōis vel hominis f. usibus.* Voss. uterque etiam *communis.* Dein *fabricavit* Edd. O. ante Vulc. contra Mss. Alii *fabricatus est* teste Elmenh. *Fabricata* vitiose Ed. Vulc. sec. Met. lib. VII. 'prandium fabricatur opipare.' Florid. N. 10. 'fabricatum semet sibi ampullam.' Arnob. lib. v. p. 177. 'ramum...humani speciem fabricatur in penis.' Sed *fabricare* usus est Noster lib. III. Met. p. 83. IX. p. 283. et sic variatur hoc verbum apud alios. Rectius tamen hic *fabricatur.*

continentem vocari:[5] nescii, omnem hanc[6] terrenam immensitatem Atlantici maris ambitu coërceri, insulamque[7] hanc unam esse cum insulis suis omnibus. Nam similes huic alias et alias[8] minores circumfundit[9] Oceanus, quæ tamen merito videntur ignotæ: cum ne hanc quidem, cujus cultores sumus, omnem peragrare[1] possimus. Nam sicut hæ insulæ interfluuntur,[2] quæ sunt in nostro mari; ita illæ in universo salo[3] fretis latioribus ambiuntur.[4] Elementorum inter se mutui nexus arctis affinitatibus[5] implicantur, et quinque conjuges[6] copulæ[y] his ordinatæ vicibus attinen-

tem appellari continentem: ignorantes universam hanc magnitudinem terræ contineri circuitu maris Atlantici, et eam esse unam insulam simul cum universis insulis. Oceanus enim spargit circa ipsam alias atque alias minores similes ei, quæ nihilominus videntur jure esse incognitæ: quandoquidem non possumus perlustrare vel hanc totam, cujus sumus incolæ. Quemadmodum enim hæ insulæ, quæ sunt in nostro mari, interluuntur: sic illæ, quæ sunt in toto Oceano, circumdantur fretis majoribus. Reciprocæ connexiones elementorum inter se complectuntur strictis

Non enim hoc fecit homo, sed quotidie facit. *Oud.*—5 Bened. Voss. uterque *vocare*, scil. auctores. *Id.*—6 *Nescii omnes hanc.* Locus ab interpunctione et mutatione unius literæ vitiatus. Lege itaque cum interpunctione post *nescii*, hoc pacto, *nescii, omnem hanc terrenam, &c.* Vulc. *Omnem.* Sic recte Basil. 2. et Fulvius. alii, *omnes.* Elmenhorstius. Edd. Ald. Junt. post. Bas. sec. Lugd. Colv. Vulc. pr. sec. *nescii omnes, hanc.* Sed *omnem* est in Edd. Vulc. tert. Wow. &c. et consentiunt Mss. mei cuncti, uti mox, ubi eadem confusio. *Oud.*—7 Bened. *ansulamque.* Mox τὸ *suis* excidit Edd. Elm. Scriv. Flor. contra Mss. et Edd. ceteras. *Id.*—8 Ed. Vulc. sec. *etsi al.* vitiose. *Id.*—9 Edd. Vulc. pr. Wow. *circumfudit:* male. *Id.*—1 *Omnes peragrare.* Haud paulo rectius idem Fulvius legit, *omnem peragrare.* Omnem, id est, universam, totam. *Scioppius in Symbola.* Bene Fulv. et Wow. ex ipsius Cod. cum Elmenh. et seqq. *omnem*, quomodo etiam margini allevit Is. Vossius. Vide infra ad p. 735. Ed. Flor. Reliqui Mss. et Edd. *omnes.* Oud.—2 Ed. Vulc. pr. *interluuntur:* non male, sed contra Mss. O. Vide ad Met. lib. VI. p. 401. b. *Id.*—3 *Ita illæ universo salo.* V. C. *ita illæ in universo salo:* per 'universum salum' intelligit Mare Atlanticum. Dubitarim vero an legendum sit, in *obverso salo*, hoc est, posito sub nostro horizonte: ut significet *obversum* τὸ *ἀντίπορθμον*, quod dixit Aristoteles: neque tamen assevero. Nam Apuleius in sua versione τὸ ἀντὶ ad similitudinem potius referre videtur. *Vulc.* *In* e suo Cod. addidit Vulc. cum seqq. et astipulatur Florent. A reliquis et Edd. prioribus abest. Vulc. male conjecit *obverso:* sed et ipse non asseverat. *Oud.*—4 'Η δὲ *σύμπασα, &c.* Hæc [Aristotelis] in Apulcio non leguntur, tam excuso quam manuscripto, non quod illa ab ipso præterita esse credam, aut neglecta, (magnopere enim ad rem faciunt,) sed quod scribæ vitio sint omissa. *Vulc.* Bene judicat Vulc. *Oud.*—5 Bened. *mutuis nexibus et artis aff.* Id.—6 Vulgo *quinque juges.* Elmenhorstius. Perperam Floridus. Copulæ hæ

NOTÆ

[y] *Et quinque conjuges copulæ*] 'Conjuges' hic *conjungentes* sonat, estque nomen adjectivum, quod refertur ad 'copulæ,' nisi malimus Elmenhorstia-

tur,[7] ut adhæreant etiam[8] gravioribus leviora. Aquam in se habet tellus:[z] et aqua, ut alii putant, [713] vehit terram: aër ex aqua gignitur: ignis aëria densitate[9] [a] conflatur. Æther vicissim, ignesque illi immortalis Dei vivacitate[b] flammantur. Hujus divini ignis origine incensi, per totius mundi convexa[1] illustribus facibus ignescunt. Superna[2] quapropter Dii superi sedes habent, inferna ceterorum animantium terrena possident[3] genera, per quæ serpunt, et

cognationibus, et quinque vincula conjungentia copulantur sibi invicem, disposita hoc ordine, ut leviora annectantur etiam gravioribus. Terra in se continet Aquam: et Aqua, quemadmodum existimant alii, fert Terram. Aër procreatur ex Aqua: Ignis fit ex Aëre se spissiore. Æther vice versa, et illi ignes accenduntur ardore Dei immortalis. Inflammati influxu illius Ignis divini, exardescunt in insignes lampadas per supremum dorsum universi mundi. Quam ob causam Dii cœlestes habent pro habitationibus superiora loca, species terrestres reliquorum animalium habent

tam arcte connexæ sunt, ut merito *conjuges* dicantur; neque etiam vulgo, sed in sola Ed. Vulc. tert. editur *juges*. Ceteræ omnes cum Mss. *conjuges*. Bened. *conjugales*. Oud.—7 Leid. et Bas. 2. *aptantur*. Elmenhorstius. Ms. Vulc. sive Leid. et ejus Edd. sec. tert. Wow. *aptantur*. Bened. *continentur*. e Glossa. Vide ad Met. lib. III. p. 211. b. *Oud.*—8 Voss. sec. *et*. Id.—9 *Ignis ex aëria densitate*. Dele τὸ *ex* auctoribus Mss. Florent. Voss. sec. Bened. Ed. Junt. post. ante quam habent libri editi *aëris condensitate*. Bened. *aëri*. Mox pro *divini ignis* Bened. *d. generis*. Id.—1 Aldus *M. connexa*, male. Vide notas ad Arnobium. *Elmenh.* Junt. post. quoque *connexa*. Sed 'convexa cœli' passim apud poëtas. Infra p. 733. 'sphæræ convexa.' *Oud.*—2 Vid. Not. Var.—3 *Infima ceterorum animantium terr. possid.* Cod. meus Ms. adjicit *genera*: quod quidem sensum pleniorem reddit, præcipue si post *infima* subjungas notam interpunctionis. *Vulc.* Idem Ms. *Inferna ceterorum*, quod præ illo placet. *Scioppius in Symbola. Inferna, &c.* Totam hanc periodum depravatam recte emendavi. *Wower.* Et ego malim *inferna*, ut respondeat sono τοῦ *superna*. Dein *genera* exulat ab Edd. ante Vulcan. sed

NOTÆ

nam lectionem respuere, et legere, *quinque-juges* (hoc est *quintuplices*) *copulæ*, ut erat in vulgatis.

[z] *Aquam in se habet tellus, &c.*] Hanc Elementorum connexionem aliter, et certe clarius, explicat hic Arist. πέντε δὴ στοιχεῖα ταῦτα ἐν πέντε χώραις σφαιρικῶς ἐγκείμενα, περιεχομένης ἀεὶ τῆς ἐλάττονος τῇ μείζονι, λέγω δὲ, γῆς μὲν ἐν ὕδατι, ὕδατος ἐν ἀέρι, ἀέρος ἐν πυρὶ, πυρὸς δὲ ἐν αἰθέρι, τὸν κόσμον ὅλον συνεστήσατο. 'Quinque igitur hæc Elementa, in regionibus totidem globose incubantia, mundum ipsum ita totum coagmentarunt, ut minor regio semper a majori cohibeatur. Terra (verbi gratia) ut ab Aquæ globo, Aqua ab Aëris, hic ab Ignis, Ætheris denique globo Ignis coërceatur.' Apuleius non connexionem continentis et contenti, sed mutuam eorundem Elementorum transmutationem explicat.

[a] *Ignis* [*ex*] *aëria densitate*] Sed prius rarefacta et extenuata.

[b] *Immortalis Dei vivacitate*] Ardore et spiritu quem ipsis indidit supremus ille conditor orbis.

erumpunt,[4] et scatent flumina, fontes, et maria, quæ meatus[5] et lacunas et origines habent[6] in gremio terrarum.[7] Ipsarum vero[8] insularum, quæ sunt in nostro mari,[c] digna memoratu[9] Trinacria est,[d] Eubœa,[e] Cypros[1 f] atque Sardinia,[g] Creta, Peloponnesos,[2 h] Lesbos:[i] minores autem aliæ,

ima, per quæ fluvii, fontes, et maria errant, et prodeunt, et scaturiunt, quæ habent transitus, et lamas, et scaturigines in sinu Telluris. Ex ipsis autem insulis, quæ sunt in nostro mari, dignæ memoria sunt Sicilia, Eubœa, Cyprus, et Sardinia, Creta, Peloponnesus, Lesbos; aliæ vero minores disseminatæ sunt per patentes pla-

agnoscunt Mss. O. at vero Wower. audacter ejiciens *terrena*, transposuit *genera possident*. Aristot. dixit ζῶα ἐφήμερα. *Terrena* videtur addidisse Noster, quia omnia animantia terræ attribuit, uti etiam *aves*, ut pluribus disserit de Deo Socratis. *Oud.*—4 Locus manifeste mutilus. Sensus enim ipse notat desiderari aliquid. Quo pacto enim hæc inter se cohæreant, *Infima possident, et erumpunt? &c.* Lege itaque veteris mei exemplaris beneficio, *per quæ serpunt et erumpunt, et scatent flumina, fontes, et maria:* ut τὸ *serpunt* ad 'flumina;' τὸ *erumpunt* ad 'fontes;' τὸ *scatent* ad 'maria' referri possit: tametsi non ignoro Scaturigines proprie Fontium esse, Græcis πομφόλυγες. *Vulc.* F. legendum: *Et erumpunt flumina, scatent fontes et maria.* Vetus poëta apud M. Tul. Tusc. I. *fontes scatere herbis prata convestirier.* Brantius. Lege cum Brantio *Erumpunt f. scatent fontes et maria.* Elmenhorstius. Bened. *serpent.* Male et contra Mss. O. ab Edd. ante Vulcan. absunt *per quæ serpunt.* Præterea prave Vulc. Ed. sec. non habet *et* ante *erump.* nec ante *scatent* Edd. Ald. Junt. post. Bas. sec. Lugd. Colv. unde Wower. corrigebat *serpunt erumpunt et scatent:* sed bis *et* agnoscunt recte Mss. O. et Edd. ceteræ. *Oud.*—5 Ms. Vulc. *lacus*, male. *Id.*—6 Voss. sec. *origenes.* Bened. *habet.* Id.—7 Edd. ante Junt. post. *terræ:* contra Mss. O. Infra p. 729. 'concutiant solida terrarum.' pag. 741. 'tremoribus terrarum.' *Id.*—8 Hic in Rom. cod. desiderantur versus 67. *Elmenh.* Tota hæc descriptio Geographica usque ad verba *nebula constat, &c.* deest Edd. Rom. Vic. Ven. Junt. pr. Bas. pr. Aldus egregium hoc supplementum primus adjecit, et tum Junt. post. &c. *Oud.*—9 *Dignæ memoratu.* Florent. Vulc. Voss. sec. *digna.* Bene, si ita distinguas *in n. mari, digna memoratu Trinacria est, Eubœa, &c.* Bened. *memoratque.* Pro *est* Lipsius legit *et.* Id.—1 *Cyprus.* Bened. Voss. *Cypros.* Recte. *Id.* —2 Bened. *Peloponnenses.* Voss. *Pelopennesos.* Edd. quædam *Peloponnessos:*

NOTÆ

[c] *In nostro mari*] Mediterraneo. Solum enim illud alluit Græciam, ubi hæc scripsit Aristoteles.

[d] *Trinacria est*] Sicilia maxima totius Mediterranei maris insula. Sic dictam putant ἀπὸ τριῶν ἄκρων, a tribus Promontoriis, Pachyno, scilicet, Lilybæo, et Peloro.

[e] *Eubœa*] Sita est in Ægæo mari, contra Bœotiam, a qua Euripo separatur.

[f] *Cypros*] In extremo fere Mediterraneo mari, contra Syriam.

[g] *Atque Sardinia*] Cui adde Corsicam, quæ Græcis Κύρνος. Eam non omittit Aristoteles. Hæ duæ insulæ positæ sunt contra Ligures et Hetruriam.

[h] *Peloponnesos*] Hodie *Morea.* Hæc tamen insula non est, sed peninsula, Corinthiaco Isthmo Græciæ continenti adhærens. Aristoteles certe, in hac insularum enumeratione, ejus non meminit.

[i] *Lesbos*] Sita est contra Troada, hodie *Metelin* dicitur, ab urbe prima-

ut nævuli quidam,[3] per [714] apertas ponti sunt sparsæ regiones:[4] [k] aliæ Cyclades dictæ, quæ frequentioribus molibus alluuntur.[l] Maria majora sunt, Oceanus et Atlanticum,[5] [m] quibus orbis nostri terminantur anfractus. Sed occiduarum partium mare per angustias oris arctatum, in arctissimos sinus[6] funditur: et rursus a columnis Herculis[n]

gas maris, tanquam quædam maculæ: simul et aliæ vocatæ Cyclades, quæ habent scopulos crebriores. Maria majora sunt, Oceanus, et mare Atlanticum, quibus ambages nostri Orbis finiuntur. At mare partium Occidentalium constrictum angustiis sui ostii, effunditur in sinus angustissimos: et iterum refusus a Columnis Her-

male. *Id.*—3 Vulgo *nebulæ*, male. *Elmenh.* Edd. Ald. Junt. Colv. *nebulæ quidem.* Ms. Bened. *nubulæ quædam*, et a m. sec. *nebulæ.* Voss. uterque *nebuli quidem.* Vulc. *nebuli quidam*, atque ita quatuor Codd. Lislæi: unde optime Lips. Vulc. cum seqq. correxere *nævuli quidam*, quomodo in Cod. Florent. esse videtur. Vide Syll. Epist. Burm. tom. I. p. 362. 672. Adde omnino Pontan. ad Macrob. lib. II. Somn. Scip. c. 5. 'In ipsis quasi maculis ubi habitatur.' Eodem modo loci editiores *verrucæ* vocantur. Vide ad Gell. lib. III. c. 7. Sic infra *tuberes* legit Pontanus, ubi vulgo *nubis admodum sparsæ* e conjectura Wowerii, qui ideoque et hic *nebulæ* male retinet: at vide eo loco. *Oud.* Vid. Not. Var.—4 Sive patens maris æquor. Vitiose *opertas* Edd. Vulc. sec. Wow. solenni variatione. *Oud.*—5 Voss. sec. *Athalanticum.* Bened. *Atlanticus:* male. *Id.*—6 Voss. sec. *in sinos:* et cum Bened. statim *rursum.*

NOTÆ

ria Mytilene.

[k] *Aliæ ut nævuli quidam per apertas Ponti sunt sparsæ regiones*] Sic παραφραστικῶς exprimit, quas Aristoteles hic Σποράδας vocat, id est, 'sparsas.' Earum nomina, sicut et Cycladum, vide apud Plinium, lib. IV. cap. 12.

[l] *Quæ frequentioribus molibus alluuntur*] Unde eas Cycladas dictas nonnulli putant, quod propter frequentes, quibus scatent, scopulos, nautæ necesse habeant longo illas circuitu ambire, nec possint transire per medias. Sic autem intellige 'frequentioribus molibus alluuntur,' non, quasi velit eas frequentioribus aquarum molibus seu fluctibus allui, sed quod, habentes ipsæ frequentiores moles seu scopulos excurrentes, alluantur a mari.

[m] *Oceanus et Atlanticum*] Male distinguit Atlanticum ab Oceano, quasi distincta maria sint, et illud non sit hujus pars. Melius Aristoteles Πέλαγος δὲ τὸ μὲν ἔξω τῆς οἰκουμένης Ἀτλαντικὸν καλεῖται, καὶ ὁ Ὠκεανὸς περιῤῥέων ἡμᾶς. 'Pelagus autem, quod est extra orbem a nobis habitatum, Atlanticum dicitur, et Oceanus, quo circumluimur.'

[n] *A columnis Herculis*] De his Columnis variæ omnino sunt opiniones, quas vide apud Strabonem sub finem libri tertii. Certum est per illas intelligi fauces freti illius, quod mare Mediterraneum cum Oceano conjungit, ad quod Hercules Columnas suæ peregrinationis metas erexisse traditur: quoniam hoc in loco, id vero maxime et controvertitur. Has tamen Columnas ponunt vulgo Geographi in montibus seu promontoriis Calpe in Hispania et Abyla in Africa.

refusum, in immensam latitudinem panditur, sæpiusque coëuntibus terris, veluti[7] quibusdam fretorum cervicibus, premitur,[8] et idem rursus cedentibus terris est immensum. Primum igitur Columnis[9] navigantibus[o] dextrum latus [715] duobus sinibus maximis cingitur, quorum primus duas Syrtes habet, alter imparibus quidem sinuatur figuris, sed in maxima divisus est maria: quorum unum Gallicum dicitur, alterum Africum,[1] quod quidem Aristoteles Sardiniense[p] maluit dicere; tertium, Adriaticum pelagus.[q] His jungitur Siculum,[r] et post Creticum,[s] et, indiscretis finibus,

culis, extenditur in spatium vastissimum, et sæpe terris invicem accedentibus, coarctatur tanquam quibusdam faucibus fretorum, idemque, terris recedentibus, iterum est vastissimum. Primum ergo qui navigant a Columnis Herculis, habent a dextra parte duas oras maximas, in quarum prima sunt duæ Syrtes; altera flectitur quidem figuris inæqualibus, verum distribuitur in maxima maria: quorum unum vocatur Gallicum, alterum Africum, quod Aristoteles quidem maluit vocare Sardoum: tertium est mare Adriaticum. Siculum conterminum est his, ac deinde

Id.—7 Ed. Vulc. tert. *velut.* Id.—8 Al. *cer. procedentibus.*—9 Alii *columnas.* Vid. Not. Var.—1 Bened. *Africanum.* Oud.—2 Ald. *Pamphylicum.* Arist.

NOTÆ

[o] *Columnis navigantibus*] Et Hispanicam oram legentibus: sic enim ad dextrum latus habent non Syrtes modo omnemque Africæ oram, sed et totum ipsum Mediterraneum mare: alias, si recto cursu a Columnis navigetur, a dextra quidem erunt Syrtes; at cetera, quæ post memorat, erunt ad sinistram. Non accurate hic expressit Aristotelis mentem: verba ejus sunt: πρῶτον μὲν οὖν λέγεται ἐγκεκολπῶσθαι ἐν δεξιᾷ εἰσπλέοντι τὰς Ἡρακλείους στήλας διχῶς, εἰς τὰς καλουμένας Σύρτεις, ὧν τὴν μὲν μεγάλην, τὴν δὲ μικρὰν καλοῦσιν. ἐπὶ θάτερα δὲ οὐχ ὁμοίως ἀποκολπούμενος, τρία ποιεῖ πελάγη, τό τε Σαρδώνιον, καὶ τὸ Γαλατικὸν καλούμενον, καὶ Ἀδρίαν. 'Ac primum quidem insinuari dicitur dextrorsus ab Herculis Columnis intro navigantibus, in utramque Syrtim, (alteram earum magnam, alteram parvam vocant:) at vero in alteram partem non jam itidem sinuosus, efficit tria maria, Sardonium, Gallicum, et Adriam.' Male Colvius reponit, *Columnas navigantibus.* Verba Aristotelis, quibus nititur, εἰσπλέοντι τὰς Ἡρακλείους στήλας, id non sonant, sed tantum 'Columnas ingredientibus,' ab Oceano nempe in mare Mediterraneum: quod coincidit cum expressa lectione.

[p] *Sardiniense*] Σαρδώνιον, quod videtur apud Aristot. et ipsum Tyrrhenum seu Tuscum mare complecti.

[q] *Adriaticum pelagus*] *Golphe de Venise*: complectitur Illyricum, Dalmaticum, et Liburnicum. Nomen huic quondam fecit urbs Adria: dictum est etiam Italis Mare Superum, respectu scilicet Tyrrheni, quod Inferum vocabatur.

[r] *Siculum*] Quod a Sicilia Cretam usque extenditur.

[s] *Creticum*] A Creta ad Cyprum.

Pamphylium,[2] Syrium, Ægyptium.[t] Sed ante Ægæa et Myrtoa sunt maria.[u] His[3] sane vicinus est Pontus,[w] sinus amplissimus maris nostri, cujus extremus recessus in Mæotin[x] senescit, et ex Hellesponti fonte[4 y] concipitur,

Creticum: et limitibus non separatis, Pamphylium, Syrium, Ægyptium. Verum prius sunt maria Ægæa, et Myrtoa. Pontus quidem, vastissimus sinus nostri maris, est his propinquus: cujus ultimus angulus deficit in paludem Mæotidem, et nasci-

Παμφύλιον. *Colv.* *Ægæa.* Eadem *Regia*, quod falsum esse, arguit Aristoteles. *Idem.* *Et indiscretis finibus Pamphylium, Syrium, Ægyptium. Sed ante Ægæa et Myrtoa sunt maria.* Non distincte satis hic locutus est Auctor, nec dubito, quin sit corruptus. *A dextro latere*, et ait Aristot. τῇ μὲν, sunt *Pamph. Syr. et Ægypt. maria.* *A sinistro* vero *Ægæa et Myrtoa*, τῇ δέ. Nihil hic facit τὸ *ante*. Pro *et* quoque in Mss. Fulv. Bened. Voss. sec. *eo*, sc. latere, ut edidere Elm. et Scriv. Pro *Ægæa* in Vulc. Voss. sec. est *regea* in Florent. Ed. Ald. *regia*. Forsan *sed altero Ægæa, &c.* Latet certe tale quid. Ceterum *Pamphylium* Mss. Vulc. Voss. sec. Bened. Florent. Dein *Assyrium* Mss. iidem, ut et Fulv. et Voss. pr. Recte. Passim autem confunduntur, ut Mss. Apollodori lib. III. p. 223. *Syri* sæpissime *Assyrii* audiunt. Vide ad Justin. lib. I. et ad Sueton. Cæs. c. 22. Dein τὸ *et* cum Florido edidi ante *Myrtoa*, auctoritate Cod. Bened. A reliquis Mss. et Edd. abest. *Oud.* Nil muto. Antequam ad *Pamphylium, &c.* venimus, occurrunt *Ægæum* et *Myrtoum*. J. Bosscha.—3 Voss. sec. *is*. Oud.—4 *Hellesponti fontibus.* Malim legere *faucibus*, respectu ad verbum quo Aristoteles utitur συνεστόμωται, quod et Budæus vertit, 'In fauces contracta est.' Pomp. Mela; 'Qua diffunditur, alia aliis locis cognomina acceptat: ubi primum se coarctat, Hellespontus vocatur; Propontis, ubi expandit:' quo eleganti Metaphora Apuleius 'Vestibulum' vocat. Non celabo tamen etiam hoc, in Ms. meo Cod. legi *Ex Hellesponti fonte*: rectius quam, *Ex fontibus.* Vulcanius. In Græco: συνεστόμωται. Rectius igitur erit: *Ex Hellesponti faucibus:* quod etiam aliis notatum. *Wower.* *H. fonte.* Ald. *H. fontibus:* alii *H. faucibus:* recte. *Elmenh.* Primo ante *ex H.* τὸ *et* abest a Mss. Bened. Voss. sec. Tum *Ilesponti* Bened. Tandem prave Elm. et seqq. receperunt conjecturam Vulcanii *faucibus* ex Aristotele; sed ille verbo συνεστόμωται non ita utitur; verum ait de ponto πρὸς τὸν Ἑλλήσποντον συνεστόμωται τῇ καλουμένῃ Προπόντιδι.

NOTÆ

[t] *Et, indiscretis finibus, Pamphylium, Syrium, Ægyptium*] Quæ quidem maria a regionibus, quas alluunt, nomina sortita sunt: multa alia omittit, puta Carium, Rhodium, Cyprium, Phœnicium, Judaicum, Cyrenaicum, &c. quæ fusius vide apud Geographos.

[u] *Sed ante Ægæa et Myrtoa sunt maria*] Myrtoum mare, a Myrto insula dictum, pars est Ægæi, sicut et Icarium, cui nomen fecit Icaria insula, seu, ut fabulæ volunt, Icarus Dædali filius, et Carpathium ad Carpathum insulam. Ægæum porro mare situm est inter Græciam, Asiam minorem, et Cretam insulam.

[w] *Pontus*] Euxinus, quondam a feris accolarum moribus ἄξενος, seu ἀξεινος, hoc est, 'inhospitalis' dictus.

[x] *In Mæotin*] Paludem, cui jungitur freto illo, quod Bosphorus Cimmerius appellatur: ibi 'Taurica Chersonesus.'

[y] *Ex Hellesponti fonte* [*faucibus*] Huic freto nomen fecit Helle Phryxi

vestibulumque ejus Propontis[5] vocatur.[z] Ab ortu Solis Oceanus est, Indicum et Persicum mare conferens.[a] [716] Hinc patescunt finitima Rubri maris, quæ per angustas longinquasque fauces in Hyrcanium et Caspium flectuntur simul:[b] ultra quæ[6] profundæ vastitatis esse maria credun-

tur ex angustiis Hellesponti, atque ejus introitus appellatur Propontis. A Solis ortu est Oceanus profundens mare Indicum et Persicum: illinc fines maris Rubri aperiuntur: qui simul derivantur per angustias longas et arctas in Hyrcanium et Caspium mare: post quæ putantur esse maria profunda et immensa. Postea Scy-

quis autem ita loquitur 'concipi e faucibus?' Male quoque Is. Vossius conjecit *Hellesponti freto.* Verum Edd. priores habent *fontibus:* at Mss. quod sciam omnes dant *fonte,* ut bene edidit Vulc. ac revocavi, ut passim loquuntur auctores. Initium ponti facit ab Hellesponto. Mela lib. III. cap. 7. 'Ganges multis fontibus conceptus.' Lucan. lib. II. vs. 403. 'Fontibus hic vastis inmensos concipit amnes.' Curt. lib. VI. c. 4. § 5. 'Velut ex alio fonte conceptus editur.' Statim recte sequitur 'per angustas fauces.' αὐχένα. ubi Bened. *angustia.* Oud.—5 Bened. *Proponticus.* Voss. sec. *Propontius.* Id.—6 *Flectuntur: simul utraque.* Locus depravatus cum a vitiosa distinctione, tum vero ab insigni corruptione duarum vocum, quæ in unam coaluerant. Claude itaque periodum post *simul:* ut legas, *flectuntur simul:* deinde ita lege: *ultra quæ* (maria scil. Hircanum et Caspium) *profundæ,* &c. ut *ultra quæ* explicet illud Aristotelis τὸ δὲ ὑπὲρ ταύτην. aperto sensu.

NOTÆ

soror. Vide Ovid. Fastor. lib. III.

[z] *Vestibulumque ejus Propontis vocatur*] Quod sit πρὸ τοῦ Πόντου, ante Pontum. Hodie dicitur *Mer de Marmara.*

[a] *Indicum et Persicum mare conferens*] Interpretatus sum 'profundens,' juxta Aristotelis mentem, cujus textum non expressit fideliter hic Apuleius. Verba Aristotelis sunt: πρός γε μὴν ταῖς ἀνασχέσεσι τοῦ ἡλίου πάλιν εἰσρέων ὁ Ὠκεανὸς, τὸν Ἰνδικόν τε καὶ Περσικὸν διανοίξας κόλπον, ἀναφαίνει συνεχῆ τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν διειληφώς· 'Rursus ab ortu Solis influens Oceanus, aperto sinu Indico ut Persico, videtur etiam mare Rubrum contiguum complecti.'

[b] *Quæ per angustas longinquasque fauces in Hyrcanium et Caspium flectuntur [feruntur] simul*] Et hoc male respondet Aristotelico textui: videtur hic Apuleius mare Caspium a finibus maris Rubri derivare; quod absurdissimum. Aristoteles vero tolerabilius ab Oceano Septemtrionali; sed et ipse fallitur: cum nullo enim altero mari communicat mare Caspium, nisi forte subterraneis meatibus cum Ponto Euxino; quod nonnullos existimasse video, atque in his Aristotelem, teste Postello, lib. I. de Universitate. At error ille de origine Caspii maris communis fuit Aristoteli cum veteribus omnibus Geographis, quibus Septemtrionales mundi plagæ minus erant cognitæ. Strabo lib. II. ait terram nostram, mari circumdatam, in se ab Oceano multos admittere sinus: maximos autem quatuor; de quibus is, qui ad Septemtrionem spectat, Caspium vocatur mare, sive Hyrcanum. Persicus autem sinus et sinus Arabicus a me-

tur. Deinde paulatim Scythicum et Hiberum freta,[7] [c] et rursum mare, per quod Gallicum sinum [8] atque Gaditanas columnas circumvectus Oceanus, orbis nostri metas includit. Sed in altera parte orbis jacent insularum aggeres maximarum: Britanniæ [9] duæ, Albion et Hibernia,[1] [d] iis, quas supra diximus, majores. Verum hæ in Celtarum [2] finibus sitæ. Non minores vero [3] ultra Indos, Taprobana,[e]

thicum mare et Hiberum sensim succedunt, et iterum mare illud, per quod Oceanus circumfluens sinum Gallicum et Columnas Herculis, claudit terminos nostri orbis. At in altera parte orbis moles insularum maximarum sitæ sunt: nempe duæ insulæ Britannicæ Albion et Hibernia, majores illis quas ante memoravimus. Sed hæ jacent in vicinia Gallorum. Trans Indos autem non minores sunt insulæ, Tapro-

Vulc. Optime, et confirmat Bened. si non fallunt excerpta. *Oud.*—7 *Scythicum et Hybernum fretum.* Ald. *Scy. et Hiberum fretum.* Aristoteles quidem: ὑπὲρ τοὺς Σκύθας καὶ Κελτικήν. *Colv.* Mss. O. *Hiberum* et Edd. præter Bas. sec. Lugd. Colv. qui dedere *Hybernum.* Intelligit Aristoteles mare, quod fluit juxta Germaniæ et Celticæ oras, et videtur noster Auctor per errorem Germanicum mare vocasse *Hiberum,* quod est proprie Hispanicum, ab Hibero flumine, inductus in eum per nomen *Celtiberiæ;* nam de *Hibernia* non potest derivari, quia eam ipse statuit in alio orbe. Scalig. *Iberium.* Dein Mss. Bened. Voss. uterque *freta.* Recte. Vide ad lib. I. de Dogm. Plat. p. 184. a. *Oud.*—8 *Gallicum sinum.* Male *sinum* abest Mss. Bened. Vulc. Voss. et Edd. Junt. post. Bas. sec. Lugd. Colv. Vulc. pr. Wow. Servavit hanc vocem recte Florent. cum Aldo, Vulc. sec. et seqq. Γαλατικὸν κόλπον Aristot. Statim Bened. Voss. sec. *circumventus.* Id.—9 *Britannicæ.* Ita ex Aristotele refinxit Vulc. Ed. sec. et ex eo seqq. Verum priores cum Mss. omnibus *Britanniæ,* quod mutari non debuit. Utraque enim insula dicta est Britannia. Hinc *Britanniæ,* ut 'Galliæ,' 'Hispaniæ' Plinio lib. IV. c. 16. Catullo bis Ep. 26. et 42. *Id.*—1 Vid. Not. Var.—2 Bened. Voss. uterque *Celtorum. Oud.* —3 Putarim legendum, *Haud minores.* Aristot. οὐκ ἐλάττους. *Vulc.* Puto legendum *Non minores vero ultra Indos, Taprobana et Phebol.* Brantius. Vulcanius, *Haud minores vero.* Bene. *Elmenh.* Wower. quoque pro *sunt* fecit *non,* quia in Mss. et Edd. vett. non comparet *haud;* quæ sane emendatio

NOTÆ

ridionali mari infunduntur: quartus magnitudine alios superans, a Columnis Herculis oritur, estque mare Mediterraneum. Idem sentit de Caspio mari Plinius, lib. VI. cap. 13.

[c] *Deinde paulatim Scythicum et Hiberum freta* [*fretum, &c.*] Et hæc apud Aristotelem aliter leguntur: εἶτα κατ' ὀλίγον ὑπὲρ τοὺς Σκύθας καὶ Κελτικὴν σφίγγει τὴν οἰκουμένην πρός τε τὸν Γαλατικὸν κόλπον, καὶ τὰς προειρημένας Ἡρακλείους στήλας; 'tum autem supra Scythas Celtasque sensim astringit orbem terrarum adusque sinum Gallicum, et supradictas Columnas Herculeas.'

[d] *Albion et Hibernia* [*Ierna*] Arist. Ἀλβίον καὶ Ἰέρνη. Stephanus Ἀλβίων καὶ Ἰέρνη. Ptolemæus Ἀλουΐων καὶ Ἰουερνία, quam quidem Plin. 'Hiberniam' appellat: quæ hic 'Albion,' Straboni simpliciter Βρεττανικὴ dicitur.

[e] *Taprobana*] Cluverio *Ceylan.* at melius aliis *Sumatra.* Taprobanem enim hic Aristoteles ait esse πέραν

et Phebol:[f] multæque aliæ orbis ad modum sparsæ[4] [717] hanc nostram insulam, (id est, hunc terrarum orbem,) quam maximam diximus,[5] ornamentis suis pingunt, et continuatione, ut quibusdam sertis coronant. At enim hujus terræ, quam nos colimus,[6] latitudo quadraginta,[7] prolixitas sep-

bana, et Phebol: et multæ aliæ dispersæ quasi nubes, decorant suis ornamentis nostram hanc insulam, quam diximus maximam esse, (hoc est, hunc Orbem terrarum,) et eam coronant sua serie veluti quibusdam sertis. Ceterum latitudo hujus Terræ, quam nos habitamus, continet quadraginta millia stadiorum, longitudo vero septua-

mihi præplacet, quam cum Elmenh. et seqq. interponere *haud*. Oud.—4 *Multæque al. urbes admodum sp.*. Ingeniose Schickeradus *m. a. u. nubis ad modum sparsæ.* Elmenhorstius. Schickeradi conjecturam tacite sibi vindicavit Wow. et in textum recepit Floridus. Hinc et Wow. retinet supra *minores aliæ, ut nebulæ quædam per ponti regiones sparsæ:* sed sine dubio ibi rectum est *nævuli quidam*, et hic saltem tum etiam *nubium* debuerat dici. Mss. et Edd. vett. constanter habent *urbes*, vitiose. Edd. Wow. Elm. *urbis.* Scriv. vero edidit *uberis.* Credo eum intellexisse mamillæ rotunditatem. Aristoteles enim ait κύκλῳ περιστεφάνωνται τὴν οἰκουμένην: quod Noster reddidit *continuatione, ut quibusdam sertis coronant.* Salm. ad Sol. p. 1111. Ed. vet. 782. Ed. ult. *Breves adm.* At Pontanus ad Macrob. lib. II. Somn. Scip. c. 5. emendat *tuberes admodum:* ut maneat in metaphora, quia de majoribus insulis *aggeres* dixerat. Obstat tamen *admodum*, quod malim cum viris doctis in duas voces secare *ad modum.* Quare accedo adhuc Is. Vossio, qui margini allevit *orbis*, i. e. κύκλῳ. Præsertim si cum Wowerio deleas *hunc terrarum orbem.* ἐπέχω tamen. Est enim et in hoc quod displicet. *Oud.*—5 Cod. Ms. hoc pacto legit, *Hunc terrarum orbem quam maximum, ut diximus, &c.* quam lectionem magis probarim: aut si priorem retinere libet, τὸ *quam maximam diximus*, videtur transponendum esse atque ita legendum: *hanc nostram insulam, quam maximam diximus*, id est, *hunc terrarum orbem, &c.* dixit enim supra, 'Omnem hanc terrenam immensitatem Atlantici maris ambitu coërceri, insulamque hanc unam esse cum insulis suis omnibus.' Hic itaque universum orbem terrarum sive omnem hanc terrenam immensitatem *Insulam maximam* vocat. *Vulc. Hunc terrarum orbem.* Dele glossema. *Elmenh.* Cum Vulcanio Elm. edidit *orbem quam maximum, ut dix.* et sane ita videtur quoque esse in Florent. Certe Bened. habet *ut diximus.* Sed nihil opus est mutatione aut deletione, si cum Scriverio et aliis uncis illa includimus. Aristot. τὴν οἰκουμένην ταύτην, ἣν δὴ νῆσον εἰρήκαμεν, ut et Auctor noster supra. *Idem* Voss. sec. pro *id est.* Oud.—6 Bened. *qua nos colimus:* non ineleganter. *Id.*—7 Bened.

NOTÆ

'Ινδῶν, et λοξὴν πρὸς τὴν οἰκουμένην, et Strabo lib. II. eam oblongam esse: quod Sumatræ optime convenit.

[f] *Et Phebol*] Male Elmenhorstius reponendum censet *Telos.* Aristoteles hic: καὶ ἡ Φεβὸλ καλουμένη κατὰ τὸν 'Αρραβικὸν κειμένη κόλπον. Ex hoc Aristotelis loco Phebol videtur esse insula *Zocotora*, quæ ante Arabici sinus fauces sita est. Verum hæc minor est, quam ut possit cum Britannicis conferri. Libentius crediderim esse *Madagascar:* sed non parum affert scrupuli ejus ab Arabico sinu distantia major, quam ut possit dici ad eum sita.

tuaginta millia[8] stadiorum tenet.[g] Sed in divisione terrarum orbis, Asiam et Europam, et cum his, vel sicut plures præterea, Africam[9] accepimus. Europa ab Herculis columna usque Ponticum et Hyrcanium mare,[1] ac flumen Tanain[2 h] fines habet: Asia ab iisdem angustiis Pontici

ginta. At in distributione Orbis terrarum admisimus Asiam et Europam, et cum his Africam, ut plerique admittunt. Europa habet terminos extensos a Columnis Herculis usque ad mare Ponticum et Hyrcanium, et fluvium Tanaim: Asia exten-

X. prave. *Id.*—8 Bened. *XX.* Abest τὸ *millia* etiam a Mss. Florent. Voss. utroque, Vulc. et Ed. Ald. ut sæpe solet in Mss. quia notabant modo litera *m.* Id.—9 Dele τὸ *præterea* ex Florent. *Elmenh.* *Et cum his, sicut plures, Africam accepimus.* Sic quidem cum Florent. Edd. vett. Verum Mss. Voss. uterque, Vulc. Bened. cum Edd. Vulc. sec. Wow. *et cum his, vel sicut plures præterea Afr. acc.* quod unice placet. Auctor ait se admisisse in divisione orbis Asiam et Europam, et in his comprehensam Africam, quasi tantum partem Europæ, vel potius, sicut plures, præter eas duas tertiam partem, Africam. Male vero Edd. Vulc. tert. Elm. Scriv. *et cum his præterea sicut plures.* Abest *et* a Bened. *Accipimus* contra Mss. O. est in Edd. Ald. et Junt. post. et Edd. ceteris ante Vulcan. *Oud.*—1 *Ab Herculis Columnis usque Ponticum et Hyrcanium mare.* Mss. Vulc. Voss. sec. et Edd. Vulc. Wow. Elm. Scriv. *ad H. columnas:* sed tum debebat interponi *et usque.* Habent *ab H. columnis* Edd. reliquæ vulgares cum Mss. Bened. Voss. pr. At Ms. Florent. et Ed. Ald. *ab H. columna.* Egregie. Nam alteram columnam statuerunt in Africa, alteram in Europa, de qua hic agit. Vide Melam lib. I. c. 5. et omnino Curt. lib. X. c. 1. 'Cursum Gadis dirigere, ibi namque columnam Herculis esse fama vulgaverat.' Dein male *Pontum* Ed. Floridi. *Hyrcanum* Voss. sec. et Edd. Ald. Junt. post. Sed supra quoque *Hyrcanium.* Id.—2 Sic Mss. et

NOTÆ

[g] *Latitudo quadraginta, prolixitas septuaginta millia stadiorum tenet*] Eandem mensuram habet Aristoteles. Eratosthenes eandem tribuit Terræ longitudinem, at in latitudine nonnihil discrepat: nam pro quadraginta millibus stadiorum, triginta et octo tantum ponit, ut refert Strabo lib. XI. qui quidem Strabo lib. II. eadem servata longitudine, latitudini triginta tantum stadia tribuit. At hæc omnia intellige de Orbe a nobis habitato: totus enim globus terraqueus, secundum eundem Eratosthenem, habet in circuitu ducenta et quinquaginta duo stadiorum millia.

[h] *Et Hyrcanium mare, ac flumen Tanain, &c.*] Si finitur Europa flumine Tanai, non potest certe ad Hyrcanium usque mare pertingere, ut patet tabulas inspicienti. At non bene vertit Aristotelis textum: is enim sic habet: Εὐρώπη μὲν οὖν ἐστιν, ἧ ὅροι κύκλῳ, στῆλαί τε Ἡρακλέους καὶ μυχοὶ Πόντου, θάλαττά τε Ὑρκανία, καθ' ἣν στενώτατος ἰσθμὸς εἰς τὸν Πόντον διήκει· τινὲς δὲ ἀπὸ τοῦ ἰσθμοῦ Τάναϊν ποταμὸν εἰρήκεισαν. 'Europa his finibus circumscribitur: Herculis Columnis, Ponti recessibus, Hyrcanoque mari: a quo angustissimus Isthmus ad Pontum pertinet. Nonnulli tamen ab illo Isthmo Tanaim fluvium Europæ terminum esse dixerunt.'

maris[i] usque ad angustias,[3] quæ inter Arabicum sinum[4] et interioris ambitum pelagi, jacet;[5] constringiturque Oceani cingulo[k] et societate[6] nostri maris. [718] Sed alii alio modo, ut quidam ab exordio Tanais usque[7] ad ora Nili Asiæ terminos[l] metiuntur.[8] Africam vero ab isthmo[9] Rubri maris, vel ab ipsis fontibus Nili oriri putant,[1] ejusque in Gaditanis locis fines esse. Sed ipsam Ægyptum plerique Asiæ,[m] plures Africæ adjungunt: ut insularum situm,[2] sunt qui eum finitimis locis comprehendunt, et sunt, qui in

ditur ab iisdem faucibus Ponti Euxini usque ad alias fauces, quæ sunt inter sinum Arabicum, et flexum maris Mediterranei, et coërcetur ambitu Oceani, et connexione nostri maris. Verum alii dimetiuntur fines Asiæ aliter, veluti quidam ab initio Tanais usque ad ostia Nili. Existimant autem Africam incipere ab Isthmo Rubri maris, aut ab ipsis scaturiginibus Nili, atque ejus terminos esse in regione Gadium. At plurimi ascribunt ipsam Ægyptum Asiæ, multi tamen Africæ: quemadmodum et alii aliter constituunt posituras insularum: aliqui enim eas complectuntur cum regi-

Edd. vett. non per *m*. Bened. *Tanaum*. Id.—3 *Pontici maris usque ad alias angustias*. Hæc videntur abundare. *Elmenh.* *Pontici maris* uncis inclusit Wow. et mihi quoque hæ voces pro Glossa suspectæ sunt. Nam si retineas, æque addi debuisset *et Hyrcanii;* ut apud Aristotelem. *Oud.*—4 Sic recte Aldus et Basil. 1. In Flor. et Leid. est *Arabicum finem*, male. *Elmenh.* *Finem* quoque est in Bened. Voss. utroque et Edd. Vulc. Sed aliter Arist. *Oud.*—5 Al. *jacent*.—6 Male exulat τὸ *et* ab Edd. ante Vulc. sec. præter Aldinam. *Oud.*—7 *Usque* abest Mss. Bened. Vulc. Voss. sec. *Id.*—8 Sic recte edidere Ald. Junt. post. et Florid. intêr duo commata ponentes, *ut quidam, &c. Nili*, atque ita Mss. Florent. Bened. Voss. sec. *ut* valet *sicut*. Vide Aristot. Aliæ *metiantur*, post *modo* plenius distinguentes; uti τὸ *ut* notet *adeo ut*. Id.—9 Voss. sec. *a ismo*. Bened. *aismo*, suprascr. *p sinu*. Id.—1 *Putandum*. Ita Mss. Vulc. Voss. uterque cum Edd. Vulc. Wow. In Bened. *putandum est*. Dicit Auctor, perinde esse, sive Africæ initium capias ab Isthmo Rubri maris, ut statuit Aristoteles; sive a Nili fontibus, ut alii, monente etiam Arist. *Putant* vero membranæ Florent. et Edd. reliquæ. Forsan fuit *Africa* (sic enim Voss. sec.) *oriri putatur*. Id.—2 Vid. Not. Var.—

NOTÆ

[i] *Angustiis Pontici maris*] Supple *et Hyrcani* ex Aristotele.

[k] *Constringiturque Oceani cingulo, &c.*] Si enim mare Caspium, ut arbitrabantur Veteres, Oceani Septemtrionalis sinus fuisset; tota Asia peninsula fuisset ingens, hinc Isthmo maris Rubri cum Africa, inde angustiis Ponti et Hyrcani maris cum Europa conjuncta.

[l] *Ut quidam ab exordio Tanais usque ad ora Nili, Asiæ terminos, &c.*] Plin. lib. III. in Proœmio: 'hinc' (ex Oceano Atlantico per Columnas Herculis) 'intranti, dextra Africa est, læva Europa: inter has Asia est. Termini, amnes Tanais et Nilus.'

[m] *Ægyptum plerique Asiæ*] Vide Plin. lib. V. cap. 9.

alia divisione eas habendas [3] putent.[4] De mari satis dictum.[n] Terreni vero [5] casus [o] ita se habent. Exhalationes duas physici [6] esse dicunt,[p] tenues et frequentes, vixque visibiles ad superiora minari;[7] [q] ex gremio telluris [8] nebularum agmina halitu amnium fontiumque constare, matutinis temporibus crassiora. Harum altera arida est,[r] atque fu-

onibus vicinis, alii autem censent illas esse collocandas in alia distributione. Jam satis dictum est de Mari. Quæ autem eveniunt in Terra, hujusmodi sunt. Physici aiunt esse duas Exhalationes, exiguas et crebras, et trahi sursum vix conspicuas; catervas nubecularum, quæ prodeunt e sinu Terræ, conflatas esse exhalatione fluviorum et scaturiginum, atque esse densiores horis matutinis. Earum exhala-

3 Aut scribendum est, *eum habendum*, aut emendandum, *insulas habendas:* enim Aristoteles: Καὶ τὰς νήσους, οἱ μὲν ἐξαιρέτους ποιοῦσιν, οἱ δὲ προσνέμουσι ταῖς γείτοσιν ἀεὶ μοίραις. *Colv.* Nequaquam mutandum est; satis enim patet, insulas intelligi. *Oud.*—4 *Putant.* Ut *comprehendunt.* Sed Mss. Vulc. Bened. Voss. sec. *putent.* Eleganti modorum variatione, de qua alias sæpe. Vide Ind. Not. *Id.*—5 *Terrenæ vero.* Locus in omnibus Apuleii editionibus mutilus. Huic ex Ms. codice meo ita subveni: *Terreni vero casus ita se habent. Exhalationes duas esse Physici dicunt, &c.* Vulc. *Terreni vero casus.* Τὸ *casus* male delet Flor. et Aldus. *Elmenh.* Male Edd. ante Vulcan. *terrenæ* sine τῷ *casus.* Oud.—6 Mss. Voss. uterque, Bened. *et elationes*, male. Edd. ante Vulcan. *Exh. quas duas.* Dein Voss. sec. *fassice.* Bened. *fasisce.* Abest *Physici* ab Ed. Aldina. Statim *et frequentes* desunt Ed. Vulc. pr. *Id.*—7 *Ad superna minari.* Ἄγεσθαι. Fulvii liber *in mari.* Lipsius *animari*, male. *Elmenh.*—8 *Et gremio telluris.* Lege *e gremio telluris.* Elmenhorstius. Hæc est altera exhalatio. Vide Arist. Contra Mss. O. edunt Elm. Scriv. Flor. *e gremio:* cur non potius *minari; ex gremio t.?* Prô *halitu* Voss. sec. *alitu.* Oud.—9 *Con-*

NOTÆ

[n] *De mari satis dictum*] Male hoc: neque enim de Mari solum, sed et de Terra habitus est sermo.

[o] *Terreni vero casus, &c.*] At quæ mox affert, non Terræ soli, sed toti globo terraqueo melius attribuit Aristoteles, qui hic initium facit cap. 4. libri De Mundo.

[p] *Exhalationes duas physici esse dicunt, &c. ex gremio telluris nebularum agmina halitu amnium, &c. Harum altera, &c.*] Hæc videntur inter se haud ita bene congruere: nec mirum: neque enim Aristotelis textum fideliter expressit: sic habet: δύο γὰρ δή τινες ἀφ' αὐτῆς ἀναθυμιάσεις ἀναφέρονται συνεχῶς εἰς τὸν ὑπὲρ ἡμᾶς ἀέρα, λεπτομερεῖς καὶ ἀόρατοι παντάπασιν, εἴτι μὴ κατὰ τὰς ἑῴας ἐστὶν, αἵτε διὰ ποταμῶν τε καὶ ναμάτων ἀναφερόμεναι θεωροῦνται. 'Duas igitur exhalationes ab eo' (orbe) 'sursum ferri novimus in aëra nobis impendentem, tenues quidem illas omnino, nec nobis conspicuas: nisi si quid est hujuscemodi ad tractus Orientales, et præterea quæ ex amnibus et locis irriguis sublimia ferri videntur.'

[q] *Ad superiora minari*] Ἄγεσθαι, pelli. Festus: 'Agere modo significat ante se pellere, id est, minare,' &c. De hac voce jam ad libros de Asino.

[r] *Altera arida est*] Hæc vulgo simpliciter *Exhalatio* dicitur.

mo consimilis,[9] quæ terrenis eructationibus[1] surgit: altera humida,[s] et egelida:[2][t] hanc ex fluentis[3] superioris [719] vaporis natura ad se trahit. Et ex hac quidem nebulæ, rores, pruinæ, nubila, imbres,[4] nix, atque grando generantur:[5] de illa superiore, quam diximus siccam,[6] venti, animæ, flammæ,[7] et fulmina, atque aliæ ignitorum[8] telorum gignuntur plurimæ species. Nebula constat aut ex ortu nubeculæ, aut ex ejus reliquiis. Est autem exha-

tionum una sicca est, et persimilis fumo, quæ exoritur ex ructibus terræ: altera uda est et tepida: virtus caloris superni attrahit eam ad se ex aquis. Atque ex ea quidem Caligines, Rores, Pruinæ, Nubes, Pluviæ, Nix, et Grando creantur. Venti, et Flatus, Fulmina, et multa alia genera missilium inflammatorum generantur ex illa priore exhalatione, quam appellavimus aridam. Caligo conflata est vel ex principio parvæ nubis, vel ex residuo ipsius: est vero exhalatio excalefacta et destituta

similis. Ita et Ms. legit, manifesto procul dubio errore: addendum enim est *fumo:* ut exprimatur *τὸ καπνώδης,* id est, fumo consimilis: qui nimirum sua sponte sursum fertur. quo respexit Apuleius cum dixit, *surgit,* hoc est, sursum vergit. *Vulc.* Nisi fallunt excerpta, *τὸ fumo* extat in Florent. sed ceteri Mss. et Edd. priores non habent: unde Lipsius margini allevit *animæ consimilis.* Oud.—1 *Reluctationibus.* Malim, *eructationibus.* Arist. Τούτων δὲ ἡ μὲν ξηρὰ καὶ καπνώδης ἀπὸ τῆς γῆς ἀποῤῥέουσα. *Colv.* Putarim legendum esse vel *Eructationibus* (nam et hoc verbo ἀνερεύγεσθαι utitur Aristoteles) vel *exhalationibus:* tametsi Ms. codex expresse habeat *reluctationibus.* Vulcanius. *Retractationibus.* Non capio has retractationes. Emendandum censeo: *Quæ terrenis eructationibus surgit.* Wowerius. Vulc. Colv. et Wow. *t. eructationibus.* Bene. *Elmenh.* Et in textum reçepere Wower. Elm. et seqq. In Mss. O. et Edd. vett. est *reluctationibus.* An *effluctationibus* a flucto ἐπιῤῥέω? Arist. ἀποῤῥέουσα ἀπὸ τῆς γῆς. Sed in *eructat.* acquiesco. *Oud.*—2 Al. *gelida.* Vid. N. Var.—3 *Ex fluentis* Mss. O. Male Edd. ante Vulcan. *effluentis.* Oud.—4 Bened. *et imbres.* Id.—5 Edd. Ald. Junt. post. Bas. sec. Lugd. *generatur.* Id.—6 Bened. *siccam venusque.* Id.—7 *Venti aquæ flammæ.* Aldus, *verti:* male. Leidens. *a flamine.* Lego, *auram, flamina.* Elmenhorstius. *Venti atque flamina, fulmina, &c.* Hæc lectio est Scriverii, quam tacite recepit quoque Floridus, et desumta ex Aristotele, qui habet: ἄνεμοί τε καὶ πνευμάτων διαφοραὶ, βρονταί τε καὶ ἀστραπαὶ καὶ πρηστῆρες καὶ κεραυνοὶ, &c. Ald. Junt. Colv. Vulc. cum Wower. et Elmenh. *Venti, aquæ, flammæ, fulmina;* atque ita Mss. Florent. Bened. et Voss. uterque; nisi quod 3. posteriores dent *et fulmina.* Male pro *flammæ* Elm. conjecit *flamina.* *Flammæ* enim sunt *πρηστῆρες.* At quid huc faciunt *aquæ?* Lege omnino cum Lipsio et Goesio *animæ,* i. e. πνεύματα, spiritus. Inepte autem *verti* est in Mss. Vulc. Voss. sec. Edd. Ald. Vulc. pr. Reposui itaque *Venti, Animæ, Flammæ, et Fulmina.* Vide infra p. 723. 'animis Septemtrionis ac Zephyri temperati Etesiæ.' Auson. in Precat. Cons. 7. 'Apricas ventorum animas.' *Oud.*—8 Bened. *ignipicorum,* et mox *atque ex*

NOTÆ

[s] *Altera humida*] Hæc appellatur *vapor.*

[t] *Egelida*] Ἀτμώδης Aristoteli. Verti, 'tepida.' Catullus: 'Jam ver egelidos refert tepores.' 'Egelidus' est non gelidus: sic 'edurus:' non durus. Virgil. lib. II. Georgic. 'Plantis eduræ Coryli nascuntur.'

latio[9] vaporata et humore[1] viduata, aëre crassior, nube subtilior, cui serenitas abolitionem[2] infert. Nec aliud est serenitas, quam aër purgatus caligine, et perspicue sincerus. Ros vero nocturnus humor est, quem serenitas tenuiter spargit.[3] [u] Glaciem dicimus humorem, sereno rigore concretum.[4] Huic est pruina consimilis, si mollitia[5] roris matutinis frigoribus incanuit.[6] Ergo aër actus in nubem nubilum denset, et ea crassitudo aquarum fœtu se gravidat.[w] Imber exprimitur,[7] cum inter se urguentur[8] nubium densitates, totque diversitatibus pluviæ cadunt, quot modis aër nubilis conditionibus[9] cogitur: raritas enim nubium stil-

humiditate, densior aëre, tenuior nube, quam Serenitas dissipat. Serenitas porro nihil aliud est quam aër purgatus nebula, et clarus, atque purus. Ros autem est humiditas nocturna, quam Serenitas diffundit minutatim: vocamus Glaciem aquam rigentem frigore sereno. Pruina est ei similis, quando nempe Ros mollis albicavit gelu matutino. Si igitur aër impulsus in nubem, condenset eam, atque illa densitas graviores reddat aquas in illa conceptas, Pluvia eliquatur: quando spissitudines nubium premuntur invicem, et Imbres ruunt totidem variis modis, quot aër comprimitur concursibus nubium: nam raritas nubium dispergit guttulas: quæ nubes, quan-

ortu pro *aut ex ortu*. Id.—9 Voss. sec. *exultatio*. Bened. *ex altero*. Id.—1 Edd. ante Vulcan. contra Mss. carent τῷ *et*. Idem.—2 Bened. Voss. sec. *obolitionem*. Mox pro *caligine* Bened. *caliginem*. Idem.—3 Vide Not. Var.—4 Malim: *frigore*. Wowerius. *Frigore* vulgatum fuerat ante Vulcan. quæ vox statim sequitur. Mss. O. *rigore*, ut bene reposuit Vulc. *Oud.*—5 Al. *mollities*.—6 Bened. *incaruit*. Oud.—7 *Ergo si aër a. i. n. n. denset, et ea crassitudo a. fœtus gravidat, imber exprimitur*. Q. Primo *si* non comparet in ullo Cod. nec Ed. ante Bas. sec. Dein *fœtus gravidat* solus habet Florent. unde sic edidere Elm. Scriv. Flor. In Mss. reliquis est *fœtu gravidat* præter Vulc. Cod. qui cum Edd. ceteris habet *fœtu gravidatur*. Nam certe crassitudo non *gravidat fœtus*, sed ipsa fit *gravida fœtu*. Legendum omnino est, et distinguendum, *Ergo aër, &c. fœtu se gravidat. Imber exprimitur, quum, &c.* Et sic clare Arist. Νέφος, *&c.* γόνιμον ὕδατος· Ὄμβρος δὲ, *&c.* Nam male *imber exprimitur* jungunt præcedentibus: quod non fit, cum nubes gravidantur aquis; sed cum jam gravidatæ nubes inter se urguentur et colliduntur. Frustra autem margini *densat* allevit Lipsius. Vide (præter Colv. et Comm. ad Lucan. p. 266. 331.) Lambin. &c. ad Lucret. l. I. vs. 391. 'quia se condenseat aër:' atque ita Mss. aliquot. Veget. l. IV. c. 3. et Septim. de B. Troj. l. III. c. 5. *Oud.*—8 Ita Ed. Scriv. bene. Al. *urgentur*. Id.—9 Al. *nubium con*. Vid. Not.

NOTÆ

[u] *Quem serenitas tenuiter spargit*] Hinc nunquam Ros est nisi sereno aëre.

[w] *Nubilum denset, &c. fœtu se* [*fœtus*] *gravidat*] *Denset* hic in indicativo est, sicut et *gravidat*, flectiturque a verbo 'denseo,' quo etiam usus Lucret. lib. I. 'Quod si forte aliquis, cum corpora dissiluere, Tum putat id fieri quia se condenseat aër.' Et infra: 'Nec tali ratione potest denserier aër.'

licidia dispergit: quæ,[1] concretæ vehementius, effundunt[2] agmina largiora, et eas aquas, quas imbres vocamus: a quibus hoc differunt nimbi, quod pluvia jugis est:[3] nimbus autem, quanto repentinus[4] est, tanto vehementior: et quanto improvisior præcipitatio ejus est,[5] tanto breviore casu restringitur. [720] Nives autem colligi jactatione densarum nubium constat: nam priusquam in aquam defluant, fractæ ac discissæ[6] spumas agitationibus suis faciunt, et mox gelatus humor rigore frigoris inhorrescit.[7] Hæc, victis nubibus, crebrior ad terram venit. Eam tempestatem[8] nos ningorem[9 x] vocamus. Grandinare vero tunc dicis,[1] cum aqua nubem lapidoso pondere et festinante perrumpit: eademque vi et ad pernicitatem incita,[2]

do sunt validius condensatæ, effundunt majorem copiam aquæ, et illas aquas, quas appellamus pluvias: a quibus Nimbi in eo discrepant, quod Pluvia diu durat: at Nimbus quo magis est subitus, eo est violentior: et quo ejus casus est magis repentinus, eo etiam breviore spatio temporis, ejus lapsus absolvitur. Certum est autem Nives cogi agitatione Nubium spissarum. Illæ enim, antequam destillent in pluviam, confractæ ac disruptæ spumas agunt suis jactationibus, et statim humor congelatus rigescit asperitate frigoris. Hæc Nix, ruptis nubibus, majori copia descendit ad humum. Nos appellamus illam tempestatem Ninguorem. Tunc autem dicimus grandinare, quando aqua congelata perfringit nubem calculis suis gravibus et properantibus, et excitatur ad velocitatem eadem vehementia, et, mollitia Aëris sibi

Var.—1 Bened. *nubes quæ*. Oud.—2 Edd. Elm. Scriv. Flor. male *affundunt*. Mox pro *hoc differunt* Fulvian. *eo diff.* Id.—3 Crediderim legendum *a quibus hoc differunt Nimbi, quod Imber, Pluvia jugis est*. Vulcanius. Non male. *Oud.* —4 Al. *repentinior*.—5 *Quod improvisior præcipitatio est*. Bene Vulcanius, nisi quod addendum ex Ms. *improvisior ejus præcipitatio*. Sciopp. in Symb. Mss. Fulv. et Florent. cum Vulc. Ed. tert. et seqq. addunt *ejus*, quod abest ab Ed. Vulc. sec. Sed Codd. Bened. Voss. uterque Vulc. *inprovisior præcipitatio ejus est;* atque ita Junt. post. Reliquæ Edd. male *improvisior et præcipitatior*. Oud.—6 Voss. sec. *discisæ* de more. Intelliguntur autem nubes ipsæ, ut patet ex Aristotele. *Id.*—7 Vid. Not. Var.—8 *Eam tempestatem*. Hic iterum desunt in Romano versus 74. *Elmenh.* Usque ad *impulsibus quatit* omnia desunt Edd. primis, Junt. pr. Bas. pr. Aldus primus partim, partim Junt. Ed. post. addidere. *Oud.*—9 Al. *nigrorem* et *nigorem*.—1 *Tunc dicimus*. Voss. sec. *tum*. A Scriv. et Florido est *dicimus*. In Mss. et Edd. ceteris *dicis*. scil. tu Faustine, et alii vulgo. Ald. *discis*. An fuit *dicas?* alibi sic in hoc libro. *Oud.*—2 *Eademque vi et ad pernicitatem incitatur*. Sic tacite edidit Floridus.

NOTÆ

x *Ningorem* [*Niguorem*] Sic vertit νιφετόν Aristotelis. 'Ninguor' porro et verbum 'ninguo,' et adjectivum 'ninguidus,' quo sæpius utitur Ausonius, fluunt ab antiquo genitivo 'ninguis,' quod olim usurpatum fuisse pro *nivis* testatur Priscianus, lib. VI.

et, cedente aëris mollitie,[3] præcipitata, indignatione vehementi humum verberat.[4] Hæc satis erunt[5] de iis, quæ udis elementis aquosisque contingunt. Verum aliæ sunt passiones, cum impulsu[6] frigidioris aëris venti generantur. Nec enim aliud est, nisi multum et vehemens in unum coacti aëris flumen. Hunc spiritum dicimus: licet spiritus ille etiam nominetur,[7] qui animalia omnia extrinsecus[8] vitalia[y] tractus sui vitali et fœcunda ope vegetat. Siccos et superiores[9] mundi flatus ventos nominamus: auras vero, hu-

cedente, præcipitata, magno fremitu percutit Terram. Hæc sufficient de iis quæ eveniunt in Elementis humidis et aquosis. Ast aliæ affectiones sunt, quando Venti excitantur impulsione Aëris frigidioris. Nam Ventus nihil est aliud nisi magnum et violentum fluentum aëris simul collecti. Vocamus eum Spiritum: quamvis ille etiam vocetur Spiritus, qui vivificat vitali et fæcundo subsidio sui meatus cuncta animalia quæ interius vivunt. Aridiora et altiora Flamina mundi appellamus Ven-

At Mss. et Edd. O. corrupte *incitat.* Bened. *eadem veroque ad vi pernic. incitat.* Latet quid. Lipsius legit *incitata;* quod non displicet: nisi malis mecum *eademque se vi incitat.* Sic 'æstus et vis aquæ se incitant.' *Id.* Haud dubie legendum *incita:* quod verbum, ut antiquum et Lucretianum, placere Apuleio debuit. *J. Bosscha.*—3 Bas. 2. *aëris mollitia.* Flor. et Aldus *aëris molli cura.* Unde Vulc. *aëris mollitura,* Lipsius *aëris mollicina* legunt. Sed ista ingeniositate nihil hic opus, cum lib. I. de habitudine Platonis dicat, 'pulmonum excipitur mollitie.' *Elmenh. Mollitie* præter Cod. Vulc. clare habet Bened. ut cum Vulcanio edidere seqq. vel *mollitia,* ut supra. Voss. *molli curæ.* Scalig. *molli natura,* melius quam aut Lips. *mollicina* aut Vulc. *mollitura.* Quid si *mollitia, terræ præcipitatam,* i. e. in terram. Vide ad Lucan. l. IV. 647. 'sternique vetabere terræ:' ut lego jam cum Cortio, et ad l. V. 360. 'procumbite terræ:' adde Cl. Burm. ad Ovid. Am. III. 2. 25. Immo Noster l. IX. Met. 'terræ prosternitur.' Alibi 'terræ jacere, concidere,' &c. Donec tamen quid certius e Mss. affulgeat, *mollitie* retineo. *Oud.*—4 Aldus *humana verb.* inepte. *Elmenh. Præcipitata indignatione veh. humum verberat.* Hæc Lipsii est conjectura in marg. libri sui, quam, nescio unde, tacitus admisit Floridus. Mss. et Edd. reliquæ habent *præcipitatam,* nisi quod in Bened. sit *præcipitatum.* Pro *humum* Mss. Voss. sec. Vulc. et Edd. ante ipsum *humana.* Sed Bened. *reverberat humum.* Unde suspicor, Auctorem scripsisse *terræ præcipitatam indignatione veh. humus reverberat.* Eleganter sane. *Oud.*—5 Bened. *hoc satis erit.* Voss. sec. *hæc sati erit.* Ald. *hæc sat erunt.* Id.—6 *Qui cum impulsu.* In V. C. non legitur τὸ *qui:* et omnino παρέλκει. nam si legatur, sensum turbat, qui alioqui est planus. *Vulc.* Recte deest *qui* in Mss. O. et Edd. post Vulcan. *Oud.*—7 *Spiritus ille nom.* Lege, *licet spiritus etiam ille nominetur.* Vulcanius. Τὸ *etiam* perperam ante deerat, sed comparet in Mss. *Oud.*—8 Al. *intrinsecus.*—9 *Siccos etiam superiores.* Lege, *siccos et superiores.* Vulcanius. Ut habent Mss. In Edd. ante Vulcan. *etiam,* unde Lips. allevit *superioris.* Frustra. Pro *flatus* Ed. Vulc. tert. vitiose

NOTÆ

[y] *Extrinsecus vitalia*] Malim *intrinsecus,* quod etiam video Elmenhorstio placuisse.

midos spiritus. Sed ventorum binæ sunt species. Qui facti e telluris halitu constant,[1] Terrigenæ[2] [z] nuncupantur: at illi qui excutiuntur e sinibus, Encolpiæ[a] Græce sunt nominati.[3] Consimiles his haberi oportet eos, qui de fluminibus, lacubus, et stagnis, vel ruptis nubibus[4] per aperta[5] manare assolent, [721] rursumque in crassam nubium speciem conglobantur,[b] qui Ecnephiæ appellantur:[c] vel cum imber effusus[6] conciet flabra, quæ Exhydriæ[7] At-

tos: madidos autem Flatus, vocamus Auras. Verum Venti sunt duplicis generis. Illi qui conflati sunt exhalatione Terræ appellantur Terrestres: illi vero qui excitantur in finibus maris vocati sunt Græce Encolpiæ. Illi existimandi sunt his similes, qui consueverunt fluere per patentem aërem ex Amnibus, Stagnis, et Paludibus, aut ex Nubibus discissis, et iterum coguntur in densam formam Nubis, qui vocantur Ecnephiæ, aut quando pluvia densissima excitat Ventos, qui appellantur

status. Oud.—1 *Q. facti e telluris habitu.* Legendum omnino *halitu*, etiam non monentibus membranis veteribus: hoc est, Exhalationibus terrenis recta sursum tendentibus: quos quidem ventos eleganti allusione ad *γηγενεῖς* illos Gigantes, Terrigenas vocat Apuleius, quos Arist. *ἀπογείους, &c.* Vulc. F. *Q. fartim e telluris habitu conflant.* Brantius. Brant. *q. fartim e tell. h. conflant.* Bene. *Elmenh.* *Conflant* non male; sed prius non mutandum. Inepte ante Vulcan. edebatur *habitu* contra Mss. et sensum Aristot. *οἱ ἐκ τῆς νενοτισμένης γῆς πνέοντες.* *Oud.*—2 Sequentia *At illi, &c.* usque ad *vocitantur* desunt in Edd. Vett. Primus addidit editor Junt. post. *Id.*—3 Vid. Not. Var.—4 *Vel rupt. nub.* recte Mss. cum Vulcan. et seqq. Abest ab Ed. Wow. tamen *vel.* Male. Alii enim sunt venti, qui e fluminibus et lacubus, alii, qui ruptis nubibus flant; ut recte distinguitur ab Aristotele. Melius Edd. priores habebant *qui r. n.* Pro quo idcirco minus bene etiam Lipsius margini allevit *perruptis.* Oud.—5 Al. *operta.*—6 Leid. *cum in vere fusus.* male. *Elmenh.*—7 Vet. cod. meus ΕΧΟΡΙΑ: corrupte: nisi alius quispiam ex his literarum vestigiis, quæ videntur innuere *ἐξόρια*, aliud quippiam *εὐθυβόλως* divinet. Budæus vertit *Aquatores.* Sunt vero Exhydriæ, flatus qui cum aqua tumultuose profusa inhorrentes et fragosi feruntur. Nos Græcam vocem retinea-

NOTÆ

[z] *Terrigenæ*] Aristoteli *ἀπόγειοι*. De Ventorum natura et situ, vide lib. II. Meteorol. ejusdem Aristotelis, cap. 4. 5. et 6.

[a] *Encolpiæ*] Aristot. *οἱ δὲ ἐκ κόλπων διεξάττοντες, ἐγκολπίαι.*

[b] *Vel ruptis nubibus, &c. rursumque in crassam nubium speciem conglobantur*] Hæc, non accurate ex Aristotele expressa, obscuriora sunt. Aristotelis verba: *οἱ δὲ κατὰ ῥῆξιν νέφους γινόμενοι, καὶ ἀνάλυσιν τοῦ πάχους πρὸς ἑαυτοὺς ποιούμενοι, ἐκνεφίαι καλοῦνται.* quæ sic interpretor: 'ii vero Venti, qui fiunt rupta nube, conflanturque ex resolutione ejus densitatis, Ecnephiæ dicuntur,' ubi nulla mentio iteratæ illius Ventorum conglobationis in crassam nubium speciem, de qua hic loquitur Apuleius. De Ecnephia et Typhone vide cap. I. lib. III. Meteorologic. Aristotelis. et Plin. lib. II. cap. 48.

[c] *Qui Ecnephiæ appellantur*] Hæc ex Arist. Vulcanius hic reposuit.

ticorum lingua [8] vocitantur. Nunc nomina exsequemur, regionesque ventorum. Euros [9] Oriens, Boreas Septemtrio, Occidens Zephyros, Austros medius dies mittit. Hos quatuor ventos [1] alii plures interfluunt: [2] nam quamvis Eurus sit ventus Orientis, idem tamen a parte Cæcias [d] accipit nomen, cum eum Oriens æstivo effundit.[3] Apeliotes [4] [e] autem vocatur, cum meridianis portis [5] [f] procreatur. Eurus est,

lingua Atheniensium Exhydriæ. Jam explicabimus vocabula, et loca Flaminum. Ab Ortu veniunt Euri: a Septemtrionibus, Boreæ: ab Occasu, Zephyri: a Meridie, Austri. Inter illos quatuor Ventos multi alii spirant. Licet enim Eurus sit Ventus Orientis, ipse nihilominus incipit vocari Cæcias, quando spirat ab Ortu Æstivo: dicitur vero Subsolanus, quando oritur ex Ortu Æquinoctiali: Eurus

mus, dum Latina illa ἀνάλογος non suppetit. *Vulç.* Flor. *Exopia.* male. *Elmenh.* Bened. et Voss. sec. quoque *Exopia.* Voss. pr. *Exopta.* Edd. Lugd. Bas. tert. *Exhedriæ.* Sed ἐξυδρίαι apud Aristot. Verum ille non addit eos ita vocatos *Atticorum lingua.* Quid si legamus *Exuriæ* vel *Exoriæ* ab οὔρον urina, unde et Orion sive Hyrieus, de quo vide Munker. ad Hygin. F. 195. Tzetz. ad Hes. ἔργ. 199. Schol. Hom. Catal. vs. 3. Interpr. ad Stephan. de Urb. V. Ὑρία. *Oud.*—8 *Attica cum lingua.* Talpa sit qui non videat primo statim occursu legendum *Atticorum lingua.* Vulcanius. Male et contra Mss. ante Vulcan. edebatur *Attica cum lingua:* quod natum ex Ed. Junt. post. *Atticocum:* sed ibi inter errata correctum *Atticorum.* Oud.—9 Bened. *Eurus,* et mox *Zephyrus.* Id.—1 *Hos quatuor ventos, &c.* Hæc usque ad *inpulsibus quatit* primus e Codd. edidit Aldus. *Id.*—2 Al. *interfluant* et *interflant.* V. N. Var. —3 *Oriens æstibus emittit.* Ms. cod. legit, *æstivo.* Ego legendum censeo *ortus æstivus,* ut frequenter *u* pro *b* et *b* pro *u* consonante ponitur. Et omnino exemplar Aldinum Apuleii ita legit, *æstivus emittit.* Ms. cod. *æstivo effundat.* Cæciam vero Hesych. ita dictum vult ἀπὸ τοῦ καίκου (lege καίκου) ποταμοῦ. *Vulc.* Vid. Not. Var.—4 Voss. sec. Bened. cum Florent. *æliontes* vel *eliontes,* quia *ap* abierat in *at* præcedentis verbi: vitiose. *Oud.*—5 *Meridianis ex montibus.* V. C. *meridianis montibus.* Ego putarim legendum, *motibus,* vel potius, *ortibus.* Vulcanius. Græce: Ἀπηλιώτης δὲ ὁ ἀπὸ τοῦ περὶ τὰς ἰσημερινάς. Satis apparet emendandum: *Apeliotes vocatur, cum meridianis exortibus procreatur.* Wowerius. *Æquidianis exortibus.* Hæc lectio est a Scaligero. Vulc. *meridianis motibus.* Flor. Leid. et Aldus: *meridianis ex montibus.* Wower. *meridianis exortibus.* Elmenhorstius. *Cum meridianis ex montibus procreatur* constans fere, sed ineptissima plurimorum Mss. est lectio. Primo cum Scaligero faciunt Voss. Ed. Vulc. sec. tert. ac Floridus. Salmas. vero l. c. p. 889. legit

NOTÆ

[d] *Cæcias* [*Aparctias*] Repone *Cæcias.* Aristoteles: τῶν γε μὴν εὔρων, καικίας μὲν λέγεται ὁ ἀπὸ τοῦ περὶ τὰς θερινὰς ἀνατολὰς τόπου πνέων ἄνεμος. 'ex Euris, Cæcias dicitur Ventus ille qui flat ab ortu æstivo.'

[e] *Apeliotes*] Græcis ἀπηλιώτης, Latinis 'Subsolanus.'

[f] *Cum meridianis portis* [*ex montibus*] Mendosus locus. Aristoteles: ἀπηλιώτης δὲ ὁ ἀπὸ τοῦ περὶ τὰς ἰσημερινὰς (ἀνατολὰς τόπου). 'Apeliotes ille est qui flat ab ortu Æquinoctiali.' Apuleius ipse infra: 'Eurus igitur Æquinoctialis Orientis est Ventus, &c. Idem ἀπηλιώτης a Græcis, Subsolanus

quando hyemali ortu emittitur:[6] Zephyrus vero, quem Romana lingua Favonium novit:[7] hic cum de æstivis occiduis[8] partibus surgit, Iapygis cieri[9] nomine solet.[g] [722] At ille, qui prior est æquinoctiali plagæ,[h] Notus: et Aquilo, qui septem stellarum regione generatur, et huic vicinus est Aparctias.[1] Hic prior est[2] indidem ad diem medium;[3]

*est quando laxatur ex portis Orientis Hyberni. At Zephyrus est, quem lingua Romana appellat Favonium; hic, cum exoritur a regione Occasus Æstivi, solet vocari nomine Iapygis. * * * In vocabulis Austrorum, illa varietas est*

medianis exortibus: sive mediis inter solstitiales et hybernos ortus. Ego tamen hic nihil temere mutandum puto, et 'meridianos' capio pro 'æquinoctiales' sive 'æquidianos.' Sed quid fiet prodigiosis illis *montibus?* Lipsius margini allevit *meridianæ axis motibus.* Singularis est Cod. Bened. scriptura, quæ viam ducit ad veram lectionem *cum meridianis procreatur.* Legendum enim *cum merid. portis procreatur:* quæ vox hinc exciderat in sequentem versum 'hyemali ortu emittitur,' ut ibi legendum videbimus. *Montibus* intrusum a librariis, cum hic excidisset *portis.* Sic passim enim loquuntur Veteres de quatuor mundi cardinibus. *Oud.*—6 *Hyemalis ortus portis emittitur.* Mira est locutio *portæ ortus:* nec etiam profecta ab Apuleio, ut docent membranæ Florent. legentes *hyemali ortu,* ut edidere Elm. Scriv. Flor. retinentes tamen *portis:* prave. Nam, ut supra vidimus, e superiore versu huc delapsum est τὸ *portis.* Satis est *hyemali ortu emittitur.* Ed. Ald. *partis.* Bened. *hyema.* Mox pro *quem* Ed. Scriv. *quam.* Id.—7 Al. *nominat.*—8 Florent. et Edd. ante Vulcan. carent τῷ *hic.* Perperam vero *de* contra Mss. O. et Edd. omisit Floridus. *Oud.*—9 Ald. *efferri,* forte *censeri.* Elmenhorstius.—1 Bened. *generantur et huic vicinorum, &c.* Voss. sec. *Apartias. Et* delet Salmasius. *Oud.*—2 *Huic propiores.* Ald. *huic propior est. Hic propior est* vel *proprior* exaratur in Mss. Vulc. Voss. utroque. At in Bened. *hic prior est.* Florent. *hic propior* cum Elm. Scriv. Flor. *Huic propiores* Vulc. pr. Wow. *huic proprior* Vulc. tert. *Id.*—3 *Ad idem diem medium.* Lege, *ad diem medium.* παρέλκει

NOTÆ

a nostris solet dici.' Repone ergo cum Scaligero *cum æquidianis exortibus.*

[g] *Iapygis cieri nomine solet*] Dicitur etiam Argestes, seu Corus: et Olympias, teste Aristotele.


[h] *At ille, qui prior* [*propior*] *est æquinoctiali plagæ, &c.*] Hic locus corruptissimus est ad hæc usque verba *Austrorum in nominibus:* eaque de causa prætermisi eum in Interpretatione. Verum restituere absque manuscriptorum codicum ope nequeo: quod possum, en tibi Aristotelis textum affero, qui locum hunc optime supplere possit: Ζέφυρος δὲ ὁ ἀπὸ τῆς ἰσημερινῆς· λὶψ δὲ ὁ ἀπὸ τῆς χειμερινῆς· καὶ τῶν βορέων ἰδίως, ὁ μὲν ἑξῆς τῷ καικίᾳ, καλεῖται βορέας· ἀπαρκτίας δὲ, ὁ ἐφεξῆς ἀπὸ τοῦ πόλου κατὰ τὸ μεσημβρινὸν πνέων· θρασκίας δὲ, ὁ ἑξῆς πνέων τῷ ἀργέστῃ, ὃν ἔνιοι καικίαν καλοῦσι. 'Zephyrus vero, seu Favonius, is est qui ab Æquinoctiali Occasu flat. Libs seu Africus, qui ab Hyberno. Ex Aquilonibus vero is, qui Cæciæ ad latus est, peculiariter appellatur Aquilo. Aparctias vero ille est, qui post eum ab ipso polo secundum Meridianum spirat. Thrascias deinceps ab Argeste (is Corus est) spirat, quem nonnulli Cæciam appellarunt.'

Thrascias et Argestes sunt in Indiam flantes. Austrorum[4] in nominibus[5] illa est observanda[6] diversitas: namque

enim τὸ *idem*: neque in Ms. cod. legitur. Apuleius Aldinus legit, *ad idem medium*: ex *diem* transpositione literarum factum est, *idem*. Vulcanius. *Ad idem d. medium* est in Voss. sec. Sed reliqui Mss. dant cum Vulcan. sec. *ad diem medium*. Vide seqq. Tum pro *Thrascias* Ald. *Thracias*, Bened. *tertius*, ut vulgo corrupte legitur in Philarg. ad Virg. Geo. IV. 298. Florent. Voss. sec. *Thracius*. Pro *Argestes* Bened. Voss. sec. *Ergastes*: ut in Mss. Vitruvii. *Oud.*—4 Vid. N. Var.—5 Aldus, *in omnibus*: male. *Elmenh.* Sic recte Vulc. e suo codice rescripsit, cui reliqui Mss. et Edd. seqq. consentiunt. Ineptissime ante edebatur *flantes in omnibus Austr.* Lipsius margini allevit *in nomini-*

NOTÆ

[1] *Ex alio latere Libonotus ex duobus unum facit*] Libonotus nempe, cum medius sit Notum inter et Libem seu Africum, videtur ex utriusque commixtione ortus, utrumque participare, eaque de causa dicitur Libonotus. Hunc etiam Libophœnicem, Λιβοφοίνικα, a nonnullis appellari tradit Aristoteles. Sed, ut quæ de Ventis haetenus dicta sunt melius intelligas, en tibi situs eorum et nomina in Schemate disposita.



cum de abscondito polo flatus adveniunt, Notus est: Euronotus,[7] ille, qui inter Notum atque Eurum medius effringit;[8] ex alio latere Libonotus[9] ex [723] duobus unum facit.[i] Excursores venti habentur, qui directo spirant; reflabri, reciproco; ut Cæcias putatur esse.[1] Et quidam[2] hyemales[k] habentur, ut Noti:[3] Etesiæ frequentiores sunt æstate,[l] animis Septemtrionis[m] ac Zephyri temperati; sed veris Ornithiæ[n] venti appellantur Aquilonum genus ex aëre prosati,[4] minori nisu, nec jugi perseverantia spiritus

observata: quando enim flamina spirant a polo abdito, est Notus: ille qui erumpit medius inter Notum et Eurum, est Euronotus; ex altera parte Libonotus efficit unum ex duobus ventis. Illi venti dicuntur Excursores, qui recte flant; illi vero reflantes, qui alternant flamina: qualis existimatur esse Cæcias, et nonnulli existimantur hyberni, quemadmodum Noti: Etesiæ crebriores sunt per æstivum tempus anni: Boreæ, et Favonii per vernum tempus: Ornithiæ Venti vocantur quidam Aquilones ex aëre geniti, deferentes suos flatus debiliori conatu et

bus auctorum, &c. diversitas. Sed *Austrorum* est verissimum. τῶν Νότων, *&c.* etiam Arist. *Oud.*—6 Mss. Voss. sec. Vulc. *observata.* Id.—7 Bened. *Euranotus.* Id.—8 Bened. *exsurgit* e Glossa.—9 Ald. *Libs, Notus.* Vide Tzetz. Chil. 8. Hist. 215. *Elmenh.* Prave Aldus. Junt. pr. *ex alto latere L.* Edd. Bas. sec. Lugd. Colv. *ex altero.* Bened. Voss. sec. *Libinotus.* Oud.—1 Vid. Not. Var.—2 Al. *et quidem.*—3 Sic et Aristot. Minus bene Vulc. et Wow. delent τὸ *ut.* Oud.—4 Male et contra Mss. in Edd. ante Vulcan. *prolati.* Init. L. de dogm. Plat. 'conceptus prosatum:' et passim. Pro *minori* Bened. *minore.* Id.—5 Ms. *perseverantes.* Alius: *proserentes.* Wowerius.

NOTÆ

[k] *Et quidam [Equidem] hyemales*] Malim, *et quidam hyemales.*

[l] *Etesiæ frequentiores sunt æstate*] Plinius, lib. II. cap. 47. 'Hujus' (Caniculæ) 'exortum diebus octo ferme Aquilones antecedunt, quos Prodromos appellant: post biduum autem exortus, iidem Aquilones constantius perflant diebus quadraginta, quos Etesias vocant. Molliri eis creditur Solis vapor geminatus ardore sideris: nec ulli Ventorum magis stati sunt.' Aristoteles Etesias Ventos μίξιν ἔχειν τῶν τε ἀπὸ τῆς ἄρκτου φερομένων καὶ ζεφύρων. 'Mixtos esse ex Aquilonibus et Zephyris.' Ἐτησίαι Etesiæ dicti ἀπὸ τοῦ ἔτους, ab anno, quasi dicas anniversarii, quod quotannis certo tempore spirent.

[m] *Septemtrionis*] Hoc nomine non tantum ἅμαξα sidus significatur, sed et Venti ab ea parte flantes, ut hic et apud Ciceronem Epist. ad Atticum, lib. IX. 'ex ea die fuere Septemtriones Venti.'

[n] *Ornithiæ*] 'Aviarios' vertit Interpres Aristotelis. Plinius lib. II. cap. 47. Ornithiam non genus Aquilonis dicit, ut Noster et Arist. sed ipsum Favonium: 'Quidam' (inquit) 'Favonium ad VII. Kalendas Martii Chelidonian vocant, ab hirundinis viso: nonnulli vero Ornithian, uno et septuagesimo die post brumam, ab adventu avium, flantem per dies novem.'

perferentes.[5] At enim procellosus flatus Catægis[6] dicitur, quem præfractum[o] possumus dicere, ventus, qui de superiore cœli parte submissus,[7] inferiora repentinis impulsibus quatiat.[8] Turbo[p] autem dicitur,[9] qui repentinis flabris[1] prosilit, atque universa perturbat. Vortex[2][q] ille est, vel, uti[3] dicitur, Dine,[4][r] cum torquetur humus arida, et ab infimo[5] erigitur ad summum. Anaphysemata[s] Græci vocant eos spiritus, [724] qui de fundo vel hiatibus terræ explosi ad superna meare solent.[6] Hi cum majore vi torti sunt, fit

duratione non diutina. Verum enimvero Ventus tempestuosus vocatur Catægis, quem possumus vocare præruptum: is Ventus est, qui demissus ex summo aëre concutit inferiora impetu subito: ille vero appellatur Turbo, qui erumpit flatibus subitis, et subvertit omnia. Ille Ventus est Vortex, aut, sicut aliter nominatur, Dine, quando terra sicca circumagitur, et extollitur ab infimo ad supremum. Græci appellant Anaphysemata illos flatus, qui emissi ex fundo terræ aut ex ejus aperturis soliti sunt ascendere ad superiores partes aëris. Quando hi sunt circumacti majori

Voss. sec. *jungi.* Ald. *spiritu.* Bened. *proferentes.* Male. De vi τοῦ *perferre* adi me ad Met. l. VI. p. 398. *Oud.*—6 Al. *catagis.*—7 Prave Ed. Flor. *inmissus.* Pro *inferiora* Bened. *in inf.* Oud.—8 Ald. *delationibus.* Voss. sec. *quatiatur.* Bened. *quatitur.* Edd. Vulc. sec. tert. Scriv. Flor. *quatit.* Id.—9 Sic Mss. O. In Edd. ante Bas. sec. *T. enim.* In reliquis ante Vulcan. abest τὸ *autem.* Id.—1 Ed. Vulc. pr. *flatibus,* negligenter. *Id.*—2 Al. *vertex.*—3 Male Edd. Elm. Scriv. et Mss. quidam *veluti.* Oud.—4 *Dine* recte Vulc. Mss. et vulgati legunt, *velut dicitur Pynea* vel *Pyneas.* Elmenhorstius. Prave Ed. Scriv. *Dyne.* At Arist. habet Λαίλαψ καὶ στρόβιλος, et Edd. vett. item Wow. *Pinea.* Mss. Florent. Fulv. Vulc. Voss. uterque *Pineas.* Bened. *pisnis.* Quare aliud quid latere puto. *Oud.*—5 Ms. Florent. et Edd. Elm. Scriv. Flor. *ab imo.* Id.—6 *Explosi ad superna maris solent devenire.* Ms. cod. habet, *expelli ad superiora maris solent.* Nam illud *devenire* glossema merum esse verbum ipsum satis indicat. *Vulc.* Fortasse rectius *ad superna aëris.* Woweriius. *De profundo hiatibus terræ explosi ad superna aëris solent evadere.* Hæc lectio debetur Elmenhorstio, quam partim e Ms. partim e conjectura effinxit. Primo *profundo* extat in solo Florent. Reliqui cum prioribus Edd. *fundo* rectius. Arist. ἐκ βυθοῦ τινος ἢ ῥήγματος. Dein *explosi* vere Mss. O. et Edd. ante Vulcan. qui e conjectura, non vero e Codice, ut ex ipsius verbis crederes, cum Wowerio dedit *expelli,* existimans alioquin deesse verbum: quod statim videbimus. *Maris* constanter est in Mss. et Edd. vett. *Aëris* conjectura est Wow. ac Lipsii. Dein pro *evadere* quod habet solus Florent. est ante

NOTÆ

[o] *Catægis, &c. quem præfractum*] Vel potius *præfringentem,* ac *pervellentem:* αἰγίζειν (unde derivatur Catægis) Græcis nonnunquam significat διασπᾷν, 'divellere,' et 'affligere tempestate.'

[p] *Turbo*] Θύελλα, Aristoteli.

[q] *Vortex*] Λαίλαψ et στρόβιλος, Aristoteli.

[r] *Dine*] Δίνη et δῖνος, Aristophani, 'aëris turbo:' et δινέω 'circumago,' 'circumverto.'

[s] *Anaphysemata*] 'Efflatus' vertere possis, vel evaporationes, ab ἀναφυσάω, 'efflo.'

procella terrestris,[7] a Græcis Prester[t] nomen accepit.[8] Sed cum tormentum[9] illud ire pergit, densasque et tumidas nubes præ se agit,[1] coactasque collidit, fit sonitus, et intonat cœlum: non secus ac si commotum ventis mare cum ingenti fragore undas littoribus impingat.[2]

At Favorinus,[u] non ignobilis sapiens, hæc de ventis refert: 'Quatuor mundi[3] plagas imparem numerum habere ventorum; eo quod ortus et occasus mutentur[4] terna vice cum Solis accessu, meridies et arctos[5] iisdem semper regi-

vehementia, fit tempestas terrestris, et vocata est a Græcis Prester: at quando illa procella persequitur suum iter, et pellit ante se nubes opacas et turgidas, et conglobatas illidit inter se, fragor exoritur, et æther tonat: haud aliter, quam si pelagus concitatum flaminibus allidat fluctus ad ripas cum magno sonitu.

Vulcan. *devenire:* at nec hoc, nec illud extat in Mss. aliis. Arist. tantum ἀνωφερόμενον. Lege igitur *ad superna meare solent.* De nubibus in l. de Deo Socr. p. 681. 'humilius meant:' de avibus l. XI. 'aves cœlo meantes:' et passim. 'Meatus aëris' infra p. 727. *Oud.*—7 Male exulat *terrestris* Edd. ante Vulcan. contra Mss. et Aristotelem. *Id.*—8 *Et a Græcis nomen accepit.* Τὸ *accepit* male omittit Flor. Theophr. de igne fol. 423. ἐκ δὲ αὐτοῦ ἀέρος καὶ τοῖς νέφεσι συστροφαὶ καὶ θλίψεις· βίαιαι δὴ ἀεὶ φοραί, δι' ὧν δὴ οἱ πρηστῆρες καὶ κεραυνοὶ γίνονται, καὶ ὅσους δὴ τρόπους ἄλλους τεθεωρήκαμεν. *Elmenh.* Recte *et* carent Mss. Voss. Bened. Vide supra ad p. 721. Voss. sec. *praster.* Oud.—9 Al. *tormento.*—1 *Nubes presse agit.* Aldina editio habet, *Præsagit.* Ex quo, quisquis non oscitabunde auctores legit, facile colligat, legendum esse *Præ se agit,* id est, ante se. *Vulc.* Inepte Edd. ante Junt. post. *præsagit.* Junt. post. &c. usque ad Vulcan. *presse agit:* et ita Voss. sec. ac Vulc. Conjecit Lipsius *pressu agit.* βιαίως Arist. Absunt a Bened. *densasque, &c. agit.* Oud.—2 Sic Vulc. e suo cod. et seqq. Bened. Voss. uterque *impingit.* Contra Mss. in Edd. vett. item Wow. *illidat.* Sed præcedit *collidit.* Id.—3 Vulcanius *tres mundi,* bene. *Elmenh.*—4 *Mutentur . . . sunt.* Nota rursus modorum varietatem, et adi ad l. III. de Dogm. Plat. p. 610. Bened. *mutantur* et *sint.* Voss. sec. *mutentur* et *sint.* Pro *terna* Bened. *terrena.* Oud.—5 Voss. *meridie*

NOTÆ

[t] *Hi cum majore vi torti sunt, &c. et a Græcis Prester, &c.*] Aristotel. ὅταν δὲ εἰλούμενον πολὺ φέρηται, πρηστὴρ χθόνιός ἐστιν. Inferius tamen sensu paulo alio Præstera sumit pro Turbine accenso ipse Aristoteles: et Noster infra: 'Presteras vero nominamus' (fulmina) 'cum flammarum in illis minus fuerit.'

[u] *At Favorinus, &c.*] Hæc quæ sequuntur usque ad illa verba: *nunc de nubium præstigiis referam:* habentur verbis fere iisdem apud Gellium Noctium Atticarum lib. II. cap. 22. ubi de Iapyge Vento, Favorinique de Ventis sermone: unde huc translata videntur, et ab aliquo studioso olim ad marginem annotata, deinde ab imperitis exscriptoribus in contextum admissa, quasi Apuleiana essent. Merum ergo est Glossema, quod ignorat prima editio et Aristoteles: ideo e contextu non omnino quidem rejeci, sed Italicis characteribus edendum curavi, nulla addita Interpretatione.

onibus[6] sunt notatæ. Ortus quippe accepimus, æquinoctialem, solstitialem,[7] brumalem: quibus occasus redduntur eadem intervallorum ratione conversa.[8] Eurus igitur[9] æquinoctialis Orientis est ventus,[1] [w] nec invenuste[2] nominis ejus fictus est, quasi ἀπὸ τῆς ἑῴας ῥέων.[3] [x] Idem[4] ἀπηλιώτης[5] a Græcis, Subsolanus a nostris solet dici. Sed qui ab æstivæ et solstitialis[6] orientis meta venit, Βορέας Græce, Latine Aquilo nominatur: hinc αἰθρηγενέτην,[7] [y] quod sit alias serenus, Homerus ait: Βορέαν[8] vero ἀπὸ τῆς βοῆς,[z]

---

dies. Bened. *meridiei.* Si quid mutandum, malim *Arctoë* pro ἄρκτοι sive *Arcti.* Gell. 'meridi[illegible] et Septemtriones:' de hac terminatione vide ad Lucan. l. II. vs. 593. l. III. vs. 180. Munker. ad Hygin. Astron. l. II. c. 2. *Histoë*, ut etiam Cod. Voss. Sic in Nepote *hemerodromoe*: ubi consule Comm. *Id.*—6 Dele τὸ *semper* ex Florent. *Elmenh.* Apud Gell. 'statu perpetuo manent.' Voss. sec. *semper per.* Ald. *easdem per regiones.* pag. seq. 'eadem semper regione signatur.' *Oud.*—7 Voss. sec. Bened. *et solst.* Mox *redduntur* abest Bened. *Id.*—8 Ita Vulc. et seqq. ex ipsius Cod. *Conversi* Edd. priores, sc. *occasus*, præter Aldinam, in qua ut et Florent. Voss. sec. Bened. est *conversæ*: adeo ut aliud quid latere videatur. Forsan *plagæ* subaudiri possit, ut *Centauro magna, &c.* Id.—9 Ed. Junt. post. caret. *Id.*—1 *Orientis est.* Lege ex V. cod. *Orientis ventus est*, ut sit *orientis* dictum pro, ortus. *Vulc.* *Ventus* excidit male contra Mss. ab Edd. Junt. post. Bas. sec. Lugd. Colv. *Oud.*—2 Bened. *invenustate.* Pro *quasi* Voss. sec. *quis.* Id.—3 'Απὸ τῆς [illegible]ος ῥῶν. Lege ῥέων. *Vulcanius.* Floridus tacite e Gellio edidit ἀπὸ τῆς ἕω ῥέων. Sed Edd. reliquæ habent ἐῶος vel ἑῶος cum Florent. At Bened. εοωας. Voss. uterque ἑῶας. Bene. ἑῴα Græcis simpliciter dicitur tractus Orientalis. Vide Stephanum. Græcis caret Aldus. *Oud.*—4 Aldus *qui.* Id.—5 'Αφηλιώτης Mss. et Edd. præter Floridum, qui e Gellio reposuit π, cum tamen optimus Gellii Cod. Reg. etiam habeat φ, quasi ἀφ' ἡλίου et sic quoque Ms. Perizon. apud Veget. lib. v. c. 8. Supra tamen Mss. et Edd. *Apeliotes*: ut et Arist. ἀπηλιώτης: quia et ἠέλιος dicitur: item Theophrasto et Isidoro de Rer. Nat. c. 37. aliisque. Aldus prave ἀπελιώτης. Voss. Ms. ἀφηλειώτης. *Id.*—6 *Æstiva et solstitiali orientis meta.* Ita rursus e Gellio Floridus. At Ms. et Edd. vett. *solstitialis.* Bene, si *æstivæ* legas, *plagæ* subintelligens. *Id.*—7 Scribo, *hunc αἰθρηγενέτην, &c.* Gellius: 'Eumque propterea quidam dicunt αἰθρηγενέτην ab Homero appellatum.' *Hinc*, ut apud Gellium *propterea.* Sed Mss. Florent. Voss. sec. Edd. Ald. Junt. post. Elm. Flor. *hunc.* Tum Voss. sec. *acteergeneten.* Id.—8 *Borcam.*

NOTÆ

[w] *Eurus igitur Æquinoctialis Orientis est ventus*] Ex mente quidem Favorini: at Aristoteles Eurum vocat eum qui ab Oriente Hyberno spirat, ut jam vidimus.

[x] *Quasi* ἀπὸ τῆς ἑῴας [τῆς ἕω] ῥέων] Ab Aurora fluens.

[y] Αἰθρηγενέτην] Αἰθρηγενέτης et αἰθρηγενὴς serenitatem inducens. Boreæ est epithetum apud Homerum. αἰθρία et αἴθρη, aër serenus.

[z] 'Απὸ τῆς βοῆς] A clamore. Veteres versus 'De Ventis' apud Isidorum, 'De Natura Rerum,' cap. 37. 'Hinc lævus Boreas glaciali Turbine mugit, Frigidus hic Aquilo nostris vocitatur in oris.'

[725] quod non sine clamore soleat intonare. Tertium ventum, qui ab Oriente hyberno venit, Græci εὐρόνοτον vocant. Item occidui sunt tres,[9] Caurus, qui Græce ἀργέστης[1] vocatur, is est adversus Aquiloni: item Favonius, Græce ζέφυρος,[2] Euro contrarius. Tertius Africus, λὶψ,[3] Vulturno reflat. Meridies vero, quoniam eadem semper regione signatur, uno Austro, id est, νότῳ flatur: Septemtrio item uno,[4] et is Septemtrio habet cognomentum: qui tamen[5] Græca lingua ἀπαρκτίας[6] dictus est. Horum nomina plerique[7] commutant de loco vel similitudine aliqua: ut Galli Circium appellant[8] a turbine ejus et vertice:[a] Apuli Iapyga[9] eum ex Iapyge sinu,[1] id est, ex ipso

Mss. Voss. sec. Bened. *borean.* Lege βορέαν, Græce; ut supra. *Id.*—9 Ita cum Gellio Codd. Florent. Fulv. Voss. utroque et Edd. Elm. Flor. In Bened. *sunt vis.* Ald. *sunt ut.* Male etiam numero carent Edd. reliquæ. *Id.* —1 Florent. ἀργάστης. *Elmenh.* Voss. sec. *ergastes.* Oud.—2 Voss. uterque *Favonium.* Iidem ut et Bened. carent τῷ *Græce.* Id.—3 Edd. usque ad Elmenh. *id est* λίψ. Sed nullus codex agnoscit τὰ *id est.* Voss. sec. *Lybs.* Bened. *Libis.* Id.—4 *Septemtrio item uno.* Dele glossema ex membranis Florentinis. *Elmenh.* Ineptissime; licet desint etiam in utroque Voss. Tunc enim diceretur auster septemtrionis habere cognomentum, quo quid absurdius? Gellius item dicit: 'Septemtriones autem habent ob eandem causam unum,' &c. Bened. tamen modo dat quoque *et bis Septemtrio habet cognomentum.* Pro *Septemtrionis* etiam Voss. sec. et Florent. *Septemtrio.* Recte. Sic supra p. 721. 'Idem tamen Cæcias accipit nomen:' ubi vide. Immo in versu apud Isidorum: 'Hinc nomen nostra e lingua Septemtrio finxit.' Ex repetito hoc nominativo lacuna in Mss. nata. *Oud.*—5 *Qui tamen, &c....percellit.* Desunt hæc quoque in Ed. Aldina. *Id.*—6 Flor. LYTARKEILE. Inepte. Versus antiqui: 'Primus Aparctias alto qui spirat ab axe, Huic nomen nostra e lingua Septemtrio finxit.' Plinius lib. II. c. 47. *Elmenh.* Florent. Lιταρκει^αε. Voss. απαρκειαρ. *Oud.*—7 Bened. *plurimi.* Id.—8 Male hoc verbum exulat Edd. præter Elmenh. et Florid. Agnoscunt id Mss. Florent. Voss. uterque Bened. *Id.*—9 *Iapygæum.* Vulgo, *Iapyga.* Vide Puteanum Cent. I. Ep. 16. *Elmenh.* *Apuli vero Iapygeum.* Sic Florid. Cum Elmenhorstius e Ms. Florent. ediderat *Apuli Iapygeum vero.* Abest τὸ *vero* a ceteris Mss. et Edd. At *Iapuageum* habent quoque Vossiani. Sed Bened. cum Edd. vett. et Gellio *Iapygem.* Nusquam dicitur hic ventus *Iapygeus.* Vulc. e suo cod. exhibuit *Iapyga.* Salmas. p. 887. legit *Iapygem eum.* Quidni *Iapyga eum?* Horat. lib. I. O. 3. 4. 'Obstrictis aliis præter Iapyga:' et aliis. *Oud.*—1 Vere ibid. correxit Salmas. *ex Iapygiæ sinu:* quomodo liquide extat in Vossianis; immo jam in Ed. Junt. post. Quo pacto Garganus dicatur *Iapygiæ sinus* a Nostro, vide Gronov. ad Gell. 'Iapygiæ ipsius ore proficiscentem quasi finibus,' &c. ubi Puteanus legit e Nostro *sinubus* Centur. I. 16. at vide de Gelliano loco ibi comment. et Serv. ad Virg. Æn. VIII. vs. 710.

NOTÆ

[a] *Circium appellant a turbine ejus et vertice*] Lucanus: 'Solus sua littora turbat Circius, et tuta prohibet statione Monœci.'

Gargano venientem.[2] [b] Hunc Caurum esse, manifestum:[3] nam et ex occiduo venit, et Virgilius ejus sic meminit:

> Illam[4] inter cædes[c] pallentem morte futura
> Fecerat ignipotens undis et Iapyge ferri.

Est etiam Cæcias[5] ventus, quem Aristoteles ad se trahere nubes ait:[6] [d] et est adagium de eo tale:

> κακὰ[7]
> Ἕλκων[8] [e] ἐφ' αὐτὸν ὡς ὁ Καικίας νέφος.[9]

Sunt Etesiæ et Prodromi[f] spirantes ex omni parte, eo tem-

Id.—2 Bened. *veniente*. Id.—3 *Manifestum est.* Abest verbum substantivum a Bened. Voss. utroque. Bene. *Id.*—4 Hi versus non videntur in Bened. Voss. utroque. Male *illum* Edd. præter Junt. post. et Florid. Agitur enim de Cleopatra apud Virgil. lib. VIII. vs. 709. ubi hoc vitium monuit Heinsius. *Id.*—5 Flor. *cælias:* male. *Elmenh.* Voss. quoque prave *cælius*. Bened. *et Cæc.* Carent Bened. Voss. *est*. Oud.—6 Voss. præponit *ait τοῖς ad se, &c.* Id.—7 Vox hæc finem facit Iambici versus etiam apud Gellium. Male eam delevit Elm. Editores vett. sequenti versui adjungunt, sic: *κάκ' ἐφ' ἑαυτὸν* vel *κακὰ ἐφ' αὐτὸν* ut est in Junt. post. Sed Voss. uterque, Bened. *κακὸν*, unde patet versus alicujus Iambici finem esse. *Id.*—8 Abest *ἕλκων* a Voss. et Bened. Legendum ex Aristotele et Ms. Regio Gelliano *ἕλκων ἐφ' αὐτὸν*, ut fecit Salmas. ibid. *Id.* Vid. Not. Var.—9 Voss. sec. *ωοωκεκίας νεφ.* Apud Gell. et Aristot. quoque *ὡς ὁ*, at in Plutarcho *ὥστε*: unde Vulc. Ed. sec. *ὥστ' ὁ*. Perperam Elm. *ὥσπερ ὁ*. Accedo potius Salmasio legenti quadrisyllabe *ὡς Καϊκίας*, dictus enim a *Caïco*. Vide Salmas. et Vulcan. supra ad p. 721. Ed. Flor. Immo sic diserte in Ms. Regio apud Gell. ubi Cl. Vir J. Gronov. non debuerat *ὁ* rursus inserere. Dein *νέφη* Ed. Vulc. pr. cum Plutarcho et Salmas. sed aliter Mss. nostri et Gelliani. Refingen-

NOTÆ

[b] *Apuli Iapyga eum [vero Iapygeum] ex Iapyge sinu, id est, ex ipso Gargano, &c.*] Virgil. Æneid. lib. VI. 'Ille urbem Argyripam patriæ cognomine gentis Victor Gargani condebat Iapygis arvis.' Ad quem locum Servius: 'Iapygia pars est Apuliæ, in qua mons Garganus, qui usque ad mare Adriaticum extenditur.' Solinus in Polyhistore dictam ait Iapygiam, ab Iapyge Dædali filio.

[c] *Illam inter cædes, &c.*] Hos versus non habet Gellius, sed hæc verba tantum: 'Itaque Virgilius Cleopatram e navali prælio in Ægyptum fugientem vento Iapyge ferri ait.' Versus hi sunt ex lib. VIII. Æneid. desumti.

[d] *Quem Aristoteles ad se trahere nubes ait, &c.*] Lib. III. Meteorolog. cap. 6.

[e] *Et est adagium de eo tale: κακὰ ἕλκων*] Id est, 'sic mala sibi ipsi attrahens, ut Cæcias nubem:' in eos celebratum proverbium, qui sibi ipsis litium ac negotiorum materiam accersunt. Vide Erasmum Chiliad. I. Centur. 5. numero 62.

[f] *Et prodromi*] Præcursores, quod Caniculæ ortum præcedere aliquot diebus soleant.

pore æstatis, quo Canis oritur.[1] Cato autem in libris Originum,[2] non Circium,[3] sed Cercium dicit. Is ventus Cercius,[4] cum loquare,[5] buccam[6] implet: armatum[7] hominem et plaustrum oneratum percellit.'

Nunc de nubium præstigiis[8] [g] referam. [726] Quando perfracta nubecula[9] patefecerit cœlum, ignescunt penetrabiles[1] spiritus, emicatque lux clara; hoc dicitur coruscare: et ordine[2] quidem prius tonare[3] oportet, postea coruscare. Quippe ubi nubes afflictu[4] ignem, ut ignifera saxa attrita[5] inter se, dant, obtutus velocius illustriora[6] contingit: auditus dum ad aures[7] venit, seriore sensu concipitur: ita et prius[8] coruscare cœlum creditur, et mox

Jam loquar de iis quæ apparent in Nubibus. Cum nubes perrupta aperuerit Cælum, spiritus tenues inflammantur, et lumen clarum refulget; hoc vocatur Coruscare: ac juxta ordinem quidem oportet ut primo Tonet, deinde Coruscet. Nempe cum nubes emittunt ignem sua collisione, quemadmodum silices igniferi invicem attriti, acies oculorum attingit celerius fulgidiora: quod vero auditur, percipitur tardiore sensu, dum fertur ad aures: eo pacto et æther existimatur primo Fulgurare, ac deinde Tonare.

dum ergo: Κακὰ Ἕλκων ἐφ' αὑτὸν ὡς Καικίας νέφος. *Oud.*—1 Florent. Voss. *quod de cane.* Bened. Vulc. *quo de cane.* An *quod cum cane oritur?* ἐπέχω. Gellius: 'cum canis oritur.' *Id.*—2 Sic Mss. O. cum Gellio, Vulc. et seqq. *Origenum* Voss. sec. Ante edebatur *in originibus.* Id.—3 Voss. Bened. *Cærcium*, et mox *Cærcius.* Græce Κερκίας. Vide Salmas. *Id.*—4 Dele τὸ *Cercius* ex Florentino. *Elmenh.*—5 Voss. *locare.* Bened. *collocare.* Oud.—6 Voss. *bucam.* Prave Florid. *bucculam* contra Mss. et Gellium. *Id.*—7 *Armatum hominem, plaustrum.* Male Florid. *et armatum.* Sed *et plaustrum* Mss. Florent. Bened. cum Elmenh. ac Florid. At nec in Vossianis, nec apud Gellium. *Id.*—8 Al. *præsagiis.*—9 *Illa perfracta nubecula.* Τὸ *illa* non est in Flor. Rom. et Aldus *profecta n.* male. *Elmenh.* Τὸ *illa* tacite ejecit Floridus: nec certe scio, quo hic opus sit; nisi jungenda hæc sint præcedentibus, quæ interrupta sunt per Favorini insititia verba. In Edd. ante Junt. post. legas *illa profecta*: sed Mss. reliqui *illa perfracta.* Fuitne *illisu perfracta?* unde forsan in præcedentibus *illidat* natum pro *impingat.* Oud. Inepte Ed. Bip. *perfecta nub.* J. Bosscha.—1 Al. *penetrales.*—2 *Et ordine, &c. coruscare.* Absunt Bened. Ed. Vulc. pr. *Oud.*—3 Voss. sec. *tonare prius.* Id.—4 Vid. Not. Var.—5 Vet. cod. legit, *ut ignifera saxa attrita*: hoc est, saxa quæ in se habent venas ignis, ut loquitur Virg. 'et silicis venis abstrusum excuderet ignem.' *Vulc.*—6 E Scaligeri emendatione. Vulc. Ed. tert. *illustrior.* Notat *contingit* hic percipit. Vide ad init. lib. II. de Dogm. Plat. *Oud.*—7 Edd. Vulc. sec. Wow. *in aures.* Id.—8 Ed. Vic. *ut pr.* Abest *et* a Fulv. Bened. Voss. sec. Ed. Junt. post. *Id.*—9 Voss. sec. *tunc quod.* Fulv. *tum quod.* Id.—

NOTÆ

[g] *De nubium præstigiis*] Quidam *præsagiis*: male. Noster eodem sensu infra hac voce utitur, quæ quidem recte exprimit Aristotelis φάσματα: sic enim legendum, non φαντάσματα.

tonare: tum quia[9] ignes pernicitate sui claricantes,[1 h] dicto citius nostræ visioni convibrant,[2 i] sonus, aëre verberato, alterius indicio sentitur.[3] Flamma vero illa, quam nubium afflictus[4] excussit, si robustiore fuerit incendio, impetu devehitur in terras, et fulminis habet nomen, atque formidinem.[5] Presteras[6] vero nominamus, cum flammarum in illis minus fuerit. Sed si ignitum non fuerit[7] fulmen, Typhon vocatur.[8 k] Sceptos[l] generale omnibus, quæ de nu-

Atque etiam quoniam flammæ fulgurantes sua velocitate, objiciuntur nostro visui celerius, quam dici possit: at vero sonitus percipitur ope percussi aëris, hoc est, significatione aliena. Ille autem ignis, quem collisio nubium expressit, si fuerit validius accensus, defertur violenter ad humum, et vocatur fulmen, et incutit metum: appellamus autem eos ignes Presteras, quando sunt inflammati. Verum, si fulmen non fuerit inflammatum, appellatur Typhon. Sceptos est vocabulum com-

1 Recepi in textum lectionem cod. Fulviani Florent. et Leid. In Rom. Ald. et Bas. 1. legitur *coruscantes*. In Basil. 2. *clariscantes*. Elmenhorstius. Mss. Florent. Bened. Vulc. Voss. pr. Ed. Floridi et Salm. ad Solin. p. 804. *claricantes*. Ms. Fulv. *clarissantes*: si Wowerio in Var. Lect. credas. Edd. Vulc. et Elmenh. *clariscantes*. Voss. sec. et Edd. reliquæ *coruscantes*. Fabri Thesaurus *clarescentes*. Oud.—2 Rom. et Ald. *v. occurrunt*. Vide Isidorum lib. IX. c. 13. *Elmenh.* Bened. *visione*. Pro *convibrant* Scriv. et Flor. contra Mss. O. revocarunt lectionem, quæ erat ante Vulcan. *occurrunt*. Oud.—3 *Sonus vero verberati aëris serius indicio s.* Locus male habitus, et corruptus, cui ita medere codicis mei ope: *Sonus vero verberato aëre, id est, alterius indicio sentitur*: ut sit sensus: Coruscationes sive fulgura statim, et per se, oculorum nostrorum obtutum ferire, sive, ut Apuleius loquitur, convibrare; Sonum vero, qui excitatur, ut auribus nostris allabatur, aëris vehiculo egere, ideoque serius sensu aurium tonitru, quam fulgur sensu oculorum percipi. *Vulc.* Leid. et Florent. *alterius i.* lege *seriore i.* Elmenhorstius. Certe præcessit de fulmine *dicto citius*, et sic supra opponit *velocius* et *seriore sensu*. Quare non displiceret *sonus aëris verberati, sed serius, indicio sentitur*. Istud *id est alterius* nimis quam friget. Edd. Vulc. Wow. *hoc est*. Lectionem quam e suo cod. concepit Vulc. reliqui post eum secuti sunt. Mss. autem Vulc. Vossiani et Bened. habent *sonus aëre verberato alterius indicio*. Oud.—4 Edd. ante Junt. post. *conflictus*. Id.—5 *Formidinem infert*. Sic recte Florent. et Ald. *Elmenh.* Pro quo Edd. primæ, item Junt. pr. Bas. pr. rursus dant *habet*. Sed Mss. et Edd. reliquæ nihil: videturque id elegantius; ut unum verbum duabus significationibus ponatur, quod fit sexcenties. 'Habere' enim etiam illud dicitur res, quod parit et præbet. Sic Vellei. lib. II. c. 76. 'Adventus Antonii habuit belli metum.' Ita 'habere suspicionem,' 'studium' pro parere. Vide Burm. ad Petron. c. 15. et quos laudat Wopkens. Misc. Obs. vol. VIII. t. I. p. 45. *Oud.*—6 Voss. sec. *præsteras*. Bened. *præstans*. Id.—7 Voss. sec. *non erit*. Id.—8 Male Edd. Elm. Scriv. *vocant*. Id.—9 Voss. sec. *e nub.*

NOTÆ

[h] *Claricantes*] Quidam *clariscantes*, alii *coruscantes*.

[i] *Nostræ visioni convibrant* [*occurrunt*] Quidam *convibrant*, hoc est collucent.

[k] *Typhon vocatur* [*vocant*] Scribe *typhona*.

[l] *Sceptos*] Σκηπτός: etenim Græcis

bibus [9] cadunt, nomen est. Atque ut [1] breviter comprehendam cuncta generis ejusdem; eorum, quæ [2] ejusmodi præstigias meras [3] inferunt oculis, alia sunt, quæ speciem tantum spectaculi pariunt; [m] alia, quæ nihil ab eo, quod ostenderunt, mentiuntur. Fallunt imagine Irides et Arcus, et talia: [n] vere videntur [727] Cometæ, fulgores, et similia pleraque. Irin vulgo arcum esse aiunt,[4] quando imago Solis vel Lunæ [5] [o] humidam et cavam [6] nubem densamque ad instar speculi colorat, et medietatem [7] orbis ejus [8] secat. Rhabdos autem generis ejusdem ad virgæ rigorem per longum [9] colorata nubecula dicitur. Halysis [1] est ca-

mune universis illis, quæ delabuntur ex nubibus. Et, ut paucis complectar omnia hujusmodi, quæ præstringunt extremam aciem oculorum, quædam sunt quæ efficiunt solum imaginem eorum quæ cernuntur; alia, quæ nihil fallunt in ea re, quam monstraverunt. Irides, atque Arcus, et similia decipiunt specie: Cometæ, Coruscationes, et quamplurima ejusmodi reipsa cernuntur. Dicunt fieri Iridem (quæ vulgo vocatur Arcus) cum simulacrum Solis aut Lunæ pingit nubem humentem, et canam, opacamque quasi speculum, et dividit ejus rotunditatem per medium. Parva autem nubes ejusdem speciei colorata in longum instar virgæ rigidæ, appellatur Rhabdos.

Τὰ *nomen est* in Bened. Voss. sec. ponuntur ante *omnibus*. Id.—1 *Atque ut, &c.* Hæc usque ad *pleraque* desunt Edd. ante Junt. post. *Id.*—2 Bened. *cetera*. Abest τὸ *ejusdem* a Florent. et Edd. Elm. Scriv. Flor. jungentibus *cuncta generis eorum:* quod non displicet; sed tum post *oculis* plenius distinguendum est. Mox *hujusmodi* Ed. Vulc. pr. *Id.*—3 *Præstigias summis.* Vet. cod. *præstigia summis in oc.* neutro genere usurpans 'præstigia.' *Vulc.* Florent. Vulc. *præstigia*. Junt. post. *præstigias.* Vide supra. *Summis* est e Vulc. Cod. Ante edebatur, ut et a Wower. *nostris.* sed Mss. Florent. Bened. Voss. uterque *meris:* unde malim *meras*, i. e. solas. Lib. I. Met. p. 16. 'Nugæ meræ:' et passim. *Oud.*—4 Flor. *Arcus.* Isidorus c. 31. *Elmenh.* Edd. ante Junt. post. *arquum.* ut sæpe. V. Heins. ad Ovid. Met. x. 590. Voss. uterque quoque *arcus*. Oud.—5 V. cod. *imago Solis, vel imago Lunæ:* quæ repetitio vocis *imago* non est otiosa. *Vulc.* Bened. Voss. sec. repetunt etiam τὸ *imago*. Oud.—6 Junt. post. *canam.* Id.—7 Male Florent. Vulc. Voss. sec. Bened. *coloratæ* vel *colorate*. F. *colorat ac.* Id.—8 Vulc. Ed. pr. *orbis sui.* Male. *Id.*—9 Abest *per* Mss. Vulc. Voss. pr. et Edd. Vulc. Wow. *Id.*—

NOTÆ

σκήπτειν est magno impetu irruere. Omisit Noster hæc Aristotelis: *τῶν δὲ κεραυνῶν, οἱ μὲν αἰθαλώδεις, ψολόεντες λέγονται· οἱ δὲ ταχέως διάττοντες, ἀργῆτες· ἑλικίαι δὲ γραμματοειδῶς φερόμενοι.* 'Fulmen fuliginosum Psolois dicitur: si citius emicuerit, vocatur Arges: Helicias vero, si lineari specie sit conformatum.'

[m] *Alia sunt, quæ speciem tantum spectaculi pariunt*] Et hæc proprie Præstigiarum nomen merentur.

[n] *Et talia*] Quæ reflectione tantum, et refractione radiorum solarium, lunariumve, in aëre gignuntur, Parelii Halonesque.

[o] *Quando imago Solis vel Lunæ*] Vide Cartesium in Meteorol. qui totam Iridis naturam mire explicuit, et demonstravit.

tena quædam [p] luminis clarioris, per Solis ambitum in se revertens. Hanc et Irida illud interest,[2] quod Iris multicolora [3] est, et semicirculo [4] figurata proculque a Sole [q] et Luna: [5] Catena [r] clarior est, astrumque ambit orbe incolumi, corona non discolori. Selas [6] [s] autem Græci vocant incensi aëris lucem. Horum pleraque jaculari credas, alia labi,[t] stare alia.[7] Jaculatio igitur tunc fieri putatur, cum aëris meatu [u] atque impulsu [8] generatus ignis [9] celeritatem

Halo est quoddam vinculum lucis splendidioris in seipsum rediens per circuitum Solis. Hoc est discrimen inter hanc Halonem et Irin, quod Iris habet varios colores, et formata est in semirotundum longe a Sole et Luna: Halo est lucidior, et circumdat sidus integro orbe, et cingulo unius ejusdemque coloris. Græci vero appellant Selas fulgorem aëris inflammati. Arbitrareris maximam partem eorum phænomenon mitti: alia cadere: alia stare. Emissio ergo tunc creditur fieri, quando flamma, excitata transitu et impulsu aëris, demonstrat suam velocitatem et

---

1 Vid. Not. Var.—2 *Inter hanc interest, &c.* Hæc usque ad *discolori* exulant rursus ab Edd. ante Junt. post. Abest *τὸ inter* a Florent. et Voss. utroque. Bene. Vide ad lib. II. de Dogm. Plat. p. 607. Bened. et Voss. sec. tantum *est* pro *interest*. Oud.—3 Sic diserte Florent. Vulc. Bened. Voss. uterque et Edd. Vulc. Vulgo *multicolor*, ut lib. XI. Met. 'multicolor vestis.' V. Heins. et Burm. ad Ovid. lib. XI. Met. vs. 610. nec bene etiam Wow. *multicoloria*, quod formavit instar 'colorius,' 'discolorius' et 'versicolorius:' de quibus vide Burm. ad Nemes. Ecl. IV. in f. Sed 'decolorus,' 'discolorus,' 'unicolorus,' 'versicolorus' apud Prudentium. Vide Heins. in Hamartig. vs. 821. Hoc ipsum 'multicolorus' Prudent. Cathem. III. 104. 'prata multicolora.' et Servii Mss. ad Æn. V. 609. bene. Statim rursus *discolora* Florent. Vulc. Bened. et Voss. uterque. In Edd. vulgo *discolore*. Elm. in textu *discolor*, sed in Notis ait: *discolora*] Vulgo, *discolore*. Id.—4 Abest copula a Bened. *Id.*—5 *Procul a Sole atque Luna.* Bened. *proculque a S. et L.* Recte. Vossiani *procul qua S. et Luna.* Ed. Vulc. pr. etiam *et L.* Pro *Catena clarior* Bened. *hoc c. clariæ.* Id.—6 Græce Junt. post. *σέλας*. *Id.*—7 Edd. ante Junt. post. *alia stare.* Id.—8 *Cum meatu aëris atque impulsu* e suo Cod. edidit

NOTÆ

[p] *Halysis est catena quædam, &c.*] Mendose legisse videtur Apuleius apud Aristotelem hoc loco ἅλυσις, quod catenam significat, pro ἅλως, quod aream: quo nomine Meteorum hoc censetur, non autem nomine catenæ. Reposui in Interpretatione *halo*. Græcum enim nomen hoc sensu civitate donatum est a Latinis Philosophis.

[q] *Proculque* [*Procul*] *a Sole*] Ex adverso nempe, et Centrum, sive maris Polum, habens punctum Soli e diametro oppositum, a quo ut plurimum distat 41. aut 42. Gradibus, ut observat Cartesius.

[r] *Catena*] Et hic ab Apuleio lectum ἅλυσις pro ἅλως.

[s] *Selas*] Σέλας, τὸ fulgor.

[t] *Alia labi*] Hæc non habet Aristoteles, sed tantum τῶν δὲ σελάων, ἃ μὲν ἀκοντίζεται· ἃ δὲ στηρίζεται. 'Fulgorum alii jaculi instar vibrantur, alii fixi manent.'

[u] *Cum aëris meatu* [*meatu cineris*] Lege ex Aristotelico textu, *cum meatu aëris*.

sui cursumque rapidæ festinationis ostendit. Stativa[1] lux est, quam Sterigmon illi vocant, sine cursu jugi, sed prolixa[2] lux, stellæque fluor ignitusque liquor; qui, cum latius quatitur, Cometes vocatur.[3] Sed plerumque luces istæ repentino ortæ,[4] visæ statim occidunt: et [728] item ut se ostenderint,[5] aliquantisper manent. Sunt et alia ejusmodi imaginum genera,[6] quas Græci Faces, et Docidas, et Pithos,[7] et Bothynos,[w] ad eorum similitudinem,[8]

accelerationem rapidam sui cursus. Est fulgor permanens, quem illi nominant Sterigmon, absque motu continuo, sed est longum lumen, et fluxus stellæ, et ignis liquidus, qui dicitur Cometa, quando extenditur latius. Verum isti fulgores sæpius subito exorti, repente evanescunt: ut etiam quandoque aliquamdiu remanent quemadmodum apparuerunt. Sunt et alia genera talium simulacrorum, quæ Græci appellant Lampadas, et Docidas, et Pithos, et Bothynos, ad similitudinem illarum

Vulc. Ed. tert. item Wow. cum Florido. In Edd. ante Junt. post. *cum meatu aquæ impulsæ.* Junt. post. *cum meatu aëris impulsæ.* Hanc sequentes *cum meatu aëris impulsi.* Ed. Vulc. sec. *cum m. aëris atque impulsis.* Edd. Elm. Scriv. *cum m. cineris atque impulsu*, scil. in Mss. Florent. Fulv. exaratur *cum cineris meatu atque impulsu.* Bened. *cum cineris meatu atque impulsa.* Sed Voss. *cineris meatu atque impulsæ:* at istud *cineris* est ineptissimum. Aristot. *πυρὸς ἐκ παρατρίψεως ἐν ἀέρι φερομένου ταχέως.* Lege igitur *cum aëris meatu atque impulsu:* nisi *impulsa* substantivum sit pro *impulsione*, ut *repulsa. Meatus maris* de æstu dicitur apud Mel. III. 1. et Solin. p. 33. V. me ad Veget. lib. V. c. 12. in Obs. Misc. *Id.*—9 Bened. *generatur.* Mox Voss. uterque, Florent. *celeritate sui cursum rap. f.* pro vulgari *celeritatem sui cursumque r. f.* Id.—1 Bened. *staticuro.* Pro *sterigmon* Junt. post *στηριγμόν. Id.*—2 Lips. *jugis et prol.* Id.—3 Vid. Not. Var.—4 Hanc scripturam prætuli, confirmatam Mss. O. præter solum Florent. e quo Elm. cum seqq. rescripsit *repentino ortu visæ.* Metuit librarius, ne vox *repentino* careret substantivo. Sed est adverbium, quo Noster ipse alibi utitur. De adverbiis exeuntibus in *o* adi ad Met. V. Ind. Not. 'Rarissimo.' *Oud.*—5 *Et item ut se ostenderint.* Hæc verba videntur abundare. *Elmenhorstius.* Desunt ab Edd. quæ præcedunt Junt. poster. usque ad *diceremus.* sed male. Verum hoc modo transponenda sunt verba *statim occidunt, ut se ostenderint, et item aliquantisper manent.* Oud.—6 Deesse quid hic videtur, et ab Apuleio scriptum, *Sunt et alia genera imaginum, quas, &c.* nam Aristoteles: *Πολλαὶ δὲ καὶ ἄλλαι φαντασμάτων ἰδέαι θεωροῦνται, λαμπάδες τε καλουμέναι, &c.* Colv. Locus corruptus et mutilus. Ms. cod. habet, *aliquantesper manent sine ulla imaginum genera.* Æque corrupte. Filum verborum Aristotelis nos ad veram lectionem ducit. Cum enim Aristoteles in iis verbis *παραχρῆμα σβέννυται* sententiam claudat, deinde novam sententiam ordiens dicat *πολλαὶ δὲ καὶ ἄλλαι φαντασμάτων ἰδέαι θεωροῦνται*, corrigenda procul dubio est Codicis Ms. lectio hoc pacto: *aliquantisper manent. Sunt vero et alia imaginum genera.* quæ nimirum recenset: quod et Colvius vidit. *Vulc.* In Edd. vett. sola vox *genera* comparebat. At in Florent. *et sine ullo ej. im. genere.* Bened. *et sine ulla ej. imagine genera.* Voss. uterque *et sine ulla ej. imaginum genera:* unde Is. Vossius legebat *ut sunt illa ej. im. genera.* Cur non *et sunt illa ej. im. g.?* Oud.—7 Wow. *Pythos:* male. Voss. sec. *Phitus.* Id.—8 Voss. Bened. *similitudine.* Id.—9 *Et quædam vesp. s. no-*

NOTÆ

[w] *Et Docidas, et Pithos, et Bothynos*] Hoc est, trabes, dolia, et scrobes.

unde dicta sunt, nominant: et quædam vespertina sunt notiora: raro de Septemtrione vel Meridie videas:[9] nihil horum quippe loci vel temporis in nascendo idem potuit obtingere. De aëre tantum habuimus, quod diceremus.[1] Sed non aquarum modo[2] tellus in se fontes habet,[3] verum spiritu et igni fœcunda est. Nam quibusdam sub terris occulti sunt spiritus,[4] et flantes[5] incendia indidem suspirant:[6] ut Lipare,[x] ut Ætna, ut Vesuvius[7] etiam noster[y] solet. Illi etiam ignes, qui terræ secretariis continentur, prætereuntes aquas vaporant, et produnt longinquitatem

rerum, ex quibus nominata sunt: et quædam sunt magis cognita, quæ oriuntur ab Occidente: raro autem cernas a Septemtrionibus, aut a Meridie exorta: nam nullum ex iis potuit sortiri eundem locum aut tempus in ortu suo. Hoc solum habuimus dicere de Aëre. At Terra non tantum habet in se scaturigines aquarum, sed est etiam ferax ventorum et ignium. Sunt enim quidam flatus absconditi sub Tellure, et spirantes efflant inde ignes; quemadmodum Lipara, quemadmodum Ætna, et noster quoque Vesuvius consuerit. Illi quoque ignes, qui coërcentur penetralibus Terræ calefaciunt aquas transeuntes, et manifestant distantiam sui ardoris, quando

****

tiora: raro autem de tacite e Florent. edidit Elm. cum Vulc. et Wow. exhibuerant *et quidem v. s. not.: raro de.* Sed *et quædam* habent Mss. O. In nullo vero aliorum apparet *autem.* At pro *raro* Florent. Voss. Vulc. Ed. Junt. post. *paria.* Bened. *patria.* Aristot. σπανίως δὲ βόρεια καὶ νότια θεωρεῖται. Quare si *paria* legas, omnino dissentit Noster ab illo. Ego legerem potius *rariora* vel *parum autem.* Ceterum illa *et q. v. s. notiora* desunt Edd. ante Vulcan. *Id.* Vid. Not. Var.—1 *De aëre tantum habuimus quod diceremus.* Hæc quoque exulant ab Edd. vett. nisi quod jam addita sint in egregia illa Ed. Junt. post. quod latuit quoque Vulcanium; qui ideo hæc, ut priora, se primum restituere credit e suo Cod. in quo, ut et Voss. ac Bened. male est *re* pro *aëre.* Mss. O. hæc agnoscunt. *Oud.*—2 Bened. *aquonarum m.* Edd. ante Junt. post. *tantummodo.* Id.—3 Voss. *fontis.* Edd. ante Junt. post. *hab. font.* Id.—4 *Quidam sub terra occulti sunt spiritus.* Ita Edd. vett. At Voss. sec. *quibusdam sub terra.* Florent. Vulc. Voss. pr. Bened. Fulv. *quibusdam subter,* ut tacite Vulc. et seqq. edidere, male. Nam *quibusdam* nihil habet, quo referatur. Lego *quibusdam sub terris.* αἱ μὲν ὑπὸ γῆν. Seneca Nat. Quæst. l. v. c. 14. 'sub terris' de eadem re. *Terræ* rursus in plurali pro tellure: ut supra. *Id.*—5 Voss. Bened. *flant.* Recte Is. Voss. *flatu.* Id.—6 Cod. Fulv. *inspirant.* Vulc. infra malit frustra *suscitant.* Id.—7 Vid. Not. Var.—8 *Præter-*

NOTÆ

[x] *Lipare* [*Liparis*] Aristot. Λιπάρα. Plinio, Geographisque ceteris, *Lipara,* a Liparo Rege, Æoli successore. Prius dicta est, teste eodem Plinio, *Melogonis,* vel *Meligunis.* Insula est maris Mediterranei haud procul a Sicilia.

[y] *Ut Vesuvius etiam noster*] Non ut Afer, sed ut Romanus civis loquitur: est enim Vesuvius seu Vesuvus Campaniæ mons, incendiis suis, et Plinii Historiæ Naturalis scriptoris morte celebris. Vide Plinium Juniorem Epistola ad Tacitum, quæ vulgo præfixa est libris Historiæ Naturalis Plin. Majoris.

flammæ,[8] cum tepidiores aquas reddunt, vicinia ferventiores.[9] Opposito[1] incendio aquæ uruntur:[2] ut Phlegethontis amnis,[z] quem poëtæ sciunt in fabulis Inferorum.[3] At enim illos[4] quis non admirandos spiritus arbitretur, cum ex his[5] animadvertat accidere, ut eorum religione[6]

efficiunt aquas tantum tepidas; propinquitatem vero, quando reddunt eas calidiores. Aquæ consumuntur, quando ignis est oppositus earum cursui: quales sunt aquæ fluvii Phlegethontis, cujus poëtæ meminerunt in fabulis Inferorum. Verum quis non existimet illos flatus esse admirabiles, cum videat illorum ope contingere, ut cor-

euntes aquas vaporant et producunt. Postrema editio Bas. *Prætereunt. aq. vap. et produnt longinquitatem flammæ, cum tep. a. redd. vicinium cum ferventiores.* Veriorem scripturam elige ex Aristotelicis istis: ἔνιαι δὲ ὑπὸ γῆν οὖσαι πλησίον πηγαίων ὑδάτων θερμαίνουσι ταῦτα καὶ τὰ μὲν χλιαρὰ τῶν ναμάτων ἀνιᾶσι· τὰ δὲ ὑπέρζεστα, τὰ δὲ εὖ ἔχοντα κράσεως. *Colv.* Basileensis Ed. uti notavit Colvius, rectius hæc distinguit, Ms. cod. ita legit *et produnt longinquitatem flammæ, cum tepidiores aquas reddunt; Viciniam, cum ferventiores.* Vulcanius. *Cum tepidiores aquas reddunt: viciniam, cum ferventiores, opposito incendio aqua uruntur.* Et hanc Vulcanii emendatam lectionem in Ms. Fulvius reperit, non tamen deest liber, in quo legas: *Cum tepidiores incendio aquæ currunt.* Scioppius in Symbola. *Produnt longinquitatem flammæ; cum tepidiores aquas reddunt.* Sic hic locus jam constituitur in Edd. Junt. post. Bas. sec. Lugd. et Mss. O. nisi quod pro *aquas* habeant *quas* Voss. et Bened. et *aquas reddunt* cum seqq. usque ad *Opposito* ignorent Vulc. atque unus Fulv. Male. Olim et a Colvio editum quoque *producunt. Longinquitate enim flammæ tepidiores* (Vic. *tepidiore*) *aq. reddunt;* quod tamen eodem redit: modo legas *produnt.* Hoc enim elegantius, et Mss. volunt. *Oud.*—9 Hic quoque Junt. post. Bas. sec. Lugd. cum Ms. Vulc. ejusque Edd. et Wow. Florid. dant *viciniam cum ferv.* Sed et Voss. sec. *viciniam:* quia tamen Florent. et Bened. servant *vicinia ferv.* ita retinui cum Edd. prioribus et Elm. Scriv. *aquas, ferventiores flammæ vicinia:* quæ tepidiores sunt longinquitate, quam eo ostendunt ignes; si ferventiores aquæ sunt, patet ignes esse propinquiores; si tepidiores, patet ignes esse longinquiores et procul remotos. *Id.*—1 Al. *apposito.* Vid. N. Var. —2 Vitiose Ed. Flor. *utuntur:* sed explicat *consumuntur.* Ms. Fulv. *currunt.* Oud.—3 *Quem patefiunt in fabulis inf.* Vulgo et in Ms. legitur, *quem poëtæ sciunt.* Fulvii vetus est conjectura: *quem petescunt in fabulis.* Scioppius in Symb. Alii libri: *patescunt.* Sunt, qui emendent: *patefaciant.* Scribe ex vulgata: *quem poëtæ fingunt.* Wowerius. *Poëtæ sciunt in fabulis.* Sic Flor. Leid. Rom. Ald. et Bas. 2. Fulviusque inepte legunt, *patescunt in f.* Minutius Felix: 'Et tamen admonentur hominum doctissimorum libris et carminibus poëtarum illius ignei fluminis: et de Stygia palude sæpius ambientis ardoris.' *Elmenh.* Sic cum Florent. habent Mss. Fulv. Voss. et Edd. pleræque, non male. *Fabulas* Edd. ante Junt. post. *Patefiunt* prave Vulc. Ed. sec. et *patescunt* Vulc. tert. e suo Cod. *q. p. fingunt* edidit Wow. Alii *patefaciunt.* Fulv. *petescunt.* In Bened. *p. scurat.* An *scribunt?* Oud.—4 Hic iterum desunt in Romano versus 16. *Elmenh.* *At enim, &c. percellere.* Hæc omnia desiderantur in Edd. Aldina prioribus. *Oud.*—5 *Ex his.* Voss. *his.* Id. —6 Emendem, *Deorum religione.* Colvius. Ego delendum censeo comma

NOTÆ

[z] *Ut Phlegethontis amnis*] Hinc nomen duxit: φλέγος enim Græcis 'ardor' est, et φλεγέθειν 'comburere.'

lymphantes,[a] alii sine cibo potuque sint, pars vero præsagiis effantes futura? quod in [729] oraculis Delphicis ceterisque est.[7] Vidi et ipse,[b] apud Hierapolin Phrygiæ,[c] non adeo ardui montis vicinum latus nativi oris hiatu reseratum,[8] et tenuis neque editæ marginis ambitu circumdatum: sive illa,[9] ut poëtæ volunt, Ditis spiracula[d] dicenda sunt, seu mortiferos anhelitus eos credi prior ratio est. Proxima quæque animalia,[1] et in alvum prona[2] atque projecta, ve-

repti eorum numine, alii maneant absque cibo et potu, aliqui autem aperiant futura prædictionibus? quod fit in oraculis Delphicis et aliis. Ego quoque vidi, Hierapoli in Phrygia, propinquum clivum montis haud ita excelsi patens apertione hiatus naturalis, et cinctum complexu marginis tenuis, et non altæ; sive illa vocanda sint spiracula Plutonis, ut poëtæ volunt, sive meliori ratione credendum sit esse exhalationes letiferas. Illæ corripiunt contagio halitus venenosi cuncta animalia acceden-

quod est post *lymphantes*, et τὸ *eorum* referendum ad *alii*, quod idem est atque id quod postea sequitur, *pars*. Notandum vero, Religionem hic accipi pro metu et formidine non Deorum, sed spirituum qui occulti, ut supra dixit, sub terra flantes incendia indidem *suscitant*: ita enim malim legere, quam *suspirant*. Vulcan. *Eorum religione lymphantes* scil. *spirituum*. Male Colv. *Deorum* et Wow. *eorum alii*. Vulc. *lymphantes alii*. Frustra. In genere dicit *lymphantium ἐνθουσιασμένων* religione spirituum, alios esse, &c. Et sic explicandus Aristoteles: immo licet *lymphantes alios, alios sine potu* intelligas, vel sic semel *alios* potest subintelligi. Vide Ind. Not. *Oud.*—7 Bened. Voss. *est cet*. Id.—8 *V. latus hiatu reseratum*. Lege ex veteri meo cod. *Vicinum latus nativi oris hiatu res.* Hæc vero cum Apuleius ipse se apud Hierapolim vidisse testetur, latius persequitur quam Aristoteles, ad hæc verba usque, *adire et percellere*, ubi ad Aristotelem redit. *Vulc.* *Nativi oris hiatu*. Sic Bas. 2. Leid. *nativioris hiatu*. Flor. et Ald. *navi oris hiatu*: male. *Elmenh.* Voss. sec. *lacus*. Desunt *nativi oris* in Edd. ante Vulcan. nisi quod Aldus det *navioris*, ut est in 2. Voss. et Florent. *majori* Bened. Sed *nativi oris* extat in Fulv. et Vulc. Codd. ut hinc omnes ediderunt. Additur vero *esse* in Vulc. Edd. sec. tert. Wow. *esset* Vulc. pr. sed contra Mss. In Fulviano *hiatus esse raptum*. Oud.—9 Florent. *sive ut illa u. p.* male. *Elmenh.* Bened. *sine ulla*. Ed. Ald. *sine ut illa*. Edd. Vulc. Wow. *seu illa*. Oud.—1 Vett. codd. periodum claudit post *credi*. Deinde novam sententiam ita orditur, *Prior ratio est, proxima quæque animalia, &c.* atque ita etiam habet Aldina editio, et sic omnino legendum *animalia*, non, ut alii libri habent, *animalis*. In reliquis malim lectionem vulgarem retinere: ut sit sensus: priorem rationem, hoc

NOTÆ

[a] *Lymphantes*] Id est, lymphati, νυμφόληπτοι.

[b] *Vidi et ipse*] Hæc usque ad illa verba 'atqui sæpe accidit ut,' &c. sunt ipsius Apuleii, non Aristotelis.

[c] *Apud Hierapolim Phrygiæ*] Stephanus de Urbibus: 'Ιεράπολις μεταξὺ Φρυγίας καὶ Λυδίας πόλις. 'Hierapolis urbs Phrygiam inter et Lydiam.' Strabo eam ex adverso Laodiceæ ponit lib. XIII.

[d] *Ditis spiracula*] Et Straboni quidem hiatus ille dicitur Πλουτώνιον. Hujus meminit Plin. lib. II. cap. 93. 'Item in Hirpinis,' inquit, 'Amsancti ad Mephitis ædem, locum quem qui

nenati spiritus contagione corripiunt, et vertice circumacta[3] [e] interimunt. Antistites denique ipsos semiviros esse,[4] qui audeant propius accedere, ad superna semper sua ora tollentes.[5] Adeo illis cognita est vis mali [f] ad inferiora,[6] aëris noxii crassitate densa, inferiores quoque facilius adire atque percellere.[7] Sæpe accidit, ut nativi spiritus [8] per terræ concavas partes errantes concuterent solida ter-

tia et inclinata ac dejecta in ventrem, et interficiunt ea circumtorquendo vertigine. Denique ferunt Sacerdotes ipsos spadones esse solos qui audeant accedere propius, extollentes semper suos vultus sursum, adeo compertum habent, virtutem veneni illius depressam ad inferiores partes densitate aëris pestiferi, facilius etiam assequi, et labefacere res humiliores. Verum frequenter evenit ut flatus naturales meantes per cavitates Telluris succutiant partes solidas terrarum; ita ut frequentius venti,

est, potiorem sententiam esse, mortiferos anhelitus ex eo specu emitti; non autem ibi esse spiracula Ditis. *Vulc.* Τῷ *prior* Is. Vossius, ex emendatione Scaligeri, ascripsit *propior.* Sed *prior* est potior, melior. Male ante τὸ *prior* distinguit Aldus. Edd. Bas. sec. Lugd. Colv. Vulc. pr. *animalis.* Sed Mss. et Edd. seqq. *animalia.* Vide seqq. *Oud.*—2 Bene, nec inepte tamen Bened. *in alimentum prona.* Id.—3 Flor. *v. circumactas σκοτοδινιῶντα. Elmenh.* Voss. sec. etiam *circumactas:* quasi *animales* præcessisset: sed tum *proximas quasque* et *pronas* ac *projectas* debuit scribi. Eo certe facit sequens *inferiores.* Alibi quoque et hoc ipso libro *animales* in fem. gen. extulit Auctor. Vide Ind. Not. Voss. pr. *circumactus.* Bened. *interiunt* pro *interimunt.* Oud.—4 Vid. Not. Var.—5 *Ad supernasem per sua ora tollentes.* Forte, *ad superna semper sua ora toll.* quod verisimile videtur, nam ne una litera mutata: et ea quæ sequuntur id comprobare videntur. *Colv.* Post *tollentes* plene est distinguendum. Sic: *tollentes. Adeo illis, &c.* Oud.—6 Vid. Not. Var.—7 Edd. ante Vulcan. præter Ald. *et perc.* Oud.—8 *Atque sæpius accidit, ut statim spiritus.* Primam hanc dictionem *Atque* non agnoscit Aldina editio: et omnino est supervacua, aut certe pro ea legendum *Atqui.* Pro *statim* vero sunt qui legendum putarint *Stativi:* quid autem magis contrarium est *Erranti* (subjungit enim statim, *per concavas terræ partes errantes*) quam *stativum?* Vetus codex meus ita legit: *Sæpe accidit ut nativi spiritus, &c.* Explicat vero τὸ *nativi* illud Aristotelis *συγγενές. Vulc.* Non opus erat τὸ *atque* mutari in *atqui;* idem enim notat. Vide ad Cæsar. IV. B. G. 25. Sed rectius deleas auctoritate Mss. O. et Ed. Aldinæ, uti nec agnoscunt Vulc. sec. et Wow. *Nativi spiritus.* Sic recte Mss. O. cum Vulc. et seqq. Lipsius *stati-*

NOTÆ

intravere, moriuntur. Simili modo Hierapoli in Asia, 'matris tantum magnæ Sacerdoti innoxium.' Idem etiam refert Ammianus Marcellinus, lib. XXIII.

[e] *Vertice circumacta*] 'Vertex' sæpe pro 'capite:' at hic pro 'vortice,' seu 'vertigine' sumitur.

[f] *Adeo illis cognita est vis mali, &c.*] Hæc usque ad illa verba, *atqui sæpe accidit*, parum sana sunt. Sic verti in Interpretatione quasi scriptum sit: *adeo illis cognitum est vim mali ad inferiora aëris noxii crassitate delapsam, inferiores quoque facilius adire atque percellere:* ex qua lectione commodus sensus elicitur.

rarum;[9] sæpius, ut spiritus,[1] crescente violentia, et insinuantes se[2] telluris angustiis, nec invenientes exitum, terram moverent. Horum motuum[3] tam varia sunt nomina, quam diversi esse videntur.[4] Namque obliquis lateribus proxima[5] quæque jactantes, [730] et acutis angulis mobiles, Epiclintæ[6] [g] Græce appellantur; sed qui subsiliunt,[7]

crescente vehementia inferentes se rimis terræ, neque reperientes egressum, succutiant tellurem. Nomina illorum motuum tam diversa sunt, quam ipsi succussus videntur esse varii. Illi enim qui agitant vicina omnia lateribus obliquis, et moventur ad angulos acutos, vocantur Græce Epiclintæ; et illi qui subsultant succu-

vi. Edd. ante Vulcan. *statim.* Pro *concavas* Bened. *concavavas.* Oud.—9 *Continerent s. t.* Ita omnes edd. corrupte. Legendum enim omnino ex V. cod. *concuterent:* quod et juvenis eruditissimus P. Colvius animadvertit. Est enim *συντινάσσειν* 'concutere:' unde et apud Sophoclem *τινάκτωρ γαίης* Neptunus dicitur, qui Homero *ἐνοσίχθων* et *ἐνοσίγαιος.* Ita Seneca: 'Si mundus concutitur, et partes ejus solidissimæ labant.' *Vulc.* *Concutiant.* Leid. *concuterent.* Rom. et Ald. *continerent,* male. *Elmenh.* Quod ex ingenio correxit Colvius, confirmatur a Mss. O. quare recepit Vulc. &c. Elm. et seqq. *concutiant,* quia mox *moveant* in Florentino invenit: at ibi quoque Mss. reliqui *moverent.* Oud.—1 Male Voss. et Bened. *spiritu.* Id.—2 *Insinuantes se* Mss. ut debent item Aldus cum Lipsio, Vulcan. et seqq. *Insinuante,* quod in aliis est, e typothetarum errore natum. *Id.*—3 Desunt in Aldo versus 7. *Elmenh.* Immo in Edd. omnibus ante Junt. post. *mutuum* Voss. sec. *harum mortium* Bened. *Oud.*—4 Hæc lectio est Codicis Florent. quam tacite recepit Elm. et seqq. omnino vere; sed monitum lectorem oportuit. A reliquis Mss. et Edd. absunt *sunt* et *esse videntur.* Id.—5 *Nam qui lateribus proxima, &c.* Mutilus plane est sensus si legas *qui,* ut pleræque Edd. Codex Ms. etiam in vitio est: ita enim legit: *Jamque albiquis lateribus.* Lege meo periculo, *Namque obliquis lateribus, &c.* Hoc enim est id ipsum quod Aristoteles dicit *εἰς πλάγια σείοντες.* Seneca Natur. Quæst. l. VI. c. 21. hoc genus Terræ motus vocat 'Inclinationem,' alludens ad Græcam appellationem *ἐπικλίντου* 'cum,' inquit, 'Terra mutat in latera, navigii more.' Quam vero Seneca Inclinationem vocat, alii *ἐκτιναγμὸν* dixerunt. *Vulc.* Egregie; confirmaturque hæc lectio a Florent. nam Mss. Voss. Bened. corrupte quoque *jamque albiquis l.* Ante *namque qui l.* Arist. *εἰς πλάγια σείοντες κατ' ὀξείας γωνίας.* *Oud.*—6 Sic emendavi, Aristotelem secutus. Vulgaverant passim, *Epeditæ.* Colvius. Ita ex Aristotele legendum videtur: alioqui Ms. cod. meus legit, *epidetæ;* quod corruptum videtur ex *Epicletæ,* et hoc ex *Epiclintæ.* Vulgata typis exemplaria pleraque habent *Epiditæ.* In Aldina vero Ed. tota hæc periodus, cujus initium, *Horum motuum, &c.* ad hæc usque *Rhectæ sunt nominati,* non legitur. *Vulc.* Sic ex Aristot. reposuit Vulcanius. In Leid. et Flor. est *Epidete.* Elmenhorstius. Colvio emendatio debetur, non Vulcanio, qui sibi tacite eam ascripsit. Bened. Voss. et Edd. priores *Epeditæ.* Aristot. *ἐπικλίνται.* Vide de his et seqq. Amm. Marcell. l. XVII. c. 7. ex eodem hoc Aristotelis loco, et ibi Comment. *Oud.*—7 Ita Mss. Voss. Bened. et Edd. vett. Ejecit Vulc. cum Wower. *τὸ sed* auctoritate sui codicis. Elm. vero cum seqq. e

NOTÆ

[g] *Epiclintæ*] Παρὰ τῷ ἐπικλίνεσθαι, 'ab incumbendo.' Ammian. loco citato *Climatias* appellat.

excutientes onera et recuperantes,[8] directis angulis mobiles, Brastæ [h] vocitantur:[9] illi autem,[1] qui abstrudere videntur,[2] Chasmatiæ dicti;[i] quorum impulsu dissilit tellus, Rhectæ [k] sunt nominati.[3] His passionibus[4] contingit, ut quædam terræ expirent halitus, aliæ vomant saxa, nonnullæ cœnum:[5] sunt, quæ fontes pariunt insolentibus locis, peregrinorum fluminum sulcantes[6] vias. Ostæ[7] sunt motus, quibus solum quatitur:[l] Palmatiæ[8] [m] vero appellantur,

tientes pondera, et alternantes, ac moventur ad angulos rectos, appellantur Brastæ: illi vero qui videntur deprimere terram, vocati sunt Chasmatiæ: illi quorum impulsione terra diffringitur, sunt appellati Rhectæ. His affectionibus fit ut nonnullæ terræ exhalent flatus, aliæ eructent lapides, quædam lutum. Sunt etiam terræ quæ in locis insuetis evomunt fontes, qui cavant alveos fluviorum insolitorum. Ostæ sunt motus quibus humus concutitur. Illi autem nominantur Palmatiæ, quorum

Florent. reposuit *et qui.* Malim tum *at qui:* nam *Brastæ* opponuntur *Epiclintis.* Idem.—8 Vid. Not. Var.—9 Bened. *Biustæ appellantur.* Vulc. Ms. *Bræstæ vocitantur.* Edd. Elm. Scriv. Flor. *vocitantur.* Oudendorp.—1 Sic Elm. et seqq. e Florent. A reliquis Mss. et Edd. exulat *autem.* Idem.—2 Vet. cod. meus adjicit, *Extimati edictis.* Ego continue ita legendum censuerim: *Illi qui abstrudere videntur extima telluris.* Vulcanius.—3 *Rhectæ nominari.* Lege, *nominati.* *ῥῆκται καλοῦνται.* *Colvius.* *Sunt nominati* bene emendavit Vulc. e Mss. In Voss. sec. *recte sunt nomi.* Oudendorp.—4 Bened. *nominatis.* Id.—5 *Nonnullæ cavum.* Ex Aristotele videtur scribendum, *cænum:* scribit enim; *τούτων δὲ, οἱ μὲν καὶ πνεῦμα προσαναβάλλουσι· οἱ δὲ πέτρας· οἱ δὲ πηλόν.* Sed non aliter in Veneta Aldinaque editione. *Colv.* Vet. cod. *cenum:* ut et Aldina editio habet, *πηλὸν* scilicet, hoc est, limum terræ, unde *πηλογόνοι* Callimacho Gigantes Terrigenæ, quæ appellatio omnibus hominibus proprie convenit, ratione *πρωτοπλάστου* illiûs Adam. *Vulc.* Consentiunt Mss. O. et bene conjecit Colv. In Edd. Vic. Junt. pr. Bas. pr. *etiam.* Junt. post. *canum.* Bas. sec. Lugd. *cavum.* Oud.—6 Recte, ut et Vet. cod. non *saltantes* ut Aldina editio. *Vulc.* Aldus, *saltantes,* male. *Elmenh.* Immo omnes Edd. ante Junt. poster. *Oud.*—7 Al. *Isti.*—8 Bened. Voss. *palmitiæ,* male. *Oud.*—

NOTÆ

[h] *Brastæ*] Βράσται, ἀπὸ τοῦ βράσσειν, 'ab ebulliendo.' Ammiano dicuntur Brasmatiæ. 'Fiunt autem' (inquit) 'terrarum motus quatuor: aut enim Brasmatiæ sunt, qui humum intus suscitantes, sursum propellunt immanissimas moles, ut in Asia Delos emersit,' &c.

[i] *Qui abstrudere videntur, Chasmatiæ dicti*] Quid per 'abstrudere' hic intelligendum sit, disce ex Ammiano: 'aut Chasmatiæ, qui grandiori motu patefactis subito voratrinis, terrarum partes absorbent: ut in Atlantico mari, Europæo orbe potior insula,' (Atlantis, de qua jam supra,) 'et in Crisæo Helice et Bura,' &c. χάσμα Græcis 'hiatus' est.

[k] *Rhectæ*] A verbo ῥήγνυμι, 'perrumpo,' 'diffringo.' Horum non meminit Ammianus, sed quarto loco ponit 'Mycematiam, qui sonitu auditur minatorio:' hunc Noster infra *Mycetiam* appellat.

[l] *Ostæ sunt motus, quibus solum quatitur*] Immo *truditur:* ὦσται enim *tru-*

quorum pavitatione[9] illa, quæ trepidant, sine inclinationis periculo nutabunt,[1] cum directi tamen rigoris statum retinent.[2] Mycetias[3] [n] vocatur tetri rudoris inquietudo terrena.[4] Audiuntur mugitus, interioribus gemitibus expressis, cum spiritus invalidus ad terram movendam per aperta telluris inventis itineribus discurrit.[5] His talibus marina sunt paria,[6] cum fluctuum currentium[7] mole nunc progressibus littora, nunc recursibus sinus [731] cæsi[8] quatiuntur. Sentitur etiam cœli marisque[9] cognatio, cum menstruis cursibus Lunæ decrementa[1] et accessus fretorum atque

trepidatione illa, quæ tremunt, vacillant absque periculo casus, cum nihilominus servent rigidam rectitudinem sui situs. Mycetias appellatur, cum terra solicitatur fremitu horrendo. Mugitus audiuntur excitatis intus gemitibus, quando ventus non satis vehemens ad commovendam tellurem, repertis viis, meat per patentes rimas terræ. Ejusmodi passionibus similia sunt quæ geruntur in mari, quando ingentibus undis inter se concurrentibus, modo ripæ concutiuntur procursibus fluctuum, modo sinus percussi regressibus eorundem. Affinitas quoque Ætheris et maris percipitur, quando decrementa et incrementa fretorum ac æstuum agnoscuntur cursibus men-

9 Bened. *pavitione* et *imperio* pro *periculo*. Id.—1 Ita Mss. Florent. Bened. Voss. uterque et Ed. Elm. Vulgo *nutant*. Id.—2 Et hoc malui ex Mss. iisdem, quam *retineant*. Id.—3 Voss. sec. *Micetyas*. Alii Mss. et Edd. vett. de more *Micetias*. Μυκητίας Arist. *Id.*—4 Conjectura Wowerii recepta est in Vulc. Ed. tert. et seqq. quare Elm. eam, ut solet, Scaligero ascribit. Mihi illud *odoris* quod est in Mss. et Edd. vett. non adeo displicet. Spiritus enim terram moventes plerumque se exserunt cum *Odore tetro*. Aristoteles tamen dicit μετὰ βρόμου. *Rudoris* etiam margini allevit Is. Vossius. *Id.* Vid. Not. Var.—5 Pro eo quod in Apuleio est *progreditur*, quædam exemplaria habent *fertur*, et quidem rectius. Ms. codex neutrum habet: perperam tamen. *Vulc.* Tò *itineribus* male delet Vulcanius. *Elmenh.* Nempe typothetarum errore non apparet ea vox in Ed. Vulc. tert. Abest *progreditur* a Mss. Vulc. Voss. sec. In Edd. Rom. Vic. Junt. pr. legas *fertur*. Rectius. Male enim capiunt de spiritibus exeuntibus. Diserte Aristoteles describit μυκήματα γῆς, quæ invalida se exserere nequeunt, sed terræ visceribus inclusa et in se revoluta κόπτονται μετὰ ῥοθίου βίας. quare perplacet Codicis Bened. *discurrit*. Forsan etiam hic scribendum *per operta telluris*, sive terræ *secretaria*, ut supra dixit. *Oud.*—6 Bened. *sunt freta marina p.* male. *Id.*—7 Ità Mss. O. cum Edd. Vulc. Reliquæ *concurrentium*. Id.—8 Vitiose *cinus* Ed. Vic. et Junt. post. Bas. sec. Lugd. Colv. *cæli:* quam vocem ideo delere voluit Lipsius: sed *cæsi* Mss. et reliquæ Edd. Bene. *Id.*—9 Bened. vitiose *anarantque*. Id.—1 Delendum est comma positum post *decrementa:* et ponendum post *Lunæ*. Neque enim τὸ *decrementa* referendum est ad Lunam, sed ad freta atque æs-

NOTÆ

sores sunt, et ὠστίζειν *trudere*: ii scilicet terræ motus sunt, secundum Aristotelem, qui uno obnixu subvertunt quod impulerunt.

[m] *Palmatiæ*] Quasi dicas 'vibratores,' ἀπὸ τοῦ πάλλειν.

[n] *Mycetias*] A verbo μυκῶ 'mugio,' 'reboo.'

æstuum deprehenduntur.[20] Verum enimvero, ut possum, de universitate quod sentio breviter absolvam:[3] Elementorum[4] inter se tanta concordia[5] est,[6] aëris, maris, atque terræ, ut admirari minus deceat, si illis eadem[7] incommoda soleant ac secunda[8] contingere, particulatim quidem rebus ortus[9] atque obitus afferens,[1] universitatem vero a fine atque[2] initio vindicans. Et quibusdam mirum[p] videri solet, quod, cum ex diversis atque inter se pugnantibus elementis mundi natura conflata[3] sit, aridis atque fluxis, glacialibus et ignitis; tanto rerum divortio nondum sit ejus

struis Lunæ. Etenim, ut paucis, quantum possum, exponam meam sententiam de Mundo: tantus est consensus Elementorum inter se, hoc est, Aëris, Maris, et Terræ, ut minus mirandum sit, si eadem incommoda et commoda consueverint evenire eis, et singillatim quidem rebus afferant generationem et corruptionem, defendant vero universum mundum ab ortu et interitu. Ac nonnulli solent mirari, quod cum Natura Mundi sit composita ex Elementis discrepantibus, et sibi invicem contrariis, siccis nempe et humidis, frigidis et calidis, substantia ejus, quæ corruptibilis est, non

tus. Ms. cod. pro *decrementa* legit *detrimenta.* Vulcanius. Sic Romanus, Aldus et Basil. 1. Florent. Leid. et Basil. *detrimenta* legunt. *Elmenh.* Non damno *decrementa,* sed Mss. O. et Edd. Vulc. *detrimenta.* Vide ad Met. l. XI. init. ubi etiam Mss. plerique *detrim.* pro *decrem.* Contra inverso modo Manil. lib. I. 535. 'modum quo crescat, quove recedat.' *Oud.*—2 Voss. uterque *deprehendunt.* Bened. *deprehenditur.* Id.—3 *Ut quatenus possum brev. abs.* Florent. caret τῷ *quatenus:* ut jungantur *ut possum.* Sane non ineleganter. Vide ad Met. lib. X. p. 734. 'ut potui.' *Id.*—4 Voss. sec. *ælement.* Id.—5 Male Edd. ante Vulcan. *discordia* contra Mss. et mentem Auctoris. *Id.*—6 *Est, id est.* Desunt Voss. pr. *Id est* bene carent Voss. uterque, Bened. et Edd. ante Aldum. *Idem.*—7 Carent hac voce Edd. ante Junt. post. *Idem.*—8 Sic Mss. Fulv. Voss. uterque: *ac sidera* Bened. Vulgo *atque sec.* Idem. —9 Voss. sec. a m. sec. *vitam.* Idem.—1 *Afferentes.* Bened. *offerentes.* Vulc. Ed. pr. *asserentes.* Verum, ita si scripsit Auctor, et statim *vindicantes,* impingit in Solœcismum. Debuit enim dicere *afferentia* et *vindicantia,* scil. commoda et incommoda, ad quæ sive τῶν παθῶν ὁμοιότητας refert Aristoteles, vel *afferens* et *vindicans,* scil. concordia; quod malim. Sic statim *adolescens* abiit in *adolescentes.* Miror neminem interpretum id animadvertisse. Omnia enim per Anacoluthon, Solœcismo simile, defendere velle, nimis quam facile et auctoribus indignum est; licet non negem, id apud Nostrum aliquoties usu venire. *Id.*—2 *Fine atque.* Lege *a fine atque.* Vulcanius. Consentiunt Mss. *Oud.*—3 Bened. *afflata.* Id.—4 Inepte Ed. Florid. *immort.*

NOTÆ

[o] *Cum menstruis cursibus Lunæ, decrementa et accessus fretorum atque æstuum deprehenduntur*] Causam æstuum maris ad Lunam, ejusque revolutiones, retulerunt permulti. Arist. libro hoc περὶ κόσμου. Philostrat. in Vita Apollon. Thyanei, lib. V. cap. 1. Strabo lib. III. Solin. Polyhistor. cap. 28. Gell. lib. XIV. cap. 1. &c. Vide Plin. lib. II. cap. 97.

[p] *Et quibusdam mirum*] Hic incipit cap. 5. lib. Arist. περὶ κόσμου.

mortalitas[4] dissoluta. Quibus[5] illud simile satisfaciet,
cum in urbe ex diversis et contrariis[6] corporata[q] rerum
inæqualium multitudo concordat. Sunt enim pariter dites[7]
et egentes, adolescens ætas[8] permixta senioribus, ignavi
cum fortibus, pessimi optimis congregati.[9] Aut profecto[1]
quod res est[2] fateantur, hanc esse civilis rationis admi-
randam temperantiam, cum quidem[3] de pluribus[4] una sit
facta, et similis sui tota,[5] cum dissimilia membra[6] sint,
imago, receptrixque[7] naturarum ad diversa tendentium,[8] et
fortunarum per varias fines[9] exitusque pergentium; et, ut
res est, [732] contrariorum per se natura flectitur, et ex dis-

*sit corrupta hactenus. Quibus hæc similitudo satisfaciet, quod scilicet multitudo
rerum inæqualium conflata ex variis et contrariis rebus in civitate consentit inter
se. Nam simul sunt locupletes et inopes, ætas juvenilis mixta cum senili, pusillani-
mi collecti cum strenuis, deterrimi cum optimis. Vel certe confiteantur rem ut se
habet, eam mixturam rei politicæ esse admirabilem, quandoquidem una conflata est
ex permultis, et tota sibi ipsi similis, cum ejus partes sint dissimiles, cum contineat
in se Naturas pergentes ad varios fines, et fortunas tendentes in diversos exitus et
terminos: et revera Natura contrariorum per se inflectitur, et unus atque idem con-*

Id.—5 Voss. sec. *q'ui*. Id.—6 *Et contrariis*. Abest Ed. Vulc. pr. *Id.*—7 Sic
constanter Mss. cum Vulcan. et seqq. Edd. vett. et Wow. *divites*, ut alibi.
Id.—8 *Adulescentum ætas*. Vulgo legebatur, *adulescentes ætas*. Rectius Mss.
adulescens ætas. Sciopp. in Symb. Quare illud bene reposuit Elmenh. uti ex-
tat, præterquam in Fulv. etiam in Mss. Florent. Voss. utroque, Vulc. Bened.
et Edd. Vic. Ven. sive per *o*, quod degeneravit in Edd. Rom. Junt. Ald. in
adolescentes, et hinc Bas. sec. Lugd. Colv. Vulc. Wow. *adolescentum*. Plane
Apuleianum est *adolescens ætas*. Vide ad lib. I. de Dogm. Plat. p. 567. Ed.
Flor. 'Pubescentes primitiæ.' *Oud.*—9 Sic habent Mss. Florent. Bened.
Voss. Ed. Vic. non *fortioribus*, ut in ceteris usque ad Elmenh. *cum opt.* habent
Edd. O. *Id.*—1 Male Edd. Junt. Ald. *haud prof.* Id.—2 *Quod res est*. Indu-
cit hæc Romanus. *Elmenh.* Item Vic. Junt. pr. Ab iisdem statim desunt *ut*
res est. Vide ad Met. lib. II. p. 169. b. *Oud.*—3 Voss. Bened. *quidam*. Id.—
4 Sic Mss. Florent. Bened. Voss. pr. Vulc. Edd. Vulc. Wow. Reliquæ *plu-*
rimis. Id.—5 Addit Bened. *imago*, bene. Aristot. ὁμοῖα διάθεσις ἐξ ἀνομοίων.
Sed ponenda est *imago* post verbum *sint*. Vide sequentia. *Id.*—6 Edd. ante
Junt. post. *m. diss.* Id.—7 *Cum receptrix sit*. Ita Elm. Scriv. Flor. e Floren-
tino. In Voss. utroque *cum receptrixque sit*. Ed. Junt. post. modo *receptrix*.
Scilicet *imago* corruptum est in τὸ *cum*, et e Bened. qui tamen agnoscit *sit*,
legendum *similis sui tota, cum dissimilia sint membra, imago receptrixque natu-*
rarum. Aristoteles pergit διάθεσιν ὑποδεχομένη καὶ πᾶσαν φύσιν καὶ τύχην. *Id.*
—8 Voss. sec. *ac*. Posset deleri præpositio. Vide ad Flor. N. 24. 'vobis
diversa tendentibus.' *Id.*—9 *Varios fines*. Voss. uterque, Bened. *varias f.*
Recte. Vide ad lib. I. de Dogm. Plat. p. 572. Ed. Flor. 'Indistinctam fi-

NOTÆ

[q] *Corporata*] In unum corpus compacta.
Apul.

sonis[1] fit unus idemque consensus.[2] Sic mare et fœmineum secus[r] junguntur,[3] ac diversus utriusque sexus ex dissimilibus simile animal facit: artes denique[4] ipsæ, naturam imitantes, ex imparibus paria faciunt.[5] Pictura namque[6] ex discordibus[7] pigmentorum coloribus, atris, albis,[8] luteis, et puniceis, confusione modica temperatis, imagines iis, quæ imitatur, similes facit.[9] Ipsa etiam musica,[1] quæ de longis et brevibus,[2] acutis et gravioribus sonis constat, tamque[3] diversis et dissonis vocibus, harmoniam consonam reddit. Grammaticorum artes[4] vide, quæso,[5] ut ex diversis collectæ sint literis:[6] ex quibus aliæ sunt insonæ,[7] se-

centus oritur ex discordantibus sonis: ita mas et fœmina copulantur inter se, et sexus amborum diversus efficit animal simile ex dissimilibus: atque ipsæ demum artes, æmulantes naturam, ex dissimilibus faciunt similia. Etenim pictura format effigies similes illis quos conatur referre, ex diversis coloribus pigmentorum, nigris, candidis, croceis, et rubris, mixtis parva confusione. Ipsa quoque Musica, quæ conflata est ex sonis longis et brevibus, acutis et gravibus, atque ex vocibus tam variis ac discordantibus, efficit concentum concordem. Considera, te rogo, artes Grammaticorum, quam conflatæ sint ex characteribus discrepantibus; ex quibus

nem.' *Id.*—1 Vitiose Ed. Vulc. tert. *dissoni.* Id.—2 Malim: *concentus.* Wowerius. Vulgo, *consensus*, male. *Elmenh.* At Mss. O. et Edd. vett. *consensus.* Six mox 'nec discordante concentu' Elm. et seqq. At Mss. et Edd. priores constanter *consensu.* Nihil ego in talibus muto sine Mstorum ope; licet *concentus* præferam, si Mss. addicant: ut p. 743. 'unus concentus,' &c. *Oud.*—3 Vid. Not. Var.—4 Sic recte Florent. et Edd. Elm. Scriv. Flor. Vulgo *artesque.* Oud.—5 Voss. *facerent.* Id.—6 Τὸ *namque* etiam e Florentino inseruit Elm. Scriv. Flor. In ceteris nusquam apparet. *Id.*—7 Voss. sec. *dicordibus.* Id.—8 Voss. *atrisque ab his.* Bened. *atrisque albis.* Forsan *atrisque et albis*, vel, *atris atque albis.* Id.—9 Voss. uterque *imaginibus iisque imitatur, simile facit.* Florent. Bened. *imagines iis, quæ imitatur, simile facit.* Elmenh. *iisque:* Scriv. Flor. *iis quos.* Perperam. Pictura facit imagines similes iis, quæ imitatur, scil. omnibus rebus, quas imitandas sibi proponit, animatas et inanimatas. *τὰς εἰκόνας τοῖς προηγουμένοις συμφώνους*, ut diserte Aristot. *Imitantur* Ed. Vulc. pr. *Id.*—1 Sic recte Vulc. cum Mss. plerisque et Edd. seqq. Voss. *etiam ipsa M.* Ald. Junt. post. Bas. sec. Lugd. Colv. *ipsaque.* Vic. Junt. pr. *ipsasque:* perperam. *Id.*—2 Bened. *brevioribus:* in quo statim deest *sonis.* Id.—3 Sic Elm. et seqq. bene e Florent. Al. *tam.* Id. —4 Bened. *Grammatica ars.* Id.—5 Sic Mss. O. sed ante Vulcan. edebatur *unde q.* Id.—6 *Quam ex d. collectæ sint lit.* Sic Vulc. e suo Cod. et seqq. cum vulgo exhiberetur *cum.* At longe elegantius Florent. Bened. Voss. uterque, Edd. Ald. Junt. post. *ut.* Frequens est *vide, ut.* Quis nescit illud? 'Aspicis ut veniant ad candida tecta columbæ.' Horat. I. O. 9. 'Vides ut alta stet nive candidum.' V. illic notata. In Bened. *collecta sit*, quia habet *ars.* Voss. sec. tamen etiam *collecta.* Id.—7 Sive mutæ. Voss. sec. Edd. ante Vul-

NOTÆ

r *Sic mare et fœmineum secus*] *Secus* pro *sexu* jam dixit lib. I. de Philoso-

misonantes aliæ,[8] pars sonantes;[9] et tamen mutuis[1] se auxiliis adjuvantes syllabas pariunt, et de syllabis voces. Hoc Heraclitus[2] sententiarum suarum nubilis[3][s] ad hunc modum est prosecutus: Συνάψειας[4] οὖλα καὶ οὐχὶ οὖλα, συμφερόμενον καὶ διαφερόμενον, συνᾷδον καὶ διᾷδον, καὶ ἐκ πάντων ἓν, καὶ ἐξ ἑνὸς πάντα. Sic totius mundi suorum instantia initiorum[5] inter se impares conventus, pari nec[6] discordante consensu[7]

quidam sono carent, alii sunt semivocales, alii vocales; et nihilominus illi, se adjuvantes ope reciproca, efficiunt syllabas, et dictiones ex syllabis. Heraclitus obscuritate sententiarum suarum sic descripsit hoc: una conjunxeris sana et minime sana, consentiens et dissentiens, consonans et dissonans, et unum ex omnibus, et omnia ex uno. *Ita natura universi orbis temperavit momenta et inæquales inter se concursus suorum primordiorum harmonia æquali et non dissonante, non*

can. *sint.* Bened. *unisonæ.* prave. *Id.*—8 Edd. ante Junt. post. *al. sem.* Id. —9 *Pars sonantes.* Hæc perperam desunt Edd. ante Junt. post. *Id.*—1 *Hæ tamen mutuis.* Agit de literis; nec dubito quin elegantius sit hoc manuscripti: *pars sonantes: et tamen mut.* Scioppius in Symb. *Et tamen* habent Florent. Bened. Voss. Fulv. cum Edd. Elm. Scriv. Flor. *Hæ tamen* legit Vulc. *at tamen* Wow. *et* carent Edd. priores. In Bened. *tam.* Oud.—2 Desunt in Rom. et Aldo versus 4. *Elmenh.* Usque ad πάντα desunt Edd. ante Junt. post. *Heraclites* Voss. Bened. *Oud.*—3 Vid. Not. Var.—4 Flor. legit: CΥΝΑΑΠψΙΔΙCΟΛΑΚΑΙΟΤ ΧΟΛΑψΙΝ ΦΙΕΜΕΝΟΝΑ ΙΑΦeΙΡΕΜeΝΟΝ eΥΝΑΛΟΝΑΙΑ ΛΟΝΑΙ ΚeΓΑΝΓΟΝeΝΚΑΓeze ΝΟCΕΙΤΑΝΤΑΙ. Leid. CΥΝΑΛπψΙΔΙCΟΛΑΚΑΙΟΤ ΧΟΛΑψΙΝΑλe ΝΟΠΑΙΑ ΦeΙΡeΑΙΡ ΝΟΝCΥΝΑ ΛΟΝΑΙΚe ΤΑΝΤΑΝeΝΚΙ Ieze ΕΝΟCΕΙ ΤΑΝΤΑΝΓΑΤ. οὐδὲν ὑγιές. *Elmenh.* Pro οὖλα male Wow. οὗλα. Ceterum expresserunt hæc omnia, ut leguntur apud Aristotelem. Sed in Mss. Florent. Bened. Voss. sec. Vulc. scribitur sine copula συμφερόμενον διαφερόμενον, συνᾶδον διᾶδον. et pro πάντα in Bened. ει παντα. Voss. sec. ει ταυταν. Quid lateat vide. Verbum credo ἐργάσεις, vel simile quid. Pro ἓν male Edd. aliquot et Colv. ἣν. *Oud.*—5 *Totius mundi sua instantia, initiorum.* Vitiata distinctio sensum turbat: continue enim citra ullum comma hæc legenda sunt; ut et Aldina editio legit, et Ms. cod. qui tamen rectius pro *sua* habet *suorum.* Vulcanius. *Suorum instantia initiorum* Edd. Vulc. et seqq. At Mss. Florent. Bened. Voss. *sua,* cum Edd. prioribus, ut *sua instantia* pertineat ad *naturam.* Lipsius conjecit *substantia:* sed tum malim *substantiam et initiorum inter s. impares conventus* vel *per initior.* atque ita Aristot. τὴν τοῦ ὅλου σύστασιν διὰ τῆς τῶν ἐναντιωτάτων ἀρχῶν κράσεως μία διεκόσμησεν ἁρμονία. Statim 'libera elem. substantia.' *Oud.*—6 Sic Mss. In Edd. ante Vulcan. *non.* Id.—7 Lego *d. concentu.* Elmenhorstius.—8 *Namque uvidis arida est.*

NOTÆ

phia Morali: 'Et optimis disciplinis communi præceptorum magisterio docebuntur non virile secus modo, verum etiam fœminarum.' At *mare* adjectivum neutrius generis, pro *masculo,* (si modo lectio hæc sincera sit,) Apuleianam licentiam sapit, neque enim alibi temere reperias.

[s] *Sententiarum suarum nubilis* [*modulis*] Scriveriana editio habet: *sententiarum suarum nubilus.* Scribe *nubilis:* nubila sententiarum sunt earum obscuritates. Consentanea lectio est Aristoteli, qui Heraclitum appellat σκοτεινὸν 'obscurum.'

natura, veluti musicam, temperavit. Namque humidis arida,[8] glacialibus[9] flammida, velocibus pigra, directis[1] obliqua confudit,[2] unumque ex omnibus, et ex uno omnia, juxta [733] Heraclitum, constituit: terramque humore,[t] et cœlum[3] Solis orbe et Lunæ globo, ceterisque orientium et conditorum[4] [u] siderum facibus ornavit, una illa parte mixta, quam quidem[w] cunctis constat implicatam, dum inconfusa, dum libera[x] elementorum substantia,[5] ignis, aquæ, aëris,

secus ac Musicam. Permiscuit enim sicca udis, ardentia gelidis, tarda celeribus, obliqua rectis, et fecit unum ex universis, et universa ex uno, secundum Heraclitum: et decoravit Tellurem aqua, æthera globo Solis, et orbe Lunæ, et reliquis lampadibus astrorum orientium et occidentium, permixta illa una parte, quam certum est quidem immixtam esse universis cum natura elementorum Ignis, Aquæ, Aëris, et

Conjectura olim fuit Fulvii: *Namque humidis arida.* Sed desiit esse conjectura, postquam scripti codicis accessit consensus. *Sciopp. in Symb.* Abest *namque* a Mss. Florent. Bened. Voss. male Vulc. *uvidis:* quia scilicet Codex ejus habuit *umidis*, ut est in Voss. sec. Sed *humidis* Voss. pr. Bened. Florent. Fulv. ut ante Wower. et ceteros jam Ursinus legit. In Edd. prioribus *liquidis.* Aristot. *ξηρὸν γὰρ ὑγρῷ. Oud.*—9 Ita e Florent. Elm. Scriv. Flor. In reliquis Mss. et Edd. *et gl.* Id.—1 Bened. *et dir.* Id.—2 Florent. Bened. Voss. sec. Edd. Elm. Scriv. *confundit.* Id.—3 *Terramque humore, cœlum, &c.* Hæc usque ad *machinatam* omnia desunt Edd. ante Junt. post. Pro *humore* vero Edd. ante Elmenh. dant *mare atque.* Sed Mss. Bened. Voss. pr. *emere atque.* Voss. sec. *emere et.* Florent. vero *humore et:* atque ita rescribendum. *Umore* fuerat, unde alii fecere *mare*, alii *emere.* Idem.—4 Abest copula a Bened. *Idem.*—5 Bened. *subera.* Idem.—6 Al. *concordia.* Vid.

NOTÆ

[t] *Terramque humore, &c.*] Hæc, usque ad illa verba *Principiorum igitur consensus*, aliter paulo, et certe clarius, expressa apud Aristotelem. Ejus verba sunt: Γῆν τε πᾶσαν καὶ θάλασσαν, αἰθέρα τε καὶ ἥλιον, καὶ σελήνην, καὶ τὸν ὅλον οὐρανὸν διεκόσμησε μία διὰ πάντων διήκουσα δύναμις, ἐκ τῶν ἀμίκτων καὶ ἑτεροίων, ἀέρος τε καὶ γῆς, καὶ πυρὸς καὶ ὕδατος, τὸν σύμπαντα κόσμον δημιουργήσασα, καὶ μιᾷ διαλαβοῦσα σφαίρας ἐπιφανείᾳ, τάς τε ἐναντιωτάτας ἐν αὐτῷ φύσεις ἀλλήλαις ἀναγκάσασα ὁμολογῆσαι, καὶ ἐκ τούτων μηχανησαμένη τῷ πάντι σωτηρίαν. 'terram etiam omnem, omne mare, Ætherem, Solem, Lunam, et postremo totum Cœlum, vis una per omnia pertinens, certo ordine descripsit, concinneque digessit e diversis ipsa naturis, atque impermixtis, Aëre, Terra, Igne, et Aqua, mundum architectata: cumque eum etiam globosa superficie comprehendisset, naturas quam maxime contrarias, quæ sunt in eo, coëgit inter se consentire, atque ex his machinata est salutem universo orbi.'

[u] *Et conditorum*] Occidentium, præteritum pro præsenti.

[w] *Una illa parte mixta, quam quidem, &c.*] Innuit Mundi animam, de qua jam alibi diximus.

[x] *Dum inconfusa* [*confusa,*] *dum libera*] Mendosus videtur locus. Melius quadrabit cum Aristotele, si legas *dum inconfusa ac libera, &c.* Hanc lec-

terræ, ex quibus hujus sphæræ convexa, et disparibus qualitatibus naturæ conflata,[y] adacta est fateri concordiam,[6 z] et ex ea salutem operi machinatam.[a] Principiorum igitur consensus sibi concordiam peperit:[7] perseverantiam vero amicitiæ inter se elementis[8] dedit specierum ipsarum[9] æqua partitio,[1] et dum in nullo[2] alia ab alia vincitur, modo vel potestate. Æqualis[3] quippe omnium diversitas, gravissimorum, levissimorum, ferventium, frigidorum,[4] docente ratione naturæ, [734] diversis licet rebus, æqualitatem deferre[5] concordiam, concordiam omniparentis[6] mundi

Terræ, ex quibus dissimilibus qualitatibus naturæ ambitus hujus orbis constitutus est, impermixta ac soluta, coacta est sibiipsi consentire, et illam partem permixtam cunctis architectatam fuisse conservationem sui operis ex illo consensu. Consensio ergo Elementorum conciliavit sibi concordiam: at æqualis distributio ipsarum specierum peperit elementis durationem concordiæ inter se, dum aliud non vincitur ab alio in re ulla, sive quantitate, sive virtute. Etenim æqualis est varietas cunctarum rerum, gravissimarum, levissimarum, calidarum, frigidarum, ratione naturali monstrante æqualitatem tribuere concordiam rebus, tametsi diversis, et eam effecisse

Not. Var.—7 Carent hoc verbo Edd. Ald. Junt. post. *Oudendorp.*—8 Exulat a Florent. male. *Idem.*—9 Junt. post. *ipsa.* Idem.—1 A Vic. Junt. pr. Bas. pr. abest *æqua.* Id.—2 Sive *et quia:* atque ita Mss. Florent. Bened. Voss. sec. Edd. primæ, item Junt. pr. Bas. pr. Elm. &c. Ab Edd. Aldi usque ad Wower. exulat τὸ *et.* Id.—3 *Modo vel potestate æqualis.* Vitiose omnino in omnibus Edd. etiam Aldina, ita legitur. Claudenda enim est periodus post vocem *potestate:* deinde nova periodus ordienda, *Æqualis quippe omnium diversitas, &c.* sensu apertissimo. Æqualem enim diversitatem vocat, quam Aristoteles τὴν ἴσην ἀντίστασιν. quod tamen apud Stobæum legitur, nec male, ἀντίτασιν. *Vulc.* Recte. ut et seqq. edidere. *Oud.*—4 Edd. ante Junt. post. *et lev. f. et fr.* Forsan fuerat *est,* quod hic intelligi debet. *Id.*—5 Al. *differre.* Vid. N. Var.—6 *Omnia parentis.* Scribendum, *omnia parientis:* vel, *omnium parentis.* τοῦ πάντων γενετῆρος. *Colv.* Ita et Ms. codex. Lege vel, *omnium parentis:* vel composita dictione, *omniparentis,* id est, παντόκου. *Vulc.* *Omniparentis.* Sic recte Colvius. Mss. et editi *omnia parientis.* Vide Indicem. *Elmenhorst.* Mss. et Edd. vett. usque ad Elmenh. *omnia parentis.* sed hic et seqq. bene receperunt Vulcanii et Lipsii emendationem *omniparentis;* licet dupliciter erret Elmenh. Colvio ascribens, quod est Vulcanii, et Mss. ac Edd. dans scripturam, quæ est Colvii conjectura. Eadem corruptio in Mss. supra Met. lib.

NOTÆ

tionem in Interpretatione secutus sum.

[y] *Conflata*] Supple *sunt,* et refer ad 'connexa,' atque interpunge.

[z] *Adacta est fateri concordiam*] Hæc referenda sunt ad elementorum substantiam: 'fateri concordiam' dixit, quod Aristot. ὁμολογῆσαι.

[a] *Et ex ea salutem operi machinatam*] Hæc referenda sunt ad partem illam, 'quam quidem cunctis constat implicatam,' et illud *machinatam* regi verbo *constat* intelligendum est. Sic loco huic intricatissimo et obscurissimo facilitas aliqua et lux afferetur.

amoenitatem æternitatemque reperisse. Quid enim mundo præstantius? Lauda, quam potes, speciem;[7] portio a te laudabitur mundi: admirare,[8] quam voles, temperantiam, ordinationem, figuram; hic et per hunc[9] illud quodcumque est, invenietur[1] esse laudandum. Nam quid, oro te, ornatum atque ordinatum videri potest, quod non ab ipsius exemplo imitatura[2] sit ratio? unde κόσμος Græce nomen accepit. Euntibus Sole atque Luna, ceteraque luce siderea[3][b] per easdem vias, custoditis temporum vicibus,[4] nec ullius erroris[5] interjectione confusis, digeruntur tempora, et rursus incipiunt. Quam[6] pulchræque et fœcundæ horæ pro-

pulchritudinem et æternitatem Mundi productoris rerum omnium. Nam quid est excellentius Mundo? Lauda rem quam volueris, laudabis particulam Mundi: mirare mixturam, ordinem, et formam cujus libuerit rei, ea, quæcumque sit, reperietur in illo, et laudanda per illum. Nam, quid, quæso, potest videri decoratum et ordinatum, quod mens non æmulatura sit ab exemplari ejus? propterea dictus est Græce Κόσμος. Tempora disponuntur, et revolvuntur Sole et Luna, ac reliquis astrorum facibus incedentibus per eadem itinera, alternationibus tempestatum servatis, neque perturbatis interpositione ullius evagationis. Verum quam amœnæ et fæcundæ

XI. p. 777. a. 'Omniparentis Deæ.'—7 *Lauda, quam putes sp.* Ms. *quam putas.* Mihi videtur, *quam potes:* sicut paulo post: 'Admirare quam voles temperantiam.' *Scioppius in Symbola.* Omnes scripti: *quam potes speciem.* Wowerius. *Putas* Margar. Poët. f. *potes.* Brantius. Wowerius et Scioppius *quam potes,* recte. *Elmenhorstius.* Fulv. Voss. sec. Bened. cum Marg. Poët. *q. putas.* Florent. Vulc. Edd. usque ad Wower. *putes.* Lipsius quoque margini allevit *potes,* notans in vet. esse *pot.* An *pote* vel *potis?* ut Met. lib. 1. p. 43. b. ubi vide, et alibi. Temere Wow. ait in Mss. esse *potes:* cum in nullo adhucdum inveniatur. *Oud.*—8 Flor. *admiror,* male. *Elmenhorst.* Accedunt Voss. *Oud.*—9 *Per hunc.* Immo vero *per hanc:* scil. 'temperantiam, ordinationem, figuram,' ut ascripsit margini Lipsius. Marg. Poët. *hic per hoc aliud quodcumque est inv. laudandus.* Id.—1 Edd. Vic. Junt. pr. *invenitur.* Id. —2 Minus bene Lipsius *imitata.* Bened. *mutuata.* Id.—3 *Ceteraque luce sidera.* Ms. cod. *ceteraque luce siderea:* rectissime: hoc est: reliquis astris; quæ et Lucretius, 'Flammantia lumina cœli' vocat. *Vulc.* Vitiose nempe in sola Colv. Ed. est *sidera.* Oud.—4 Voss. sec. *vicinibus.* Bened. *vicissitudinibus.* Bene. *Id.*—5 Edd. Rom. Vic. Ven. Junt. pr. Bas. pr. *temporis:* et eædem Edd. et Ald. *confusis.* Id.—6 *At quam* emendavit Colv. pro *atque,* quod erat in vulgatis. Sed *at* nullus habet Cod. quare ejecere bene Vulc. Wow. et Elm. qui e Florent. edidit *quam pulchræque et fœcundæ horæ.* Recte. Sæpe *que et* jungitur more Græco. Vide Ind. Not. Prave etiam Edd. vett. *pulchre et fœcunde.* Voss. uterque et Bened. *quæ pulchræ.* Dein *fecundiores*

NOTÆ

[b] *Ceteraque luce siderea*] Lux hic collective sumitur pro corporibus lucidis, seu, ut loquitur scriptura sacra, luminaribus minoribus, quibus cœlum distinctum est.

creantur, nunc æstivos vapores revolventes,[7] [c] nunc pruinas hyemis circumferentes! dierum etiam noctiumque curriculis ordiuntur menses, menses texunt annos, anni[8] [d] seriem conficiunt sæculorum. Et hic quidem[9] mundus magnitudine immensus,[e] cursibus rapidus, splendore perlucidus, valenti habitudine, pubertate juvenali.[1] [f] [735] Hic animalium[2] causa.[g] Nantium atque terrestrium, pennigerarum-

Tempestates gignuntur, modo reducentes calores æstatis, modo advehentes gelicidia hyemis! inchoantur quoque menses spatiis dierum, et noctium, menses conficiunt annos, anni efficiunt continuationem sæculorum. Atque hic Mundus est quidem immensus amplitudine, celerrimus in suis cursibus, nitore pellucens temperamento robusto, et flore juvenili. Hic Mundus distinxit genera animalium aquatilium, et

Bened. *facundæ oræ* Voss. sec. ridicule. *Id.*—7 Al. *resolventes.*—8 Recte Floridus, et conjecerat sic jam Lipsius. A Mss. et Edd. abest semel *menses:* ut supra 'concordiam.' *Id.*—9 Voss. et Edd. ante Vulcan. *et quidem hic.* Id. —1 Al. *juvenili.*—2 Bas. 2. *hic causa animalium.* Forte, *Hic cuncta animal.* vel, *hic autem animal.* Colvius. Vetus Cod. *juvenali causa:* vitiosa dispunctione. Ponendum enim est punctum post *juvenali.* Deinde ita legendum, *Causa hic animalium,* posito commate post hanc vocem, cui ut generi subjungit species, *Natantium* (vet. c. *nantium*) terrestrium, et pennigerorum. *Vulc.* Non ausim τὸ *causa* proscribere, nam extat in Mss. Florent. Edd. Ald. Junt. post. Bas. sec. Lugd. Elm. Scriv. *Hic causa, &c.* et in Mss. Voss. Vulc. et Bened. *causa hic, &c.* nec cum Colvio reponere *cuncta* vel *autem:* sed legere malim cum Vulcanio *Hic* (scil. Mundus) *causa animalium. Nantium, &c.* ut prius genus ponat, tum species, vel cum Scriverio *Hinc causa animalium. N.* quod tamen non opus est. Ceterum *natantium* extat in Edd. ante Elmenh.

NOTÆ

[c] *Nunc æstivos vapores revolventes*] Elmenhorst. magis probat lectionem Rom. cod. *resolventes.* Ego ejus sententiæ non accedo. Placet *revolventes,* et interpretor 'revolutionibus suis annuis reducentes:' firmat meam opinionem quod sequitur, 'nunc pruinas hyemis circumferentes.' Sed comprobat omnino textus Aristotelicus: τίς δὲ γένοιτ' ἂν ἀψεύδεια τοιάδε, ἥντινα φυλάττουσιν αἱ καλαὶ καὶ γόνιμοι τῶν ὅλων ὧραι, θέρη τε καὶ χειμῶνας ἐπάγουσαι τεταγμένως, &c.

[d] *Ordiuntur menses, texunt annos, anni, &c.*] Omnino legendum, *ordiuntur menses, menses texunt annos, anni, &c.* ratio facile patebit attendenti.

[e] *Magnitudine immensus*] Aristoteles hic non immensum quidem mundum, sed μεγέθει παννπέρτατον 'magnitudine cuncta longe exsuperantem' dixit. Cartesius nostro ævo *infinitum* affirmare non ausus, *indefinitum* dixit, quod idem ferme est ac *immensum.*

[f] *Pubertate juvenali*] 'Juvenalis' et 'juvenilis' idem sonant. Plin. lib. XXXIII. cap. 2. 'juvenalem famam aucupari' dixit.

[g] *Hic animal. c.* [*causa animalium, &c.*] Tolle illud *causa,* quod sensum impeditum reddit. Non habet illud Aristoteles.

que cunctarum distinxit genera, species separavit,[3] fixitque leges vivendi atque moriendi. Ex hoc animantia vitales spiritus ducunt.[4] Illinc statis cursibus[5] temporum eventus, qui admirationi esse solent, cum vel inter se ventorum prælia ciuntur,[6] vel dissectis nubibus[7] fulminat cœlum,[8] et tempestates inter se serenæ hybernæque confligunt, micant

terrenorum, atque volantium omnium, divisit ea in species, ac statuit leges ortus et interitus. Animalia trahunt spiritus vitales ex eo. Ex ipso proveniunt certis cursibus temporum eventus, quos solemus admirari, quando nempe excitantur certamina ventorum inter se, aut æther fulgurat, nubibus ruptis, ac tempestates amœnæ, et hyemales certant inter se, ignes coruscant, pluviæ effunduntur: atque, cunctis seda-

contra Mss. qui omnes habent *nantium*. Oud.—3 *Pennigerorum, cunctorumque dist. genera: in species separavit.* Conjunctio *que*, posita loco non suo, sententiam turbat. Lege, *pennigerorumque cunctorum distinxit genera, species separavit.* Præpositio enim *in*, quæ in Edd. omnibus legitur, plane est supervacanea, neque eam agnoscit Codex Ms. *Vulc.* Abest *que* a Voss. sec. Bened. At Mss. Florent. Vulc. Voss. pr. *pennigerarumque cunctarum* cum Ed. Elmenh. Voss. sec. *pennigerarum c.* Bened. *pennigerarum.* Verissime. *Animales* sumsit genere fœminino, ut Noster aliquoties: quod non ceperunt Editores. Vid. ad Met. lib. II. p. 152. 'tantillula animalis.' Dein bene Vulc. *in species separavit*, quod ante eum vulgabatur, emendavit cum seqq. et Mss. *Oud.*—4 *Vitalis spiritus dicunt.* Lege cum veteri cod. meo, et cum editione Aldina, *vitales spiritus ducunt.* Vulcanius. Bene: nam prave in Edd. Bas. sec. Lugd. Colv. est *dicunt.* Oud.—5 *Illis statutis cursibus.* Corruptus hic locus, cui illa Aristotelis respondent: τούτου καὶ αἱ παράδοξοι νεοχμώσεις τεταγμένως ἀποτελοῦνται. *Colv.* Ms. codex legit, *illi statis, &c.* Ego vero ita omnino legendum censeo: *Ex hoc illi statis cursibus, &c.* Vulc. *Illinc statis cursibus.* Sic egregie restituit e Ms. Florentino Elm. cum seqq. cui accedit in τῷ *illinc* Bened. quomodo jam conjecit Lipsius: cum vulgo legeretur *illis*. Voss. uterque, Vulc. *illi*: unde Vulc. et Wow. edunt *ex hoc illi.* Dein *statis* bene restituit Vulc. auctoritate sui codicis, quod confirmatur a Florent. et Vossianis. In Bened. et Edd. vett. *statutis*, more solito. Vide ad de Deo Socr. p. 666. Ed. Flor. *stato cursu.* Oud.—6 *Ventorum prælia cientur.* Ita reposuit Aldus, cum in prioribus Edd. tantum esset *concutiuntur*, male. Sed Voss. sec. Bened. *vent. pr. sciuntur.* Florent. Voss. pr. Bened. *v. pr. ciuntur.* Verissime. *Cire* quarta conjugatione extulit Noster. Adi ad Met. lib. VIII. p. 524. b. Hinc videmus, unde illud *concutiuntur* in Edd. primis natum. 'Ciere prælia obvium.' Vide Drakenb. ad Silium lib. XIV. 31. Gronov. Obs. IV. 6. *Id.*—7 *Disjectis nubibus.* Vett. Edd. *directis.* Sed potius legerim, *dissectis nubibus.* Sed eleganter restituere accepimus V. C. Erricum Memmium Plauti locum Amphitruone: 'Ita mihi videntur omnia, mare, terra, cœlum conseci.' quem edunt passim, *cœlum consequi.* Colvius. Ms. cod. *vel disjectis nubibus fulminat cœlum, et tempestates, &c.* neque vero incommode legi posset, *disectis nubibus*: pro quo aliæ Edd. inepte habent, *directis.* Vulc. Sic Aldus. Roman. *directis n.* Leidens. *dijectis n.* Fulvii liber, *diductis.* Colv. *dissectis*, recte. *Elmenh. Dissectis* tacite edidit Floridus, et placet, licet Mss. plerique et Edd. ceteræ dent *disjectis.* Vulc. Voss. sec. *dijectis.* Fulv. *diductis* e Glossa. Edd. vett. usque ad Aldum *directis.* Vulc. non male *disectis.* Supra: 'victis, ruptis nubibus.' Vide ad Met. lib. VIII. p. 582. a. *Oud.*—8 Sic Mss. O. cum Vulcan. et seqq. Male priores Edd. *fulmina.* Sic sæpe 'tonat' et 'intonat cœlum.' Scalig.

ignes, imbres rumpuntur:[9] [h] et rursus, placatis omnibus, amœna lætitia mundi reseratur. Videas et viridantibus comis cæsariatam esse terram, et scatebris[1] fontium manantem,[2] et aquarum agminibus concipientem,[3] parientem, atque educantem, nec occasibus fatigari,[4] nec sæculis anilitari, excussam [i] erumpentibus semper tam pigris quam moventibus fæcibus, aquarum sæpe alluvionibus mersam,[5] flammarum per partes voracitate consumtam: quæ tamen illi[6] cum[7] regionaliter videantur esse pestifera, ad omnem[8] sa-

tis, jucunda hilaritas mundi iterum aperitur. Cernas etiam tellurem esse capillatam cæsarie viridi, et fluere scaturiginibus fontium, et largis aquis illam concipere, et edere in lucem, ac nutrire fœtus suos, neque lassari occasibus, neque senescere sæculis, licet concutiatur prodeuntibus semper ex ea spiritibus tam tardis quam agitantibus, licet crebro operta fuerit diluviis aquarum, absumta in quibusdam suis partibus edacitate ignium: qui tamen casus licet videantur esse ipsi exitiales in regi-

....

fulmina cadunt. Id.—9 *Inde rumpuntur.* Legendum omnino, *imbres rumpuntur*, quod respondet illis Aristotelis, ῥηγνυμένων δὲ χειμώνων ἐξαισίων. *Vulc. Imbres* vet. ed. Ego lego, *undæ*. Brantius. Ms. *erumpunt*. Wowerius. Recte Wower. *imbres erumpunt*. Elmenhorstius. Vide Not. Var.—1 Exulat τὸ *et* a Bened. *Oud.*—2 Ed. Vulc. sec. *manentem*. Male. *Id.*—3 *Et aquarum agmina concipientem.* Vet. cod. *et aquarum agminibus concientem*: minus recte. *Vulc. Agminibus* habent Mss. O. Sed *agmina* Edd. Wow. et Vett. ante-Vulcan. Pro *concipientem*, quod est in Mss. Florent. Bened. habent *concientem* Mss. Vulc. Voss. pr. et alius, teste Lindenbrogio, atque ita Edd. Vulc. sec. Elm. In Voss. sec. est *concietem*. Ed. Vulc. tert. *inientem*. Is. Voss. *incientem*. Sed *concipientem* sine dubio verum est, ut ex additis patet. Sed puto excidisse vocem *fœtus*, quæ nunc subaudienda est. Forsan *agmine fœtus*. De aquarum agminibus vide ad Met. lib. IV. p. 248. a. De tellure sic fere mox, 'Imbribus madefacta ad educandos suos fœtus opimatur.' Aristot. νάμασί τε περιβλύζουσα, i. e. scatebris fontium manans καὶ περιοχανμένη, i. e. trita, ζώοις, κατὰ καιρὸν ἐκφύουσά τε πάντα: ubi Voss. ascripsit περιοδρουμένη. *Oud.*—4 Vide Not. inf. et Not. Var.—5 Leid. *mensam*, male. *Elmenh.* Accedit Bened. *Oud.*—6 Carent Edd. ante Ald. *Illa* Ed. Vulc. sec. *Id.*—7 Abest Ed. Vulc. pr. *Id.*—8 Al. *ad omnia.*—9 Forte *reintegrationem*. Elmenhorstius.

NOTÆ

[h] *Imbres rumpuntur*] Mavult Wowerius *erumpunt*: cui accedit Elmenhorstius. Ego nihil muto. Expressit hæc Aristot. ῥηγνυμένων δὲ χειμώνων ἐξαισίων.

[i] *Nec sæculis anilitari, excussam, &c.*] Interpungo post *anilitari*, et lego *excussam erumpentibus semper tam pigris quam moventibus flatibus*, non autem *fœtibus*. 'Flatus pigri' sunt illi spiritus, quorum non satis magna vis est ut terram succutiant: 'moventes' contra. Παραφραστικῶς sic exponit hæc Aristot. καίτοι καὶ σεισμοῖς τινασσομένη. De fœtibus autem terræ nulla hoc loco apud eundem Aristot. mentio: 'anilitari' porro ab 'anu' dicitur, ut 'senescere' a 'sene.' Catullus dixit 'cana senilitas.'

lutaria sunt, et ad redintegrationem[9] ejus valent: et cum movetur,[1] profecto spirat illos spiritus, quibus clausis, et effugia quærentibus, movebatur.[2] Imbribus etiam madefacta, non solum ad educandos fœtus suos opimatur,[3] verum etiam pestifera a contagione proluitur. [736] Flabris autem, spirantium aurarum graviores et minus puri aëris spiritus digeruntur atque purgantur.[4] Tepores frigus glaciale mitificant, et brumalis austeritas terrestrium viscerum[5] venas remittit: et pars gignentium,[k] alia adolescentium, cetera occidentium vices sustinent: sorsque[6] nascentium, obitorum loco pullulat,[7] et occidentium numerus nascentibus locum pandit. Restat, quod caput est sermonis hujus,[l] ut super mundi rectore verba faciamus: indigens quippe orationis hujus videbatur ratio, nisi de mundo disputantes, etsi minus curiose, at quoquo modo possemus, de eo diceremus. De rectore quippe omnium, non, ut ait ille, silere[m] melius est, sed vel parum dicere. Vetus opinio

onibus quibus accidunt, salubres sunt illi in universum, et prosunt ad ejus restaurationem: et quando ipsa concutitur, certe exhalat illos flatus, a quibus concutiebatur dum inclusi essent, et investigarent exitus. Irrigata quoque pluviis non tantum pinguescit ad alendos suos fructus, sed etiam purgatur a contagio morboso, densiores autem et impuriores exhalationes aëris expelluntur et converruntur flatibus lenium ventorum. Modici calores leniunt frigus hyemale, et asperitas hyemis laxat meatus interiorum partium terræ: et aliquæ res funguntur officio nascentium, aliæ crescentium, reliquæ intereuntium: et turba nascentium prodit in locum intereuntium, et multitudo morientium dat locum nascentibus. Superest, quod est præcipuum hujus orationis, ut dicamus de Gubernatore Mundi; nam, cum disseramus de Mundo, hic sermo videbitur jejunus, nisi loquamur de eo quamvis minus exquisite, saltem qualitercumque possumus. Nam præstat non quidem, ut ille dicit, tacere de Gubernatore cunctarum rerum, sed saltem paululum loqui. Est

—1 Flor. *Moventur.* Bas. 1. *movebatur.* Lego *moverint.* Elmenhorstius. Florent. *moventur:* sc. partes terræ, et Bened. sed subscripto puncto sub *n.* Voss. *commoventur:* sed nil muta. V. seqq. *Oud.*—2 Voss. uterque *movebantur.* Id.—3 Florent. Voss. sec. Vulc. *opinatur.* Bened. *computatur.* Inepte. *Id.*—4 Bened. Florent. Voss. uterque *purgant.* Id.—5 Vide Not. Var.—6 Ita Florent. Voss. sec. Bened. Elm. Scriv. Flor. Ante *et sors.* Oud.—7 Edd. ante Junt. post *pullulant.* Id.—8 *Atque in cogitationes omn. hom. peni-*

NOTÆ

[k] *Et pars gignentium*] Nascentium, orientium. Eodem sensu usurpavit libro de Philosophia Naturali: 'omniumque gignentium esse seniorem.'

[l] *Restat, quod caput est sermonis hujus*] Hic incipit Aristotelis *περὶ Κόσμου* caput sextum.

[m] *Non, ut ait ille, silere, &c.*] Platonem intelligit, qui, ut jam habetur initio libri de Philosophia Naturali,

est,[n] atque cogitationes omnium hominum penitus insedit,[8] Deum esse, originis et haberi auctorem,[9] Deumque ipsum salutem esse[1] et perseverantiam earum, quas effecerit, rerum. Neque ulla res est tam præstantibus viribus, quæ, viduata Dei auxilio,[2] sui natura contenta sit.[3] [737] Hanc

antiqua opinio, et quæ altius infixa est mentibus cunctorum hominum, Deum existere, et credi auctorem productionis rerum, Deumque ipsum esse conservationem et durationem illarum rerum, quas produxerit. Et nihil est tam insigni vigore, quod destitutum præsidio Dei subsistere possit propria natura. Poëtæ, amplexi hanc sen-

tus incidit. Lege cum Ms. cod. meo *v. o. e. atque cogitationes omnium hominum penitus insedit.* Inhærere enim, penitusque infixam esse animis omnium hominum hanc de Deo opinionem affirmat. *Vulc.* Rom. et Ald. *incidit*, male. *Elmenh.* Recte Vulc. atque exhibuerunt ita seqq. Vulcanii codici accedunt Fulv. Florent. Voss. sec. In Voss. pr. *cogitationes incidit.* Bened. *cogitationi insede.* Edd. priores *in cogitationes incidit.* Cicero 'insidere in animo, in mente,' et alii. Cum 4to casu talia solet construere Noster. Vide ad Met. lib. VIII. p. 555. a. Abest *penitus* male a Florent. Cicero pro L. Manil. c. 3. 'Macula penitus insedit.' Lipsius legit *insidit.* Oud.—9 *Deum esse, originis non habere auctorem.* Vet. cod. *Deum esse, originis haberi auctorem:* quod ita adjectione hujus conjunctionis copulativæ *et* emendandum censuerim: *Deum esse originis, et haberi auctorem:* hoc est, Deum et esse, et censeri originis omnium rerum auctorem; quod et respondet verbis Aristotelis, *ὡς ἐκ θεοῦ τὰ πάντα, καὶ διὰ θεοῦ ἡμῖν συνέστηκεν. Vulc. Deum essentiæ orig.* Florent. *Deum esse originis, et h.* Vide Johannem Grammaticum contra Proclum de Mundi æternitate fol. 79. et 81. cap. 17. lib. VII. *Elmenhorstius.* Ed. Wow. *Deum essentia originis haberi auctorem.* Vulc. sec. *Deum essentiæ, &c.* Sed Elm. et seqq. edidere ut correxerat Vulc. atque ita Florent. Bened. Vulc. et Voss. uterque; nisi quod tres posteriores copula careant: nec aliter citat J. Grammaticus, quem ex indicio Lindenbrogii citat Elm. Malim tamen distinguere *Deum esse, originis et haberi auctorem.* Lipsius conjecit ex isto *non* sic: *Deum esse, eumque originis hab. auctorem.* Voss. sec. *origenis:* ut alibi. *Oudendorp.*—1 Edd. ante Vulcan. *Deumque esse salutem.* Sed Vulcanii codici ascribunt ceteri omnes. *Idem.*—2 Carent *τῷ Dei* Mss. Florent. Bened. Vossiani. *Idem.*—3 Lego *futura c. sit.* Elmenhorstius. Bened. *contexta.* Voss. sec. *contemta.* Nescio quid ve-

NOTÆ

Deum dixit *ἄῤῥητον ἀκατωνόμαστον*, 'cujus naturam invenire difficile est: si inventa sit, in multos eam enuntiari non posse.' Cicero lib. I. de Natura Deorum: 'jam de Platonis inconstantia longum est dicere: qui in Timæo patrem hujus mundi nominari negat posse: in legum autem libris, quid sit omnino Deus, inquiri oportere non censet.'

[n] *Vetus opinio est, &c.*] L. Balbus Stoicus apud Ciceronem, lib. II. de Natura Deorum: 'Quid enim potest esse tam apertum tamque perspicuum, cum Cœlum suspeximus, cœlestiaque contemplati sumus, quam esse aliquod Numen præstantissimæ mentis, quo hæc regantur? &c. quod nisi cognitum comprehensumque animis haberemus, non tam stabilis opinio permaneret, nec confirmaretur diuturnitate temporis, nec una cum sæculis ætatibusque hominum inveterare potuisset. Etenim videmus ceteras opiniones fictas atque vanas, diuturnitate extabuisse,' &c.

opinionem vates secuti,[o] profiteri ausi sunt, omnia Jove plena esse;[4] cujus præsentiam non jam[5] cogitatio sola,[6] sed oculi et aures[p] et sensibilis substantia comprehendit. At hæc composita est potestati Dei, non autem essentiæ conveniens oratio.[7][q] Sospitator quidem ille et genitor[8] est omnium, qui ad complendum mundum nati factique sunt:[9] non tamen ut corporei[1] laboris officio orbem istum manibus suis instruxerit, sed qui quadam infatigabili providen-

tentiam, non dubitaverunt prædicare universa repleta esse Jove; cujus præsentiam non sola modo mens percipit, verum etiam et oculi, et aures, et res sensibus præditæ. Verum ille sermo (poëtarum) factus est congruens potentiæ Dei, non vero ejus naturæ. Ille quidem est conservator, et creator cunctarum rerum, quæ ortæ, et productæ sunt ad perficiendum orbem; non ita tamen ut concinnaverit suis manibus hunc mundum opera laboris corporei; verum ita ut et tangat omnia licet remota, et

lit Elmenh. *Oud.*—4 Bened. *anima*, male. Abest *esse* Edd. ante Vulcan. contra Mss. *Id.*—5 Bened. *non animam.* Id.—6 Voss. sec. a m. pr. *mola.* Statim pro *substantia* Bened. *subera.* Id.—7 *Ad hæc comp. est potestati D. conv. or.* Potius ita legerim: *At hæc composita est potestati Dei, non vero essentiæ conveniens oratio.* Omissum enim erat illud Aristotelis, οὐ μὴν τῇ γε οὐσίᾳ. *Vulc.* Voss. sec. Vulc. Bened. Edd. ante Vulcan. *ad hæc.* Bened. caret τῷ *est.* Voss. sec. Bened. *potestate.* Τὰ *non autem essentiæ* quasi e Voss. pr. enotarat Vossius. Verum videtur voluisse innuere, ex Aristotele esse addenda, ut fecit Vulc. cum Wower. et seqq. nam a Mss. ceterisque Edd. absunt. *Oud.* —8 *Sospitator quidem ille genitor.* Lege ex Aristotele, *sosp. q. ille et genitor.* Vulcanius. Bened. *sosp. quod ille gen.* Carent etiam τῷ *et* Voss. sec. Vulc. et Edd. ante Vulcan. sed agnoscere videntur Florent. et Voss. pr. ac margini allevit Lipsius. *Oud.*—9 Sic Mss. O. et Edd. ante Elmenh. qui cum Scriver. et Florido edidit, ut conjecit ad marginem Lipsius, *quæ ad c. m. nata factaque s.* et videtur rectius; sed aliud quid latet. *Id.*—1 Bened. Voss. sec.

NOTÆ

[o] *Hanc opinionem vates secuti, &c.*] Quos inter Virgilius, Ecloga III. 'Ab Jove principium Musæ, Jovis omnia plena,' &c. Ad quem locum vide quæ observarunt veteres critici.

[p] *Cujus præsentiam non cogitatio sola, sed oculi et aures, &c.*] Hinc Paulus Epistola ad Rom. τὰ γὰρ ἀόρατα αὐτοῦ ἀπὸ κτίσεως κόσμου, τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθορᾶται, ἥ τε ἀΐδιος αὐτοῦ δύναμις καὶ θειότης. 'Invisibilia enim ipsius a fabricatione mundi, per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque ejus virtus et divinitas.'

[q] *At hæc composita est potestati Dei, non autem essentiæ conveniens oratio*] Sic expressit hæc Aristot. τῇ μὲν θείᾳ δυνάμει πρέποντα καταβαλλόμενοι λόγον, οὐ μὴν τῇ γε οὐσίᾳ. Ideo autem convenire putarunt hanc orationem potentiæ Dei, quod nullus esset in toto orbe angulus, in quo ipsa non eluceret: at vero ejus naturæ non esse consentaneam, quia Deo indignum existimabant rebus se corporeis per se ipsum immiscere, ut infra declarabitur.

tia et procul posita cuncta[2] contingat,[3] et maximis intervallis[4] disjuncta circumplectatur.[5] Nec ambigitur, eum præstantem atque sublimem[6] sedem tenere, et poëtarum laudibus nomen ejus consulum ac regum nuncupationibus prædicari,[7][1] et in arduis arcibus habere solium[8] consecratum. Denique propiores quosque[9] de potestate ejus amplius trahere: corpora illa cœlestia, quanto[1] finitima sunt ei, tanto [738] amplius de Deo capere:[2] multoque minus,[3] quæ ab illis[4] sunt secunda, et ad hæc usque terrena, pro intervallorum modo[5] indulgentiarum Dei ad nos usque beneficia

comprehendat separata longissimis spatiis, providentia quadam indefessa: nec dubitatur illum habitare in excellenti, et alto domicilio: et nomen ejus celebrari encomiis poëtarum sub nominibus Consulum, et Regum, et habere thronum dedicatum in arcibus excelsis. Postremo omnes ipsi viciniores plus capere de ejus virtute: illa corpora ætherea, et quo propiora sunt ei, eo plus haurire de Deo, et quæ sunt post illa usque ad hæc terrestria, longe minus de ipso haurire, munera beneficentiæ Dei deferri usque ad nos secundum rationem intercapedinis. Verum cum existimemus

corpore. Id.—2 *Procul posita, cuncta c.* Expunge comma quod est post *posita*: ut sit sensus: Deum sua providentia contingere cuncta, etiam longissime remota. *Vulc.* Bened. *pr. porta.* Oud.—3 Bened. Voss. duo *contingit* cum Edd. ante Ald. *Id.*—4 Voss. sec. *intervalidis.* Id.—5 *Complectatur.* Venet. Bas. 1. *circumplectitur.* Colvius. Immo omnes ante Ald. Bene. Vide ad Met. lib. VIII. p. 521. a. 'cadaver circumplexus.' Bened. Voss. uterque *disjunctam complectitur.* Oud.—6 *Ac s.* Voss. sec. *Id.*—7 Bened. *prædicare.* Id.—8 *Et in ard. arc. sol.* Lege cum Vet. cod. *et in ard. arc. habere sol.* Vulcanius. Abest nempe *habere* Edd. Ald. Junt. post. Bas. sec. Lugd. Colv. *habrem* Bened. *Oud.*—9 Ed. Vulc. pr. *quosdam.* Id.—1 Edd. ante Vulcan. *cœl. illa.* Istud *et* ante *quanto* per Polysyndeton inseruit primus Elm. e Ms. Florent. Reliqui Mss. et Edd. carent. Pro *sinit s. ei* Bened. *ejus.* Id.—2 Vet. cod. *carpere:* multo significantius, ut explicet vim verbi ἀπολαύειν, quod idem est ac καρποῦσθαι, id est, fructum utilitatemque percipere. *Vulc.* Aldus *capere*, minus bene. *Elmenh.* Mss. Florent. Voss. Vulc. cum ejus Edd. item Elm. Scriv. Flor. *carpere.* Sed Bened. cum Edd. reliquis *capere.* De hac confusione vide ad Met. lib. I. p. 58. a. et alibi. *Oud.*—3 Sic rursus e Florent. restituerunt Elm. Scriv. Flor. quod dant etiam Voss. sec. Ald. Junt. post. Bas. sec. Lugd. Colv. A reliquis Mss. et Edd. abest *que.* Id.—4 Fulv. *ab illo.* Male. *Corporibus* subintelligit. *Id.*—5 Bened. *per int. os.* Id.—6 *Indul-*

NOTÆ

[1] *Nomen ejus consulum ac regum nuncupationibus prædicari, &c.*] Aristot. hic ὕπατός τε διὰ τοῦτο ὠνόμασται. Hoc vocabulum ὕπατος, quod et hoc Aristotelis loco et passim alibi 'supremum' significat, Consulis quoque nomen fuit. Hac gemina significatione deceptus, aut ludens, Apuleius dixit: 'nomen ejus consulum ac Regum nuncupationibus prædicari.' De quo tamen Aristot. nihil habet. Sæpe quidem a poëtis Jupiter dicitur 'Divum pater, atque hominum Rex.' Sed 'Consulem' eum appellatum nusquam legi.

pervenire.[6] Sed cum credamus, Deum per omnia permeare,[7] et ad nos, et ultra potestatem[8] sui nominis tendere;[9] quantum abest vel imminet,[1] tantum existimandum est eum amplius minusve rebus utilitatis darē. Quam rem rectius est atque honestius[2] sic arbitrari, summam illam potestatem, sacratam cœli penetralibus,[a] et illis qui longis-

Deum pervadere cuncta, et extendere potentiam suæ divinitatis usque ad nos, atque etiam ulterius; credendum est illum impertiri rebus tanto plus vel minus utilitatis, quanto propior est aut remotior. Quapropter melius est et honestius sic sentire, potentiam illam supremam repositam esse in adytis cœli, ceu in templo quodam, atque

gentiam Dei ad n. u. beneficiaque p. Vet. cod. legit, *indulgentiarum Dei ad nos usque beneficia pervenire*, ut significet, Beneficia quidem Dei etiam ad nos pervenire, indulgentius tamen, hoc est δαψιλέστερον, ad eos qui ejus solio sunt propinquiores. *Vulc.* Consentiunt Mss. O. cum Edd. Vulc. et seqq. Abest *que* etiam a Junt. post. *Oud.*—7 Bened. Voss. sec. *permanere.* Voss. pr. *permanare.* Non male. *Id.*—8 Ms. cod. *et ad nos et ad ultra, &c.* Malim vero pro *nominis* legere *numinis.* Est enim Deus, ut ait Philo, ἀπὸ τῶν μέσων ἐπὶ τὰ πέρατα, καὶ ἀπὸ τῶν ἄκρων ἐπὶ τὰ μέσα ταθείς. *Vulc.* Florent. Voss. pr. cum Vulc. cod. et Edd. ejus, item Elm. Scriv. *ad nos et ad ultra*: ut solent, Noster inprimis, duas præpositiones jungere; ut 'incoram,' 'inante,' 'circumsecus,' 'propalam,' &c. Plura similia vide apud J. G. Vossium Anal. lib. IV. c. 23. Sed Salmas. ad Solin. p. 721. hinc corrigit *ad ultera*, πρὸς τὰ ἔξω. *Oud.*—9 Lege: *numinis.* Wowerius. Lipsius quoque cum Vulcan. legi voluit *numinis*: quomodo Wower. etiam edidit. Sed contra Mss. O. et Auctoris stylum. Vide ad Met. lib. IV. p. 303. a. 'Veneris absentis nomen propitiatur.' *Oud.*—1 Bened. *nominet.* Id.—2 *Quam rem rectius atque hon. &c.* Rom. Venet. *Quoniam tamen rectius et honestius sic arb.* Bas. 1. *Quoniam rectius et honest. sit arb.* Scripserim ego, *Quam ob rem rectius est atque honestius, sic arbitrari, &c.* Et post ubi scribitur, * *est proximus* * nihil putarim deesse; sed scribendum, *Et illis qui longissimis separantur et proximis.* Quæ omnia Aristoteles, si non vera, saltem verisimilia facit: ait enim: Κρεῖττον οὖν ὑπολαβεῖν ὃ καὶ πρέπον ἐστὶ καὶ θεῷ μάλιστα ἁρμόζον, ὡς ἡ ἐν οὐρανῷ δύναμις ἱδρυμένη, καὶ τοῖς πλεῖστον ἀφεστηκόσιν, ὡς ἑνί γε εἰπεῖν, καὶ σύμπασιν αἴτιος γίνεται σωτηρίας, &c. *Colv.* Ita et Ms. cod. sed legendum omnino *Quamobrem, &c.* et ponenda nota distinctionis post *arbitrari.* Vulcanius. *Quare rectius.* Rom. *quoniam r.* Leid. et Flor. *quam rem r.* male. *Elmenh.* *Quam rem r. e. atque honestius, sic arb.* constans est lectio Mss. Florent. Fulv. Vulc. Voss. Bened. Edd. Ald. Junt. post. Bas. sec. Lugd. &c. usque ad Vulcan. cujus elegantiam cum non perciperent editores, eam corruperunt. Edd. Rom. Vic. Ven. *quoniam tamen rect. &c.* Edd. Junt. pr. Bas. pr. *quoniam rect.* Ed. Vulc. tert. cum Lipsio, Elm. Scriv. Flor. *quare.* Sed *quam rem* sequente infinitivo, qui dependet a verbo personali, ponitur pro *quam ob rem*, et quasi pleonastice ponitur. Ita sæpe *quod, hoc, &c.* Vide me ad Cæsar. lib. III. B. Civ. c. 17. et c. 68. 'Quod cum esset animadversum, conjunctum esse flumini.' Pro *est*

NOTÆ

[a] *Sacratam cœli penetralibus*] Verti, *repositam, &c. ceu in templo quodam*, ut vim exprimerem vocis *sacratam.*

sime separentur, et proximis, una et eadem ratione, et per se [3] et per alios opem salutis afferre, neque penetrantem [4] atque adeuntem specialiter singula,[t] nec indecore attrectantem cominus [5] cuncta. Talis quippe humilitas dejecti et [6] minus sublimis officii,[7] ne in homine quidem convenit [8] ei, qui sit [9] paululum conscientiæ[1] celsioris. Militiæ principes, et curiæ proceres,[2] et urbium ac domorum rectores, dico nunquam commissuros esse, ut id suis manibus factum velint, quod sit curæ levioris fusciorisque. Nihilo enim

uno et eodem modo tum per se, tum aliorum opera ferre auxilium salutare, et iis qui valde dissiti sunt, et iis qui sunt proximi, neque penetrando et accedendo singillatim ad unaquæque, nec tangendo ea omnia ex propinquo indecenter. Humilitas enim ejusmodi est officii vilis, et minus quam par esset elati, nec decet quidem hominem qui sciat se esse paulo sublimiorem. Aio vero Imperatores exercituum, et optimates Senatus, et moderatores civitatum, ac domorum, nunquam admissuros esse, ut cupiant facere propriis manibus id, quod exigit curam minorem et viliorem, quod-

atque Edd. vett. item Aldi *et.* Pro *sic* Ald. Bas. pr. *sit.* Oud.—3 Vid. Not. Var.—4 Bened. Voss. sec. *nec p.* Oud.—5 Voss. sec. *comminus.* Id.—6 *Dejecti est.* Ita Mss. Florent. Edd. Ald. Junt. post. &c. Colv. Elm. Flor. sed *est* exulat a Mss. et Edd. reliquis ; nisi quod Scriv. det *dejecta est.* Nihil opus *est.* Id.—7 Bened. Voss. duo *officio.* Ed. Scriv. *officiis.* Id.—8 *Nec cum homine quidem convenit.* Lego *ne homini quidem c. ei.* Elmenhorstius. Mss. O. cum Vulcan. et Wower. *ne cum homine quidem conv.* In Edd. prioribus de more *nec.* Sed Ms. Florent. addit *ei:* (Voss. sec. quoque *et* vel *ei* post *sit* interponit uti et Vulc. cod.) rectius. V. Burm. ad Lucan. lib. II. vs. 172. Sept. de B. Tr. lib. I. 10. 'sibi cum Menelai matrimonio convenire.' Sic Mss. sed vide Wopkens. Misc. Obs. Nov. V. k tom. II. p. 7. Terent. Ad. I. 1. 34. 'Hæc fratri mecum non conveniunt:' ubi vide Donat. Audacter vero Elm. et seqq. legunt *ne homini q. c. ei, qui.* Totum locum sic lego : *T. q. humilitas dejecti, et minus sublimis officio ne in homine q. convenit ei, q. In homine* pro inter homines, in humano genere. Supra 'sapiens genus homo' p. 712. ubi vide. *Oud.*—9 Vet. cod. *qui sit ei, &c.* ex quo legendum putarim, *si sit ei, &c.* Vulc. Ed. Vic. *fit.* Oud.—1 Bened. *conscienentiæ.* Lips. *consistentiæ.* i. e. status. Sed recte interpretatur Floridus : 'qui sciat se esse sublimiorem.' *Id.*—2 Bened. *principes.* Pro *ac dom.* Ald. *sic d.* Id.—3 Vid. Not. Var.—

NOTÆ

[t] *Neque penetrantem atque [neque] adeuntem specialiter singula, &c.*] Contra, Seneca, de Consol. ad Helviam, cap. 8. 'Deus potens, divinus spiritus per omnia, maxima, minima, æquali intentione diffusus.' Et Poëta : 'Deum namque ire per omnes Terrasque, tractusque maris, cœlumque profundum.' Et certe parum sublimiter de Deo sentit, immo de eo tanquam de homine infirmo, ac intelligentiæ providentiæque et potentiæ valde finitæ judicat, qui eum tantopere studet a rerum vel minimarum penetratione ac cura tanquam ipso indigna removere. Nec proficiunt quicquam Regum et Imperatorum quæ afferuntur hic exempla, quæ ipsorum totiusque adeo humani generis infirmitatem arguunt potius, quam

sequius possunt facere[3] dominorum imperia ministeria servulorum. Exemplo, quale sit istud, intellige.[4] Cambyses, et Xerxes,[5] et [739] Darius, potentissimi reges fuerunt: horum præpotentiam, quam ex opibus collegerant,[6] lenocinium vitæ effecerat celsiorem,[7] cum eorum alter[u] apud Susam et Ecbatanas,[w] ut in fano quodam sacratus, nulli temere notitiam oris[8] sui panderet; sed circumseptus admirabili regia,[9] cujus tecta fulgerent[1] eboris nive, argenti

que nihilominus famuli sua opera possint efficere jussu herorum suorum. Cognosce hoc exemplo quid velim dicere. Cambyses, et Xerxes, et Darius, fuerunt reges potentissimi: mollitia vitæ reddiderat summam eorum potentiam, quam comparaverant suis opibus, adhuc sublimiorem; cum unus ex illis degens Susis et Ecbatanis, veluti consecratus in quodam templo, nemini, nisi gravi de causa, faceret copiam noscendi sui vultus; sed circummœnitus palatio admirando, cujus tecta micabant

4 *Exemplum quale sit istud intellige.* Vet. cod. *Exemplo quale sit istud intelligi:* cui lectioni ut constet sententia, adde, *potest.* Vulcanius. Non male. At Edd. ante Aldin. *exemplo ut intelligi possit.* Ald. &c. usque ad Vulcan. *Exemplum quale sit istud intellige.* Sed Mss. O. *exemplo.* Bened. *exemplo et.* An *Exemplo, et q. sit istud intelligi quit?* Sic 'flecti non quit' Plin. lib. VIII. c. 30. in Mss. et Solin. p. 37. bis. item p. 29. 'ut hauriri etiam a sitientibus non queat:' quod perperam interpolavit Salm. *Oud.*—5 Voss. sec. *Xerses.* Id. —6 Bened. *quod* pro *quam.* Voss. sec. *colligerant.*—7 *Horum præpotentia, q. ex op. coll. len. vit. eff. celsioris.* Ita Edd. quas vidi omnes, ut etiam cod. Ms. qui in eo tantum discrepat, quod pro *celsioris* legat *celsiorem.* Ex quo colligo legendum etiam esse *horum præpotentium:* ut sit sensus: Lenocinium vitæ effecisse eorum præpotentiam celsiorem, hoc est augustiorem: et addidisse illorum potentiæ plus majestatis et venerationis. Lenocinium autem vitæ proprie admodum atque eleganter vocat id quod Aristoteles appellat πρόσχημα. *Vulc.* Optime emendavit Vulc. et exhibuere seqq. ac confirmat Cod. Bened. cum in Edd. prioribus ac Mss. reliquis sit *præpotentia.* Sed *celsiorem* habent Mss. O. pro *celsioris,* quod erat ante Vulcan. *effecerant* Voss. sec. *Oud.*—8 Ita emendavi. Scribebatur ante *not. moris.* Pro me Aristot. παντὶ ἀόρατος. *Colv.* Corrupte in Edd. omnibus legebatur *notitiam moris,* quod nequaquam respondebat cum τῷ, ἀόρατος. Notitiam oris, hoc est vultus sui, pandere, est, videndi sui copiam facere. Recte itaque Colvius ita emendavit. ut et Ms. cod. meus legit. *Vulc.* Rom. et Ald. *not. moris,* male. *Elmenh.* Consentiunt Mss. O. *Oud.*—9 Voss. *circums. adm. a regia.* Id.— 1 Bened. *tectum fulgeriem.* Id.—2 Prætuli lectionem scriptam: *Flammea*

NOTÆ

Deo dignam sublimitatem.

[u] *Eorum alter*] Darius, ut ex Aristotelis textus sequela patet, et is quidem Darius junior, ut conjicere est ex loco Plutarchi infra relato.

[w] *Apud Susam et Ecbatanas*] Susianæ regionis Susa Metropolis fuit, Ptolemæo, Herodoto, et Æmiliano Μεμνόνεια cognominata. Ecbatanæ vero, vel, ut plures legunt, *Ecbatana* neutro genere, Metropolis fuit Mediæ. Est et alia urbs Ἐκβάτανα in Syria Steph. et Herod.

luce, flammis ex auro, vel electri claritate:[2] limina[3] vero alia præ aliis erant: interiores fores exteriores januæ muniebant,[4] portæque ferratæ, et muri adamantina firmitate. Ante fores viri fortes[5] stipatoresque regalium laterum tutelam pervigili custodia per vices sortium sustinebant.[6] Erant inter eos et diversa officia:[7] in comitatu regio armigeri[8] quidam, at extrinsecus[9] singuli custodes locorum erant, et janitores, et atrienses. Sed inter eos[1] aures regiæ, et imperatoris oculi[x] quidam homines vocabantur. Per quæ[2] officiorum genera rex ille ab hominibus Deus esse[3] credebatur: cum omnia, quæcumque ibi gererentur,[4]

candore eboris, splendore argenti, fulgore igneo auri aut electri: erant autem limina alia ante alia: ostia interiora muniebantur foribus exterioribus, et erant valvæ ferratæ, et parietes soliditatis adamantinæ: pro foribus strenui viri custodesque laterum regiorum, sortiti vices, agebant excubias perpetua custodia. Erant quoque varia munia inter illos: quidam armati comitabantur regem, extra palatium autem erant custodes in singulis locis, et ostiarii, et atrienses. At quidam viri ex illis appellabantur Aures Regis, et Oculi Imperatoris, quibus generibus muniorum ille rex putabatur ab hominibus esse Deus: siquidem cognoscebat narratione Otacustarum

auri vel electri claritate. Wowerius. Wowerio et Ms. Fulv. accedunt seqq. et Ms. Florent. At Mss. reliqui et Edd. priores *flammis ex auro*; ut nivem det ebori, lucem argento, flammam auro, et claritatem electro. *Oud.*—3 *Lumina.* Rescribendum, *Limina.* Colvius. Lege *Limina*, πυλεῶνες. tametsi πυλεὼν et πυλὼν Januam quoque significet. *Vulc.* Rom. et Ald. *Lumina*, male. *Elmenh.* Mss. Florent. Voss. *limina*, recte. *Oud.*—4 Vid. Not. Var.—5 Verba *viri fortes* male exulant in textu Ed. Elm. *Oud.*—6 *Tutela pervigili custodiam sustinebant.* Mss. Florent. Voss. *custodia.* Recte ergo Mss. Fulv. Bened. *tutelam perv. custodia sustinebant*: quod multum præfero. 'Tenere vigiliam' tamen dixit Noster lib. II. Metam. p. 164. huj. Ed. *Id.*—7 Male abest *et* Edd. Junt. Ald. &c. Colv. Wow. Recte autem *diversa* edidit Scriv. cum Florido. Sic enim Mss. Florent. Fulv. Vulc. Voss. Bened. quod passim corruptum in *divisus.* Vide ad Lucan. lib. III. vs. 275. et lib. X. vs. 483. *Id.*—8 Voss. sec. Florent. Bened. Fulv. *armiger*, male: δορυφόροι Aristot. *Id.*—9 Edd. Ald. Junt. post. *et* Bened. *intrinsecus.* Verissime. Supra jam descripsit eos, qui ante fores et ἔξω stabant. Nunc intra limina singula, qui erant, nominat et ἑκάστου περιβόλου φύλακας, ut ait Aristot. *Id.*—1 Ald. Junt. post. *Sed et inter eos.* Id.—2 Bened. caret *quæ.* Id.—3 Bened. Voss. pr. *ab omnibus.* Voss. sec. *d. e. ab omnibus.* Id.—4 Vet. cod. *egererentur*, hoc est, dicerentur, effuti-

NOTÆ

[x] *Aures regiæ, et imperatoris oculi, &c.*] Quos infra Otacustas Græco vocabulo nominat. Plutarchus Otacustarum inventionem Dario Juniori tribuit libro περὶ πολυπραγ. Ὠτακουστὰς μὲν οὖν πρῶτος ἔσχεν ὁ νέος Δαρεῖος, ἀπιστῶν ἑαυτῷ, καὶ πάντας ὑφορώμενος. 'Otacustas primus habuit Junior Darius, sibi ipsi diffidens, et omnes suspectos habens.' Xenophon tamen Otacustas Cyro assignat lib. VIII. Pædiæ Cyri.

ille Otacustarum[5] relatione discebat. Dispensatores pecuniæ, quæstores vectigalium, tribunos ærarios habebat. Alios et alios præfecerat ceteris urbibus.[6] Alii venatibus agendis provinciam nacti, pars domibus[7] et muneribus præfecti putabantur,[8] et [740] ceteri perpetuis magnisque curis, observationi singularum rerum oppositi erant.[9] Sed per omne[1] Asiaticum regnum, quod ab occidente Hellespontus terminabat, ab ortu gens inchoabat Indorum, Duces ac Satrapæ[2] ubique dispositi, et permixta locis omnibus mancipia regalia. Ex eo numero erant excursores diurni,[3]

universa, quæ ibi fiebant. Habebat distributores pecuniæ, exactores tributorum, et præfectos ærarii. Præposuerat reliquis civitatibus alios atque alios. Aliorum munus erat venari; quidam existimabantur præpositi largitionibus, et donariis, ac reliquis commissa erant negotia assidua et ingentia, et exploratio cunctarum rerum. Verum Hellespontus ab Occasu finiebat totum Imperium Asiaticum, natio autem Indorum illud inchoabat ab Oriente. Duces et Satrapæ erant positi in omnibus locis, et servi regii erant ubique dispersi. Ex numero eorum erant cursores, obser-

rentur. *Vulc.* Voss. pr. *quaque ubi ger.* Voss. sec. *quaque ubi egerentur quæ.* Bened. *quoque ubique agerenturque.* Vulc. *quæque ubi egerentur.* Florent. *ubicumque ibi egererentur quæ:* istud *quæ* addunt etiam Ald. Junt. post. *Egererentur* recepit Vulc. et Elm. edidit *ubi quaque egererentur.* An *ubicumque agerentur quæ*, sive *aliqua*, vel simile quid? An *quæ agerenturque gererenturque?* nam istud *quæ* non est de nihilo. *Oud.*—5 Vett. Edd. excepta Ald. *prædictorum.* Arist. Καὶ ὠτακουσταὶ λεγόμενοι. Adde, quæ jam ex Polluce supra descripsimus. *Colv.* *Otacustarum delatione.* Vet. cod. *relatione:* et quidem rectius. Delatio enim in vitio ponitur, et Delator est κατήγορος. Otacustæ vero non erant Delatores vel διάβολοι, hoc est, Criminatores: sed jussu regis, ad eum referebant quæ audissent. *Vulc.* *Otac. relatione.* Sic Flor. et Aldus. Rom. Bas. 2. *prædictorum r.* Leid. *gustarum relatione*, male. *Elmenh.* *Delatione*, qua voce caret Ald. habent Edd. ante Vulcan. Sed contra Mss. O. et mentem Apuleii, ut bene vidit Vulc. *Prædictorum* habent Edd. ante Ald. *Otagustarum* Voss. sec. Vulc. *dicebat* pro *discebat* Voss. sec. *Oud.*—6 Malim *certis urb.* cum Lipsio. *Id.*—7 Al. *donis.*—8 Florent. *et put.* Oud.—9 *Observatione sing. rer. app. erant.* Lege *observationi, &c.* ut constet ratio syntaxeos. *Vulc.* Recte, consentientibus Mss. O. Male Elm. et seqq. *et observ.* Ablativus est *curis.* Dein *appositi* habent Edd. O. præter Ald. Junt. et Vulc. sec. tert. contra cunctos Mss. qui habent *oppositi*, scil. contra eos qui novas res quærebant, vel quoscumque fraudatores, aut etiam hostes. De distinctione horum compositorum in custodiæ vel præsidiorum significatione adi me ad Lucan. lib. I. vs. 464. et ad Sueton. Tib. c. 22. ubi monui, τὸ *oppositi* quod est in Mss. hic non esse mutandum. *Oud.*—1 *Sed omne, &c. Indorum.* Desunt hæc Edd. primis, item Junt. pr. Bas. pr. Aldus primus e Mss. edidit. *Id.* Vid. Not. Var.—2 Bened. *saturpes.* Voss. sec. *satrapes:* quasi a nominativo singulari *satraps.* Vide Voss. de Anal. lib. II. cap. 3. Ante *permixta* Bened. caret copula. *Oudendorpius.*—3 Ita Mss. O. Vulgo ante Vulcan. *et cursores:* non male. Aristot. ἡμεροδρόμοι: ut apud alios et Nepot. Milt. c. 4. ubi vide. Inepte Floridus τὸ *diurni* jungit sequenti *explo-*

atque nocturni exploratores, ac nuntii,[4] et specularum incensores assidui.[y] Tum horum[5] per vices incensæ faces,[z] ex omnibus regni sublimibus locis, in uno die imperatori significabant,[6] quod erat scitu opus.[7] Igitur regnum illud ita componi[8] oportet cum mundi aula, ut inter se comparantur[9] summus atque exsuperantissimus Divum et homo ignavus et pessimus. Quod si cui viro, vel cuilibet regi[1] indecorum est per semetipsum procurare omnia quæ proficiant;[2] multo magis Deo[3] inconveniens erit. Quare sic

vatores diurni et nocturni, et nuntii, qui perpetuo accendebant speculas. Atque eorum faces accensæ alternatim, ex universis locis editis regni, spatio unius diei ostendebant regi id quod oportebat eum scire. Regnum illud ergo sic comparandum est cum Regia Orbis, quomodo supremus et præstantissimus Deorum et homo pusillanimus et nequissimus conferuntur inter se. Quod si turpe est alicui homini, aut cuivis Regi, administrare et peragere cuncta per semetipsum; longe indecentius erit

ratores: sine dubio Auctor exprimere voluit vim vocis Græcæ. *Id.*—4 *Nuntii, &c. horum.* Exulant hæc ab Edd. ante Ald. *Id.* Vid. N. Var.—5 Fulv. unus *bonum.* Oud.—6 Bened. *significant.* Id.—7 Ita habent Mss. Bened. Voss. et Edd. Ald. Junt. post. Scriv. Flor. ut in Apol. p. 466. 'scitu quidem necessarius.' Florent. Vulc. et Edd. pleræque *scito* cum Brod. Misc. VI. 6. *cito* Edd. ante Ald. *Id.*—8 Deest Mss. Vulc. Voss. Bened. et Ed. Vulc. tert. τὸ *ita.* Id.—9 Sic Mss. O. et Edd. Vulc. Elm. Scriv. Flor. pro sicuti, veluti. Male Edd. reliquæ *comparentur.* Id.—1 Bened. Voss. Vulc. *rei.* Id.—2 *Procurare omnia et perficere.* Bened. Voss. pr. *quæ perficere.* Voss. sec. *quæ proficere.* Fulv. *quæ perficiat.* Florent. et Ed. Elm. *quæ proficiunt.* Lege *quæ proficiant,* seu prodesse possent. *Id.*—3 Voss. *de eo.* Pro *quare* Bened. *quare*

NOTÆ

[y] *Et nuntii specularum incensores assidui*] Aristoteli φρυκτωριῶν ἐποπτῆρες. unde *inspectores* potius legendum crediderim quam *incensores.*

[z] *Tum horum per vices incensæ faces, &c.*] Πυρσεῖαν et Φρυκτωρίαν Græci vocant rationem significandi per faces e specula sublatas: ea usi sunt Veteres plurimum, in bellis præsertim. Speculas igitur in altis quibusque montibus eo fine ædificarunt: quarum nonnullas adhuc videri in montibus Helveticis ait Isaacus Casaubonus, in Epistola ad Joannem Witten Consiliarium Principis Mecklenburgensis, ex qua hæc desumsimus. Πυρσείας antiquissima et simplicissima ratio fuit, ut sublatis facibus daretur ejus rei signum, de qua convenerat. Non enim aliud poterant initio significare, quam id de quo convenisset inter dantem signum, et observantem. Postea excogitatæ sunt aliæ rationes solertiores, atque adeo mirabiles. Nam, qui literas calamo scriberent, quidvis per faces significabant. Auctores hujus inventi commemorat Polybius, lib. X. ubi etiam rationes eorum explicantur, quas non probans omni ex parte Polybius, aliam a se excogitatam subjungit. Sed hanc et illas apud eum fusius vide.

putandum est, cum maxime majestatem retinere,[4] si ipse, in alto residens,[5] [a] eas potestates per omnes partes mundi orbisque dispendat,[6] quæ sint [741] penes [7] Solem ac Lunam, cunctumque cœlum. Horum enim cura [8] salutem terrenorum omnium gubernari.[9] Nec multis ei opus est,[1] nec partitis hominum conservitiis,[2] quibus, propter ignaviam,

Deo. Quapropter ita est existimandum, illum præclarissime conservare suam dignitatem, si ipse habitans in sublimi loco distribuat per omnia membra mundi atque orbis illas virtutes quæ resident in Sole et Luna, ac toto Æthere. Conservationem enim omnium rerum terrestrium existimandum est regi cura illorum. Neque indiget pluribus rebus, neque distributis ministeriis servorum quibus utuntur homines,

non. Id.—4 Vet. cod. *majestatemque retinere*, ita ut videatur aliquid desiderari. Legendum fortasse, *dignitatem majestatemque:* ut respondeat Aristoteli, *σεμνότερον δὲ καὶ πρεπωδέστερον. Vulc.* Voss. sec. quoque *majestatemque.* Pro *si ipse* Bened. *subse.* Oud.—5 *Si ipse in alto resideat loco.* Vet. cod. *si ipse in alto resideat altissimo.* Legendum forte, *si ipse in solio res. altissimo.* Vulcanius. Vulgo, *in loco resideat altissimo.* Confer Maximum Tyrium dissert. I. p. 15. *Elmenh. In alto residens eas potestates.* Ita Elm. et seqq. rescripsere e Florent. et aspirat Fulv. *in alto residens loco eas p.* cum ante Vulcan. ederetur *in alto resideat loco, eas autem p.* et Edd. Vulc. Wow. *in loco resideat altissimo ; eas autem.* Mss. Voss. Bened. *in alto residat altissimo ; eas autem p.* De *residere* tertiæ conjug. Vide Ind. Not. *Oud.*—6 *Per omnes Mundi partes orbisque dispenset.* Vet. cod. *per omnes partes Mundi orbisque disp.* ut per Mundum intelligat cœlum, per Orbem, terram. *Vulc.* Sic Ald. et seqq. cum Scriver. Sed Mss. et Edd. primæ cum aliis *part. m.* Pro *dispenset* Mss. O. *dispendat.* Recte. Sic 'dispendere curam.' Colum. l. VIII. c. 2. Sed alterum frequentius. *Oud.*—7 Rom. *pares:* inepte. *Elmenh.* Immo omnes ante Ald. Mox pro *cunctumque* Voss. *cunctique.* Oud.—8 Malim, *horum cum cura sal.* Aristotel. *αἴτιόν τε γίνεσθαι τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς σωτηρίας. Colv.* Malim legere, *Harum enim cura*, id est, Harum potestatum opera ac ministerio. *Vulc.*—9 Scil. putandum est. Atque ita Mss. Florent. Vulc. Bened. Voss. uterque, Edd. Elm. Scriv. Flor. In aliis *gubernat.* Oud.—1 Non apparet in Mss. Vulc. Voss. Bened. *τὸ ei*, et uncis inclusere Elm. Scriv. Male. Aristot. *αὐτῷ δεῖ. Id.*—2 *Nec particeps hominum conservatione.* Ms. cod. meus legit *nec partitis hominum conversationem:* utrobique sensus turbatus est, immo nullus: qui tamen, meo judicio, erit integer, si continue ita legamus: *Nec multis ei opus est, nec partitis* (adderem libens, *operis*) *ad hominum conservationem:* ad differentiam scilicet hominum, qui ad aliquid perficiendum, multarum operarum sive manuum adminiculis egent, quod eleganter Aristoteles per *πολυχειρίαν* expressit. *Vulcan.* Ms. *nec partitis omnium conservationem.* Scio Apuleium scripsisse: *nec partitis hominum conservitiis.* Wowerius. Wowerii conjecturam recepere Vulc. Ed. tert. sive Scal. et seqq. Edd. vett. *nec particeps h. conversatione:* ut et Bas. sec. Lugd. Colv. &c. sed *conservatione.* Lipsius conjiciebat *nec partiri se hominum conversatione.* Quod maxime placet. Hoc est in l. de Deo Socr. p. 761. 'Nunquam se Deum cum homine communicare,' et 'a contrectatione hominum se removere' alibi.

NOTÆ

[a] *Si ipse in alto residens, &c.*] Vide Timæum Platonis, et confer Maximum Tyrium, Dissert. I.

appositum est pluribus indigere. An non[3] ejusmodi compendio machinatores fabricarum, astutia unius conversionis multa et varia pariter[4] administrant? en! etiam illi,[5] qui in ligneolis hominum figuris[b] gestus movent, quando filum membri, quod agitare volent,[6] traxerint, torquebitur cervix, nutabit caput, oculi vibrabunt, manus ad omne ministerium[7] præsto erunt, nec invenuste totus videbitur vivere. Haud secus etiam cœlestis[8] potestas, cum initium sciente et salutifera opera moverit,[9][c] ab imo ad secundum,[1] et

quis insitum est ob suam infirmitatem, ut opus habeant multis rebus. Nonne artifices machinarum tali compendio exequuntur simul plurima et diversa artificio unius conversionis? vel ii quoque qui excitant gesticulationes in parvis simulacris ligneis hominum, cum traxerint filum illius membri, quod solet moveri, collum invertetur, caput nutabit, oculi intendent suam aciem, manus paratæ erunt ad quodvis officium, et totus homuncio non illepide videbitur vivere. Similiter etiam potestas cælestis, quando agitavit principium operatione prudenti et salutari, inserit perpetuo tactu

Quomodo 'partiarii concubitus' nunc cum hoc, nunc cum illo. V. Pric. ad Met. l. IX. Ita 'addicti partes secanto creditores' in Lege Xvirali significat, eum partiarias operas singulis præstare debere: non ejus membra secanda, ut inepte Gellius et alii. V. Taylor. ad L. Xviralem. *Oud.*—3 Bened. Voss. Edd. Vett. usque ad Bas. sec. *at non.* Id.—4 Fulv. *multa paria et varia.* Bened. etiam *paria.* Id.—5 Optime Voss. Bened. *En! etiam illi.* V. ad Lucan. *Id.*—6 *Quod agitari solet.* Mss. Florent. Vulc. Voss. *solent.* Edd. Rom. Ald. Junt. post. *quod agitare solent,* unde omnino legendum cum Lipsio *volent.* Non enim semper idem ejusdem membri filum agitari solet, sed nunc hoc, nunc illud pro variis gestuum faciendorum rationibus. Nimis a literarum ductu recedit Bentlei. legens *agitare volunt.* ad Horat. l. II. S. 7. vs. 82. 'Duceris, ut nervis alienis mobile lignum:' ubi plura, ut et hic apud Vulcan. de *νευροσπάστοις. Id.*—7 Ita rescripsit cum seqq. Elm. cum in Florent. sit *atque omne m. τὸ omne* exulat ab Edd. ceteris et Mss. Sed Voss. *atque.* An *ad quodque* vel *quodcumque?* Id.—8 Voss. sec. *cælesti.* Id.—9 *Cum initium scientia et salutifera opera moveret.* Vet. cod. pro *scientia* legit *sciente.* Ego legerim *ciente,* ut *cientem operam* vocet, impulsum, sive primam et *προκαταρκτικὴν* motus totius universi causam atque originem: quod Aristoteles paulo post vocabit *ἔνδοσιν,* dicens *καίτοι πρώτης οἷον ἐνδόσεως ἐς κίνησιν μίαν γενομένης. Vulc.* Ms. *initium scientiæ et sal. o. m.* Forte: *scienti ac salutif.* Scioppius in Symb. Edd. ante Vulcan. *scientia,* atque ita Bened. Prave vero Elm. et Scriv. e Mss. Fulv. et Florent. *scientiæ* sine sensu. Rectius longe Lips. et Sciopp. monuere legendum *scienti ac sal.* et edidit Wower. cum Florid. *scienti et.* Immo clare Mss. Vulc. Voss. *sciente,* et jam edidit Vulc. qui non inepte insuper conjecit *ciente.* Oud.—1 *Ab uno ad secundum.* Rectius vet. cod. *ab imo,* vel, ut Græci loquuntur, *τῷ κατωτάτῳ τόπῳ. Vulc.* Bened. et Edd. ante

NOTÆ

[b] *In ligneolis hominum figuris*] Horatio: 'Nervis alienis mobile lignum.' Νευρόσπαστα Græcis, nobis *Marionettes.*

[c] *Cum initium sciente [scientiæ] et salutifera opera moverit*] Corruptus mihi videtur hic locus: quid enim sit illud *initium scientiæ?* Et certe Aris-

deinceps ad proximum,[2] [d] et usque ad supremum,[3] attactu[4] continuo vim suæ majestatis insinuat: et aliud[5] alio commovetur, motusque unius alteri[6] movendi se originem tradit. Mundo equidem[7] consentiunt, non una, sed diversa via, et plerumque contraria.[e] Et prima remissione ad motum data,[8] simplicique inchoato[9] principio, impulsibus mutuis, ut supra dictum est, moventur quidem omnia; sed ita, ut, si quis sphæram et quadratum[1] [f] et cylindrum

virtutem suæ divinitatis a primo ad secundum, et postea ad proximum, atque usque ad summum: aliudque movetur ab alio, et motus unius dat alteri principium se movendi. Illa quidem concordant invicem non eodem itinere, sed diverso, et sæpissime contrario. Verum impressa semel prima impulsione ad motum, et facto tantummodo initio, cuncta quidem moventur reciprocis impulsionibus, quemadmodum jam dictum est; at perinde ac si quispiam una mittat globum et cubum, et cylindrum, et alias

Vulcan. *ab uno.* Oud.—2 *Ad proprium.* *Proximum* ediderat jam e suo Cod. Vulc. cum Wower. Ante edebatur *ad tertium.* Sed Mss. Florent. Fulv. Voss. Bened. *ad proprium:* ut dant Elm. ac Scriv. Vitiose: vel enim *proximum* retinendum est, vel *propius* reponendum. *Id.*—3 Bened. *summum.* Id.—4 Male Ed. Vulc. pr. *attractu.* Id.—5 Sic bene e Florent. Elm. et seqq. A ceteris abest τὸ *et.* Id.—6 *Motusque unus alt.* Mendose: nec enim unus motus alteri motui tradit originem se movendi, cum motus se non moveat. Legendum ergo cum Ms. *motusque unius alteri.* Scioppius in Symbola. Omnino corrigendum ex Ms. *motusque unius.* Wowerius. Recte. Accedunt Florent. et Edd. seqq. *Oud.*—7 Alii *Mutuo eq.*—8 *Sed prima remissiore admodum data.* Certum meo animo, scribere: *Et prima remissione ad motum data:* enim ex Aristotele, pæne ad verbum: Καί τοι τῆς πρώτης οἷον ἐνδόσεως εἰς κίνησιν μίαν γενομένης. *Colv.* Aldina Ed. legit, *sed prima remissione, &c.* atque ita etiam Ms. cod. meus: tametsi non incommode legi posset, *emissione,* hoc est, veluti signo dato *ad motum:* ita enim omnino legendum est; non autem ut Edd. omnes et Ms. etiam cod. habet *admodum:* quod etiam recte emendavit Colvius, et verba ipsa Aristotelis, εἰς κίνησιν, id clamant. *Vulc.* Florent. et Basil. *remissione admodum,* male. *Elmenh.* Egregie emendavi Colv. ex Aristot. Et certe *remissione* extat in Mss. O. item Edd. Ald. Junt. post. Priores *remissiore.* Frustra Vulc. et seqq. *emissione:* cum primum quasi laxatur et remittitur unum, hoc, et per consequens cetera omnia moventur. *Ad motum* confirmatur Mss. Bened. et Voss. pr. *Oud.*—9 Fulv. *incoacto,* obvia variatione. *Id.*—1 *Aut quadratum.* Sensus ipse docet legendum, *et quadratum.*

NOTÆ

tot. nihil habet huic affine. Lege igitur cum Scioppio *cum initium scienti et salutifera opera moverit:* plano sensu, quem in Interpretatione expressi.

[d] *Et deinceps ad proximum* [*proprium*] Patet vel leviter attendenti legendum esse *ad proximum:* id est, ad illud quod post secundum sequitur.

[e] *Et plerumque contraria*] Ex textu Aristotelis melius vertas *nonnunquam contraria,* quam *plerumque.*

[f] *Et quadratum*] Aristot. habet κύβον.

et alias figuras [g] per [742] proclive simul jaciat,[1] deferentur[3] quidem omnia, sed non eodem genere movebuntur. Nec illud dissimile exemplum videri oportet, si quis pariter[4] patefacto gremio, animales simul abire[5] patiatur, volucrum, natatilium,[6] atque terrestrium greges: enimvero ad suum locum[7] quæque, duce natura, properabunt: pars aquam repetent;[8] illæ inter cicures atque agrestes legibus[9] et institutis suis naturali lege aggregabuntur;[1 h] ibunt[2] per

figuras per declive, cuncta quidem devehentur, verum non movebuntur eodem modo. Et hoc exemplum debet etiam videri simile, si quispiam, aperto repente sinu, demittat simul magnum numerum animalium, turmas avium, aquatilium et terrenorum animantium: etenim singulæ festinabunt ad suas sedes Naturæ ductu: aliæ pergent ad aquam; aliæ congregabuntur cum animalibus domesticis, et feris, secundum suas leges, et mores, ex constitutione naturæ; et volucres, quibus Natura hoc tribuit,

Vulcanius. Consentiunt Mss. O. *Oud.*—2 Ita Mss. O. In Edd. ante Vulcan. *in.* Male. Vide ad Met. l. VIII. p. 565. b. 'Per puteum præcipitat.' Bened. *similis.* Id.—3 Bened. *differuntur.* Id.—4 *Si quis pariter.* Duæ priores voces male exulant ab Ed. Vulc. sec. et Wower. ut etiam *pariter* a Wower. *Id.*—5 *Animalium multitudinem.* Flor. *animalis simul a.* male. *Elmenh.* *Terrestrium greges.* Τὸ *greges* adjeci ex Florentino. *Idem.* Comparet etiam τὸ *greges* in Fulviano, et recte addidit Elm. cum seqq. Abest a reliquis Mss. et Edd. male. Verum miror, Elmenh. non vidisse, tum ex eodem Cod. Florent. vocem *multitudinem* abundare, quam adjecerunt librarii, videntes tale quid defici, cum *greges* exciderat. Sed Mss. Florent. Voss. uterque, Bened. dant *animalis,* i. e. animales, exclusa voce *multitudinem.* Rectissime. In genere prius dicit *animales:* tum per species suo more dividit in volucrum, nantium, et terrestrium greges. *Animales* autem pro *animalia* frequens est Nostro. Adi ad Met. l. II. p. 152. a. 'Tantillula animalis:' quod et supra hoc libro vidimus. *Oud.*—6 Vulc. e suo cod. solo, cum seqq. rescripsit *nantium,* ut supra p. 735. 'animalium nantium (ubi alii *natantium*) pennigerarumque' e Mss. At Fulv. Voss. pr. et Edd. vett. exhibent *natatilium.* Quin et Florent. Voss. sec. Bened. Junt. post. *nantilium:* quare *natatilium* præfero. Prudent. περὶ στεφ. in Rom. vs. 332. 'Feras, volucres, reptiles, natatiles.' Vide Glossas. Infra p. 752. 'Animalium agrestium et cicurum pinnatarum et pedestrium et aquatilium.' *Id.*—7 *Ad suum locum.* Ultima vox abest a Florent. Voss. utroque, Bened. forsan recte. Sæpissime *locum* irrepsisse passim vidimus. *Id.*—8 *Pars aquam repetens.* Aldus *repentes,* quod non rejiciendum. *Elmenh.* Sed Mss. O. *repetens.* Vulc. Ed. pr. *repetentes.* Lege *repetent,* ut statim *aggregabuntur, ibunt.* Nam quæ aquam repetunt, non aggregantur agrestibus. Uti tres nominavit species, ita earum, sc. *pisces,* pars aquam repetent; illæ, sc. *terrestres,* aggregabuntur cicuribus et agrestibus, *præpetes* ibunt per aëra. *Pars* cum plurali, ut apud optimos quosque. Vide ad Cæsar. p. 116. 944. Supra h. l. p. 732. 'Pars sonantes syllabas pariunt.' p. 736. 'pars vices sustinent.' Pro *illa* dein Bened. *illam.* Legendum scilicet *illæ* vel *aliæ* animales. *Oud.*—9 Vid. Not. Var.—1 In Ms. desunt illa *naturali lege:*

NOTÆ

[g] *Et alias figuras*] Aristot. addit solummodo *Conum.*

[h] *Illæ* [*illa*] *inter cicures, atque agrestes legibus et institutis suis natu-*

aëris vias[3] præpetes, quibus hoc natura[4] largita est. Atque ab uno sinu[5] abeundi facultas concessa omnibus fuerat.[i] Sic natura mundi[6] est constituta. Nam cum cœlum omne[7] simplici circumactu[8] volvatur, nocte dieque[9] distinctum, diversis mensurarum æqualitatibus[1] separatum, quamvis una sphæra omnia concluserit, incrementis tamen globi sui, decisioneque luminis[2] menstrua tempora Luna significat, et cœli spatium Sol annua reversione collustrat, ejusque comites amœnus lucifer, et communis Cyllenius stella.[3 k] Etenim Pyrois Mavortium sidus[4] circuli

volabunt per tractus aëris, simul ac data fuerit cunctis copia exeundi ex eodem sinu. Sic natura Orbis composita est. Cum enim totum Cœlum convertatur una eademque gyratione, distinctum per diem et noctem, divisum in varia spatia æqualia, quanquam unus globus incluserit hæc omnia, nihilominus Luna notat spatia mensium incrementis et decrementis lucis sui disci, et Sol illuminat circuitum Cœli revolutione annali, et comites ejus, pulchra nempe stella Veneris et suave astrum Mercurii. Enimvero Pyrois stella Martis percurrit suum circulum duobus annis: lucidum ac splendens si-

et glossam sapiunt. *Sciopp. in Symb.* In plerisque antiquis libris illa: *naturali lege,* desunt: et sane glossema resipiunt. *Wower.* Dele Glossema cum Florent. et Leid. Mss. *Elmenh.* Desunt quoque in Mss. Bened. Voss. utroque, Vulc. quare expungendum esse bene judicarunt Sciopp. Wow. Elm. *Oud.*—2 Elegantius hic deest copula, ut supra. *Et* addunt e Florent. Cod. Elm. Scriv. Flor. *Id.*—3 Malim *aërias vias:* cum Ed. Vulc. pr. Vide ad Met. l. I. p. 92. b. et alibi. *Id.*—4 *Quibus hæc nat.* Melius vet. cod. *quibus hoc nat.* Scioppius in Symb. Accedunt Mss. Florent. Voss. sec. Bened. cum Edd. Wow. Elm. &c. *Oud.*—5 Vid. Not. Var.—6 Prave Edd. ante Ald. *vivendi.* Oud.—7 Voss. Edd. ante Vulcan. *om. cæl.* Id.—8 Bened. Voss. *simpliciter cum actu.* Id.—9 Bened. Voss. uterque *n. diuque.* Recte. Vide ad Met. l. IX. p. 648. b. 'noctu diuque.' *Id.*—1 Legendum putat Vulc. *qualitatibus.*—2 Male Edd. primæ et Junt. pr. Bas. pr. *densioneque lumina,* omissa voce *tempora.* Bened. *declivisione luminis:* quasi fuerit *declinatione.* Abest *que* etiam a Voss. sec. Sed nil muta. 'Decisio' pro decremento adhibuit a 'cædo.' 'Decisio' enim proprie ἀποκοπὴ, ut in Glossis. *Oud.*—3 Vid. Not. Var.—4 *Etenim prioribus Mavortium sidus.* Aldina Ed. legit *Etenim prioris, &c.* utrobique fœdo errore.

NOTÆ

rali lege aggregabuntur] Sic παραφραστικῶς exposuit hæc Aristot. τὸ δὲ χερσαῖον εἰς τὰ σφέτερα ἤθη καὶ νομοὺς διεξερπύσει. ubi videtur deceptus duplici significatione vocis ἤθη, quæ 'mores' quidem, et 'instituta' significat, sed præterea (et primario quidem) 'locum naturalem,' 'domicilium,' 'ac sedes consuetas;' item similitudine vocum νόμους et νομοὺς, quarum illa 'leges,' hæc 'pascua' significat: recte igitur vertas locum Aristotelis, 'terrestre vero ad sedes consuetas et pascua sua erepserit.'

[i] *Atque, ab uno* [*ut ab eo*] *sinu abeundi facultas concessa omnibus fuerat* [*fuerit*] Aristoteles: μιᾶς τῆς πρώτης αἰτίας πασὶν ἀποδούσης τὴν οἰκείαν εὐμάρειαν. 'una eademque prima causa propriam eorum unicuique aptitudinem reddente.'

[k] *Communis* [*comis*] *Cyllenius stella*]

sui biennio[5] conficit spatia: Jovis clarum fulgensque sexies eadem[6] multiplicat cursibus[7] suis tempora, quæ Saturnus[8] sublimior triginta spatiis annorum circumerrat.[9] [743] Verum inter hæc una mundi conversio, unusque reversionis est[1] orbis, et unus concentus, atque unus stellarum chorus ex diversis occasibus ortibusque. Hoc ornamentum et monile[1] rectissime κόσμος Græca lingua significatur. At enim ut in choris,[2] cum dux carminis hymno præcinit,[3] concinentium vulgus virorum et fœminarum[4] mixtis gravibus et acutis clamoribus unam harmoniam[5] resonant; sic divina mens mundanas varietates, ad instar

dus Jovis insumit suis cursibus sexies tantum temporis, quem cursum Saturnus altior absolvit spatio triginta annorum. At interea una tantum est gyratio Mundi, et unus circulus revolutionis, et una harmonia, ac unus chorus astrorum conflatus ex variis occasibus et ortibus. Κόσμος Græco sermone optime significat illud ornamentum ac monile. Sed enim quemadmodum in choris, quando præcentor præcinit hymno, turba virorum et mulierum simul cantantium efficiunt unum concentum, miscentes voces graves et acutas; ita divinus animus patefacit diversitates Mundi ad exem-

Legendum enim omnino, *Pyrois;* de quo Apul. ipse supra: 'Et loco tertio Pyrois, quem multi Herculis, plures Martis stellam vocant.' *Vulc.* Rom. et Bas. 1. *prioribus.* Aldus, *prioris*, insulse. *Elmenh.* Vere Lips. et Vulc. cum seqq. *Pyrois:* et accedunt Mss. O. *Oud.*—5 *Circuli sui in biennio.* Præpositio *in* παρέλκει. *Vulc.* Edd. ante Ald. *circulis in bienn.* Hinc male Ald. et seqq. usque ad Vulcan. *circuli sui in bien.* τὸ *in* est in nullo Ms. *Oud.*—6 Male *eodem* contra Mss. et Edd. Floridus. Jungendum *sexies eadem tempora*, i. e. 12. *Id.*—7 *Multiplicatis cursibus.* Legendum omnino, ne sensus pendeat, *multiplicat.* Peragit enim Jupiter curriculum suum annis bis sex, hoc est duodecim. *Vulc.* Edd. ante Vulcan. *multiplicatis*, sine sensu. *Oudendorp.* —8 Bened. *satis.* Id.—9 Ms. *circumjectat:* quid si, *circumvectat*, pro circumvectatur, circumvehitur? cujusmodi loquendi modum in verisimilibus annotavimus. *Scioppius in Symbola.* Ms. Florent. *circumierat.* Nil muta. Passim errare de stellis, unde πλανηταὶ dicti: et sæpe ita supra. *Oud.*—1 *Unusque reversionis est.* Desunt Edd. ante Aldum. *Id.*—2 *Ut in choreis.* Vet. cod. *choris:* quod melius convenit cum 'hymno,' quod sequitur. *Vulc.* Accedunt Mss. O. Sic p. 748. 'Præcentor in choris.' *Id.*—3 Dele τὸ *hymno.* Wowerius. Τὸ *hymno* abest a Florentino. *Elmenhorstius.* Non abest a Florent. nisi decipiant me excerpta. Wowerii conjecturam juvat vehementer, quod in Vossiano scribatur *carmini.* Aristot. tantum ἐν χόρῳ κορυφαίου κατάρξαντος. *Dux* ergo *chori*, non *carminis:* unde passim 'ducere chorum.' Quare malim ego quoque vel *carminis* delere, vel scribere *carmini* deleto τῷ *hymno.* Oud.—4 Abest copula Ed. Vulc. sec. et Wow. *Id.*—5 Voss. sec. *unarmoniam.* Be-

NOTÆ

Ex doctrina Genethliacorum. Lactantius ad lib. I. Thebaidos Statii: 'Benefica stella Mercurii maleficarum temperat flammas.'

[1] *Hoc ornamentum et monile, &c.*] Aristot. κόσμον δ' ἐτυμῶς τὸ σύμπαν, ἀλλ' οὐκ ἀκοσμίαν ὀνομάσαις ἄν.

unius concentionis,[6] revelat.[7] Nam cum cœlum, confixum [8] vaporatis et radiantibus stellis,[m] inerranti cursu feratur, et reciprocis itineribus astra consurgant; Sol [9] quidem omnituens [n] ortu suo diem pandit, occasu noctem reducit, conditusque vel relatus per plagas mundi,[o] quatuor temporum vices mutat: hinc tempestivi imbres, et spiritus haud infœcundi:[p] hinc alimenta rebus iis, quas [q] accidere Deus his mundi partibus voluit.[1] His appositi sunt [2] torrentium [3]

plum unius concentus. Cum enim Cœlum, distinctum sideribus igneis et micantibus, circumagatur motu nullatenus errante, et sidera quidem oriantur viis alternantibus; Sol quidem cuncta cernens aperit diem ortu suo, refert noctem suo occasu, et discedens vel accedens per regiones Mundi efficit alternas mutationes quatuor tempestatum: inde oriuntur pluviæ opportunæ et venti non steriles: inde nobis sufficiuntur alimoniæ ex illis rebus, quas Deus voluit reperiri in his mediis regionibus orbis.

ned. *un. harmonam.* Id.—6 Edd. Ald. Junt. post. *contentionis.* Id.—7 Vet. cod. *relevat:* neutrum mihi arridet: neque tamen libet indulgere conjecturæ. *Vulc.* Jo. Isacius [Pontanus] *elevat*, legit. Festus: 'Evelatum, eventilatum. Unde velabra, quibus frumentum ventilatur.' Propert. lib. III. El. 13. 'Ut mihi prætextæ pudor exvelatus amictu.' *Brant.* Vulc. et seqq. *relevat* cum Mss. Florent. Vulc. Bened. Voss. Non placet tamen. Sed in Edd. prioribus *revelat*, i. e. aperit, atque cognoscit, et exponit. Vide Init. hujus libri. Passim 'revelare arcana.' *Oud.*—8 Male Edd. ante Ald. *Nam cœlum confixit ut.* Ceterum hæc non sunt in Aristotele. *Id.*—9 Ed. Vulc. tert. *sed.* Id.—1 Vid. Not. Var.—2 *His oppositi sunt.* Vet. cod. *adoppositi:* forte *appositi:* hoc est, convenientes et consentanei. *Vulc.* Ms. *his adpositi s.* Scioppius in Symbola. Ex Ms. *oppositi.* Wowerius. *Adpositi sunt*, sive adjuncti, adjecti quo continuo sequuntur. Aristot. ἕπονται δὲ τούτοις. Est autem hæc conjectura Vulcanii, quam confirmat Florent. et omnes secuti sunt. Ipse tamen edidit ex suo cod. *adoppositi*, ut et exaratur in utroque Voss. Verum hæc lectio nata est a varia lectione τῶν *ad* et *ob:* ut 'adoppetere' Met. lib. VII. p. 453. a. Nisi etiam talia decomposità amaverit Auctor; ut etiam præpositiones ejusdem significationis junxit: ut vidimus supra in 'adultra.' Sed *adpositi* ait esse in Fulv. quoque Sciopp. at Wow. *oppositi.* Cui credemus? Habent *oppositi* Edd. ante Vulcan. *adoppti* Bened. Vide supra p. 728. 'Adposito' vel 'opposito incendio.' *Oud.*—3 *Torrentium.* Be-

NOTÆ

[m] *Cœlum confixum vaporatis et radiantibus stellis*] Confixum stellis, quasi clavis igneis et micantibus. Vocem 'vaporatis' verti 'igneis.' 'Vapor' sæpe 'calorem' significat, et 'ardorem.' Exempla suppeditantur non pauca in Lexicis.

[n] *Sol quidem omnituens*] Ovid. Metamorphos. lib. II. 'Sol oculis juvenem, quibus aspicit omnia, vidit.' Aristot. ὁ παμφαὴς ἥλιος. 'Sol cuncta collustrans.'

[o] *Conditusque vel relatus per plagas mundi*] Borealem et Australem.

[p] *Hinc tempestivi imbres, et spiritus haud infœcundi*] Quidam *Hinc tempestivi imbres, et spiritus aut infœcundi:* male. Aristoteles: γίνονται δὲ ὑετοὶ κατὰ καιρὸν, καὶ ἄνεμοι καὶ δρόσοι, &c.

[q] *Hinc alimenta rebus iis* [*nobis suppetunt earum rerum, &c.*] Hæc ignorat textus Aristot. quorum loco sic

cursus, et tumores undarum,[4] emicationesque sylvarum,[r] frugalis maturitas, fœtus[5] animalium, [744] educationes[6] etiam atque obitus singulorum. Cum igitur rex omnium et pater, quem tantummodo animæ oculis[7] nostræ cogitationes vident, machinam omnem[8] jugiter per circuitum suis legibus terminatam, claram et sideribus relucentem,[9] speciesque innumeras modo propalam, sæpe contectas,[1] ab uno, ut supra dixi, principio agitari jubet; simile istuc esse bellicis rebus hinc liceat arbitrari. Nam cum tuba bellicum cecinit, milites clangore incensi, alius accingitur gladio;

Adjecta sunt illis rebus fluenta torrentium, et inflationes aquarum, et pullulationes nemorum, maturitas frugum, partus animantium, productiones et interitus cunctarum rerum. Cum ergo Rex et pater omnium, quem nostræ cogitationes cernunt solummodo oculis mentis, præcipit totam machinam ab uno exordio (quemadmodum jam dixi) moveri perpetuo in orbem, circumscriptam suis legibus, splendidam ac micantem stellis, et simul infinitas species rerum, aliquando manifestas, sæpius occultas; possumus inde existimare illud esse simile rebus militaribus. Quando enim tuba dedit signum prælii, milites excitati sonitu, alius lateri accommodat ensem;

ned. *torrentum*. Id.—4 *Humores undarum.* Ita habent Edd. quas vidi, omnes, atque adeo ipse etiam Ms. cod. sed legendum omnino *tumores*, hoc est, *ἀνοιδήσεις*, ut vocat Aristoteles. Neque enim aliud sunt *οἰδήσεις*, quam *ἐπάρματα*, Elevationes seu Extumescentiæ. Virgilius: 'Unde tremor terris, qua vi maria alta tumescant Objicibus ruptis, rursusque in se ipsa residant.' *Vulc.* *Tumores und.* Sic Bas. 2. et Vulcanius. Flor. Leid. et Rom. *humores u.* male. Vide Indicem. *Elmenhorstius.* Recte Vulcanium secuti sunt ceteri præter Wower. qui cum Mss. O. et Edd. prioribus retinet *humores;* frigide et inepte. Intelligit Auctor *τὰς τῆς θαλάσσης ἀνοιδήσεις*. Claud. in Rufin. lib. I. vs. 72. 'Impacata quies pelagi, cum flamine fracto, Durat adhuc, sævitque tumor.' Lucan. lib. x. vs. 326. de Nilo: 'novi primum dant signa tumoris.' Noster ipse lib. XI. Met. 'turbido fluctuum tumore posito:' et passim 'tumere,' 'tumidum' de mari et fluviis dici quis nescit? *Oud.*—5 Prave Voss. *fletus.* Id.—6 *Educationes.* Voss. sec. Bened. *educ. etiam:* bene. *Id.*—7 Ita Mss. O. cum Vulcan. Elm. &c. Edd. priores *mentis.* Id.—8 Bened. *m. omne.* Scriv. uncis inclusit *omnem.* Id.—9 Sic Voss. In Edd. ante Vulcan. *sideribus et relucentem*, nisi quod in Vicent. non sit *et*. Mss. Vulc. Florent. Bened. cum Edd. Vulc. &c. *et rel. sideribus.* Id.—1 *Propalam sæpe confectas.* Lege et distingue: *modo propalam, sæpe contectas.* Wowerius. Flor. et Bas. 2. *consectas.* Ald. et Rom. *confectas*, lego *conseptas.* Elmenhorstius. Edd. ante Vulcan. *confectas*, sed ille et Wower. intulere *contectas*, quod videtur confirmari a Bened. At Florent. Vulc. Voss. uterque *consectas:* unde Elm. et jam ante Lindenbrog. immo Voss. lib. IV. de Anal. c. 23. conjiciunt *conseptas:*

NOTÆ

habet: *τά τε πάθη τὰ ἐν τῷ περιέχοντι συμβαίνοντα διὰ τὴν πρώτην καὶ ἀρχαιόγονον αἰτίαν.* 'Et affectiones quæ in aëre eveniunt a principe et primordiali rerum causa.'

[r] *Emicationesque sylvarum*] *Δένδρων ἐκφύσεις*, Aristoteli.

alius clypeum capit; ille lorica se induit; hic galea caput, vel crura[2] ocreis involvit; ille equum[3] temperat frænis, et loris[4] jugales ad concordiam copulat; et protinus unusquisque competens capessit[5] officium. Velites excursionem adornant,[6] [s] ordinibus principes curant,[t] equites cornibus præsunt,[u] ceteri negotia, quæ nacti sunt, agitant:[7] cum interea unius ducis imperio tantus exercitus[8] paret, quem præfecerit,[9] [w] penes quem est summa rerum.[1] Non aliter divinarum et humanarum rerum status regitur,[2] quando uno moderamine contenta omnia pensum sui

alius apprehendit scutum; ille vestit se lorica; hic operit caput casside, aut tibias ocreis; ille regit equum frænis, et jungit bigas loris, ut concordent inter se, et statim singuli suscipiunt munia quæ sibi obtigerunt. Milites levis armaturæ accingunt se ad excursum, Principes curam gerunt ordinum, Equites occupant alas, reliqui agunt ea quæ sibi sunt demandata: cum interim totus exercitus obedit jussui unius Imperatoris, quem Rex, qui est rerum omnium supremus moderator, præposuerit exercitui. Eodem modo res divinæ et humanæ gubernantur, cum universa contenta uno tantum regimine noverunt quid sibi impositum sit operis; et cunctis

quod non displicet. Sic Flor. N. 9. quidam: *conseptus vestibus.* Oud.—2 *Ille crura.* Melius Ms. *vel crura o. i.* Scioppius in Symbola. Melius manu exaratus: *vel crura.* Wowerius. Accedunt Mss. Florent. Fulv. Bened. Voss. Recte. *Oud.*—3 Florent. Bened. Voss. sec. *et eq.* Melius foret *aut.* Id.—4 Alii omittunt *loris.*—5 Florent. *cdpessat.* Oud.—6 Vid. Not. Var.—7 Voss. uterque *nota sunt agitant.* Bened. *nota agitant.* Oud.—8 Sic Florent. Voss. sec. Bened. Fulv. et Marg. Poët. cum Edd. Elm. Flor. Reliquæ Edd. *cunctus.* Id.—9 Scribe ex V. *ei quem pr.* Wowerius. Wowerium ceteri sequuntur. A reliquis Mss. et Edd. abest *ei.* Sicut etiam non opus est. Pronomen enim hoc millies subauditur: ut statim 'præfecerit, penes quem' scil. *is.* Oud.—1 *Quem præf. rex: penes quem est s. r.* Vet. cod. *quem præf. penes quem est s. r.* sive rex ille sit scilicet, sive imperator, sive strategus, aut prætor. *Vulc.* Recte expungunt Membr. Flor. τὸ *rex.* Elmenh. Bene omiserunt Vulc. in Ed. sec. et Wow. uncis inclusere Elm. et Scriv. sic: (*rex*) *præfec.* quo ordine Edd. vett. etiam. Abest vero etiam a Fulv. Voss. Bened. omnino bene: vide Vulcan. *Oud.*—2 Bened. *vel regitur.* Florent. *agitur.* Bene. *Id.*—3 Recte

NOTÆ

[s] *Velites excursionem adornant, &c.*] Ex militari disciplina Romanorum. Vide Lipsium, De Militia Rom. lib. IV. Dialogismo 1. ubi de dispositione aciei.

[t] *Ordinibus* [*ordines*] *principes curant*] Eorum enim erat defatigatos ac fractos hastatos intra suos ordines recipere, quos etiam ea de causa laxabant cum erat opus.

[u] *Equites cornibus præsunt*] Legebat Lipsius *ordinibus præsunt*, et restitutum ibat *præeunt.* Scriptam lectionem magis probo. Equites in cornibus locatos olim, atque etiam nunc locari quis nescit?

[w] *Quem præfecerit* [*rex*] Vocem *Rex* ignorant probati codices, et certe videtur expungenda ut inutilis.

operis agnoscunt; curaque omnibus[3] occulta, vis nullis oculis obvia, nisi quibus mens suæ lucis aciem intendit. Nec tamen[4] hoc vel illi[5] ad moliendum, vel nobis ad intelligendum obest. De inferiore licet [745] imagine capiamus[6] exempla. Anima in homine non videtur:[x] et tamen fateantur omnes necesse est, hujus opera omnia, quæ per hominem præclara fiunt, provenire;[7] neque animæ ipsius[8] qualitatem ac figuram oculis occurrere, sed momentis[9] ab ea gestarum rerum intelligi, qualis et quanta sit. Omne quippe humanæ vitæ præsidium ingenio[1] ejus est paratum: cultus agrorum, usus frugum,[2] artificum solertia, proventus artium, commoditates vitæ[3] humanæ. Quid de le-

insita est solicitudo secreta, et virtus nullis oculis patens, nisi illis quibus animus dirigit aciem sui luminis. Neque tamen hoc obstat aut ipsi ad machinandum, aut nobis ad concipiendum. Possumus sumere exempla a re inferioris generis. Anima non cernitur in homine, et nihilominus oportet ut cuncti confiteantur egregia omnia, quæ geruntur ab homine, fieri ejus ministerio; neque naturam aut formam ipsius animæ obversari oculis, verum cognosci argumentis rerum factarum ab ipsa, cujusmodi sit, et quam excellens. Cuncta enim subsidia vitæ humanæ comparata sunt ejus solertia: cultura agrorum, usus frugum, industria fabrorum, utilitates artium,

Ald. Reliqui, *omnes*. Colv. Nempe Rom. Vic. Ven. Bas. sec. Lugd. vel *omnis*. Pro *suæ lucis ac.* Voss. *ac. s. l.* Oud.—4 Ante hanc periodum inseruntur quædam alia in Aldino exemplari, nempe: *Ceterum ea quæ vel cœlo oculis advertimus, et aërem ficti ex aqua etiam illa ficti credenda sunt, cujus tutela Mundi hujus et cura est.* Quæ quid sibi velint, nescio: tamen etiam in Margarita Poëtica citantur ex hoc libello. *Colv. Aciem intendit.* Aldina editio post hæc verba subjicit: *Ceterum ea quæ vel cœlo oculis advertimus et aërem ficti ex aqua etiam illa ficti credenda sunt, cujus tutela mundi hujus et cura est:* quæ quia neque in Aristotele, neque in aliis Apuleii Edd. ut neque in Ms. cod. meo leguntur, prætereunda censeo, neque in iis castigandis operam ponendam. *Vulc.* Post hoc verbum Aldus legit, *Ceterum, &c.* quæ in Mss. et Rom. codice non comparent, et omnino glossam olent. *Elmenh.* Non est glossema, sed post *manifestus* pag. seq. verba illa debent poni, ut fecere Junt. post. et seqq. et inter eos ipsi Colv. Vulc. et Elm. quod miror ab iis non animadversum; uti sunt eo loco in Mss. et Marg. Poët. *Oud.*—5 Bened. *illis*, et ante *intellig.* caret τῷ *ad.* Id.—6 Voss. sec. *capimus.* Id.—7 Vitiosa etiam hic distinctio tam in Aldina, quam aliis Edd. incommodum sensum facit. Ita enim omnino interpungenda hæc, *hujus opera*, (hoc est, operatione) *omnia quæ per hominem, &c.* Vulc. Pro *fiunt* Bened. Voss. sec. *sunt.* Oud.—8 Voss. sec. *ne ipsius animæ.* Id.—9 Al. *monumentis.*—1 Voss. sec. *ingenium.* Oud.—2 Ita Elm. et seqq. e Florent. Ante *ususque.* Id.—3 *Commoditas vitæ.* Vet. cod. *commoditates:* quo fit ut et id quod præcedit, *proventus*, etiam pluraliter existimem accipiendum: illud vero, *artificum solertia.* glossema esse τοῦ *proventus artium:* vel alioqui τὸ *solertia* ablativo casu legendum esse, et citra notam

NOTÆ

[x] *Anima in homine non videtur*] Vide Platonem, lib. x. De Legibus.

gibus dicam, quæ ad mansuefaciendos homines sunt inventæ?[4] quid de civilibus institutis ac moribus, qui nunc populorum otiosis conventibus frequentantur;[5] et, asperitate bellorum pacata, mitigantur quiete? Nisi forte tam injustus[6] rerum æstimator potest esse, qui hæc eadem de Deo neget, quem videat esse viribus exsuperantissimum,[7] augustissima specie,[8] immortalis ævi, genitorem virtutum, ipsamque virtutem.[9] Unde nihil mirum est, si mortales oculi[y] ejus non capiunt aspectum,[1] quando divinorum operum vestigiis[2] sit perspicuus atque manifestus.[3] Ceterum[4] ea, quæ vel cœlo accidere[5] oculis advertimus,[6] et in terra

et commoda vitæ humanæ. Quid memorem leges, quæ repertæ sunt ad mitigandos homines? quid constitutiones civiles et consuetudines, quæ nunc celebrantur in cœtibus quietis populorum; et quibus truculentiæ bellorum leniuntur otio tranquillo? Nisi quis forte possit esse tam iniquus arbiter rerum, qui inficietur eadem illa de Deo, quem tamen cernat esse viribus præstantissimis, summa majestate, vita immortali, patrem virtutum, atque adeo virtutem ipsam. Quare nullatenus mirandum, si oculi mortales nequeunt intueri eum, siquidem conspicuus est et manifestus signis operum suorum divinorum. Porro credendum est illa quoque, quæ conspicimus con-

distinctionis. *Vulc.* Mihi id non opus videtur. *Commoditates* malui sine copula cum Mss. O. et Edd. ante Elmenh. qui cum seqq. hic *que* addit. Videtur tamen ita in Florent. esse. Edd. ante Vulcan. *commoditas.* Oud.—4 Ita Mss. O. vel *inventæ sunt.* Edd. Vic. Ven. *inventæque sunt.* Id.—5 Vid. Not. Var.—6 *Nisi forte injustus.* Vet. cod. *jam injustus:* lege, *tam injustus, &c.* Vulc. Codd. O. mei *tam.* Oud.—7 Vulgo, *v. exuperantissimis.* Elmenhorstius. Bened. *omnibus.* Idem et Voss. Vulc. ejusque ac Wow. Scriv. Edd. *exuperantissimis*, non vero ita est vulgo, ut putabat Elm. *Oud.*—8 Edd. ante Ald. *augustissimum.* Id.—9 *Imm. ævi genitorem, virtutum ipsam v.* Vitiose hæc in omnibus Edd. distincta leguntur: dubium enim esse non potest, quin hoc pacto sint legenda: *immortalis ævi*, id est, ζωῇ δ' ἀθανάτου, *genitorem virtutum, ipsamque virtutem:* quibus verbis illud Aristotelis ἀρετῇ δὲ κρατίστου eleganter suo more amplificavit Apul. *Vulc.* Optime. Habent *ipsamque* Mss. O. Absunt autem 3. posteriores voces Edd. ante Ald. *Oud.*—1 Ita Florent. Vulc. Bened. codd. In Edd. ante Vulcan. *n. c. aspectum ejus.* Wow. *n. c. ejus asp.* et sic Voss. *Id.*—2 Carent Edd. ante Ald. *Id.*—3 Additur in Aldina prave *est:* unde patet ea, quæ hic poni debuerant, in ejus editione vitiose supra esse excusa. *Id.*—4 *Ceterum, &c.* usque ad *potestate* desunt in Edd. vett. ante Ald, in cujus editione usque ad *cura est*, ut diximus, supra inserta sunt. Reliqua a *de quo* usque ad *potestate* etiam in ejus Ed. non inveniuntur. Primus Philomathes in Ed. Junt. post. exhibuit. *Id.*—5 Exulat ab Ed. Ald. *Id.*—6 Flor. *avertimus*, male. *Elmenhorstius.* Item Voss. sec. *Oud.*—7 *Ut aërem*

NOTÆ

[y] *Nihil mirum est, si mortales oculi, &c.*] Sensus hujus loci est, non mirum esse, quod Deus seipsum oculis hominum videndum non præbeat, neque eum propterea incusandum quasi minus æquum humano generi, si quidem per sua opera satis innotescit, nec se ignorari patitur.

fieri et in aqua;[7] [z] etiam illa fieri a Deo credenda sunt,[8] [746] cujus tutela mundi hujus et cura est:[9] de quo Empedocles prudenter his verbis sensit:

Πάνθ' ὅσα τ' ἦν,[1] ὅσα τ'[a] ἐστὶν, ἰδ' ὅσσα τε ἔσται ὀπίσσω,
Δένδρεά τ' ἐβλάστησε,[2] καὶ ἀνέρες, ἠδὲ γυναῖκες,
Θῆρές τ', οἰωνοί τε, καὶ ὑδατοθρέμμονες[3] ἰχθῦς.

Phidian illum,[b] quem fictorem probum[4] fuisse tradit memo-

tingere etiam in æthere, et generari in aëre, et in aqua, illa, inquam, esse opera Dei, ad quem pertinet conservatio et curatio hujus orbis: de quo Empedocles sapienter locutus est his verbis: Omnia quotquot erant, quotquot sunt, et quotquot erunt in posterum, Orta sunt ex eo, arbores, viri, mulieres, Feræ, volucres, et pisces aquæ alumni. *Ego ipse vidi illum Phidiam, quem historiæ ferunt fuisse*

fieri ex aqua. Iterum desunt in Rom. et Aldo versus 13. *Elmenh.* Inepte sane Junt. post. &c. item Colv. Vulc. Wow. edidere *ut aërem fieri ex aqua.* Mss. O. cum Edd. Elm. Scriv. *et aërem fieri ex aqua.* Ald. *et aërem ficti ex aqua.* At legendum *et in terra f. et aqua:* nam *vel cælo* jam præcessit, et hoc respondet Aristotelicis πάθη τὰ δ' ἀέρος, et sequuntur τὰ ἐπὶ τῆς γῆς καὶ ἐν ὕδατι. *Oud.*—8 Sic edidere e Ms. Florentino Elm. Scriv. Flor. cum a Junt. post. et seqq. exhibitum sit *Dei etiam illa cred. sunt:* quomodo habent Mss. Bened. Vulc. Voss. *etiam illa fieri cred.* Ald. Aristot. θεοῦ λέγοιτ' ἂν ὄντως ἔργα εἶναι. *Id.* —9 Voss. pr. *quin ai de verum cui t. &c.* Voss. sec. *quinni de verum ejus cui t.* Bened. *quinni di verum ejus t. mundi est. Hui. &c.* An legendum *Dei etiam illa cred. sunt; quidni? Dei verum ejus, cui tutela m. &c.?* *Quidni* ita sæpe interserit Ap. Vide ad Met. l. xi. p. 810. b. *Id.*—1 Ὅσα τ' ἦν desunt Voss. sec. Edd. Junt. post. Bas. *Id.*—2 Minus bene Vulc. Ed. sec. δένδρα τ' ἐβλάστησεν. *Id.*—3 Edd. Vulc. sec. tert. Wow. per τ. Ms. Voss. etiam habet ρ pro θ. Ceterum vertit hos versus Vulc. Ed. pr. hoc modo: 'Quæ fuerant, quæ sunt, et quæ ventura trahuntur, Omnia produxit; stirpes, hominesque, ferasque, Et volucres, et qui pascuntur in æquore pisces.' *Id.*—4 Sic Ms. Bened. cum Edd. Wow. Scriv. Flor. Dederat e Codice suo Vulc. *probum quem fictorem:* ut videtur esse etiam in Florent. cum Ed. Elmenh. In Voss. scribitur *q̃n fictorum probum:* ut sit dictum ac *nigræ lanarum.* Vide Voss. de Constr. c. 10. et Burm. ad Quintil. l. i. Inst. Or. c. 4. 'necessariæ litera-

NOTÆ

[z] *Et in terra f. et in aqua* [*et aërem fieri ex aqua*] Restitue meo periculo, *et in aëre fieri, et in aqua.* Aristoteles hic, τὰ γὰρ πάθη, καὶ τὰ δι' ἀέρος ἅπαντα, καὶ τὰ ἐπὶ γῆς, καὶ τὰ ἐν ὕδατι, θεοῦ λέγοιτ' ἂν ὄντως ἔργα εἶναι, &c. 'atque ea quidem quæ in aëre fiunt, quæ in terra, quæ in aqua, ea certe Dei opera esse merito dixerimus,' &c. ubi de generatione aëris ex aqua ne verbum quidem.

[a] Πάνθ' ὅσα τ' ἦν, *&c.*] Hos versus paulum immutatos citat Aristoteles: Ἐξ ὧν πάνθ' ὅσα τ' ἦν, ὅσα τ' ἔσθ' ὅσα τ' ἔσται ὀπίσσω, Δένδρεά τ' ἐβλάστησε, καὶ ἀνέρες, ἠδὲ γυναῖκες, Θῆρές τ', οἰωνοί τε, καὶ ὑδατοθρέμμονες ἰχθῦς, Κἄν τε θεοὶ δολιχαίωνες.

[b] *Phidian illum, &c.*] Hanc etiam similitudinem habet Arist. sed aliam huic præmittit ab Apuleio omissam, lapidis nempe illius, qui in fornicatis operibus Umbilicus dicitur, nobis *la clef de la voute,* cujus ope firmitas to-

ria, vidi[5] ipse in clypeo Minervæ, quæ arcibus Atheniensibus præsidet,[c] oris sui similitudinem[6] colligasse; ita, ut si quis olim artificis voluisset exinde imaginem[7] separare, soluta compage, simulacri totius[8] incolumitas interiret. Ad hoc instar mundi salutem tuetur Deus, aptam et revinctam sui numinis potestate. Hujus locum quærimus; qui neque finitimus est terræ contagionibus,[9] neque tamen

egregium statuarium, coaptavisse imaginem sui vultus in scuto Palladis, quæ præest arci Athenarum; tali ratione, ut si quis voluisset aliquando avellere inde effigiem fabri, sublata connexione partium, tota statua dissolveretur in frusta. Hoc modo Deus conservat incolumitatem Mundi coagmentatam, et colligatam virtute suæ divinitatis. Investigamus ejus sedem, quæ nec vicina est contactibus terræ, neque

rum.' In Edd. prioribus *quoniam.* Id.—5 *Vide.* Sic habent Mss. O. cum Edd. Junt. post. Vulc. et Elm. Reliquæ Edd. *vidi,* et forsan rectius ut p. 729. 'Vidi et ipse apud Hierapolin.' *Id.*—6 *Oris similitudinem. Oris sui similitudinem* τὸ ἑαυτοῦ πρόσωπον ἐντυπώσασθαι. *Colv.* Vet. cod. legit *oris sub.* at legendum omnino *oris sui, &c.* hoc est, vultus sive faciei suæ imaginem. *Vulc.* Leid. *oris subsimilitudinem.* Vera lectio: *oris sui similitudinem.* Cicero Tusc. Quæst. I. 'Phidias sui similem speciem inclusit in clypeo Minervæ, cum inscribere non liceret.' *Elmenh.* Recte *oris sui sim.* rescripsit Elm. cum seqq. Bened. *oris multitudine.* Reliqui Mss. et Edd. carent τῷ *sui.* Oud.—7 *Si quis olim artificum vol. ex. imag.* Vet. cod. legit, *artificis,* et quidem rectissime. Phidiæ scilicet artificis, vel significis, velut Apul. eum vocat, *fictoris* imaginem. *Vulc.* Elm. et seqq. edidere *artificis.* Reliqui *artificum.* sed Aristot. modo εἴ τις βούλοιτο. *Oud.*—8 *Simulac totius. Simulac* hoc loco nova significatione usurpare videtur Apul. pro, 'pariter etiam.' *Vulc.* Vulgati inepte *simulac totius.* Elmenhorstius. Mss. O. et Edd. vett. cum Elmenh. &c. *simulacri.* In Colvii Ed. sine dubio typothetarum culpa prius *simulac* editum, quod miror retentum a Vulc. et Wow. sine sensu, quem dare frustra vult Vulc. *Oud.*—9 *Et terræ contagionibus.* Edd. veteres, *cum rerum contag.* Aristotel. πλὴν οὔτε μέσος ὤν, ἔνθα ἡ γῆ τε καὶ ὁ θολερὸς οὗτος τόπος. *Colv.* Vet. cod. ita legit *H. l. q. qui neque fimus est terræ contagionibus:* in qua lectione recte omissa est conjunctio *et,* quæ omnino in vulgatis Edd. sensum turbat, sed pro *fimus* legendum omnino censuerim *finitimus:* sensu plano. *Vulc.* Ms. *qui neque tamen medius finitimus est terræ contagionibus.* Unde (quod et Vulcanio placere video) suspicer legendum: *qui neque finitimus est terræ contagionibus, neque tamen medius i. a. t.* Sensu claro promtoque. Edita lectio non usque adeo sana est. *Sciopp. in Symb.* Flor. *neque infimus est:* alii *q. n. confinis est.* Rom. *qui neque infimus est, cum rerum contagionibus, neque in aëre turbido.* Elmenhorstius. Vulcanii conjecturam recepere seqq. et confirmat eam vehementer Ms. Fulv. In Edd. ante Ald. legas *qui neque infimus est cum rerum*

NOTÆ

tius operis conservatur. Porro hoc Phidiæ solers inventum memorant etiam Tzetz. Chiliad. 8. historia 192. Pausanias, lib. VII. Arnobius, contra Gentes, lib. VI. sed et Cicero Tuscul. Quæst. lib. I. 'Phidias sui similem speciem inclusit in clypeo Minervæ, cum inscribere non liceret.'

[c] *Quæ arcibus Atheniensibus præsidet*] Hujus templum etiamnum visitur in Acropoli Athenis, integrum pæne ab injuria temporum servatum.

medius in aëre turbido, verum in mundano fastigio, quem Græci οὐρανὸν recte vocant,[1] ut qui sit altitudinis finis:[2] [d] etiam iidem[3] illa ratione[4] ὄλυμπον nominant; [747] quem ab omni fuscitate[e] ac perturbatione vident liberum. Neque enim caliginem nubium recipit,[5] vel pruinas vel nives[6] sustinet, nec pulsatur ventis, nec imbribus cæditur. Hæc enim nec Olympo, qui est celsitudinis summæ, contingere, poëta[7] his verbis[8] cecinit:

etiam media in aëre turbulento, sed in culmine Mundi, quod Græci bene appellant οὐρανὸν; quia est terminus altitudinis, iidemque ob eam causam vocant ipsum Ὄλυμπον, quod cernunt esse vacuum ab omni caligine et turbulentia. Nam non recipit in se obscuritatem nubium, neque patitur gelicidia, vel nives, neque afflatur ventis, nec feritur pluviis. Nam poëta scripsit his verbis, ea non evenire etiam monti

contagionibus. Ald. et seqq. *qui n. infimus est et terræ cont.* Mss. Florent. Bened. Voss. uterque, Ed. Elm. carent τῷ *qui.* Dein *infimus* iidem habent Codd. *et* carent Florent. Voss. pr. *in* Bened. *est* Voss. sec. Putem locum pejus corruptum esse, legendumque *Qui neque infimus est rerum, nec finitimus terræ cont. neque tamen medius*: alii librarii has, alii illas voces omiserunt; sicut *medius* deest quoque in Edd. ante Ald. Alioquin malim *neque confinis est terrarum cont.* *Terræ* pro tellure ut supra. *Oud.*—1 *Quem Gr. τόν γ' οὐρανὸν, id est cœlum r. v.* Illud τόν γ' abundat, et quod sequitur, *id est cœlum*, merum glossema est: ut neque in Ms. codice legitur. Nam id quod statim subjungit Apul. ut qui sit altitudinis finis, explicat etymon vocis οὐρανὸς, quod nimirum sit ὅρος τῶν ἄνω ex Aristotelis verlloquio: quæ quidem etymi explicatio Voci 'cœli' nequaquam convenit. *Vulc.* Recte Vulc. et seqq. confirmantibus Mss. Florent. Bened. Voss. utroque, Fulv. In Edd. prioribus *τὸν οὐρανὸν id est cœlum.* Colv. *τόν γ', &c.* Bened. *vinum.* Voss. sec. *uranon.* Oud.—2 Fulv. *et ut q. s. a. f. pervideatur.* Florent. quoque addit *pervideatur.* Aristot. ἐτύμως ἀπὸ τοῦ ὅρον εἶναι τῶν ἄνω. Forsan *finis, nec pervideatur.* Sic enim passim de cœlo summo Auctor. Is enim corporis oculis non cernitur, sed mentis acie investigatur. Vide de Deo Socr. et init. hujus lib. *Id.*—3 *Et iidem.* Lege cum Florent. Fulv. Voss. utroque *etiam iidem.* Id.—4 Sic Fulv. Florent. Bened. Voss. non *ea.* Bened. *rationem.* Id.—5 Bened. *recepit.* Id.—6 Sic e Florent. Elm. Scriv. Flor. Reliqui Mss. et Edd. *et nives.* In Bened. *et nubes* male. *Id.*—7 *Hæc enim de Olympo q. e. c. summæ poëta.* Vet. cod. *Hæc enim nec Olympo qui est celsitudinis summæ, contingere poëta, &c.* Hæc enim quæ recensuit effecta τῶν ἀναθυμιάσεων Olympo non accidunt, teste Homero. *Vulc.* *Contingere.* Male hæc vox abest a Rom. et Aldino codice. *Elmenh.* Optime reposuit Vulc. cum seqq. e Ms. suo, cui accedunt omnes, nisi quod in Bened. sit *Olympum*, non male pro *eo evadere.* Edd. priores *de Olympo*, sine verbo *contingere.* Oud.—8 Ed. Vulc. sec. caret *his.* Id.—9 Vitiose ὅδος

NOTÆ

[d] *Οὐρανὸν recte vocant, ut qui sit altitudinis finis*] Aristoteles hic οὐρανὸν dictum affirmat, quod sit terminus eorum quæ sunt superne, ἀπὸ τοῦ ὅρον εἶναι τῶν ἄνω.

[e] *Ὄλυμπον nominant, quem ab omni fuscitate, &c.*] Aristot. Ὄλυμπον δὲ (καλοῦμεν) οἷον ὁλολαμπῆ, καὶ παντὸς ζόφου καὶ ἀτάκτου κινήματος κεχωρισμένον. 'Olympum vero (dicimus) tan-

Οὔλυμπόνδ', ὅθι [f] φασὶ θεῶν ἕδος [9] ἀσφαλὲς αἰεὶ
Ἔμμεναι· οὔτ' ἀνέμοισι τινάσσεται, οὔτε πότ' ὄμβρῳ
Δεύεται, οὔτε χιὼν ἐπιπίλναται· ἀλλὰ μάλ' αἴθρη
Πέπταται [1] ἀνέφελος, λευκὴ δ' ἀναδέδρομεν [2] αἴγλη.

Hanc opinionem communis mos et hominum [3] observationes secutæ, affirmant, superiora esse Deo tradita. Namque habitus orantium sic est, ut manibus extensis in cœlum precemur.[4] Romanus etiam poëta sic sensit: [g]

Aspice hoc sublime [5] candens, quem invocant omnes
Jovem.

Unde illa, quæ videntur, suntque omnibus præstantiora,[6]

Olympo, qui est maximæ altitudinis: Ad Olympum, ubi inquiunt Deorum sedem firmam semper Esse, quæ neque ventis concutitur, neque unquam imbre Rigatur, neque nix admovetur, sed potius serenitas Volat absque nube, lucidus vero circumfulget splendor.' *Consuetudo vulgata, et observationes omnium, quæ illam secutæ sunt, confirmant hanc opinionem, altiora loca attributa esse Deo. His est enim noster habitus, quando precamur Deum, ut oremus manibus porrectis cœlum versus. Poëta quoque Romanus sic cecinit:* Intuere hoc altum splendens, et Jovem, quem universi implorant. *Quare [illegible] quæ cernuntur, et sunt excellen-*

Edd. Vulc. tert. Elm. Flor. V. Odyss. Z. vs. 41. Græcos hos versus primus edidit Junt. post. et sunt in Mss. æque ac Aristotele. Latinos habet Vulc. Ed. pr. hoc modo: *Ad firmam illa Deum sedem discessit Olympum, Qui nunquam quatitur ventis, nunquam madet imbre, Urgeturve nive, at late sese explicat æthra Nube carens, nitido semper splendore coruscans.* Sed in Edd. prioribus non hi versus legebantur, sed ex Iliad. K. Ζεὺς δ' ἔλαχ' οὐρανὸν εὐρὺν ἐν αἰθέρι καὶ νεφέλῃσι, id est, *Sors Jovis aula poli enubis super æthere facta:* qui versus hic quidem in Aristot. sed non in Mss. Apuleii. *Id.*—1 Edd. Junt. post. Colv. Vulc. sec. tert. Wow. Elm. πέτταται, i. e. volat, ut exponit Floridus, cum tamen edat π, quod est a πετάννυμαι panditur, *explicat se*, ut bene vertit Vulc. *Id.*—2 Vitiose Wow. ἀνάδρομεν. *Id.*—3 Ms. Vulc. *omnium.* Id.—4 Recte Ms. *man. extensis precemur.* Melius quoque fuerit: *habitus orantium hic est.* Scioppius in Symb. Τὸ *in* delet liber Fulvii. Horat. 'Cœlo supinas si tuleris manus.' *Elmenh.* Sed et *cœlum* abest a Fulv. si Scioppio fides. Τὸ *in* exulat a Voss. utroque. Aristot. ἀνατείνομεν τὰς χεῖρας εἰς τὸν οὐρανόν. Mox pro *sensit* Bened. *sentit.* Oudendorp.—5 Al. *sublimen.* Vide Not. Var.—6 Edd. ante

NOTÆ

quam usquequaque lucidum, ab omni caligine, motuque incondito secretum.'

[f] *Poëta his verbis cecinit: οὔλυμπόνδ', ὅθι, &c.*] Homerus, 'Οδυσσ. Z.

[g] *Romanus etiam poëta sic sensit*] Ennius, cujus versum hunc et a Cicerone laudatum, lib. II. De Natura Deorum, Apuleius hic Latine scribens apposite satis inseruit loco hujus Homerici, quem habet Aristoteles ex Iliad. K. desumtum: Ζεὺς δ' ἔλαχ' οὐρανὸν εὐρὺν ἐν αἰθέρι καὶ νεφέλῃσι. 'Jupiter sortitus est cœlum latum in æthere et nubibus.'

easdem[7] sublimitates regionum tenent, astra cœlestia, et mundi lumina: ac merito illis licet ordine[8] perpetuo frui, nec diversis etsi spatiis temporibusve observantissimam[9] legem suorum aliquando itinerum mentiuntur.[1] Terrena omnia mutationes et conversiones,[2] postremo interitus habent. Namque immodicis[3] tremoribus[h] terrarum dissiluisse[4] humum, et interceptas [748] urbes cum populis, sæpe cognovimus. Audivimus[5] etiam, abruptis imbribus prolutas esse totas regiones. Illas etiam,[6] quæ prius fuerint continentes, hospitibus atque advenis fluctibus[7] insu-

tiora omnibus, habent easdem altitudines locorum, puta sidera cœlestia, ac faces mundi: et jure quidem illis datum est, ut servent ordinem æternum, neque adulterant unquam accuratissimam legem suarum viarum variis intervallis temporum. Universa terrestria patiuntur mutationes, et conversiones, ac denique obitus. Sæpe enim accepimus humum disjectam esse vehementioribus terræ motibus, ac civitates una cum incolis fuisse absorptas. Accepimus quoque totas provincias subversas esse pluviis effusissimis. Illas etiam, quæ ante fuerant continentes, factas esse insulas

Ald. *præstantia.* Oudendorp.—7 Florent. *eadem.* Ed. Vulc. pr. *ejusdem.* Idem.—8 Mss. Bened. Voss. *il. or. lic.* Edd. aliquot *lic. il. or.* Idem.—9 *Diversis ea in spatiis temporibusque obs.* Ms. quidam: *diversis et insperatus observ.* Alius vero codex: *diversis spatiis temporum:* quod placet. *Sciopp. in Symb.* *Diversis spatiis temporum* edidit quoque cum seqq. Elm. auctoritate cod. Florentini. Bened. solum *diversis temporibus.* Voss. sec. *diversis et in spatiis temporibus.* Edd. vett. *div. ea in spatiis temporibusve* usque ad Wower. qui exclusit *in.* Lege potius *nec diversis etsi spatiis temporibusve.* Oud.—1 *Metiuntur.* Legendum omnino est *mentiuntur* apertissimo sensu; Astra in summa diversitate spatiorum et temporum nunquam mentiri legem suorum itinerum, hoc est, perpetuo observare unum atque eundem sui cursus tenorem. *Vulc.* Optime, invitis licet Mss. ut quisque facile videt, et ideo a seqq. uno animo recepta est ista Vulcanii emendatio. Bened. *metit.* Sed male Edd. Vulc. Wow. *observatissimam.* Construendum est 'legem observantissimam suorum itin.' ut 'observantissimus æqui,' &c. *Oud.*—2 Caret copula Bened. *Id.*—3 *Namque immodicis, &c.* Locus hic totus usque ad, *In quo periculi vertice, &c.* citatur B. Augustino l. IV. c. 2. de Civit. Dei e quo meliores aliquot vulgatis lectiones hausimus, quas etiam exprimi jussimus. Sic hic pro *dissiluisse humum,* male Edd. aliæ *dissolvisse humum* hactenus habuerunt. *Colv.* Hæc usque ad *occupati* desunt Edd. ante Junt. poster. etiam ab Aldina; cum tamen agnoscant Mss. O. et Augustinus magnam hujus loci partem ex Apuleii libro de Mundo citaverit. *Oud.*—4 Inepte Edd. ante Colv. *dissolvisse* contra Mss. et Augustin. Passim dissilire humus dicitur vel tremore terræ, vel vi aquarum et tempestatum. *Id.*—5 Edd. Vulc. Wow. ex ejus cod. *audimus:* male. Mox pro *esse totas* Voss. *t. esse.* Id.—6 *Illas enim.* Legendum omnino, *Illas etiam, &c.* Vulc. Recte, consentientibus Mss. et August. Bened. *illa.* Oud.—7 Eleganter, ex eod. August. Vulgo ante, *adversis fluctibus.* Colvius. Vet. cod. legit *adversis fluctibus,* minus meo judicio recte. *Insulatas* vero vertens Apul. quas Aristoteles ait τεθαλαττωμένας, in-

NOTÆ

[h] *Namque immodicis tremoribus, &c.*] Vide Plin. lib. II. cap. 80. et seqq.

latas;[i] alias,[8] desidia maris, pedestri accessu[9] pervias factas.[k] Quid? qui ventis et procellis[1] civitates eversas esse meminerunt? quid? cum incendia de nubibus emicarunt,[2] cum Orientis regiones Phaëthontis ruina,[l] ut quidam putant, conflagratæ perierunt? In Occidentis plagis scaturigines ignis quædam ac proluviones[m] easdem strages dederunt. Sic ex Ætnæ verticibus quondam effusis crateribus, per declivia, incendio divino,[n] torrentis vice,[3] flam-

novis atque extraneis undis; alias pigritia maris patefactas itineri pedestri. Quid? quot scriptores memorant urbes fuisse destructas flatibus et turbinibus? quid? quando ignes exilierunt ex nubibus, quando Orientales plagæ interierunt incensæ casu Phaëthontis, quemadmodum nonnulli existimant? Quædam eruptiones ac diluvia excitaverunt easdem clades in regionibus Occidentalibus. Ita divina conflagratione, fluvii flammarum instar torrentis olim delapsi sunt per loca declivia ex cacuminibus

nuit non mari obrutas, sed a continente abruptas, et mari cinctas. *Vulcanius.* Eleganter ex Augustino correxit Colv. ut habent Mss. Bened. Florent. *Adveris* Voss. *Oudendorp.*—8 Malim legere, *insulas desidia maris, &c.* sensu non incommodo, et ad mentem Aristotelis quam proxime accedente: ut nimirum intelligamus continentes insulatas, insulas continenti adjectas. *Vulcanius.* Frustra, licet *insulas* habeat Ed. Vulc. tert. Sed Mss. O. cum Augustino *alias.* Oud.—9 Ed. Junt. post. *accessa:* male. Dicitur pro *accessui.* Vide ad Met. l. I. p. 23. 'Ingressu stabulum.' *Id.*—1 Voss. sec. *quid? quæ v. ac procellis.* Bened. vero *Quid ventis et procellis, &c. enumeremus:* quod sane multo est elegantius. Suet. Aug. c. 51. 'Ne enumerem, quot et quos diversarum partium,' &c. Vide me ib. c. 70. Augustin. tantum *ventis ac procellis eversas esse civit.* Idem.—2 Bened. *emicarent* et *Phetontis* pro *Phaëtontis,* Voss. *fetontis.* Idem.—3 Sic hic locus ex eodem D. August.

NOTÆ

[i] *Illas etiam, quæ prius fuerint continentes, hospitibus atque advenis fluctibus insulatas*] Sic, teste Plinio, lib. II. cap. 28. mare avellit Siciliam Italiæ, Cyprum Syriæ, Eubœam Bœotiæ, Eubœæ Atalantem et Macrin, Besbycum Bithyniæ, Leucosiam Sirenum promontorio. Pythag. apud Ovid. lib. XV. Metamorphos. 'Leucada continuam veteres habuere coloni, Nunc freta circumeunt. Zancle quoque juncta fuisse Dicitur, Italiæ donec confinia pontus Abstulit, et media tellurem propulit unda.'

[k] *Alias, desidia maris, pedestri accessu pervias factas*] Sic Hybanda insula quondam Ioniæ, nunc ducentis stadiis abest a mari, et Epidaurus et Oricum insulæ esse desierunt, teste eodem Plinio, cap. sequenti. Ovid. prædicto loco: 'Fluctibus ambitæ fuerant Antissa Pharosque, Et Phœnissa Tyros, quarum nunc insula nulla est.' Vide totum illum Ovidii locum.

[l] *Phaëthontis ruina*] Vide Ovid. l. II. Metamorphos.

[m] *Scaturigines quædam ac proluviones, &c.*] Vulcanius addebat, *ignis e terra,* et legebat, *scaturigines quædam ac proluviones ignis e terra easdem strages dederunt,* non male. Apuleius enim hic non de aquarum diluviis intelligendus est, (de iis enim superius egit,) sed de ignitæ materiæ torrentibus: ut patet ex iis quæ sequuntur.

[n] *Incendio divino*] Elmenhorst. ma-

marum flumina[4] cucurrerunt. In quo periculi vertice[o] egregium pietatis meritum fuisse cognovimus. [749] Namque eos, qui principio fragoris territi, sensum tamen clementiæ misericordiæque retinebant, et grandævos[5] parentes ereptos volucri clade[6] suis cervicibus sustinebant; illa flammarum fluenta divino separata discidio,[7] quasi duo flumina ex uno fonte manantia, locum illum ambire maluerunt obsidione innocenti, in quo inerant boni bajuli,[8] religiosis sarcinis occupati. Postremo, quod est in triremi gubernator, in curru rector, præcentor in choris, lex in urbe, dux in exercitu,[9] hoc est, in mundo Deus: nisi quod

Ætnæ, exundantibus ejus crateribus. In quo extremo discrimine didicimus fuisse præclaram mercedem pietatis. Illa enim flumina flammarum divisa divina separatione, tanquam duo amnes fluentes ex eadem scaturigine, maluerunt circumdare innoxia obsidione eum locum, ubi erant illi, qui, terrefacti initio fragoris, servabant nihilominus sensum mansuetudinis et commiserationis, et portabant suis humeris parentes suos grandes natu, quos subtraxerant celeri illi stragi. Quippe erant in eo loco pii gestatores onusti sacris ponderibus. Denique Deus idem est in orbe, quod gubernator est in navi, auriga in curru, præcentor in choris, lex in civitate,

---

restitutus. Vulgabatur, *Divino modo per declivia currentis vice.* Sed etiam jamdudum Canterus noster, *torrentis vice* legendum conjecit. *Colvius.* Flor. *divino modio.* Basil. *divino modo.* Lego i. *diuturno* vel *diurno.* Elmenhorstius. Statim rursus *divino separata discidio.* Cur non utrobique emendemus *in odio divino*, sive ex Deorum odio incendio orto? Bened. Voss. *divino modio per declivia* vel *inodio.* Eo ordine etiam Vulc. Quod conjecit Elmenh. ut et Lipsius *incendio diuturno* vel *diurno:* non placet. *Oud.* *Torrentis vice.* Sic recte Canter. l. 1. Var. Lect. c. 3. cum Colv. et seqq. ex August. et consentiunt membranæ Florent. Vulc. In Mss. reliquis et Edd. prioribus inepte *currentis v.* Id.—4 Deest ultima vox in Bened. *Id.*—5 Bened. caret copula. *Id.*—6 Num *lubrica clade?* Colvius. Frustra, et minus bene. *Oud.*—7 Vulgo *dissidio.*—8 Malim, *in quo erant bon. ba.* Adi Aristotelem. *Colv.* Non displicet emendatio Colvii, qui legit, *in hoc erant*, scilicet, ambitu flammarum. *Vulc.* Colvius, *in quo erant b. b.* Quod non displicet. *Elmenh.* Et ego malim cum Colvio *in quo* (non *in hoc*, ut ait Vulc.) *inerant.* Barth. l. supra cit. conjecit *eruerant* pro *eruperant.* Oud.—9 *Dux in urbe, dux in ex.* Scribendum, *lex in ur. d. i. e.* ἐν πόλει δὲ νόμος, ἐν στρατοπέδῳ δὲ ἡγεμών.

NOTÆ

vult *diurno* aut *diuturno.* D. August. lib. IV. De Civitate Dei habet *divino:* nihil itaque muto. 'Divinum incendium Ætnæ' recte dixit. Ut enim Poëtarum figmenta prætercam de Vulcani et Cyclopum in illo monte fornacibus, aliquid semper divini hisce Naturæ prodigiis inesse credidit antiquitas, et horrendas ejusmodi clades plerumque esse θεοπέμπτους.

[o] *In quo periculi vertice*] 'Vertex' hic vel 'summum' et 'extremum' sonat, sicut in Interpretatione expressi, vel etiam *verticem* seu *turbinem* periculi, hoc est, periculum quod imminebat a verticosis illis ignitæ materiæ torrentibus: minus tamen arridet posterior explicatio.

ceteris ærumnosum,[1] et multiplex, et curarum innumerabilium videtur esse hoc ipsum, alicujus officii principem fieri; Deo vero nec tristis, nec onerosa est imperii sui cura. Namque nobis circumfert et regit cunctas formas naturasque, quas diversis regionibus commovét,[2] ut est lex [p] civitatis semel promulgata, perpetuis observationum rationibus fixa, ipsa quidem immutabilis, at ejus arbitrio [3] parentium mentes agitantur, nutuque ejus et dominatione flectuntur: et scitis ejus [4] [q] magistratus tribunalia, principia [5] milites frequentabunt,[r] [750] recuperatores [6] [s] ju-

imperator in exercitu: excepto quod, hoc ipsum, præponi alicui muneri, videtur reliquis esse molestum, et variarum, ac innumerarum solicitudinum: at curatio imperii Dei neque solicita est, neque gravis ipsi. Natura enim producit circa nos, et gubernat omnes species quas adducit ex diversis locis, ipsa remanens immobilis, quemadmodum est lex civitatis semel publicata, confirmata observatione continua, quæ est ipsa quidem invariabilis, verum animi obedientium illi moventur pro ejus libitu, ac inflectuntur ejus arbitrio, et imperio: atque ex ejus placitis Magistratus adibunt tribunalia, milites principia: recuperatores præerunt judiciis. Senatores etiam, qui

Aristoteles. *Colv.* Ita et Ms. cod. qui sub finem multum a priori integritate discedit. Legendum enim omnino ex Aristotele, *Lex in urbe:* et quæ sequuntur hoc ipsum satis declarant: 'ut est Lex civitatis semel promulgata.' *Vulc.* Uti Colv. Lips. Vulc. ex Aristotele, et communi sensu emendarunt, extat in Florent. et suprascriptum est in Bened. Ceteri Mss. et Edd. priores *dux*. Oud.—1 Ms. unus pro *ærumnosum*, habet, *criminosum*: alter: *curiosum*. Sciopp. in Symbola. Fulvii libri, *Criminosum*, vel, *curiosum*, male. In Aristotele est, *καματηρόν*. *Elmenh.*—2 Vid. Not. Var.—3 *Ac ejus arbitrio.* Lege *at ejus arb.* Vulcanius. Edd. ante Vulcan. *ac*, male et contra Mss. Dein *parens* Edd. Rom. Vic. Junt. pr. Bas. pr. *parentum* Mss. Florent. Vulc. Edd. Ald. &c. Colv. Vulc. pr. sec. Wow. sed *parentium* dant bene Bened. Voss. cum Edd. seqq. sive subjectorum. Vide ad l. I. de Dogm. Plat. sub f. *Oud.*—4 Quod in Ed. quadam invenisse videtur Floridus, *et ut in scitis ejus*, unde habeat nescio. Sed *et scitis ejus* bene habent Mss. Bened. Voss. Vulc. cum Edd. ante Elmenh. Sed Mss. Fulv. Florent. *et ut scitis*, i. e. quasi, vel sicuti legis placitis. Verum istud *ut* satis abundat. *Id.*—5 Bened. *principes*, male. Notissimum est, quæ sint *principia* in exercitu. *Id.*—6 Bened. *imperatores.*

NOTÆ

[p] *Quas diversis regionibus* [*commovens:*] *commovet, ut est lex, &c.*] Non bene cohære thic locus. Reponit Vulcanius, *quas diversis regionibus commovet ipsa manens immota: ut est lex, &c.* quod melius quadrat. Secutus sum Vulcanii emendationem in Interpretatione.

[q] *Et scitis ejus* [*et ut in scitis ejus, &c.*] Emendo, *et ut ex scitis ejus*, hoc est, ex ejus jussu et placitis.

[r] *Principia milites frequentabunt*] Principia locus erat in castris, ubi Imperatoris tabernaculum erat, quo conveniebant milites Imperatoris jussa excepturi, et causam (si usus venisset) dicturi. Quintilianus initio declamationis pro milite, 'sed neque hoc Mars parens, nec signa militaria aquilæque victrices, nec tua, summe

diciis præsidebunt: decuriones, et quibus est jus dicendæ sententiæ,[t] ad consessum[7] publicum commeabunt: et alius[8] ad Minutiam frumentatum venit:[u] et aliis in judiciis dies dicitur: reus purgandi se necessitate,[9] insectandi studio accusator venit: ille moriturus ad supplicii locum ducitur: hic ad convivii repotia et vespertinus[w] comessator adventat.[1] Sunt et publicarum epularum apparatus,

habent jus sententiæ ferendæ, convenient ad consessum publicum: atque etiam alius it ad portum Minutiam conquisitum frumenta: et assignatur aliis dies ad judicia: accusatus venit necessitate se defendendi, sicut accusator cupiditate ipsum persequendi: hic trahitur ad locum pœnarum moriturus: ille, qui comessatus fuerat pridie vesperi, advenit ad repetitionem epularum. Sunt etiam ornatus conviviorum publicorum; sternuntur pulvinaria Deorum, et aguntur

Id.—7 Al. *consensum.*—8 Abest copula a Bened. Bene. *Oud.*—9 Vid. Not. Var. —1 Laudat paulo aliter Jos. Scaliger ad v. Manil. sic: *Hic ad convivium, et repotia vespertinus comes satur adv.* Colvius. Ms. Bened. *ad convicium et repotia,* ut citat Scal. Sed in Apol. 'repotia cœnæ.' V. Heins. Advers. lib. IV. c. 7. Voss. sec. *convivii crepotia.* Dein *et vespertinus* habent Mss. et Edd. præter Scalig. d. l. Wower. ac Florid. quod præfero, nisi malis *etiam.* Tum Edd. vett. *comissator.* Sed aliter Mss. ut reposuit Elm. De 'Repotiis' vide Vulcan. ad h. l. in Ed. pr. et Juret. ad Symmach. lib. VII. c. 19. 'Post

NOTÆ

Imperator, divina virtus sinat, ut tua quoque sententia quisquam vir et Romanus et miles nimium pudicus sit, apud quem ante principia agendum est.'

[s] *Recuperatores*] Hi judices erant, qui de rebus privatis recipiendis reddendisque cognoscebant, a Prætore dati.

[t] *Decuriones*] Decuriones hic intellige, non militares illos denis equitibus præfectos, sed municipiorum Senatores, qui Decurionum nomine appellabantur, ut jam alibi observavimus.

[u] *Et alius ad Minutiam frumentatum venit*] Minutia porta fuit Romæ, aut regio. Duplicem memorant Victor, et Sextus Rufus, 'Veterem' nempe, et 'Frumentariam,' de qua hic. Utraque fuit regione nona urbis ad Circum Flaminium. Ad Minutiam Frumentariam tesseras frumentarias populo ab annonæ procuratoribus gratis distribui solitas existimat Lipsius, unde Frumentaria dicta: quin et Minutiæ nomen idem existimat ei impositum a Minutio primo rei frumentariæ præfecto. Vide ipsum Electorum lib. I. cap. 8. Inscriptionem antiquam refert Elmenhorst.

PROCURATOR MINUTIÆ,
PROC. ALIMENTORUM,
PER TRASPADUM, HISTRIAM, &c.

Porro, quod hic Apuleius ex Romanorum moribus dixit de frumentatione ad Minutiam, id Aristoteles, ex moribus Atheniensium loquens, de Prytaneo dicit, ubi bene de Republica meriti publicitus alebantur. Arist. verba καὶ ὁ μέν τις εἰς τὸ πρυτανεῖον βαδίζει σιτησόμενος.

[w] *Hic ad convivii repotia et vespertinus, &c.*] Joseph. Scaliger ad l. v. Manilii sic laudabat hunc locum: 'hic ad convivium et repotia vespertinus comes satur adventat.' Ego nihil mutaverim. Expunxerim tantum e tex-

et lectisternia Deorum,[x] et dies festi, ludi scenici,[y] [751] ludique Circenses.[z] Diis sacrificatur, Geniis ministratur, obitis libatione profunditur,[2 a] aliusque alio fungitur munere: parentque omnes [3] jussis legum et communis imperii. Videasque illam civitatem pariter spirantem Panchæis [4] odoribus, et graveolentibus [5] cœnis; resonantem [6] hymnis

dies festi, et ludi theatrales, ac ludi Circenses. Sacrum fit Diis, apponuntur dapes Geniis, mortuis fit libatio, atque alius aliud officium exequitur: et universi obediunt præceptis legum ac imperii publici. Cerneresque urbem illam simul exhalantem odores Panchæos, et teterrimum odorem lutorum: resonantem hymnis

repotia.' *Oud.*—2 Vid. Not. Var.—3 Abest Bened. *Oud.*—4 Rom. et Ald. male hanc vocem inducunt. *Elmenhorstius.* Immo omnes ante Junt. post. male. Vide Vulc. h. l. et Heins. ad Ovid. Met. x. 307. Lactant. de Phœnice vs. 81. 'odores Quos aut Pygmææ gentes, aut India carpit.' ubi scribe *Panchææ:* Pygmæi enim licet a quibusdam in India collocentur, nusquam traduntur herbas legere odoriferas. *Oud.*—5 Al. *grateolentibus.*—6 Edd. ante

NOTÆ

tu particulam *et*, legerimque, *hic ad convivii repotia vespertinus comessator adventat;* ut sit sensus, hunc, qui pridie vesperi laute epulatus fuerit et comessatus, mane redire ad repetitionem convivii, dictam 'repotia' a 'repotando.'

[x] *Et lectisternia Deorum*] Mos erat Romanis, ut nonnunquam placandæ Deorum iræ causa convivia in templis appararentur, lectique sternerentur Diis tanquam epulaturis, quod lectisternium dictum. Deabus vero sella tantum. Valer. Maxim. lib. II. cap. 1. 'Fœminæ cum viris cubantibus sedentes cœnitabant: quæ consuetudo ex hominum convictu ad divina penetravit: nam Jovis epulo, ipse in lectulum, Juno et Minerva in sellas ad cœnam invitantur.' Has epulas et hæc lectisternia indicebant septemviri epulones.

[y] *Ludi scenici*] Hi in theatro peragebantur ab histrionibus: instituti primum Romæ anno ab Urbe condita 389. C. Sulpitio Petico, C. Licino Stolone Coss. ut refert T. Livius. Ludorum scenicorum species, Tragœdia, Comœdia, Satira, et Mimus.

[z] *Ludique Circenses*] Horum nomine intelliguntur tum qui in Circo, tum qui in Amphitheatro exhibebantur ludi, qualia erant varia certamina ferarum, Gladiatorum, pugnis, cæstibus, &c. Lucta, Saltatio, Jaculatio discorum, sagittarum, &c. Decursio equestris, Aurigatio, Naumachia, &c. Plura vide apud antiquitatum Rom. scriptores.

[a] *Obitis libatione* [*obiis libatio*] *profunditur*] Sic Elmenhorstius legit, interpretaturque *obiis, mortuis.* Alii eodem sensu legunt *obitis.* Quicquid sit, vocabulum hoc Apuleio peculiare est, nec apud alium quenquam auctorem memini me legisse. Colvius habet, *alius libatione profunditur,* quod etiam immutandum censet, legendumque *perfunditur,* loco *profunditur.* At certe non est hæc Apuleii mens. De mortuis omnino intelligendus est locus hic. Exprimit enim hæc Aristotelis verba: καὶ χοαὶ κεκμηκότων, et sic optime consentit cum veteri more libandi mortuis.

et carminibus et canticis; eandem etiam lamentis et ploratibus ejulantem.[7] Ad hunc modum[8] res agi et in mundo æstimemus. Lex illa vergens ad æquitatis tenorem[9] sit Deus, nulla indigens correctione[1] mutabili. Quippe sicut mundi[2] universitas regitur, dum speculatur ad omnia rector ejus, atque immutabiliter incumbit, spargiturque[3] vis illa seminibus inclusa[4] per naturas omnium speciesque et genera digesta; sic faciles vitium[5] lapsus, et palmarum ardua, persicorum rubor,[6] levitas mali[7] gignitur, et dul-

et versibus, ac cantilenis: atque eandem ululantem lamentationibus et ejulatibus. Existimemus res geri in orbe hoc pacto. Illa lex, quæ tendit ad conservationem justitiæ, sit ipse Deus, qui nulla eget correctione variabili. Etenim quemadmodum totus Mundus gubernatur, dum ejus gubernator observat, et intentus est invariabiliter ad universa, atque illa virtus contenta seminibus diffunditur distributa per naturas speciesque ac genera singulorum; ita facile serpunt vites, et assurgunt palmæ, et rubescunt persica mala, et mitescunt mala, et fici dulcescunt, atque illa ligna, quæ

Vulcan. contra Mss. *et res.* Oud.—7 Ed. Vic. *ejulentem.* Fulv. *ululantem:* quæ verba commutantur quoque lib. IV. Met. 'ululabili cum plangore.' *Id.* —8 *Et ad hunc modum, &c.* Τὸ *Et* παρέλκει. Lege *Ad hunc modum, &c.* Vulc. Delent *et* Mss. Vulc. et Florent. Sed pro *res agi in M.* vere Bened. Vossiani *ad h. m. res agi et in M.* sive, etiam. Aristoteles quoque inserit καί. *Oud.* —9 *Lex eadem vergens ad æquitatis tenorem.* Ita emendavi secutus filum verborum Arist. νόμος ἰσοκλινής. Nam in omnibus Edd. corrupte, ut et in V. C. legitur *vel gens,* et τὸ *reducenda* merum est glossema. *Vulc.* Sic recte Scalig. In Aldo, Flor. et Rom. est, *lex illa vel gens,* insulse. *Elmenhorstius. Sit.* Addidi *Deus* ex Arist. ὁ θεὸς, atque ita plena est sententia. *Vulc. Lex illa vergens ad æquitates tenorem sit Deus. N.* Arist. νόμος μὲν γὰρ ἡμῖν ἰσοκλινὴς, ὁ θεός. Ex quo egregie sic restituit Vulc. et expressit in Ed. tert. non autem Scal. cum ante ineptissime legeretur *lex illa vel gens ad æquit. t. reducenda sit, n.* Cic. lib. I. de Nat. D. c. 15. 'Legis perpetuæ et æternæ vim, quæ quasi dux vitæ, &c. Jovem dicit esse.' In Edd. Vulc. pr. sec. Wow. retentum *reducenda.* Istud *vel gens* habent Mss. O. sed *reducenda* agnoscit nullus, et *sit Deus* diserte habent Florent. Voss. uterque Bened. Lipsius ascripserat *vel mens,* et in vet. Cod. addi *Deus* notarat. Pro *illa* Vulcanii Cod. eo probante, *eadem.* Tum *terrorem* pro *ten.* Bened. *Oud.*—1 Bened. *corruptione.* Voss. *correctio:* corrupte: διόρθωσιν Arist. *Id.*—2 Lego *Q. sic mundi.* Elmenhorstius.—3 Bened. *sp. quoque.* Elm. in Erratis legendum monet *spargitur.* Oud.—4 Bened. Voss. *inclausa.* Id.—5 Prave Ed. Vic. *vicium.* Elm. *virium* sed in Erratis correxit. *Id.*—6 *Pers. robur.* Legendum omnino, *rubor,* qui convenit Persicis. *Vulc.* Bened. *P. bobus.* at Voss. sec. *robus:* quod notandum. Adjective *robum* vett. nominarunt, quod rufum est. Hinc bovem rustici appellarunt *robum.* V. Festum. *Oud.*—7 Legendum ex Ms. *Levitas mali gignitur et dulcitas fici.* *Lenia* sunt, quæ Virgilius 'mitia poma' dixit, id est, non acerba aut immatura. *Scioppius in Symbola.* Ms. *lenitas mali.* Lenitas, maturitas. *Wowerius.* Wowev. et Sciopp. *lenitas mali.* Lenia poma, *mitia* Virgilio. *Elmenhorstius.* Velim exemplum. Revocavi potius *levitas,* quod habent Mss. mei O. et Edd. vett. sive *lævitas.* Sic 'levia pruna,' 'poma' sæpe. Ab externis laudat, ut cetera præcedentia. *Oud.* At 'dulcitas fici,' quod sequitur, non ad externa pertinet, et *lenitas mali* bene dicitur, ut 'vini lenitas' apud Plin. et passim. *Levitas* tamen sine

citas fici,[8] et quæ infelicia propter infœcunditatem vocamus, tamen utilia sunt alio pacto: Platani, ut ait poëta,[b] umbras[9] potantibus ministrantes, et acuta pinus,[1] et rasiles buxi,[2] et odora laurus,[3] cupressorum odoratius lignum. Tandem[4] omnium animalium [752] agrestium, et cicurum,[5] pinnatarum,[6] [c] et pedestrium, et aquatilium[7] natura gignitur, nutritur, absumitur, parens cœlestibus institutis: πᾶν γὰρ ἑρπετὸν[8] τὴν γῆν νέμεται, ut Heraclitus ait. Et cum sit unus, pluribus nominibus[9] cietur, propter specierum multitudinem,[1] quarum diversitate fit multiformis: videlicet a juvando Jupiter dicitur, Δία quem et Ζῆνα Græci, quod vitæ nostræ auctor sit,[d] rectissime appellant;[2] Saturnium etiam,

appellamus infausta ob suam sterilitatem, sunt nihilominus utilia alia ratione: Platani, ut dicit Poëta, præbent umbras bibentibus, pinus est acuminata, et buxi sunt tonsiles, et laurus odorata, ac lignum cupressorum magis olens. Denique natura animalium omnium sylvestrium, ac domesticorum, alatorum, et pedibus gradientium, atque natatilium, producitur, alitur, consumitur, obediens legibus divinis: omne enim reptile terram incolit, *quemadmodum inquit Heraclitus. Cum autem sit unicus Deus, appellatur permultis nominibus, ob multitudinem formarum, quarum varietate fit multiformis, et vocatur Jupiter a juvando, quem Græci optime vocant* Ζῆνα, *quod sit principium nostræ vitæ: illi quoque vocant Saturnum* Κρόνον, *quasi*

Mstorum auctoritate loco movendum non putavi. *J. Bosscha.*—8 Ita e Florent. et Fulv. recte Elm. &c. In Mss. reliquis et Edd. Vulc. Wow. tantum *dulcitas fici.* Prave Edd. vett. modo *sic*, quam voculam retinuit Wow. *Oud.*—9 Bened. *umbra.* Id.—1 *Et acuta pinus.* Hæc usque ad *Heraclitus ait* desunt Edd. ante Junt. post. Copulam *et* adjeci e Florent. Voss. Bened. *Id.*—2 Sic iidem Mss. ut et Elm. &c. A prioribus abest *et.* Id.—3 Ita Florent. cum Elm. &c. Alii carent *et.* Id.—4 Voss. Florent. Vulc. *tamen.* Id.—5 Ed. Colv. *sic.* male. *Id.*—6 Stultissime Floridus, et miror jam ante Floridum *pennatorum* reposuisse Scriverium. *Animales* enim fœminino genere sæpe Noster adhibuit: ut jam sæpius monuimus. V. Ind. Not. Bened. *pumatarum.* Voss. *pinnitarum.* Florent. Edd. Elm. &c. *pennatarum.* dein *pedestrum* Voss. *Id.*—7 Ita Elmenhorst. et seqq. e Florent. A reliquis abest *et.* Wow. *pinn. pedestr. et aquatilium.* Idem.—8 Vid. Not. Var.—9 Bened. *unius plurimis hoi˜ nom.* Florent. *plurimis* quoque. *Oudendorpius.*—1 Florent. Voss. Bened. *specierum multitudine.* Idem.—2 Vid. Not. Var.—

NOTÆ

[b] *Platani, ut ait poëta, &c.*] Virgil. lib. IV. Georgic. 'Jamque ministrantem platanum potantibus umbras.'

[c] *Pinnat.* [*pennatarum*] Repone vel hic *pennatorum*, vel supra *animantium* loco *animalium:* alias solœcissaret Apuleius.

[d] *Quem Ζῆνα Græci, quod vitæ nostræ auctor sit, &c.*] Ζῆν seu ζᾶν Græcis 'vivere' est. Unde Jovis nomen Ζεὺς et Ζήν. Aristoteles hic Δία καὶ Ζῆνα dictum ait quasi δι' ὃν ζῶμεν, 'per quem vivimus.' Verum frivola videtur allusio hæc vocum Δία et δι' ὅν.

filium Κρόνου, quasi χρόνου, id est, quendam incœpta ab origine, interminum ad finem.[e] Dicitur et [3] Fulgurator,[f] et Tonitrualis,[g] et Fulminator, etiam Imbricitor,[4] et item Serenator: [5] et plures eum Frugiferum vocant, multi Urbis custodem, alii Hospitalem,[h] Amicalemque;[6] et omnium officiorum nominibus appellant. [753] Est et Militaris, et Triumphator,[7] et Propagator,[8] [i] et Tropæophorus;[9] [k]

χρόνου, hoc est, quendam carentem sui ortu, et nullo fine terminandum: uno verbo, Tempus. Appellatur et Fulgurator, et Tonitrualis, et Fulminator, Pluvialis item, et Serenator: et multi eum nominant Frugiferum, plurimi Tutorem urbis, alii Hospitalem, et Amicalem, ac denique vocant eum vocabulis cunctorum officiorum. Est quoque Bellicus, et Triumphator, et Protensor finium, et tropæorum auctor; et

—3 *Dicitur et.* Ita Florent. Fulv. Edd. Elm. Scriv. Flor. A Mss. et Edd. ceteris absunt. *Oud.*—4 *Et jam imbricitor.* Lege, *etiam imbricitor.* Colvius. Legendum omnino, *etiam.* Vulcanius. Lege: *etiam.* Wowerius. Carent his Edd. ante Ald. 'Spiritus austri imbricitor' Ennio l. XVII. Ann. *Oud.*—5 Hic contra Mss. Bened. Vulc. Voss. habent Edd. Aldi, Junt. post. &c. Colv. Vulc. *et item dicitur Seren.* Minus bene. Edd. primæ *et idem dicitur Seren.* Id.—6 Al. *Amicabilemque.*—7 *Adpellantes. militaris et triumphator.* Ms. *Est militaris et triumphator et propagator et trophæoforos.* Scioppius in Symb. Scribo ex Ms. *appellant. Est militaris, est triumph.* Wowerius. Atque ita Bened. Voss. Sed aliter Sciopp. Vulcanius e suo cod. ediderat *appellantes. Milit. et Triumph.* Elm. cum seqq. edidit *appellant. Est et Milit. et Triumph.* Sed Florent. habet *appellant. Milit. id est Triumph.* Lego *appellant. Est et Mili-*

NOTÆ

[e] *Saturnum etiam, illi Κρόνον quasi χρόνον, id est, quendam inceptum ab origine, interminum ad finem, Tempus, appellant*] Non omni ex parte sanus videtur hic locus. Emendare dum vult Wowerius, ab Aristotelis mente recedit. Aristoteles aliter et sensu clariore habet Κρόνου δὲ, καὶ χρόνου λέγεται, διήκων ἐξ αἰῶνος ἀτέρμονος εἰς ἕτερον αἰῶνα. 'Saturni vero, seu Temporis (filius) dicitur (Jupiter), nimirum ab ævo interminato ad alterum ævum pertinens.' Ex quo loco hoc saltem infero, vocem *inceptum,* quæ est apud Apuleium, sic intelligendam esse, ut particula *in* negativa sit, significetque *non cœptum.* Hoc observato, præfixisque voci *Tempus* duobus punctis, sensum elicui in Interpretatione, qualem potui, et prout locus ipse Apuleii tulit.

[f] *Dicitur et Fulgurator, &c.*] Hæc Jovis cognomina, et alia permulta fusius explicata vide apud Lil. Gyraldum, Historiæ Deorum Syntagmate 2.

[g] *Et tonitrualis* [*etiam Imbricitor*] Aristoteli ὑέτιος, Hesychio etiam ὕης, aliis permultis ὄμβριος, Tibullo, 'Pluvius.' 'Arida nec Pluvio supplicat herba Jovi.' Jupiter Pluvius simulacrum et aram habuit in monte Hymetto, ubi Athenienses pluviam, cum opus esset, ab Jove comprecaturi sacrificabant: cujusmodi sacra Tertullianus, in Apologetico, 'Aquilicia' vocat, ab elicienda aqua, 'Aquilicia' (inquit) 'Jovi immolatis.'

[h] *Alii hospitalem*] Omisit hic illa nomina, quæ extant apud Aristote-

et multo[l] plura[l] ejusmodi apud haruspices et Romanos veteres invenies.[2] Orpheus[3] vero, hanc effari potestatem volens, his de eo[4] verbis canit:

Ζεὺς πρῶτος[5] [m] γένετο, Ζεὺς ὕστατος ἀργικέραυνος,[6] [n]
Ζεὺς κεφαλὴ, Ζεὺς μέσσα· Διὸς δ' ἐκ πάντα τέτυκται.
Ζεὺς πυθμὴν γαίης τε καὶ οὐρανοῦ ἀστερόεντος.
Ζεὺς ἄρσην γένετο, Ζεὺς ἄμβροτος ἔπλετο[7] νύμφη.
Ζεὺς πνοιὴ πάντων, Ζεὺς ἀκαμάτου πυρὸς ὁρμὴ,

reperies longe plura nomina talia in libris Aruspicum et priscorum Romanorum. Orpheus autem, volens exprimere hanc potentiam ejus, de ipso loquitur his verbis: Jupiter est primus et postremus, fulminis potens. Jupiter caput est, medium, Jovis sunt omnia munus. Jupiter est fundamentum terræ et cœli stellati. Jupiter est mas, et item fœmina immortalis. Jupiter est anima omnium, Jupiter est impetus ignis indefessi. Jupiter est radix maris. Jupiter

---

taris, est et Triumph. Prave Edd. vett. *appellantes.* Ceterum illa *militaris, &c. tropæophorus* carent Edd. ante Vulcan. *Oud.*—8 Voss. sec. *at pr.* Voss. pr. *est pr.* Id.—9 Sic Florent. Fulv. Edd. Wow. Elm. &c. A ceteris Mss. et Edd. Vulc. deest *τὸ et.* Fulv. *tropæoforos.* Voss. sec. *tropæoforus.* Aristot. hic et alii Græci *τροπαιοῦχος.* sed respexit Ap. ad etymon Jovis Feretrii. *Id.* —1 Abest copula a Wow. Ed. *Id.*—2 Mss. Vulc. Bened. Voss. cum Edd. Vulc. *inveneris.* Id.—3 Inepte Ed. Flor. *Orphæus.* A Bened. exulat *effari.* Id.—4 Scil. Jove. Sed Bened. et Voss. *de Deo.* Id.—5 Apud Euseb. III. *προπ. εὐαγ.* iidem illi versus leguntur. Latini autem in scripto nullo extant. *Wower. in Var. Lect.* Versus hos habet et Eusebius de præp. Evang. l. III. Latina versio in Ms. nulla est. *Scíopp. in Symb.*—6 *Ὕστατος ἀρχικέραυνος.* Voss. *ὕστηρος* vitiose. Scribe vero *ἀργικέραυνος,* i. e. gaudens albicante fulmine, ex Eusebio, et Homero. *Oud.* Uti ex Proclo editum quoque ab Henr. Stephano in Poësi Philos. sed *ἀρχικ.* est in Ms. Stobæi, ex quo versus hi editi sunt in Obs. Misc. vol. VII. p. 190. *J. Bosscha.*—7 Male Edd. Rom.

NOTÆ

lem, *γενέθλιος,* 'natalitius:' *ἕρκειος,* 'penetralis:' *ὁμόγνιος,* 'gentilitius:' et *πάτριος,* 'patrius.'

[i] *Et Propagator*] Finium Imperii, scilicet. Nullum habet Græcum vocabulum Aristoteles hic, quod huic Latino respondeat.

[k] *Et Tropæophorus*] Non tamen *τροπαιοφόρος,* sed *τροπαιοῦχος* dicitur Aristoteli hic, Dionysio Halicarnass. Plutarcho, et Phornuto, in De Natura Deorum.

[l] *Et multo plura*] Addit hæc Arist. *καθάρσιος,* 'Expiator:' *παλαμναῖος,* 'Sanguinarius,' sive 'ultor:' *ἱκέσιος,* 'Supplicum Præses:' *μειλίχιος* 'Placabilis,' seu 'jucundus:' *σωτὴρ,* 'Servator:' *ἐλευθέριος,* 'Assertor in libertatem:' *οὐράνιος καὶ χθόνιος,* 'Cœlestis et Terrenus.'

[m] *Ζεὺς πρῶτος, &c.*] Hos Orphei versus refert etiam Eusebius, lib. III. De Præparatione Evangelica, sed paulum immutatos.

[n] *'Αργικέραυνος* [*ἀρχικέραυνος*] Eusebius habet, *ἀργικέραυνος,* hoc est, 'coruscans fulmine.' Dictus etiam est *ἐγχεικέραυνος,* quod fulmine pro hasta uteretur: et *τερψικέραυνος,* quod fulmine gaudeat, *τερπικέραυνος,* quod fulmina vertat.

Ζεὺς πόντου ῥίζα, Ζεὺς ἥλιος, ἠδὲ σελήνη.
Ζεὺς βασιλεὺς, Ζεὺς ἀρχὸς ἁπάντων, ἀρχιγένεθλος.[8] [o]
Πάντας γὰρ κρύψας αὖτις φάος ἐς πολυγηθὲς
Ἐξ ἱερῆς κραδίης ἀνενέγκατο μέρμερα ῥέζων.[p]

[754] Fatum autem Græci εἱμαρμένην,[9] [q] a tractu [1] [r] quodam [r] causarum invicem [2] se continentium, volunt dici decretum :[3]

est Sol et Luna. Jupiter Rex, Princeps omnium, et auctor eorum originis. Cum enim omnes occultos tenuisset, extulit eos postmodum ex sacro pectore in lucem jucundam, summa cura eos contrectans. *Fatum vero, quod Græci volunt vocari εἱμαρμένην, a quadam serie causarum se mutuo continentium, iidem*

Vic. Junt. pr. Bas. pr. ἔμπλετο. *Oud.*—8 Mss. et Edd. præter Florid. habent ἀρχικέραυνος. Voss. ἀτικέραυνος. Immo ἀρχιγένεθλος est quoque apud Aristot. quin in antiqua versione, quæ hic additur in Edd. vett. sed non comparet in Mss. redditur 'rei omnis Jupiter ortus:' et Vulc. vertit 'princepsque et originis auctor:' cujus versio ab eo inde ceteris Edd. adhæsit. Neutram admisi, ut non Apuleianam: quod et fecit Scriv. Porro forsan et hic ἠδὲ τελευτὴ foret rectius. *Id.*—9 Sic bene Floridus edidit, ut habent Mss. O. In Edd. usque ad Junt. post. *Fatum quod G.* Junt. post. et seqq. *fatum autem quod G.* Sed bene uncis inclusere jam τὸ *quod* Elm. et Scriv. Non habet hæc vocula verbum, quo referri possit, nec est in Mss. *Id.*—1 Εἱμαρμένην *tractu.* Legendum omnino *a tractu, &c.* hoc est, a serie et connexione quadam causarum inter se: quam quidem connexionem et cohærentiam Græci εἱρμὸν vocant: a qua voce rectius deducit Apul. εἱμαρμένην, quam alii a μερίζω, μερῶ, μέμαρκα, μέμαρμαι. abjecto vero μ, et pleonasmo literæ ἰῶτα, εἵμαρμαι. *Vulc.* Mss. O. cum Vulcan. et seqq. *a tractu.* In prioribus non est τὸ *a.* Oud. —2 Ita Vulc. Ed. tert. Elm. Scriv. Flor. Sed Mss. Vulc. Bened. Voss. et Edd. priores cum Wower. *inv. caus.* Id.—3 Suspecta hæc mihi pro glossema-

NOTÆ

[o] Ζεὺς ἀρχὸς ἁπάντων, ἀρχιγένεθλος] Sic legendum, non ἀρχικέραυνος: frustra enim repeteretur quod jam supra dictum. Euseb. legit, Ζεὺς ἀρχὴ πάντων ἠδὲ τελευτή. 'Jupiter principium et finis omnium.'

[p] Hic Latini versus in Colviana editione sic referuntur: *Jupiter omnipotens est primus et ultimus idem. Jupiter est caput et medum; Jovis omnia munus. Jupiter est fundamen humi, ac stellantis Olympi. Jupiter et mas est, et nescia fœmina mortis. Spiritus est cunctis, validi vis Jupiter ignis. Et pelagi radix. Sol Luna est Jupiter ipse. Omnipotens Rex est, rei omnis Jupiter ortus. Nam simul occuluit, rursum extulit omnia leto Corde suo e sacro, Consultor lumine, rebus.* quomodo etiam a Lil. Greg. Gyraldo laudantur Historiæ Deorum Syntag. 2. Sed non Apuleiani sunt, verum alicujus interpretis.

[q] *Fatum autem Græci εἱμαρμένην, &c.*] Non satis accurate expressit sensum Aristotelis. Fato enim (quod aliud quid esse a Deo innuere videtur) ea tribuit, quæ Aristoteles Deo ipsi, a quo etiam Fatum diversum non facit.

[r] *Εἱμαρμένην a tractu quodam, &c.*] Similiter Aristot. εἱμαρμένην δὲ διὰ τὸ εἴρειν τε καὶ χωρεῖν ἀκωλύτως, 'a nexu et progressu rerum inoffenso:' male. Neque enim εἱμαρμένη derivatur ab εἴρω, sed a μείρομαι, 'divido,' 'sor-

idem πεπρωμένην dicunt, quod omnia [s] in hoc statu rerum definita sint, nec sit in hoc mundo aliquid interminatum: idem fatum [4] μοῖραν [5] vocant, quod ex partibus constet:[t] hinc νέμεσιν,[6] [u] quod unicuique attributio sua sit ascripta. Adrastea,[w] eademque [7] ineffugibilis necessitas ultionis. [755] Sed tria fata sunt:[x] numerus cum ratione [8] temporis faciens, si potestatem earum ad ejusdem similitudinem temporis referas. Nam quod in fuso [y] perfectum est, præteriti

vocant πεπρωμένην, hoc est, statutum, eo quod in hac rerum constitutione cuncta sint statuta: neque quicquam sit in hoc mundo indeterminatum: iidem Fatum appellant μοῖραν, eo quod conflatum sit ex partibus: deinde etiam Νέμεσιν, quia singulis assignata est sua sors: item Adrastea atque eadem necessitas inevitabilis vindictæ. At sunt tres Parcæ; qui numerus convenit cum natura temporis, si distribuas earum potentiam ad instar ejusdem temporis. Quod enim observatum est in

te. Lipsius, inductus superiore *quod*, legebat *dici, decretum id est πεπρωμένην dicunt.* pro *dec. idem.* Certe sæpe τὸ *id est* in Mss. abiit in *idem.* Florent. πεπρωμένη. Voss. Edd. vett. *pepromenen.* Id.—4 *Idem Fatum.* Boxhorn. ad Suet. Tib. in f. *eidem.* Malim cum Salm. *iidem;* semper enim pro *iidem.* Id. —5 Florent. *meran.* Voss. *mæran.* Statim pro *hinc* Voss. Florent. *hic.* Id.—6 Florent. et Fulvii liber, *hic* ἔννομον. Rom. *Emiomon.* Bisciola l. VI. cap. 16. Hor. Subsec. *Elmenh.* Sic optime ex Aristot. Aldus et seqq. correxere. Ms. Fulv. ἔννεμον, Florent. Vulc. ἔννομον. Voss. sec. *ennomon.* Bened. *enomon.* Edd. primæ *Emionon* et *Emiomon.* Sed inquirendum, an νέμεσις, a νέμω, etiam aliis dicta sit ἔννομος. *Oud.*—7 Vid. Not. Var.—8 Boxhorn. ad Sueton. Tib. in f. legit, *numero cum ratione temporis facientia si p. eorum.* Τὸ

NOTÆ

tior;' unde et μοῖρα, 'sors,' cujus infra meminit. Vide Cic. lib. I. De Divinatione.

[s] *Πεπρωμένην dicunt, quod omnia, &c.*] Arist. Πεπρωμένην δὲ, διὰ τὸ πεπερατῶσθαι πάντα, καὶ μηδὲν ἐν τοῖς οὖσιν ἄπειρον εἶναι, 'quod omnia terminata sint, ac nihil in rerum natura sit infinitum.'

[t] *Μοῖραν vocant, quod ex partibus constet*]. Male vertit hæc Aristot. καὶ μοῖραν μὲν ἀπὸ τοῦ μεμερίσθαι, hoc est, 'a partitione rerum.'

[u] *Hinc νέμεσιν, &c.*] Arist. Νέμεσιν δὲ ἀπὸ τῆς ἑκάστῳ διανεμήσεως. 'a distributione, quam facit omnibus.'

[w] *Adrastea, &c.*] Aristot. Ἀδράστειαν δὲ ἀναπόδραστον αἰτίαν οὖσαν κατὰ φύσιν. Quasi causam quandam natura comparatam, quam fallere nemo queat, aut vitare. Vide Proclum in Platonis Theologiam, lib. IV. cap. 6.

[x] *Sed tria fata sunt*] Tres Parcæ Ovidio, triplices Deæ, triplicesque sorores Noctis et Erebi filias facit Hesiodus in θεογονίᾳ. Necessitatis, Plato, lib. X. de Repub. Nomina earum infra recensentur: quanquam alia nomina a Varrone referuntur apud Gell. lib. III. nempe 'Parca,' 'Nona' et 'Decima.' 'Parca' (inquit) 'immutata litera una a partu nominata: item Nona, et Decima, a partus tempestivi tempore.' Alii Parcarum hæc nomina esse voluerunt, 'Vestam,' 'Minervam,' et 'Martiam' seu 'Martem.' Plura de Parcis vide apud Lil. Gyrald. Syntag. 6.

[y] *Nam quod in fuso, &c.*] Idem ha-

temporis habet speciem, et quod torquetur in digitis,[9] momenti præsentis indicat spatia, et quod nondum ex colo tractum est,[1] subactumque cura digitorum, id futuri et consequentis sæculi posteriora videtur ostendere. Hæc [2] illis conditio ex nominum eorundem [3] proprietate contingit: ut sit Atropos [4] præteriti temporis fatum, quod ne Deus quidem [z] faciet infectum: futuri temporis Lachesis [5] [a] a fine cognominata, quod etiam illis, quæ futura sunt, finem suum

fuso, illud refert tempus transactum: illud vero, quod versatur in digitis, exhibet spatium instantis præsentis: atque illud, quod nondum avulsum est ex colo neque intortum opera digitorum, videtur indicare ulteriora spatia ævi venturi et sequentis. Illa conditio eis evenit ex proprietate nominum ipsorum: ita ut Atropos sit Parca temporis anteacti, quod ne Deus quidem efficere poterit ut non sit actum. Lachesis est Parca futuri temporis, sic dicta a fine, quoniam Deus assignavit etiam suum

············

temporis abest a Bened. *Oud.*—9 Præpositio *in* videtur παρέλκειν: Nam quod hic dicit 'Torqueri digitis;' id paulo post dicitur, 'Subigi cura digitorum.' *Vulc.* In Ms. deest vox *torquetur.* Elegantius. *Sciopp. in Symb.* Antiquus Cod. ignorat vocem: *torquetur.* Haud ineleganter. *Wower.* Tὸ *torquetur* male Fulvii liber omittit. Id paulo post dicit, 'subigi cura digitorum.' Vetus scholiastes Juvenalis manuscriptus: Tres Parcæ, ex quibus una Lachesis, altera Clotho, tertia Atropos. Una earum dicitur tenere filum, altera trahere, tertia rumpere. Vide Bisciolam Horar. Subsic. l. xv. cap. 6. *Elmenh.* Male excidit verbum *torquetur* e Cod. Fulv. *In* abundat more Apuleii, ut et monuit Vulc. licet videatur velle præpositionem delere. Sed vide ad Met. l. x. p. 754. a. et sæpissime. 'Torquere' autem verbum in hac re proprium, ut mox 'trahere.' Ovid. Met. l. xii. vs. 475. 'Stamina pollice torque.' Tibull. i. 7. 84. 'ducit inops tremula stamina torta manu.' *Oud.*—1 *Quod nondum colo tractum est.* Legendum omnino, *ex colo tractum* vel *colo extractum est.* Vulcanius. Bene, confirmantibus Mss. Bened. Voss. In Florent. *et colo.* Voss. sec. *tractus.* Oud.—2 Bened. *nec.* Id.—3 Voss. *et.* Dein Florent. Vulc. Voss. *n. ejusdem.* Bened. *nominis ejusdem.* An *ejusdem?* scil. conditionis. *Id.*—4 Vid. Not. Var.—5 Voss. sec. *Lacessis.* Pro *clotho* Bened. *clato.*

NOTÆ

bet Plato loco citato. Parcas hoc ordine atque habitu repræsentat Catullus in Pelei et Thetidis Epithalamio: 'His corpus tremulum complectens undique vestis Candida purpurea talos incinxerat ora, Et roseo mineæ residebant vertice vittæ, Æternumque manus carpebant rite laborem. Læva colum molli lana retinebat amictam; Dextera tum leviter deducens fila, supinis Formabat digitis, tum prona in pollice torquens, Libratum tereti versabat turbine fusum,' &c.

[z] *Ut sit Atropos præteriti temporis fatum, quod ne Deus quidem, &c.*] Ἄτροπος (inquit Aristot.) ἐπεὶ τὰ παρελθόντα πάντα ἄτρεπτά ἐστι. 'Quoniam omnia præterita retrorsus agi nequeunt.'

[a] *Lachesis*] A λαγχάνειν, 'sortiri,' et 'per sortem evenire.' Lachesis Aristot. quoniam εἰς πάντα ἡ κατὰ φύσιν μένει λῆξις. 'Omnia sua secundum naturam sors manet.'

Deus dederit. Clotho præsentis temporis[b] habet [756] curam, ut ipsis actionibus suadeat, ne cura solers rebus omnibus desit. *Deum* vero *ire per omnes terrasque ...*,[6] non frustra arbitrabitur, qui audiet Platonis hæc verba.[c] * * * Deus namque, sicut vetus inquit sermo, et vera continet ratio,[7] [d] principia, et fines,[8] et media rerum omnium penetrat[9] atque illustrat, et curru[1] volucri[2] superfertur. Eun-

*finem illis quæ sunt futura. Clotho curat præsens tempus, ut impellat ipsis actionibus, ad hoc ut cura solers non deficiat omnibus rebus. Ille autem non credet incassum Deum pervadere omnes terras et regiones maris, qui auscultabit hæc verba Platonis. * * * Etenim Deus, inquit Plato (quemadmodum et recta ratio docet), pervadit et illuminat initia, et extrema, ac media cunctarum rerum, ac super-*

Pro *suadeat* Ald. *suadeas.* Pro *rebus omnibus* Ed. Flor. *omnibus rebus.* Oud.—6 *Terrasque tractusque maris.* Bened. Vulc. et Edd. ante Scriver. tantum habent *terras:* sed Florent. Voss. *terrasque:* unde liquet, Auctorem ob oculos habuisse locum Virg. l. IV. Geor. vs. 221. 'Deum namque ire per omnes Terrasque tractusque maris, cœlumque profundum:' quare vel totus ille versus admittendus, vel tantum *per omnes terrasque* cum Mss. qua copula satis patet illum versum innui. Scriv. et Flor. tantum addidere illá *tractusque maris.* Id.—7 *Sicut vetus, inquit, continet ratio.* Si hæc sana essent, satis pateret, Græca Platonis verba hic non desiderari, sed Auctorem ita vertisse Aristotelica, quasi ille esset Platonis locus. At male sic Aristotelis mentem cepisset. Nam Platonis verba videntur ταῦτα δὲ πάντα ἐστὶν οὐκ ἄλλο τι πλὴν ὁ θεός. Hinc passim Platonici et Stoici 'Jupiter est, quodcumque vides;' ut similia supra habuimus. Sed perperam se habent vulgata, et τὰ *hæc verba* abunde declarant, Græca Platonis verba ab Apuleio ascripta fuisse. Pro iis, quæ vulgo leguntur, in Aristotele est ὥσπερ ὁ παλαιὸς λόγος, i. e. *sicut vetus est sermo,* vel *verbum.* In Edd. etiam ante Elmenh. et seqq. editur *inquit sicut et vera continet ratio:* et Vulc. vel Sciopp. aut Wow. de nulla suorum codicum varietate monent. In Florent. legitur *vetus inquit sicut continet ratio.* Bened. *vetus inquit continet ratio.* Elmenhorstianæ lectioni *sicut vetus, inquit, continet ratio,* accedunt Vossiani. Videtur emendandum *vetus sicut inquit sermo et vera continet ratio.* vel: *vetus inquit sermo, sicut et vera continet ratio:* nam de nihilo esse nequit istud *et vera* in aliquot Codd. et Edd. antiquis. *Id.*—8 Ita Voss. Florent. Edd. Elm. Scriv. Flor. A reliquis Mss. et Edd. abest copula. *Id.*—9 Voss. *penitrata.* Bened. *penetrata.* Id.—1 Wow. edidit contra Mss. *lustrat.* Edd. ante Elmenh. *illustrando c.* Sed *illustrata c.* Bened. Voss. *illustrat et* optime Vulc. Florent. Fulv. *Id.*—2 *Cursu volucri.* Lege cum Ms. codice,

NOTÆ

[b] *Clotho præsentis temporis, &c.*] Clotho ἀπὸ τοῦ κλώθειν, a nendo: quoniam κλώθει ἑκάστῳ τὰ οἰκεῖα, 'unicuique net quod suum est.'

[c] *Qui audiet Platonis hæc verba*] Si quem locum Platonis innuere speciatim voluerit Apuleius, is certe desideratur. At Aristoteles nullum speciatim laudat, sed tantum habet, ταῦτα δὲ πάντα ἐστιν, οὐκ ἄλλο τι, πλὴν ὁ θεὸς, καθάπερ καὶ ὁ γενναῖος Πλάτων φησίν: 'Proinde hæc omnia non aliud quicquam quam Deum esse, planum est, ut eximius Plato censuit.'

[d] *Sicut vetus, inquit,* [*continet*] *ratio, &c.*] Τὸ *inquit,* quo locus hic Platoni videtur tribui, non extat apud Aristotelem.

dem Deum ultrix Necessitas [e] semper et ubique [3] comitatur, eorum, qui a sacra lege discesserint, vindex futura: quam faciet ille mitificam,[4] qui statim a tenero et ipsis incunabulis intellexit, extimuit,[5] eique [6] se totum dedit atque permisit.

greditur illa veloci curru. Necessitas vindex semper sequitur eundem Deum et omnibus in locis, ultionem sumtura de iis qui recesserint a divina lege, quam ille sibi levem efficiet, qui cognovit, et reveritus est Deum, ac tradidit, commisitque se totum illi, statim a puero, atque ab ipsis cunis.

* * * * * * * * * * * *

curru volucri, πτερόεντι. *Vulc.* Bene Vulcanium secuti sunt Wow. &c. nam habent *curru* Mss. O. præter Fulv. Nihil crebrius hac permutatione. V. ad Flor. N. 10. De Jovis curru alato multi multa habent. Vide Comment. ad Tibull. IV. 130. 'Jupiter ipse levi vectus per inania curru.' *Oud.*—3 In Codd. Voss. et Bened. legitur *semper ultrix N. semper et ubique c.* Id.—4 Aristot. ἧς ὁ εὐδαιμονήσειν μέλλων. Edd. ante Junt. post. *ille facit*. Inepte Ed. Flor. *mirificam*. De τῷ *mitificus* vide ad Sil. It. XII. 473. *Id.*—5 Edd. ante Junt. post. *et timuit*. Junt. post. &c. Colv. Vulc. Wow. *et extimuit:* sed *et* nullus agnoscit codex, quare bene delevit Elm. &c. *Id.*—6 Male Vulc. Ed. tert. *atque*. Id.

NOTÆ

[e] *Eundem Deum ultrix Necessitas*] Aristot. non habet Ἀνάγκη, 'Necessitas:' sed Δίκη, 'Justitia.'

APULEII MADAURENSIS *

PRO SE

APUD CLAUDIUM MAXIMUM

A P O L O G I A, [a]

SIVE

D E M A G I A

LIBER.

[P. 400. *Ed. Flor.*]

CERTUS equidem eram, proque vero obtinebam, Maxime

O Claudi Maxime, et vos, qui sedetis in consessu, eram quidem certus, et pro

* In castiganda Apuleii Apologia ad manum habui septem Mstorum excerpta: *Mss. Florentinorum*, de quibus, et Lindenbrogii collatione, vide ad Florid. init. His accesserunt:

Mss. Fulvianus et *Bembinus*, de quibus vide ad Florid. init.

Ms. Lipsianus citatus a Colvio, et cujus varias lectiones in marg. Vulcanianæ Ed. hic illic notavit Is. Vossius. Ejusdem Cod. excerpta Oudendorpius margini Editionis Casaubon. annotavit, quæ exemplari Colvianæ Editionis e Bibl. Reg. Gall. allita fuerant a Viro quodam Docto a. 1597. unde ea descripsit Vir Celeb.

Ms. Pithœanus, cujus Excerpta ex eodem exemplari ibidem descripsit Oudend.

Ms. D'Orvillianus, sæc. XIII. in parvo 4to, ab ipso Oudendorpio collatus.

Reliquos Mstos, quorum variæ lectiones ad nos non venerunt, recensebimus ad calcem hujus Edit. ubi de Mstis et Edd. Apuleii breviter dicemus. In permultis autem libris scriptis, qui reliqua Auctoris opera continent, desideratur Apologia. Sed illud in primis fatale accidit luculentissimo huic libello, quod Oudendorpius morte occupatus eum aliis castigandum reliquerit. Hoc enim loco Doctissimi Viri manus desiit, et quæ sequuntur ea meæ qualicumque operæ debentur. *J. Bosscha.*

NOTÆ

[a] *Apologia*] Hanc Apologiam perperam editiones multæ in duas dispescunt: quod temere et absurde factum revincunt cum D. Augustinus,

Claudi,[b] quique in consilio[1] estis,[c] Sicinium Æmilianum,[2][d] senem notissimæ temeritatis, accusationem mei,[3] prius apud te cœptam, quam apud se cogitatam,[4][e] penuria criminum,[f] solis conviciis impleturum.[5] Quippe insimulari quivis innocens potest: revinci,[6] nisi nocens, non potest.

vero habebam, Sicinium Æmilianum, senem audaciæ spectatissimæ, relaturum tantummodo maledictis accusationem, quam adversus me incepit, antequam apud se eam meditatus esset, scilicet propter inopiam criminum. Nam quilibet insons potest accusari, sed nemo potest convinci, nisi noxius. Qua sola re ego præsertim fretus,

1 Alii, *concilio.*—2 Ed. Vic. *Scinium Æm.* Ven. *Scin. Æm.* Ms. D'Orv. *Siccin. Æm.* ut et infra. *J. Bosscha.*—3 Edd. Rom. Vic. Ven. *actionem m.* Per se non male, ut 'reus agi' dicitur, qui accusatur. Sed tum, puto, alio verbo, forensi magis, usus esset Auctor: *actionem institutam, editam, inlatam, motam*, vel sim. Infra quoque ubique *accusatio* non *actio* occurrit. p. 405. Ed. Flor. 'his ipsis verbis accusationem mei ingressus est.' p. 402. 'proprio nomine accusationem sustinere.' p. 418. 'An vos potius calumniosi, qui etiam hæc in accusatione.' Dein Ms. Bemb. *accus. nostri*, et infra 'probandi nostri.' Sed ubique hic sing. num. utitur Auctor: 'Quo ego confisus,' &c. *J. Bos.*—4 Ed. Ven. *cæpte.* Ms. Bemb. *cognitam.* Male. *cogitare* est, meditari. *Id.*—5 Edd. Ven. Junt. Bas. pr. *convitiis.* Ven. Vic. *impleturi.* Id.—6 Prorsus hoc damnat Chr. Crusius Probabil. Crit. Lips. A. 1753. et pro eo legi vult *re convinci.* Immo, Apuleianum est *revincere* pro *convincere.* cf. Oudend. ad Met. lib. VIII. p. 536. b. et multus est in hoc verbo noster Auctor. Infra p. 561. 'illud etiam ... falso objectum revincam.' p. 494. 'neque testimonio aliquo, neque argumento revincar.' cf. et p. 479. 506. 515. 528. et alibi passim. Neque tamen solus Apul. sic locutus est. Liv. quoque lib. VI. c. 26. 'Crimina revicta rebus, verbis confutare.' Gell. lib. VI. c. 2. 'in culpa et in maleficio revicti sunt:' ubi cf. Gronov. Tertull. Apolog. cap. 1. 'quam iniquitatem idem titulus et onerat et revincit:' eod. cap. extr. 'quod revinceris ignorare.' Vid. et cap. 3. extr. et passim apud illum Auctorem. Cunc-

NOTÆ

qui lib. VIII. de Civitate Dei unius tantum meminit, quam copiosissimam orationem vocat, tum ipse hujus orationis tenor, qui a principio ad finem est uniformis, et peroratio, quæ est unica: quod sane non sic se haberet, si duæ essent orationes. Idcirco eam uno titulo, atque uno tenore excudi curavimus post Isaac. Casaubonum, Scipionem Gentilem, et Joannem Pricæum, quorum opera præcipue in enucleandis, quæ in ea occurrunt, difficultatibus, usi sumus.

[b] *Maxime Claudi*] Is erat Africæ Proconsul, apud quem orationem hanc habuit Apuleius, qua crimen Magiæ, aliaque sibi objecta, longe a se removet.

[c] *Quique in consilio estis*] Hi erant consiliarii seu assessores Proconsulis. Vide in eam rem Titulum Cod. *de assessoribus et domesticis et cancellariis judicum.*

[d] *Sicinium Æmilianum*] Hic fuit patruus privignorum Apuleii, frater prioris mariti Pudentillæ, quæ Apuleio secundis nuptiis fuerat conjuncta.

[e] *Prius apud te cœptam, quam apud se cogitatam*] Maximæ temeritatis argumentum.

Quo ego uno præcipue confisus,[7] gratulor [f] medius fidius, quod mihi copia et facultas, te judice, obtigit, purgandæ [8] apud imperitos philosophiæ,[g] et probandi mei.[9] Quanquam istæ calumniæ, ut prima specie graves, ita ad difficultatem defensionis repentinæ fuere.[h] Nam, ut meministi, dies abhinc [1] quintus an [2] sextus est,[i] cum me causam pro uxore mea Pudentilla adversus Granios [3][k] agere aggressum,[4] de composito, nec opinantem, patroni ejus [5][l] inces-

gaudeo profecto, quod, cum sis meus judex, potestas et libertas defendendi Philosophiam apud ignaros, et me purgandi, mihi contigit. Quamvis istæ calumniæ, quemadmodum erant graves prima fronte, ita et subitæ fuerunt ad majorem difficultatem defensionis. Ut enim meministi, quinque aut sex dies effluxerunt, ex quo, cum cœpissem dicere causam pro Pudentilla mea uxore contra Granios, advocati ejus cœperunt de compacto me lacessere conviciis inopinantem, et accusare veneficiorum Ma-

ta hæc *revinci nisi noc. n. pot.* desunt in Ms. Lips. *Id.*—7 Ms. Pith. *confiso.* Mox Edd. Vic. Ven. *obtigis.* Id.—8 In membranis *purgandum.* Colvius. *Purgandum* membranæ. f. *purgandi.* Brantius. Pith. Lips. Coll. Voss. *purgandum.* Sed in ceteris Mss. videtur esse *purgandæ,* ut extat in Edd. O. *J. Bos.* —9 Bemb. ut supra, *pr. nostri.* Pith. *pr. unde.* Id.—1 Coll. Voss. *adhinc.* Id.—2 Al. *aut.*—3 Ita Mss. et Edd. pleræque. At Vulc. pr. *Cravios.* sec. cum Wower. Elmenh. *Grarios.* Male. Graniorum nomen non infrequens apud Romanos fuit. Notus est Q. Granius præco, ex Cicerone. Haud ignobilis quoque scriptor fuit Granius Flaccus, Cæsaris æqualis; (v. Heins. ad Brisson. de V. S.) cujus meminit etiam Arnob. lib. III. p. 118. *J. Bos.*—4 Ms. Pith. *aggressus sum.* Id.—5 Si rectum est quod modo præcessit, *adversus Granios,* nimirum hic scribendum, *p. eorum.* Casaubonus. Casaub. *eorum.* Graniorum nempe. Ego vulgatos Codd. sequendos puto: τὸ *ejus* commode non retuleris quam ad Æmilianum. *Pric.* Ad *Æmilianum* esse referendum τὸ *ejus* monuerat jam Scip. Gent. quem vide. Mss. Pith. *patronis ejus.* Lips. et Coll. Voss. *patronem ejus.* In Bemb. deest *ejus.* J. Bos.—

NOTÆ

[f] *Gratulor*] Gaudeo. Hoc sensu usurpavit etiam Miles. III. 'Hi gaudii nimietate gratulari;' ad quem locum vide quæ annotavimus.

[g] *Purgandæ apud imperitos philosophiæ*] Cujus observationes et experimenta apud ignaros infamabantur, quasi fuissent Magicæ superstitiones.

[h] *Ita ad difficultatem defensionis repentinæ fuere*] Id est, fuerunt subitæ: quod reddit defensionem difficiliorem, quia nempe non satis mihi reliquerunt spatii ad cogitandum.

[i] *Quintus an sextus est*] Subintellige, nescio, aut ambigo, aut aliquid simile: ut sit sensus: 'dies est quintus, vel sextus.'

[k] *Adversus Granios*] Granii illi fuerint quipiam, quos inter et Pudentillam lis intercesserit, qua in lite advocatus ei fuit Apuleius, qui et Carthagini et Romæ quoque causidicus erat.

[l] *Patroni ejus*] Æmiliani, qui forte in illo judicio aderant. Casaubonus reponebat eorum, intelligens Graniorum patronos. At, quæ sequuntur, priorem lectionem et sensum firmant.

seremaledictis, et insimulare magicorum maleficiorum,[6] ac denique necis Pontiani privigni mei,[m] cœpere. [401] Quæ ego cum intelligerem, non tam crimina judicio,[7] quam objectamenta jurgio prolata, ultro eos ad accusandum crebris flagitationibus provocavi.[8] Ibi vero Æmilianus, cum te quoque acrius[9] motum, et ex verbis rem factam[1] [n] videret, quærere occepit[2] ex diffidentia latibulum aliquod temeritati.[3] Igitur, Pontianum[4] fratris sui filium qui paulo prius occisum a me clamitarat,[5] postquam[6] ad subscribendum compellitur,[7] illico oblitus[o] est de morte cognati adoles-

gicorum, et postremo, mortis Pontiani mei privigni. Quæ cum ego viderem non tam esse criminationes productas ad judicandum, quam maledicta ad jurgandum; provocavi eos ipse frequentibus postulationibus ad me accusandum. Tunc vero Æmilianus, cum cerneret te etiam gravius commotum, et litem exortam esse ex suis verbis, cœpit quærere aliquam latebram suæ audaciæ, quia non fidebat causæ suæ. Cum ergo paulo ante clamaret Pontianum, filium sui fratris, interfectum fuisse a me, simul ac jussus est subscribere accusationi, oblitus est statim dicere de nece

6 Edd. Vic. Ven. *maleficorum*. D'Orv. Cod. statim *Pontiani* nomen per *c* scribit. *Id.*—7 Ms. Fulv. si Scioppio fides, *indicio*. JCti eum, qui crimen nuntiat vel defert, 'indicium profiteri' dicunt. Sed rectum est *judicio*. Vid. seqq. Margo Bas. pr. *judico*. Ms. D'Orv. *judicis quam oblectamenta jurgio probata video*. Pro *ultro* Pith. male *ultra*. Id.—8 Ms. D'Orv. *ad accusandum ab hiis flag. provocari*. Id.—9 Pith. *alicus*. Id.—1 Fulvius malebat: *rem fictam*. Scioppius in Symb. In suam Ed. audacter id, quasi e Ms. Fulv. recepit Wow. Groslot. in marg. conjecit *fractam*. Nil mutandum. *J. Bos.*—2 Mss. D'Orv. *accepit*. Pith. *incepit*, ex interpretatione. Frequens verbum *occipere* apud Nostrum et alios. Vid. Oudend. ad Met. lib. I. p. 22. b. *Id.*—3 D'Orv. *tenendum*. Id.—4 Edd. Vic. Ven. Junt. pr. Bas. pr. *Ig. Pontiani*. Id.—5 *Quum paulo prius occ. a me clamitaret*. Ita emendavimus vulgatam lectionem, *quem p. p. o. a me clamitarat*: quæ ferri non potest: est enim prorsus ἀσύντακτος et incohærens. Rom. Ed. *Igitur Pontiani*: cetera ut reliquæ. *Casaub.* Casauboni emendationem expresserunt Sc. Gent. Pric. Flor. sed sine libris auctoribus. Nam in Mss. O. est *clamitarat* et *quem*: nisi quod in Pith. sit *qui*. Verissime. Ex compendiosa scriptura, in *quem* facilius corrumpi potuit τὸ *qui*, quam τὸ *quum*, quod paulo aliter in Mss. scribitur. *J. Bos.*—6 Ms. Pith. Edd. Bas. pr. sec. *priusquam*. Id.—7 Ms. D'Orv. *compel-*

NOTÆ

[m] *Necis Pontiani privigni mei*] Qui tamen obierat Carthagini, dum Apuleius Œæ degeret, ut dicitur sub finem Apologiæ hujus.

[n] *Rem factam*] Litem. In Legibus 12. Tabul. 'Rei, sive litis treis arbitros dato.' A 're' vocatos esse reos non solum qui arguebantur criminis, sed generatim omnes, de quorum rebus disceptabatur, testis est Cicero in II. de Oratore.

[o] *Postquam ad subscribendum compellitur, illico oblitus, &c.*] Subscriptio Accusatoris accusationi pondus omne addebat, neque prius censebatur accusatio, quam fuisset subscripta. Id

centis, subito tacens tanti criminis descriptionem.[8] Tamen ne omnino desistere videretur,[p] calumniam Magiæ,[9] quæ[1] facilius infamatur, quam probatur, eam solum sibi delegit ad accusandum.[2] Ac ne id quidem [3] de professo audet; verum postera die [4] dat libellum, nomine privigni mei Sici-

juvenis sibi consanguinei, reticens subito delationem tanti sceleris. Nihilominus, ne videretur prorsus deserere accusationem, elegit sibi tantum ad me accusandum, crimen Magiæ, quod objicitur facilius, quam probatur. Et ne hoc quidem audet facere ex professo. Sed die sequenti offert libellum accusationis, nomine Sicinii

---

lere. Post *oblitus* non comparet *est* in Edd. Vic. Ven. *Id.*—8 An *inscriptionem* legendum, vel *subscriptionem?* horum utrumque accusantis est, 'describere' tantum dicentis vel orantis. Isidor. de different. Malim *subscriptionem.* Infra: 'et quanto tandem gravius habetur, quod in judicio subscribitur, quam quod in Epistola scribitur.' Doctissimus et amicissimus Joannes Bourdelotius (sæpius inter quisquilias has advocandus mihi) censet acquiescendum vulgata lectione. Criminis *descriptionem*, ut alibi 'scenam,' 'apparatum.' *Pric.*—9 *Illico oblitus est de morte adolescentis, subito tacens tanti criminis descriptionem. Tamen ne omnino desistere videretur, calumniam magiæ, &c....eam solum, &c.* Hæc est vulgo edita lectio, in qua nihil est quod offendat, præter Mstos fluctuantes. Primo enim pro *tacens* in Mss. Florent. Pith. Lips. est *tacere*: pro *descriptionem* in Florent. *descriptione.* Exulat *ne* a Pith. Dein in eod. Pith. et D'Orv. pro *calumniam* est *calumniæ.* Elm. et Scriv. exhibuere Florentini Cod. lectionem, quam fateor me non assequi. Infinit. *tacere* forsan inde ortus est, quod ratio locutionis *oblitus est de morte* (scil. se locutum esse, vel sim. quid) ignorabatur: sane optimus Cod. D'Orvill. servat *tacens*; in quo acquiescendum puto. Dein *calumniam Magiæ ... eam* exquisita est loquendi ratio, plus semel apud Nostrum obvia, quam librariis (extat in Edd. O. et Mss. præter D'Orv. et Pith.) ascribere non ausim. *Desistere*, etiam absolute positum, verbum juris est, de eo, qui accusationi in totum renuntiat. *Calumnia* tamen maluisse videtur Oudend. qui margini Ed. Pric. ascripsit sibi in mentem venisse *oblitus est de morte adolescentis. Subito tacere ne tanti criminis descriptionem tamen, nec omnino desistere videretur calumnia Magiæ, &c.* Sed *tantum crimen* haud dubie est necis Pontiani: ejus autem descriptionem omnino tacere videri debebat, si Magiæ calumniam *solum* sibi deligeret ad accusandum. *J. Bos.*—1 Al. *qua.*—2 V. Ind. Not. Ms. D'Orv. *ad accusandam:* non male: sed alterum Apuleianum magis. Dein Ed. Ven. *deligit.* J. Bos.—3 Edd. Vulc. Wow. *ac ne quidem:* contra Mss. licet ita etiam locutus sit Cic. ad Att. II. 16. 'Ego illud ne quidem contemnam:' item Petron. c. 11. sed Noster nusquam; et admodum rara sunt exempla. *Id.*—4 Coll. Voss.

NOTÆ

fiebat, ut ait Ulpianus, l. VII. ff. de Accusationibus et Inscriptionibus, ne facile quis prosiliret ad accusationem, cum sciret inultam sibi accusationem non futuram. Subscriptione facta, non licebat accusatori ab accusatione desistere, quin pœnis subjaceret Senatusconsulto Turpilliano latis in eos, qui ab accusatione desistunt. Hinc est quod multi multa convicio dicerent, quibus tamen subscribere in accusatione non auderent.

[p] *Ne omnino desistere videretur*] Oratorie agit Apuleius: neque enim desistere dicebatur, nisi qui accusationem subscriptam desereret, neque pœna Senatusconsulti Turpilliani cadebat in eos, qui prolata jurgio non

nii Pudentis, admodum pueri: et ascribit [5] se ei assistere,[q] novo [402] more per alium lacessendi;[6] scilicet ut, obtentu [7] ejus ætatulæ,[8 r] ipse insimulationis falsæ non plecteretur. Quod tu cum [9] solertissime animadvertisses, et idcirco eum [1] denuo jussisses proprio nomine accusationem delatam sustinere; pollicitus ita facturum, ne sic quidem quitus est,[2 s] ut cominus ageret,[t] percelli, sed jam ad-

Pudentis, mei privigni, valde juvenis, et ascribit se ei adesse, novo ritu aggrediendi alieno nomine: ut nempe ipse non puniretur ob falsam accusationem, prætextu ejus teneræ ætatis. Quod cum tu sagacissime deprehendisses, ideoque iterum jussisses eum tueri suo nomine accusationem intentatam; ne sic quidem potuit ad id adduci, quamvis promisisset se ita facturum. Et, cum ipsum urges, ut agat adversus me ex proximo, jactat e longinquo etiam in te maledicta, cum ea-

---

postea die. Id.—5 Coll. Voss. *scribit.* Male. V. Scip. Gent. *Id.*—6 Ed. Ven. *lacessandi.* Id.—7 *Scilicet ut obtentu.* Placuit hæc distinctio præ vulgata *novo more per alium lacessendi scilicet: ut obt.* Casaubonus. Vulc. distinxerat post *scilicet.* Reliquæ Edd. O. *τὸ scilicet* melius jungunt sequentibus. *J. Bos.*—8 Edd. Vic. Ven. *ætatis.* Sed sæpius hoc diminutivo usus est Noster. ut Met. lib. I. p. 9. Pric. lib. VII. p. 138. lib. X. p. 232. 233. lib. XI. p. 248. *Id.*—9 Hoc ordine extant hæc in Mss. Bemb. D'Orv. Coll. Voss. cum Ed. Junt. post. Vulgo *Quod cum tu.* In Pith. non est *tu*, uti nec in Edd. Ven. et Bas. pr. In Coll. Voss. et Ed. Rom. *animadv. solertissime.* Id.—1 Coll. Voss. *idcirco cum.* Id.—2 Vid. Not. Var.—3 Ms. Cod. *contumacie.* Colvius.

NOTÆ

probarent.

[q] *Et ascribit se ei assistere*] Notandum discrimen inter 'inscribere,' 'subscribere,' et 'ascribere.' Inscribere dicitur accusator, cum libello profitetur se reum facere aliquem criminis alicujus; quæ inscriptio libelli appellatur. Qualis fuit hæc Æmiliani, nomine privigni adversus Apuleium, infra relata. 'Hunc ego,' nomen Apuleii præcessit, 'Domine Maxime, reum apud te facere institui plurimorum maleficiorum, et manifestissimorum.' Subscribere est, confirmare inscriptionem; cum is, qui libellum dedit, subscribit se professum esse. Et hæc subscriptio est quasi vinculum, quo se accusator ad pœnam talionis obligat, si temere et falso accusaverit, aut reum non peregerit. Ascribere est ejus, qui non ipse accusat, sed assistit accusatori, ut Æmilianus hic Pudenti puero, vel tanquam tutor, vel potius tanquam nudum præstans ministerium.

[r] *Obtentu ejus ætatulæ*] Non tamen adeo puer erat Pudens ille, quin jam virilem togam sumsisset; ut inferius dicitur. Ergo magis ei ut curator assistebat Æmilianus, quam ut tutor. Pueritia porro a pœna talionis, non probato crimine, pupillum exsolvebat; ipsumque adeo tutorem ob necessitatem officii, nisi cum evidens erat calumnia: quo casu nec tutores, nec curatores poterant infamiæ pœnam effugere. Hinc est, quod Æmilianus caute et timide satis hoc in negotio se gerebat.

[s] *Ne sic quidem quitus est*] Nequivit, non potuit; scilicet compelli ad accusandum. Similiter Terentius, in

versum te contumaciter [3] eminus calumniis velitatur.[u] Ita toties [4] ab accusandi periculo [w] profugus, in assistendi venia perseveravit.[x] Igitur et priusquam causa ageretur, facile intellectu cuivis fuit, qualisnam accusatio futura esset, cujus qui fuerat auctor et machinator, idem fieri professor timeret: [5] [y] [403] ac præsertim Sicinius Æmilianus; qui, si quippiam veri in me [6] explorasset, nunquam profecto tam cunctanter [7] hominem extraneum tot tantorumque criminum postulasset; qui avunculi sui testamentum, quod

dem pertinacia. Sic toties refugiens ab accusando, ubi erat periculum, perstitit in assistendo, ubi erat impunitas. Ergo, antequam etiam causa ageretur, quilibet facile potuit cognoscere, qualis ea accusatio futura esset, quam ille non auderet profiteri, qui fuerat ejus auctor et artifex: præcipueque Sicinius Æmilianus: qui certe, si comperisset aliquid veri adversus me, nunquam timide accusasset tot et tantorum criminum me, hominem sibi alienum; siquidem diffamaverat testamentum avunculi

Codex scriptus, *contumacie*, f. *contumacibus*. Brantius. Non male: sed absque Mstorum auctoritate, non video, cur vulgatum *contumaciter* mutemus. *J. Bos.*—4 Edd. Vic. Junt. Bas. *totiens*. Id.—5 *Cujus qui fuerat professor et machinator, idem fieri auctor tim.* Nemini suspectus locus, quem fidenter tamen mendosum dico. Scribo, *Cujus qui fuerat auctor et machinator, idem fieri professor timeret*. Supra: 'Ac ne id quidem de professo audet.' Certissima emendatio nostra. *Pric.* Recte transpositione locum sanavit Pric. qui tamen textum mutare non ausus est, quod primus in sua Ed. fecit Floridus, et ex eo Editor Bip. *J. Bos.*—6 Bas. 1. *vari in me*. Colvius. Quod probo: id est pravi. *Brant.* Sed alterum tam planum est, ut non videam, quare illi præferamus lectionem, quæ probabiliter ex typothetarum errore nata est. Pro *qui si* Coll. Voss. *qui*. J. Bos.—7 *Contanter*. Flor. *cunctanter*: et sic semper. *Elmenh.* Ms. D'Orv. *cunct.* cum Edd. Junt. post. Elm. Scriv. Flor. Bip.

NOTÆ

Hecyra, Act. IV. Scena 1. 'Forma in tenebris nosci non quita est.' Male igitur, qui hic *quietus* reponunt.

[t] *Ut cominus ageret*] Directe, et de proximo me accusaret, non autem per ambages, et nomine Pudentis.

[u] *Eminus calumniis velitatur*] Indirecte, oblique, et e longinquo appetit te calumniis. De hoc verbo 'velitari' jam aliqua observavimus ad Metamorph. Proprie significat, eminus jaculari. Tractum est a velitibus, qui milites erant levis armaturæ, quorum officium jaculis et fundis prælium eminus auspicari.

[w] *Ab accusandi periculo*] Pœna talionis, quæ temerariis accusatoribus impendebat.

[x] *In assistendi venia perseveravit*] Assistendo enim tantum, talionis periculo non subjacebat.

[y] *Cujus qui fuerat auctor et machinator, idem fieri professor timeret*] Sic lege cum Pricæo. Vulgo legitur *cujus qui fuerat professor et machinator, idem fieri auctor timeret*. Emendationis ratio, quod Æmilianum instigatorem quidem, auctorem, ac suasorem fuisse accusationis Apuleii legimus; at eam nunquam ausum suo nomine profiteri.

verum sciebat, pro falso infamarit,[8] tanta quidem pervicacia,[9] ut cum Lollius Urbicus V. C.[1] 'verum videri, et ratum esse debere,' de[2] consilio consularium virorum[z] pronuntiasset, contra clarissimam vocem[3] juraverit vecordissimus iste tamen, illud testamentum fictum esse: adeo ut ægre Lollius Urbicus ab ejus pernicie[a] temperarit.[4] Quam quidem vocem,[b] et tua[5] æquitate et mea innocentia fretus, spero in hoc quoque judicio[6] erupturam.[c] Quippe

sui tanquam falsum, quod tamen sciebat esse verum; idque cum tanta obstinatione, ut, cum Lollius Urbicus V. C. pronuntiasset ex sententia Consularium virorum, illud apparere verum, et ratum habendum esse, *hic tamen stultissimus contra juraverit altissima voce, testamentum illud esse fictum; ita ut Lollius Urbicus vix abstinuerit ab ejus exitio. Quæ quidem verba ego, confisus tua æquitate et mea innocentia, spero eum quoque prolaturum in hoc judicio. Quandoquidem eo certe*

V. Ind. Not. *J. Bos.*—8 Male in omnibus libris *infamaret.* Casaubonus. Florent. *infamarit:* male. *Elmenh.* Immo bene, ut ipse edidit Elm. cum Vulc. Ed. sec. Cas. Wow. Pric. Scriv. Flor. Reliquæ Edd. cum Mss. Pith. D'Orv. *infamaret.* Bas. pr. *infamarat:* ut allevit etiam Vulc. *J. Bos.*—9 Al. *pertinacia.*—1 Ms. D'Orv. *tn̄ Lellius U. V. C.* Edd. Vic. Ven. *Lolius:* male. Vid. Inscriptio vetus apud Casaub. infra. In Ed. Ald. pro *V. C.* est *Vir Consularis.* Sed *V. C.* valet *Vir Clarissimus;* quo titulo magistratus majores in provinciis passim insigniuntur. *J. Bos.*—2 *Debere de.* Coll. Voss. *debente.* Id.—3 Al. *clarissima voce.*—4 D'Orv. *temperaret.* Ms. Pith. *eger temp.* J. Bos.—5 Ms. D'Orv. *ut tua.* Id.—6 *M. innoc. fretus subit hoc quoque jud.* Ita V. C. *Sciopp. in Symb.* Ms. Pith. *m. inn. fr. subis hoc q. i.* D'Orv. *m. inn. fr. hoc*

NOTÆ

[z] *De consilio consularium virorum*] Senatores (in quibus Consulares aliqui sæpe erant) quinque Romæ in consilio aderant Prætori, item quinque Equites. In provinciis Proconsuli aut Præsidi viginti viri, Recuperatores Peregrini appellati, ut scribit Theophilus, lib. I. Institut. Tit. 6. Paragraph. 4. Adde Ulpian. Tit. I. Paragraph. 13.

[a] *Ab ejus pernicie*] Id est, quin eum damnaret capitis. Hoc enim sonat 'pernicies.' Tacitus, lib. IV. Annal. 'Cremucius Cordus postulatur novo ac tunc primum audito crimine, quod, &c. id perniciabile reo;' hoc est, capitale.

[b] *Quam quidem vocem*] Contumeliosam illam, qua vecordissimus Æmilianus decretum Lollii Urbici insectatus erat; qua etiam, aut ejus simili, augurator Apuleius eundem Æmilianum pro sua solita temeritate excepturum Maximi judicium, quod ipsi procuidubio futurum etiam est adversum.

[c] *Erupturam* [*erupturum*] Sic Casaubonus, pro *erupturam,* quod est in vulgatis. Refer ad Æmilianum, quem sperat erupturum, id est, emissurum verba contumeliosa in Maximum. 'Erumpere' hic active sumitur, ut apud Terentium, Eunucho: 'Erumpere gaudium.'

qui sciens innocentem criminatur:[7] eo sane facilius, quod jam, ut dixi, mentiens apud præfectum urbi [d] in amplissima causa convictus est. Namque peccatum semel, ut bonus quisque postea solicitius [9] cavet, ita qui ingenio malus [1] est, confidentius integrat;[2] ac jam de cetero, quo sæpius, eo apertius delinquit. Pudor enim, veluti vestis, quanto obsoletior [3] est, tanto incuriosius habetur. [404] Et ideo necessarium arbitror, pro integritate pudoris mei, priusquam ad rem aggrediar,[5] maledicta omnia refutare. Sustineo enim non modo meam,[6] verum etiam philosophiæ defensionem,[e] cujus magnitudo vel minimam reprehensionem pro maximo crimine [7] aspernatur.[f] Propter quod [8] paulo prius [9] patroni Æmiliani multa in me proprie conficta,[1] et alia communiter in philosophos sueta [2] ab imperitis, mer-

facilius accusat innocentem sciens et prudens, quod jam (ut dixi) convictus est mentiens apud Præfectum Urbis in causa maximi momenti: sicut enim quivis bonus, cum peccavit semel, postea studiosius cavet ne iterum peccet: ita, qui habet malam indolem, rursus peccat audacius; et postmodum, quo sæpius peccat, eo peccat manifestius. Verecundia enim est ut vestis, quæ, quanto est magis detrita, tanto magis negligitur. Atque eam ob rem puto necessarium esse ad conservandam integram meam famam refellere omnia ejus convicia, antequam ad rem ipsam veniam. Defendo enim non solum me, sed etiam Philosophiam, cujus magnitudo respuit vel minimam vituperationem, quæ ad crimen accedat: qua de causa advocati Æmiliani paulo ante deblateraverunt garrulitate venali multa privatim excogitata adversus me, et

quoque violicio. Id.—7 Coll. Voss. *criminaturi.* Id.—8 Al. *præfectum urbis.*—9 Male Ms. Lips. Edd. Vulc. pr. Wow. *solicitus.* J. Bos.—1 *Ingenio malo.* Majorem emphasin habet, quod est in D'Orv. *ingenio malus.* Sic Noster Metam. lib. XI p. 808. 'Exilis ingenio.'—2 R. *iterat.* Lipsius.—3 Pith. *absolentior.* D'Orv. *obsolentior.* Statim *tanto* deest Lips. et Coll. Voss. *J. Bos.*—4 Bas. pr. *necessariam.* Id.—5 Male in Ms. Lips. deest *ad*, ut declarant loca Auctoris infra, cit. a Drakenb. *Id.*—6 Edd. Vic. Ven. *n. m. minimam.* Id.—7 Vid. Not. Var.—8 Al. *propterea quod.*—9 Ms. D'Orv. *primus.* J. Bos.—1 V. C. *In me perperam conficta*, sed perperam: recte enim *proprie* et *communiter* inter se opponi, sciunt qui Ciceronem et Livium tritos habent. *Sciopp. in Symb.* Alii, *perperam conficta.* Perperam. *Elmenh.*—2 Scil. *confingi.* Verissimam hanc lectionem dedimus e Mss. Florent. 2. Bemb. Pith. D'Orv.

NOTÆ

[d] *Apud præfectum urbi* [*urbis*] Lollium Urbicum. Vetus inscriptio lapidis Romæ:

APOLLINI
Q. LOLLIVS VRBICVS
PRÆF. VRB.

Per Urbem intellige Romam.

[e] *Verum etiam philosophiæ defensionem*] Cujus observationes et experimenta ab Æmiliano traducebantur, quasi ad Magicas artes spectassent.

[f] *Aspernatur*] Non potest pati.

cenaria loquacitate effutierunt.[3] Quæ etsi possunt[4] ab his utiliter blatterata[5] ob mercedem, et auctoramento impudentiæ[g] depensa haberi,[6] jam concesso quodam more rabulis[7] id genus,[h] quo ferinæ solent linguæ[8] suæ virus alieno

alia generatim conficta ab ignaris adversus Philosophos. Quæ quamvis possit manifesto cognosci vane dicta fuisse ab eis propter præmium et mercedem impudentiæ suæ, cum consuetudo quædam jam concessa sit ejusmodi garrulis declamatoribus, qua solent pretio commodare venenum suæ linguæ viperinæ dolori aliorum; nihil-

Lips. quemadmodum legi oportere monitum a Salm. in marg. a V. D. in Obs. Misc. vol. II. p. 186. (qui etiam hic proponit *conficta*, quæ vox tum priori loco ejicienda) et ab Oudend. ad Suet. Aug. 23. Expressit hanc lectionem jam egregia illa Ed. Junt. post. Sed quia in reliquis Edd. legitur *in phil. ficta;* hinc in errorem inducti VV. DD. varie locum tentarunt; qui unice Mstorum ope fuerat restituendus. Vlitio ad Grat. Cyneg. 379. in mentem venit *dicta;* Crusio Prob. Crit. p. 53. *jacta,* quam conjecturam occupaverat jam alius V. D. in Obs. Misc. l. c. qui eam pluribus astruit. De τῷ *suetus* passive usurpato vid. Oudend. ad Suet. l. c. et supra ad Met. lib. VI. p. 442. b. ubi illud pari modo in Mss. quibusdam fuerat corruptum. Arnob. lib. I. pag. 3. 'Animalia terris sueta, atque in aquis degentia.' *J. Bos.*—3 Sic optime in Ms. Vulg. *effuderunt.*. Supra lib. I. Florid. 'Prius de se et Apolline quædam deliramenta barbare effutivit.' *Colv.* Roman. *effuderunt:* eadem mox, *utiliter blatterata:* hoc est, conducibiliter causæ quam tuebantur, et sui quæstus gratia: non serio neque ex animi sententia. *Casaub.* Edd. ante Colv. *effuderunt.* Ms. D'Orv. *effunderunt.* Sed Colv. cum reliquis recte dedit *effutierunt.* 'Effutire' est dicere vel proferre ea quæ dicenda vel proferenda non erant. cf. Ter. Phorm. v. 1. 18. *J. Bos.*—4 Male Vic. Ven. *e. possis.* Id.—5 *Futiliter blatterata.* Sic reposui, male ratus vulgo esse, *utiliter bl.* Colvius. Flor. 2. et Rom. *utiliter bl.* quod retinet Casaub. *Elmenh.* Scriv. revocavit lectionem vulgatam ante Colv. *utiliter*, quam et Mss. agnoscunt, et probare videtur Casaub. qui edidit tamen *futiliter*. Sed v. seqq. In D'Orv. a m. pr. deest *blatterata*. J. Bos.—6 Vid. Not. Var.—7 Male item vulgo: *fabulis.* Colvius. Mss. Florent. Bemb. D'Orv. Coll. Voss. cum Edd. ante Colv. male *fabulis.* J. Bos.—8 Sic vere Ald. Rom. et Flor. *quo ferme solent:* insubide. Infra: 'Viperæ ritu niveo denticulo atrum venenum inspirare.' *Elmenh.* D'Orv. *quod*. Mss. Florent. Lips. Edd. Vic. Vulc. Wow. Scriv. *ferme.* At ceteri Mss. cum Edd. reliquis *ferinæ:* quod sine hæsitatione recepi. De adject. 'ferinus' cf. Oud. ad Met. lib. IV. p. 273. a. Vulc. in marg. conjecit *viperæ;* quia infra est: 'Viperæ ritu niveo denticulo atrum venenum inspirare.' Sed tum leg. *viperinæ.* At 'ferinam linguam' intelligit viperinam, cui proprium est virus. Sil. Ital. XI. 559. 'tumet ingenio, fraternaque corda Non tarde agnoscas et virus futile linguæ:' ubi et verbum 'tumere' ostendit, metaphoram esse desumtam a vipera. Ceterum 'ferum'

NOTÆ

[g] *Et auctoramento impudentiæ*] Lib. II. Metam. 'Hic, inquit, auctoratus ad custodiam mariti tui fidenter accessit.' Ad quem locum vide quæ annotavimus.

[h] *Rabulis id genus*] Rabula acer est ac tumultuosus declamator, sive causidicus; sic dictus a rabie, ut Festus et Nonius volunt; vel a ravi, hoc est, raucedine, quam vociferando contrahit, ut alii.

dolori locare,[i] tamen[9] vel mea causa[1] paucis refellenda sunt, ne is, qui sedulo laboro, ut ne quid maculæ aut inhonestamenti[2] in me admittam,[3] videar cuipiam,[4] si quid ex frivolis præteriero, id agnovisse[5] potius, quam contemsisse. Est enim pudentis[6] animi et verecundi, ut mea opinio fert, vel falsas vituperationes gravari:[7] cum etiam hi, qui sibi delicti alicujus conscii sunt, tamen, cum male audiunt, impendio commoveantur, et obirascantur; quanquam, exinde ut malefacere[8] cœperunt, consueverint[9] male audire. [405] Quod si a ceteris silentium est, tamen ipsi sibimet conscii sunt, posse se[1] merito increpari. Enimvero bonus et in-

ominus ea refutanda sunt paucis verbis saltem mea causa: ne ego, qui studiose hoc ago, ne dem in me locum ulli dedecori, aut probro, si quid prætermisero, etiam ex levioribus, alicui videar confessus esse illud potius, quam aspernatus. Nam (ut opinor) decet virum animi honesti et verecundi non posse ferre vel falsum vituperium; cum illi quoque, qui sciunt se commisisse aliquod crimen, valde tamen commoveantur et exardescant, quando audiunt de se male dici: quamvis assueverint sinistris de se rumoribus, ex quo inceperunt nequiter se gerere. Quod si reliqui taceant, ipsi tamen apud se sciunt se posse jure reprehendi. At vir probus et innocens, qui non habet

de serpente dixit id. Sil. vi. vs. 268. ‘ferum diducit in iras.’ *J. Bos.*—9 Sic Mss. O. cum Edd. Vic. Elm. Scriv. In reliquis *attamen*; ut Met. lib. vi. p. 424. ‘Licet tu . . . Domine fili, &c. Attamen modestiæ meæ memor.’ *Id.*—1 L. *ea c.* Lipsius.—2 Ms. Pith. *an inhon.* cf. supra ad p. 400. *J. Bos.*—3 *Admittant.* Rom. *admittam.* recte. *Elmenh.* Edd. Vulc. et Wow. *admittant* contra Mss. et sensum. *J. Bos.*—4 Pith. et Coll. Voss. *videam.* D'Orv. *quidpiam*, ut mox *id* abundet: sed nil muto. Pejus in eod. Cod. *si quis ex fr.* Id.—5 Sic idem vet. lib. Vulgo est, *ignorisse.* Sed num, *ignovisse*, id est, ignorasse? *Colv.* De verbo ‘ignoscere’ cum 4to casu v. Burm. ad Prop. lib. ii. el. 2. v. 56. et sic habent h. l. Edd. ante Colv. sed *agnovisse* habent Mss. et flagitat sensus, ut satis patet ex similibus locis apud Pric. *J. Bos.*—6 Al. *prudentis.* —7 *Vel falsa vituperatione gravari.* Florent. *vel falsas vituperationes gravari.* Sic Lucanus: ‘Romanos odere omnes, Dominosque gravantur.’ *Elmenh.* Lego: *Falsas vituperationes g.* et sic optimi auctores loquuntur. Similiter Græci, qui *βαρύνεσθαι, μεταβάτως* ponunt. *Pric.* Recte, et probat id, cum Florentinis et Ms. Pith. Oud. ad Suet. Tib. c. 50. vel *falsam vituperationem*, sed in plurali est in Mss. et edidit jam Scriv. De hac constructione verbi ‘gravari’ adi Oud. ad Suet. l. c. et ad Met. lib. v. p. 341. a. add. Amm. Marc. xxvi. c. ult. § 17. ‘marini fremitus velut gravati repulsam versa vice consurgunt.’ In Ed. Ven. Bas. 1. est *falsa opinione.* In D'Orv. mox deest *qui.* J. Bos.—8 Vulgatum ubique ante, *ubi malefacere.* Colvius. Sed Mss. cum Edd. Colv. et seqq. *ut.* ‘Exinde ut’ frequens apud Nostrum. Adi Stewech. ad Met. lib. i. p. 75. a. *J. Bos.*—9 Ms. D'Orv. *consueverunt.* Sed v. ad Flor. N. 1. *Id.*—1 Τὸ *se* ob præcedentem syllabam excidit in Ms. Lips.

NOTÆ

[i] *Alieno dolori locare*] Id est, aliis, ut ulciscantur dolorem suum.

noxius quisque rudes et imperitas aures[2] ad male audiendum habens, et laudis assuetudine contumeliæ insolens, multo tanto[3] [k] ex animo laborat, ea sibi immerito dici, quæ[4] ipse possit aliis vere objectare. Quod si forte inepta videbor et oppido frivola velle defendere, illis debet ea res vitio verti,[5] quibus turpe est etiam hæc objectasse: non mihi culpæ dari, cui honestum erit etiam hæc diluisse.[6] Audisti ergo[7] paulo prius, in principio accusationis ita dici: 'Accusamus apud te philosophum formosum,[l] et tam Græce, quam Latine' (proh nefas![8]) 'disertissimum.' Nisi fallor enim, his ipsis verbis accusationem mei ingres-

aures assuefactas maledictis, quoniam solitus est laudari, quanto minus assuevit contumeliam pati, tanto gravius fert ea sibi injuste dici, quæ ipse possit vere exprobrare aliis. Quod si forte videar velle refellere inepta, et valde futilia, culpa refundenda est in eos, quos etiam pudere debet objecisse mihi hæc: non autem in me, cui erit etiam laudabile ea refutasse. Igitur audivisti paulo ante, initio accusationis hujus sic dici: Accusamus coram te Philosophum pulchrum, et *proh scelus!* eloquentissimum tam in Græca, quam in Latina Lingua. *Nam, ni fallor, Tannonius*

Ed. Ven. *consciis.* Id.—2 Vid. Not. Var.—3 Panciorib. vulg. *contumeliæ insolens, multo tamen.* Colvius. Vocem *quanto* delent Flor. et Rom. Flor. *multo tanta:* male. *Elmenh.* *Quanto* deest Mss. Florent. D'Orv. Edd. Vic. Junt. Ald. Bas. Bene: ut solet Ap. Adi ad Met. lib. VI. init. lib. VII. p. 474. lib. X. p. 717. e quibus locis, et ibi notatis, patet, male easdem Edd. cum Ms. D'Orv. habere *multo tamen.* Ms. Florent. *multo tanta.* Pith. *assuetum tanto contum.* De ellipsi τοῦ *magis* vel *potius* omnia nota sunt. *J. Bos.*—4 Pith. *ei s.... quam.* Id.—5 *Varti.* Sic Scriv. Al. *verti.* Id.—6 Ms. *hoc diluisse.* Colvius. Pith. *ita h. d.* Ms. Lips. *et h. d.* Coll. Voss. *hoc dil.* J. Bos.—7 Pith. Coll. Voss. *aud. igitur.* Id.—8 Edd. Vulc. Wow. *Pro n.* sed reliquæ cum Mss.

NOTÆ

[k] *Multo tanto*] Tanto magis, aut tanto gravius. Locutio Apuleio familiaris.

[l] *Formosum*] Pulchritudinem, præsertim cum ampliori sui cura conjunctam, viris vitio sæpe datam legimus, utpote mollitiei et impudicitiæ argumentum: quæ vitia cum a ceteris hominibus, tum maxime a Philosophis remota esse debent. At mihi valde verisimile videtur Æmilianum, aut potius ejus patronum, Tannonium Pudentem, formam et facundiam Apuleii commemorasse non per criminationem, ut fingit Apuleius, sed tantum ut judicem cautiorem et circumspectiorem redderet, ne formæ illius et facundiæ illecebris caperetur; Apuleium autem oratorio artificio verba ejus hic alio detorquere, scilicet ut adversarios suos deridendos ostendat, tanquam parum sanos, qui egregias illas dotes, pulchritudinem et eloquentiam, objiciant tanquam vitia.

sus est Tannonius Pudens,[9] homo vere ille quidem non disertissimus.[1] Quod utinam[2] tam gravia formæ et facundiæ crimina[m] vere mihi opprobrasset![3] non difficile ei respondissem, quod Homericus Alexander[4] Hectori:

Οὔτοι[5] ἀπόβλητ' ἐστὶ[n] θεῶν ἐρικυδέα δῶρα,[6]
Ὅσσα κεν[7] αὐτοὶ δῶσιν, ἑκὼν δ' οὐκ ἄν τις ἕλοιτο.

[406] Hæc ego de forma respondissem: præterea, licere[8] etiam philosophis,[9] esse vultu liberali: Pythagoram, qui[o] primum sese[1] philosophum nuncuparit,[p] eum sui sæculi

Pudens, vir quidem haud facundissimus, incepit meam accusationem his ipsis verbis. Atque utinam vere mihi objecisset tam atrocia crimina pulchritudinis et eloquentiæ! facile ei retulissem quod Paris Hectori apud Homerum: Non rejicienda sunt Deorum valde illustria dona, Quæ ipsi dant; volens autem quis non consequeretur. *Ego hæc reposuissem de pulchritudine: præterea, licere etiam Philosophis esse pulchra facie. Pythagoram, qui primus se nominavit Philosophum, fuisse*

---

proh n. Id.—9 Coll. Voss. *Tanon.* Marg. Bas. pr. *Prudens:* sed *Pudens* Mss. et Edd. O. hic et infra. *Id.*—1 Al. *quidem disert.*—2 Perperam in Ms. D'Orv. est *qui utinam*, quamvis probante Latino Latinio. Edd. Vic. Ven. *qui si etiam.* J. Bos.—3 *Facundiæ crimina non mihi opprobrasset.* Ita V. C. *Sciopp. in Symb.* Male. *J. Bos.*—4 Ms. *Alexandro.* Id.—5 Ita leg. cum Scriv. vulgo οὔτι. Id. —6 Ed. Ven. δωαρ. *Id.*—7 Ed. Junt. post. ὅσσα καί. et mox αὔ τις. Cæterum in Edd. Ald. et Ms. D'Orv. Græca desunt. Versionem Latinam addunt Edd. ante Scriver. cum Bip. hujusmodi: *Munera Deum gloriosissima nequaquam aspernanda* (Pith. Lips. cum Ed. Ald. *aspernunda*): *quæ tamen ab ipsis tribui sueta, multis volentibus non obtingunt* (Pith. *obtingent*). Sed et in Junt. post. jam deest versio, quam nec ego Apuleianam puto. *Idem.*—8 Edd. Vic. Ven. *licet.* Idem.—9 Edd. ante Elmenhorstius, excepta Junt. post. *philosophos.* Sed *philosophis* est etiam in Mss. quare id omnino est retinendum. De utraque constructione v. Heins. ad Ovid. Her. Epist. XIV. vs. 64. qui etiam h. l. monet legendum esse *philosophis*, et Oudend. ad Cæs. de B. G. VI. 35. de B. Civ. III. init. *Idem.*—1 Mss. Pith. *esse se.* Florent. *se esse.* Lips. et D'Orv. simpliciter *esse.* Sed bene correxit Colv. seu

NOTÆ

[m] *Tam gravia formæ et facundiæ crimina*] Εἰρωνικῶς.

[n] Οὔτοι ἀπόβλητ' ἐστὶ, *&c.*] Habentur hi versus lib. Iliad. III. vs. 65. Verti in interpretatione eos versus ad verbum.

[o] *Pythagoram, qui, &c. eum sui sæculi excellentissima forma fuisse*] De eo Laërtius in ejus Vita: Καὶ γὰρ καὶ σεμνοπρεπέστατος λέγεται γενέσθαι. καὶ αὐτοῦ οἱ μαθηταὶ δόξαν εἶχον περὶ αὐτοῦ, ὡς εἴη Ἀπόλλων ἐξ Ὑπερβορέων ἀφιγμένος: 'Quin et venustissimæ formæ fuisse traditur: adeo ut illum discipuli opinarentur Apollinem esse, qui ex Hyperboreis venisset.' Neque solum dum esset Pythagoras, sed etiam bello Trojano, dum Panthoidés Euphorbus erat: eum enim a pulchritudine laudat Apollonius apud Philostratum lib. VIII. cap. 3. et dum esset Alce meretrix, ut habet A. Gellius Noct. Attic. lib. IV. cap. 11. si tamen ejus μετεμψυχώσει credere fas est.

[p] *Qui primum sese philosophum nuncuparit*] Cum ante eum ceteri σοφοὺς

excellentissima forma fuisse: item Zenonem illum antiquum Velia [2] oriundum,[q r] qui primus omnium dictionem [3] solertissimo artificio ambifariam dissolverit,[s] eum quoque Zenonem longe decorissimum fuisse, ut Plato autumat.[t] Itemque multos philosophos ab ore honestissimos memoriæ prodi, qui gratiam corporis [5] morum honestamentis ornaverunt. Sed hæc defensio, ut dixi, aliquammultum [6]

formosissimum suæ ætatis: præterea priscum illum Zenonem Eleatem, qui primus ingeniosissima arte divisit orationem in duas partes, illum etiam Zenonem, inquam, fuisse perquam formosissimum, ut Plato dicit. Multos item Philosophos vultu pulcherrimos celebrari, qui decoraverunt formam corporis honestate vitæ. Verum,

potius Lips. ad oram Bas. pr. *Id.*—2 Corrigit Lipsius, *Elea.* Zeno *Eleates.* Colvius. Errat vir ille doctissimus cui ait Colvius placere ut *Elea* scribatur: quasi non idem sint Ἐλέα et *Velia.* Casaubonus. Fulvius: *Elea.* Sciopp. in Symb. Sic Florent. 2. quod inscite Lipsius et Fulvius convertunt in *Ælia.* Vide Andreæ Schotti Observ. lib. v. c. 15. *Elmenh.* Pueriliter magnus vir hoc loco lapsus est, qui *Elea* reponit; quod Zeno Eleates esset: quasi non idem sit *Velia*, et *Elea.* Servius in lib. VI. Æneid. 'Velia dicta est a paludibus, quibus cingitur, quas Græci ἕλη dicunt. Fuit ergo Helia, sed accepit Digamma, et facta Velia, ut Enetus, Venetus.' Plura hujus generis legas apud Dionysium in Antiquitatibus Romanis, et Terentianum Maurum de Syllabis: et nos exposuimus in libris de Antiquis Italiæ linguis. Sic Andalusia hodie provincia Hispaniæ, quæ Vandalusia olim, utpote a Vandalis dicta, teste Sancio Hist. Hispaniæ lib. I. c. 7. *Scip. Gent.* Vulc. Edd. sec. et tert. *Elea.* Sed reliquæ Edd. cum Mss. *Velia.* De *Elea* sive *Velia* Lucaniæ urbe cf. Simson. Chron. ad ann. 3470. *J. Bos.*—3 Vid. Not. Var.—4 Al. *et Plato.* —5 D'Orv. *corporum.* J. Bos.—6 Ven. Rom. *tamen quam multum.* Ald. *aliquo multum.* Notavimus alibi supra. *Colv.* Edd. Vic. Ven. Rom. *tamen quam m.* Ald. et Junt. post. *aliquo m.* sed recte Mss. cum reliquis Edd. *aliquam mul-*

NOTÆ

se, hoc est, sapientes dictitarent.

[q] *Zenonem illum antiquum Velia oriundum*] Hic fuit Zeno Eleates, Italicæ Philosophiæ, qui successit Parmenidi, et ipsi Leucippus. Fuit et alius Zeno, Cittieus, Eleate posterior, Ionicæ Philosophiæ, qui Crateti successit, et ei Cleanthes. Sex alios Zenones enumerat Laërtius in Cittiei Vita, quem vide.

[r] *Velia oriundum*] Velia Lucaniæ oppidum est, in sinu Pæstano conditum a Phocensibus. Velia dicta fuit prius Ἐλέα, et incolæ ipsius, Eleatæ: haud procul sita a Promontorio Palinuro dicto. Portus Velini meminit Virgil. Æneid. VI. 'Portusque require Velinos.'

[s] *Qui primus omnium dictionem, &c. ambifariam dissolverit*] In Rhetoricam et Dialecticam. Quintilianus lib. II. cap. 20. 'Cum duo sint genera orationis: altera perpetua, quæ Rhetorice dicitur; altera concisa, quæ Dialectice: quas quidem Zeno adeo conjunxit, ut hanc compressæ in pugnum manui, illam explicatæ diceret similem,' &c.

[t] *Longe decorissimum fuisse, ut Plato autumat*] In Parmenide. Quin et Laërtius, in ejus Vita, ait eum fuisse Parmenidis delicium.

a me remota est: cui, præter formæ mediocritatem, continuatio etiam literati laboris omnem gratiam corpore deterget,[7] habitudinem tenuat, succum exsorbet,[8] colorem obliterat, vigorem debilitat. [407] Capillus ipse, quem isti aperto mendacio ad lenocinium decoris promissum dixere, — vides, quam sit [9] amœnus ac delicatus,[1] — horrore implexus atque impeditus, stuppeo tomento [u] assimilis, et inæqualiter hirtus, et globosus, et congestus; prorsum [2] inenodabilis diutina incuria, non modo comendi,[3] sed saltem expediendi et discriminandi. Satis, ut puto, crinium crimen, quod illi quasi capitale [4] intenderunt,[5] refutatum

ut dixi, hæc defensio parum mihi congruit, cui, præterquam quod parum formosus sum, assiduitas etiam studiorum adimit omnem venustatem ex corpore, attenuat habitum corporis, exsugit succum, delet colorem, infirmat vires. Coma ipsa, quam illi manifesto mentientes dixerunt nutritam esse ad illecebras venustatis, cernis quam non sit pulchra et delicata, sed implicata hispiditate, et intricata, similis funi ex stuppis, et hirsuta inæqualiter, glomerataque, et condensata; plane inextricabilis ob longam negligentiam, non solum eam pectendi, sed vel extricandi, ac separandi. Crimen capillorum, quod mihi objecerunt tanquam capitale, jam satis refutatum est, ut arbitror.

tum. Adi Oudend. ad Met. lib. I. p. 74. b. *J. Bos.*—7 Pith. *detegit.* Lips. D'Orv. *detergit.* Eadem varietas Met. lib. IV. p. 313. ubi adi Oudend. *Id.*—8 Sic recte Scriv. Al. *exorbet.* Id.—9 *Quam non sit.* Particulam *non* male omittunt Florentini Mss. *Elmenh.* Omittunt eam quoque Mss. Pith. Lips. probante V. D. in Obs. Misc. vol. II. p. 187. vel, *vide quam sit am.* per ironiam: ut infra pag. 472. 'vide, quam ipsi sese revincant.' Sed pag. 536. 'vides, quam similia contendam:' quare id mutatum nolim. Sed *non* Mstorum auctoritate ejiciendum. Pro eo in D'Orv. est *nam.* Ironiam amat Noster. Vide Ind. *J. Bosscha.*—1 Ms. Lips. *et dedic.* Idem.—2 Sic Mss. Florent. D'Orv. Coll. Voss. cum Ed. Scriv. probante V. D. in Misc. Obs. l. supra cit. Vulgo *prorsus.* Sed *prorsum* dixit etiam Noster Met. l. v. p. 319. et Flor. N. 18. fluctuantibus tamen utroque loco Mss. *Id.*—3 V. C. *non modo gēnendi.* Sciopp. in Symb. *Comendi* est in Edd. O. Sed Pith. *concmdi.* et Wow. in Var. Lect. quasi e Fulv. Cod. *concernendi:* unde Crus. Prob. Crit. c. 9. conjicit *concinnandi.* Sed 'concinnare' simpliciter est, in ordinem componere: atque non satis id verbum differt ab 'expediendo' et 'discriminando,' quam ut ea sibi opponi recte possint. 'Comere' vero, quod proprium est verbum de cura capillorum (v. Drakenb. ad Sil. Ital. VII. vs. 460.) notat non tantum capillos componere, sed et ornare, unde et 'comere,' absolute, ornandi significationem accepit. V. Gronov. Diatr. Stat. c. 27. Auson. Epigr. I. 3. 'Come serenatam duplici diademate frontem:' ubi cf. Vinet. et Clar. Urb. 6. vs. 17. Quare cum Mss. reliquis in vulgata scriptura acquiesco. *J. Bos.*—4 Al. *q. ut. cap.*—5 D'Orv. *intendere.* Id.—6 Ms. *re-*

NOTÆ

[u] *Stuppeo tomento [tormento]* Recte. Nec quicquam immutandum est. *Tormentum* hic funis est, a torquendo sic dictus, quod ex stuppis intortis fiat, et intorqueatur.

est.[6] De eloquentia vero, si qua mihi fuisset, neque mirum, neque invidiosum deberet[7] videri, si[8] ab ineunte ævo unis studiis literarum ex summis viribus[9] deditus, omnibus aliis spretis voluptatibus, ad hoc ævi,[1] haud sciam, anne super omnes homines[2] impenso labore, diuque noctuque, cum despectu[3] et dispendio bonæ valetudinis, eam quæsissem. Sed nihil[4] ab eloquentia metuant, quam ego, si quid[5] omnino promovi, potius spero, quam præsto.[w] Sane[6] quidem, si verum est, quod Statium Cæcilium[x] in suis Poëmatibus scripsisse dicunt,[7] Innocentiam eloquentiam esse; ego vero[8] profiteor ista ratione,

Quantum autem ad eloquentiam, si habuissem aliquam, neque id deberet videri mirum, neque invidendum, si ego incumbens totis viribus ab initio meæ vitæ solis studiis literarum, posthabitis omnibus aliis voluptatibus ad hoc usque tempus, acquisivissem eam die et nocte labore fortasse majori, quam ceteri, cum contemtu et damno meæ bonæ valetudinis. Sed nihil sibi timeant ab eloquentia, quam ego potius expecto, quam exhibeo, si quid tamen omnino profeci. Certe, si verum est quod Statius Cæcilius dicitur scripsisse in suis Carminibus, Innocentiam esse eloquentiam, *ego*

futat? Colvius. Coll. Voss. *refutatum* sine *est.* Pith. et D'Orv. *refutatur.* J. Bos.—7 Pith. *nec mirum nec inv. deb.* Id.—8 Oudend. marg. Ed. Pric. allevit, *qui:* sed in Mss. et Edd. O. est *si.* Id.—9 Stewechius, *Et summis viribus:* male. Vide Indicem. *Elmenh.* V. Oudend. ad Met. l. II. p. 169. b. et Ind. Cum Stewechio facit Gulielmius, teste Groslot. in marg. *J. Bos.*—1 Male Edd. Vic. Ven. *ad hæc ævi.* Mss. Pith. Lips. *ad hoc ei.* Aldus *ad hoc veni,* et *ut,* pro, *haud.* Id.—2 In eodem, *omnes hos.* Colvius. Ut et Coll. Voss. *J. Bos.*—3 Oud. in marg. 'Forte: *cum desp. etiam.*' Id.—4 D'Orv. *sed mihi.* Id. —5 Al. *si quidem.*—6 Idem *Sarum.* Colvius.—7 Mss. Pith. Florent. Lips. *dicanto.* Edd. Vic. Ven. Junt. pr. Ald. Bas. pr. *dicant.* J. Bos.—8 Deest *vero*

NOTÆ

[w] *Quam, &c. potius spero, quam præsto*] Id est, quam ad summum spero me consecuturum, sed nondum sum consecutus.

[x] *Statium Cæcilium*] Hujus meminit Gellius, lib. Noct. Attic. IV. c. 20. 'Statius autem,' inquit, 'servile nomen fuit. Plerique apud Veteres servi eo nomine fuerunt. Cæcilius quoque ille Comœdiarum Poëta inclytus servus fuit: et propterea nomen habuit Statius: sed postea versum est quasi in cognomentum: appellatusque Cæcilius Statius.' De hoc intelligendus Horatius in Arte Poëtica, cum ait: 'Quid autem Cæcilio Plautoque dabit Romanus ademtum Virgilio Varioque,' &c. Fuit Ennio æqualis et amicissimus, item Terentio. Enumerantur supra triginta ejus Comœdiæ a Grammaticis veteribus, quarum nihil ad nos pervenit, nisi perexiguæ quædam fragmenta, ex variis Auctoribus, qui eum laudaverunt, hinc inde collecta. Quibus et hoc addi possit ex nostro Apuleio: 'Innocentia eloquentia est.'

ac præ me fero,[9] nemini omnium de eloquentia concessurum. [408] Quis enim me hoc quidem pacto eloquentior vivat? quippe qui nihil unquam cogitavi,[1] quod eloqui non auderem.[y] Eundem me aio [2] facundissimum esse;[3] nam omne peccatum semper nefas habui; eundem disertissimum; quod nullum meum factum, vel dictum extet,[4] de quo disserere publice non possim: ita ut jam de versibus dissertabo,[5] quos a me factos [6] quasi pudendos protulerunt; [7] cum quidem [8] me animadvertisti cum risu illis succensentem,[9] quod eos absone et indocte pronuntiarent. Primo igitur legerunt [1] e Ludicris meis epistolium de dentifricio,[2] versibus scriptum ad quendam Calpurnianum: [3] [z] qui, cum adversum me eas literas promeret,[4] in-

profiteor, ac palam declaro, me hoc modo nulli homini cessurum esse eloquentia. Nam quis potest esse me eloquentior hac ratione? quandoquidem nihil unquam cogitavi, quod non auderem aperte eloqui. Dico etiam me esse facundissimum; nam existimavi semper omne peccatum esse nefas. Item me esse disertissimum, quia nihil unquam feci aut dixi, de quo non possim palam disserere: quemadmodum jam disseram de versibus, quos protulerunt a me compositos, veluti inhonestos; cum quidem vidisti me cum risu indignantem adversus illos, quia pronuntiabant eos absone et imperite. Legerunt igitur primo ex jocosis meis brevem epistolam de dentifricio, carminibus scriptam ad quendam Calpurnianum: qui, quando protulit eam

Mss. Fulv. D'Orv. Pith. Edd. Vic. Ven. *Id.*—9 Mss. Lips. Pith. *præfero me.* D'Orv. *profero me.* In reliquis *præ me fero.* Recte. Ellipsis accusativi pronominis ante Infinitivum frequens est. V. Sanct. Min. l. III. c. 7. *Id.*—1 Pith. a m. pr. *numquam cogitavi nihil:* ut duplex negatio, Græcorum more, vim habeat. Adi Oudend. ad Met. l. v. p. 334. a. Intpp. ad Nep. Att. 11. ad Propert. II. 15. 5. Bentl. ad Terent. Andr. I. 2. extr. Duker. ad Flor. III. 17. Pro *auderem* Cod. Pith. *audes.* Id.—2 Coll. Voss. *alio.* Ed. Junt. post. *animo:* quæ vox in Mss. sic scribitur *aio.* Id.—3 Τὸ *esse* adjeci ex Florentinis. *Elmenh.* Accedunt D'Orv. Pith. Edd. ante Colv. *J. Bos.*—4 Pith. *est.* Id.—5 Ed. Ven. *desirtabo.* Id.—6 Id. lib. *anfactos.* Colvius.—7 D'Orv. *protulere.* J. Bos.—8 Ald. *tu quidem.* Colvius. Contra Mss. Eleganter Ed. Junt. post. *cum equidem.* Adi Oudend. ad Met. l. I. p. 10. a. Post τὸ *quidem* deest *me* in Coll. Voss. et alia Codicis Lips. Coll. *J. Bos.*—9 V. C. *succenserem.* Vir Doctus. Pith. *succensentem,* deleto *illis.* J. Bos.—1 D'Orv. *legere:* ut supra, 'intendere,' 'protulere.' *Id.*—2 Pith. *derifr.* D'Orv. *dentifrigio.* Id.—3 Ita Mss. Sed Edd. Vic. Ven. Junt. Bas. Colv. Vulc. Wow. *Calphurn.* Elm. hic *Calphurn.* sed infra *Calpurn.* Id.—4 Ed. Ven. *promoret.* Id.—5 Al. *non vidit.*

NOTÆ

[y] *Eloquentior vivat? quippe qui, &c. quod eloqui non auderem, &c.*] Ludit in similitudine atque etymologia verborum, 'eloquentior,' 'eloqui:' 'facundissimus,' 'nefas:' 'disertissimus,' 'disserere.'

[z] *Ad quendam Calpurnianum*] Quasi vix eum noverit: notissimum tamen et familiarissimum fuisse versus sequentes indicant. Verum indignatus,

vidit[5] [a] profecto cupiditate lædendi, si quid mihi ex illis fieret criminosum, id mihi secum esse commune. Nam petisse[6] eum a me aliquid tersui dentium,[7] versus testantur:

Calpurniane, salve [b] properis [8] versibus.[c]
Misi, ut petisti,[9] mundicinas dentium,[d]
[409] Nitelas[1] oris [e] ex Arabicis frugibus,[2] [f]

epistolam contra me, præ nimio studio mihi nocendi, non vidit sane, si quid ex illis mihi crimini verteretur, illud mihi esse commune cum ipso. Nam versus ipsi ostendunt eum rogasse me aliquid, quo tergeret dentes: Calpurniane, saluto te carminibus deproperatis. Misi ad te, sicut petisti, dentifricium purgandis dentibus, Nitores oris, ex aromatis Arabiæ, Pulverem minutum, dealbantem,

Vid. Not. Var.—6 Florid. novavit in *petiisse*. Male. Met. l. VIII. p. 545. 'petisset.' L. X. p. 703. 'petissent.' cf. Flor. N. 15. de Dogm. Plat. p. 567. Ed. Flor. infra p. 505. bis: et mox 'petisti:' cf. etiam ad Met. IX. p. 394. b. Floridum tamen sequuntur Edd. Alteub. et Bip. ut ubique fere: quare eas Edd. non memorabimus, nisi ubi a Florido recedant. *J. Bos.*—7 Ms. D'Orv. corrupte *trisbi dentibus*. *Dentibus* habent quoque Pith. et Florent. *Id.*—8 Ms. Fulv. *perperis*. Id.—9 Vid. Not. Var.—1 D'Orv. *Vitales*. Pith. *Nicelas*. J. Bos.—2 Ejusmodi emendationes, qualem huic loco adhibet Salm. ad Solin. p. 398. sine Mstorum auctoritate admittendas non puto. *Id.* Vid.

NOTÆ

quod eos versus tradidisset suis adversariis, per contemtum vocat eum 'quendam.'

[a] *Invidit*] Negat. Hoc est, non vidit.

[b] *Calpurniane, salve, &c.*] Recte monet Priceus hunc versum jungendum esse cum illo: 'Misi, ut petisti, mundicinas dentium,' et sequentibus. Inter hæc autem verba: 'quod Philosophus suum nolit videri?' et: 'Vidi ego dudum,' &c. interserenda esse illa, 'Nisi forte in eo reprehendendus sum,' &c. usque ad 'pumicare gingivam,' et parenthesi includenda.

[c] *Properis versibus*] Id est, in promtu et cum festinatione factis, extemporaneis.

Mundicinas dentium] Vulgo *mundicias* contra versus modulum. Observare licet, apud Apuleium aliosque illius ævi et posteriores scriptores, plurima hujus modi atque exempli nomina. Sic Noster 'furatrinam' et 'indicinam' in Milesiis dixit. Sic Tertull. 'juridicinam' et 'vestificinam,' &c.

[e] *Nitelas oris*] Hac voce utitur Solinus, pro nitore, cap. 35. 'Nam præcipua viris gloria est in armorum nitela.' Item pro micis pulveris auri, quæ inter arenas reperiuntur, cap. 36. 'Depurgant in minium nitelas pulveris.'

[f] *Ex Arabicis frugibus*] Cinnamo, aliisve aromatis, quæ ex Arabia apportantur. Salmas. ad Solinum, pag. 165. legit, *rupibus*, et intelligit de lapide Arabico seu Arabo, de quo Plinius, lib. XXXVI. cap. 21. 'Arabus lapis ebori similis dentifriciis accommodatur crematus,' &c.

(Nisi forte in eo reprehendendus sum, quod Calpurniano pulvisculum ex Arabicis frugibus miserim: quem multo æquius erat, spurcissimo ritu Hiberorum,[3] [g] ut ait Catullus,[h]

— — — sua sibi urina [i]
Dentem, atque russam [4] pumicare gingivam.)
Tenuem,[5] candificum, nobilem pulvisculum,
Complanatorem tumidulæ [6] gingivulæ,
Converritorem pridianæ reliquiæ;
Ne quæ [7] visatur tetra labes sordium,
Restrictis forte si labellis riseris.

egregium, Qui deprimit gingivam tumentem, Qui expurgat reliquias cibi hesterni, Ne aliqua parte fœda macula sordium videatur, Si forte riseris diducendo labra. *Quidnam, oro, carmina hæc habent turpe re aut verbo? Quid prorsus, cujus philosophum pudeat? Nisi forte in hoc sum redarguendus, quod miserim pulverem ex aromatis Arabiæ Calpurniano: quem multo justius erat* sibi fricare dentes et gingivam rubram suo lotio, *ut ait Catullus, secundum morem*

Not. inf.—3 Pith. corrupte *spatiissimo irritu Hiheorum. Hiber.* Mss. et Edd. O. præter Florid. qui usitatiorem scripturam, sine aspiratione, exhibuit. Sed in Mss. ubique fere variatur: et FLUMEN HIBERUS est etiam in vet. Inscript. apud Gruter. p. 690. *J. Bos.*—4 Marg. Bas. pr. *ruffam.* Rom. *deneusam.* Ven. *deneusum.* Bas. 1. *ruffam.* Sed *russam* etiam legitur in melioribus Libris Catulli. Fl. Sosipater l. I. 'Russeum Grammatici non magis dicendum putant, quam Albeum, aut Prasineum; sed Russum, et Album, et Prasinum.' Tertullianus de corona militis: 'Et nunc russatis sanguine suo.' Huc etiam adhibe, quæ supra scripsi ad l. II. Metam. *Colv.* Lat. Latin. malebat *rufam.* Sed Gellius N, A. II. 26. 'Russus color et ruber nihil a vocabulo rufi differunt:' licet alii distinguere videantur. cf. Burm. ad Anthol. Lat. l. v. Ep. 12. vs. 11. *J. Bos.*—5 Pius ad Plauti Bacch. I. 1. *mollem:* sine causa. *Id.*—6 Ms. Pith. *tumidlæ:* vs. seq. D'Orv. *scurritorem.* Id.—7 *Nequa.* Scribe, *Ne qua:* vel, *Ne quæ:* ut etiam visum eruditissimo Dousæ fuit. *Colv.*

NOTÆ

[g] *Hiberorum*] Hispanorum, qui et Celtiberi dicebantur, a flumine Ibero, ad quem Galli quidam Celtæ sedes fixerant. Est et alia Iberia juxta Pontum, inter Colchos et Armeniam, venenorum ferax, cujus incolæ Iberi quoque et Iberes dicti sunt: a quibus profecti fuisse dicuntur, qui in Hispania habitaverunt, teste Varrone, et nomen Iberiæ ipsique Ibero fluvio dedisse.

[h] *Ut ait Catullus*] Epigrammate in Egnatium, cujus initium est: 'Egnatius quod candidos habet dentes.' At in vulgatis nostris Catulli exemplaribus paulo aliter habetur, quam in hoc Apuleii loco. Versus Catulliani sunt: 'Nunc Celtiberus, Celtiberia in terra Quod quisque minxit, hoc solet sibi mane Dentem atque russam defricare gingivam,' &c.

[i] *Sua sibi urina*] Immo, et sua et aliena, eaque in cisternis inveterata: nec dentes tantum, sed et corpus lavabant, ut refert Strabo, lib. III.

Quæso quid habent isti versus re aut verbo pudendum? quid omnino,[8] quod philosophus suum nolit[9] videri? Vidi ego dudum vix risum quosdam tenentes, cum munditias oris videlicet[1] orator ille aspere accusaret,[2] et dentifricium tanta indignatione [410] pronuntiaret, quanta nemo quisquam venenum. Quidni? crimen[3] haud contemnendum philosopho, nihil in se sordidum[4] sinere, nihil uspiam corporis apertum immundum pati[5] ac fœtulentum;[6] præsertim os, cujus in propatulo et conspicuo usus homini[7] creberrimus: sive ille[8] cuipiam osculum ferat, seu cum quiquam sermocinetur,[9] sive in auditorio

fœdissimum Hispanorum. Ego vidi jam pridem quosdam ægre temperantes a risu, cum nempe ille orator graviter criminaretur purgationem oris, et pronuntiaret dentifricium cum tanta indignatione, quanta nemo prorsus pronuntiaret venenum. Cur non? sane crimen est non leve Philosopho nihil pati in se immunditiei, nullam partem patentem corporis sinere sordidam esse et fætidam; præcipue os, quo homo sæpissime utitur aperte et conspicue: sive ille osculetur aliquem, sive colloquatur cum

----

Gœs. *ne qua*, vel *ne quæ*, ut expressit Scal. in Catal. et Collect. Pisaur. Perinde est *qua* et *quæ*, sed hoc exigit metrum. *J. Bos.*—8 Ms. Pith. *quidem o.* Id.—9 *Volunt* et ex emend. *vel* est in Pith. Pro *videri* in eod. *videre.* Id.—1 D'Orv. *viden'*. Id.—2 D'Orv. *asperet.* Grutero Suspic. Ined. xx. 10. in mentem venit *asper accusator*: male. *Id.*—3 In Codd. Rom. et Ven. erat *Quidin.* Rescribo: *Quid? an crimen haud c. p.* Meursius.—4 Ita Rom. alii *sordium.* Eadem Rom. statim *fæculentum,* non, *fætulentum.* Casaubonus. *Sordium* habent Edd. Colv. Vulc. et Wow. quod e Florent. Ms. præfert V. D. in Misc. Obs. vol. II. p. 188. per se, recte; ut de Dogm. Plat. I. p. 213. 'Abstergeas ea, quæ sordium fuerint.' Sed bene alius ibid. V. D. monet sequentia adjectiva 'apertum,' 'immundum,' 'fœtulentum' postulare *sordidum*: ut est in Mss. Pith. D'Orv. Edd. Rom. Junt. post. ceterisque, probante Salm. Pro *sinere* D'Orv. *cinere,* Pith. *sentire.* J. Bos.—5 Pro *immundum pati* Pith. *mundum pari.* Id.—6 *Feculentum.* Flor. *fætulentum*: recte. *Elmenh.* *Fæculentum* est quod multum fæcis continet, τρυγῶδες. cf. de Deo Socr. p. 681. Ed. Flor. Sed legendum est *fætulentus*, δυσῶδες, a *fætendo*, quemadmodum *fætor* sæpe ori, et animæ tribuitur. Eadem vox apud Arnob. l. VII. p. 225. 'fœtulenta viscera.' Per *c* tamen scribitur in Ms. Pith. et Edd. Rom. Vic. Ven. Vulc. sec. *J. Bos.*—7 Pith. *hominis.* Perperam. *Id.*—8 Edd. Vic. Junt. pr. Ald. Bas. pr. *illud*: haud invenuste, sed contra Mss. e quibus Pith. *illis.* Id.—9 Sic Rom. vulgati alii, *cum quicquam serm.* *Cum quiquam*, id est, cum quoquam. Sic sæpius Plautus. Cistell. 'Sed tun' unquam cum quiquam viro consuevisti?' Mercat. 'Quid tua refert, quicum istac venerit?' Persa: 'Nec satis a quiquam homine accepi.' *Colv.* Vide et Voss. de Anal. IV. 6. Plaut. Sticho IV. 2. 47. 'Quicumvis depugno multo facilius, quam cum fame.' i. e. *cum quivis*, et hoc pro *quovis.* Male igitur, pro *cum quiquam*, quod est in Edd. Rom. Vulc. Wow. Sc. Gent. Elm. dederunt Pric. Scriv. Flor. *cum quoquam*, et Casaub. *cuiquam.* In Mss. Florent. D'Orv. Edd. ante Colv. excepta Rom. est *cum quicquam*; et hoc male. Singulis verbis additur, quod ei proprium est: cum quiquam, cum singulis hominibus, sermocinamur, in audito-

dissertet, sive in templo preces alleget. Omnem quippe hominis actum[1] sermo præit: qui, ut ait poëta præcipuus,[2 k] e dentium muro[3 l] proficiscitur. Dares nunc aliquem[4] similiter grandiloquum: diceret suo more,[5 m] cumprimis cui ulla fandi cura sit, impensius cetero corpore[6] os colendum; 'quod esset animi vestibulum, et orationis janua,[n] et cogitationum comitium.[o] Ego certe pro meo captu dixerim, nihil minus,[7] quam oris illuviem, libero et liberali viro competere. Est enim ea pars hominis loco

aliquo, sive verba faciat in auditorio, sive emittat preces in fano. Verba enim præcedunt singula facta hominis, quæ verba exeunt ex septo dentium, ut ait Poëta primarius. Si esset nunc aliquis quoque magniloquus, diceret pro more suo, eum præsertim, cui cura loquendi incumbit, debere studiosius curare os, quam reliquum corpus; quia os est vestibulum mentis, et ostium sermonis, et exterius atrium cogitationum. Ego sane dicam secundum modulum mei ingenii, nihil minus convenire homini libero et honesto, quam sordes oris. Nam ea pars hominis est posita in

rio dissertamus, in templo preces allegamus. *J. Bos.*—1 Ms. Pith. *auctum.* Id.—2 Vulc. in marg. Ed. Colv. malebat comma ante *præcipuus* poni, pro *præcipue:* quasi vero et aliunde sermo proficiscatur. *Id.*—3 *E dentium muro.* Flor. *dentium muro.* Elmenhorstius. Accedunt Pith. et D'Orv. non male. *J. Bos.*—4 D'Orv. *nec aliquam:* mox pro *diceret* Ed. Vulc. tert. *disceret.* Id.—5 Placet Lipsio *suo jure.* Colvius. Distinctione prava laborabat hic locus. At Viro doctissimo cave assentiaris, qui *suo jure* voluit scribi. *Suo more,* valet, grandiloque, μεγαλληγόρως, cui opponuntur mox illa, 'pro meo captu.' *Casaub.* Non placet Lipsii conjectura, *suo jure.* Infra heic, 'nisi forte Crassus non in cubiculum reversus perrexit, sed suo more recta ad focum.' Turpil. Philopat. 'Tuo more uti soles, videre ægre mihi id pati.' *Pric.* Lipsio nemo assensum præbuit. Ante Casaubon. comma positum erat post *cumprimis.* Pro *fandi cura* Ms. Pith. *facti cā.* J. Bos.—6 Rom. *cetero corporis.* Elmenhorstius. Rom. princeps Ed. *cetero corporis.* Priceus. Sed nihil variant Mss. Noster Met. l. v. p. 362. 'ceterum corpus glabellum.' L. vi. p. 444. 'ut sola facie prominente, ceterum corpus puellæ,' &c. L. iv. p. 261. 'Ceterum Lamachum raptim reportamus:' ubi cf. Gruter. *J. Bos.*—7 Pith. *nihilo minus.* Id.—8 Al. *facunda.*—9 Edd. Rom. Vic.

NOTÆ

[k] *Poëta præcipuus*] Homerus.

[l] *E dentium muro*] Cum aliis multis in locis, tum hoc versu, Τέκνον ἐμὸν, ποῖόν σε ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων; quem sic Latine vertas: 'Filia mea, quale verbum tibi exiit ex septo dentium?'

[m] *Dares nunc aliquem, &c. diceret suo more, &c.*] Id est, Si dares, &c. ille diceret: vel, Da aliquem, et dicet: aut, Si esset aliquis, &c. diceret.

[n] *Animi vestibulum, et orationis janua, &c.*] Figurata et emphatica verba grandiloqui hominis de ore loquentis. Divus Ambrosius Hexaëmer. vi. 9. 'Quid est igitur os hominis, nisi quoddam sermonis adytum, fons disputationis, aula verborum, promtuarium voluntatis?'

[o] *Et cogitationum comitium*] 'Comitium' hoc loco est, exterius atrium, ut ex Livio et Asconio docet Langlæus Semestr. vii. 19.

celsa, visu promta, usu fœcunda.[8] Nam quidem feris et pecudibus os humile, et deorsum ad pedes dejectum, vestigio et pabulo proximum, nunquam ferme nisi mortuis, aut ad morsum exasperatis, conspicitur: hominis vero nihil prius tacentis, nihil sæpius loquentis, contemplere.[9] Velim igitur censor meus Æmilianus respondeat, [411] unquamne ipse soleat pedes lavare: vel, si id non negat, contendat majorem curam munditiarum pedibus, quam dentibus impertiendam. Plane quidem,[1] si quis, ita ut tu, Æmiliane, nunquam ferme os suum, nisi maledictis et calumniis, aperiat; censeo, ne ulla cura os percolat; neque ille exotico pulvere[2] [p] dentes emaculet, quos justius[3] carbone de rogo[q] obteruerit;[4] neque saltem communi aqua perluat. Quin, ei[5] nocens lingua, mendaciorum et amari-

loco edito, patet aspectui, et habet plurimos usus. Belluæ enim et pecudes habent quidem os pronum, et demissum deorsum pedes versus, proximum vestigiis suis et pabulo, quod fere nunquam videtur, nisi cum mortuæ sunt, aut irritatæ ad mordendum: at in homine nihil aspicias prius ore, dum tacet; nihil sæpius, dum loquitur. Cupiam ergo ut Æmilianus, corrector meus, mihi respondeat, an ipse soleat aliquando lavare pedes: aut, si hoc fatetur, contendat pedes purgandos esse majori cura, quam dentes. Equidem, si quis nunquam fere aperiat os suum nisi ad convicia, et calumnias proferendas, ut tu facis, o Æmiliane; auctor sum ut ille nulla cura colat os suum, neque purget dentes pulvere peregrino, quos justius perfricuerit carbone sumto ex busto: neque abluat eos saltem aqua vulgari, ne impediat, quomi-

Ven. *contempletur:* passive. ut 'contemplarent' active apud Nostrum Flor. N. 7. ubi vide. Sed tum legendum foret *contemplatur*, ut paulo ante 'conspicitur.' Ms. D'Orv. *contemplare*, in reliquis *contemplere:* recte. *J. Bos.* —1 Pith. *planum q.* D'Orv. *plane si quid.* Id.—2 J. de Rhoer in Fer. Daventr. p. 228. ait, sensum poscere *neque ullo exot. pulv.* atque ita jam antea conjecerat Lat. Latin. Præcessit sane 'neque ulla cura.' Melius igitur hoc, quam quod Gulielmio in mentem venit *n. illo exot. p.* Nihil tamen mutavi contra Mss. et Edd. quia minime otiosum est τὸ *ille.* 'Ne ille dentes emaculet, &c. Ceterum (i. e. sed, vel, contra) qui sese sciat rationem pronuntiarum, &c. ejus merito os... prælavitur.' *Id.*—3 Deest Ed. Vic. Mss. Pith. D'Orv. *Id.*— 4 *Obtriverit.* Flor. 2. *obteruerit.* Elmenhorstius. Quod expressi contra Edd. O. auctoribus Oudend. ad Sueton. Aug. c. 40. et ad Nostri Met. l. VII. p. 570. ubi vide, et Heinsio in Advers. p. 556. cf. et ad Nostri Flor. N. 3. p. 12. b. Ms. D'Orv. *obiverit.* J. Bos.—5 *Perluat, quin ei, &c.* Interpretatur Floridus: 'abluat, ne impediat, quominus ei,' &c. quod significare posse τὸ *quin*, non credo. Hinc Scriv. fortasse reposuit *qui*, pro *ut:* de quo vid. Gro-

NOTÆ

[p] *Exotico pulvere*] Facto nempe ex aromatis aut lapidibus ex Arabia allatis, ad dentifricia.

[q] *Carbone de rogo*] Utpote sordido, funesto, et mali ominis.

tudinum[r] præministra, semper in fœtutinis[6] et olenticetis[7] [s] suis jaceat. Nam quæ, malum,[t] ratio est; linguam mundam et lotam,[8] vocem quam[9] spurcam et tetram possidere? viperæ ritu, niveo denticulo, atrum venenum inspirare?[1] Ceterum qui sese sciat rationem[2] promturum neque inutilem, neque injucundam, ejus merito os, ut bono potui poculum, prælavitur.[3] Et quid ego[4] de homine nato[5] [u] diutius? Bellua immanis crocodilus[6] ille, qui in Nilo gignitur, ea quoque, uti[7] comperior, purgandos sibi dentes innoxio hiatu præbet. Nam, quod est ore amplo, sed elingui, et plerumque in aqua recluso, multæ hirudines[w]

nus lingua, suppeditatrix mendaciorum et amarorum dictorum, jaceat semper in suis fœtoribus, et spurcitiis. Nam æquumne est, quæso, ut quispiam habeat linguam puram et purgatam, contra vero vocem injucundam, et diram? ut insinuet nigrum virus dente candido, more viperæ? Porro os merito abluitur ab eo, qui scit se prolaturum orationem, neque inutilem, neque insuavem, quemadmodum lavatur calix ad bonum liquorem recipiendum. Sed quare ego diutius loquor de homine, et qui se talem natum esse scit? Ingens bestia, nempe ille Crocodilus, qui nascitur in Nilo flumine, præbet quoque, ut accipio, suos dentes mundandos, aperiens os suum, nec lædens purgantem. Nam, quia habet os vastum, sed absque lingua, et fere semper

nov. ad Liv. I. 43. Senzerling. in Prom. Crit. I. 3. Sed nihil opus est muta-
tione: modo post *perluat* plenius distinguatur. *Quin* valet hic, ut solet,
immo vero, *quin immo*. Id.—6 Al. *fæculinis*. al. *fœtudinis*.—7 Ms. Pith. *lentu-
ciis*. J. Bos.—8 *Ratio est . . . lotam*. Ms. D'Orv. *ratione . . . lentam*. Id.—9 Al.
contra.—1 Venet. *perinspirare*. Colvius.—2 Forte verius, *orationem*. Id. Ma-
lim *orationem*: sed alteram lectionem nonnihil confirmat similis locus de
Dogm. Plat. 'Homini promtuarium rectæ rationis et suavissimæ orationis
os datum est.' *Casaub.* Vid. Not. Var.—3 Al. *prælabitur*.—4 Ms. Pith. *quid
ago*: quia ἐλλειπτικῶς deest verbum, unde etiam pro statim sequente *nato*,
Ms. D'Orv. *narro*: male. V. ibi Casaub. *J. Bos.*—5 Alias non male Gœs. in
marg. conjecit *noto*. Id.—6 Edd. Vic. Junt. pr. Bas. pr. per duplex *ll* scri-
bunt. Ms. D'Orv. *cocodrilus*; forte pro, *corcodilus*: de qua scriptura docte
disputat Gud. ad Phædr. I. 25. *Id.*—7 D'Orv. Pith. *ut*. Id.—8 Ven. Rom.

NOTÆ

[r] *Amaritudinum*] Conviciorum, et contumeliosorum verborum.

[s] *Olenticetis*] Repone *oleticetis*, locis oleto, hoc est, humano stercore plenis.

[t] *Malum*] Adverbium indignantis, et acrius loquentis.

[u] *De homine nato*] Περὶ ἀνθρώπου φύντος vel [illegible]υκότος. Apuleius ad verbum vertit '[illegible]e homine nato.' At Cicero pro eo dicere solet, 'qui se hominem meminerit;' hæc enim est vis Græcæ locutionis.

[w] *Multæ hirudines*] Sic omnino legendum est; non *arundines*, aut *hirundines*. Ælianus de Animal. lib. III. cap. 11. 'Ο γοῦν κροκόδειλος νήχεται ἅμα καὶ κέχηνεν. ἐμπίπτουσιν οὖν αἱ βδέλλαι εἰς αὐτὸν, καὶ λυποῦσιν. ὅπερ εἰδὼς ἰατροῦ δεῖται τοῦ τροχίλου. πλήρης γὰρ αὐτῶν γενόμενος, ἐπὶ τὴν ὄχθην προελθὼν, κατὰ τῆς ἀκτῖνος κέχηνεν·

dentibus [412] implectuntur:[8] eas illi, cum egressus in præripia fluminis[x] hiavit, una ex avibus fluvialibus,[9 y]—amica avis![1]—injecto rostro sine noxæ periculo exscalpit.[2] Mitto hæc. Venio ad ceteros versus, ut illi vocant, amatorios: quos tamen tam dure et rustice legere, ut odium mo-

aquæ immersum, multæ sanguisugæ adhærescunt ejus dentibus. Cum autem exivit in marginem fluvii, et aperuit os, quædam ex volucribus flumineis, ipsius amica, extrahit eas, immittens rostrum suum absque periculo læsionis. Sed ista missa facio. Venio ad reliquos versus amatorios, quemadmodum illi appellant: quos tamen lege-

---

amplectuntur. Colvius. Non contemnenda est lectio Codd. Rom. et Ven. *dentibus amplectuntur*, quod passive accipiendum. Notum enim Veteres hæc talia promiscue extulisse, active et passive. *Meurs.* Παθητικῶς. *Brant.* V. Pric. supra. De verbis 'complecti,' 'amplecti,' &c. passive sumtis, adi Oudend. ad Met. l. x. p. 699. b. Eleganter tamen Ms. D'Orv. *multas... implectitur.* Ms. Pith. facit cum Edd. Rom. et Ven. Male. 'Hirudines implectuntur... quas trochilus exscalpit.' *J. Bos.*—9 Vid. Not. Var.—1 Sic Mss. Florent. 2. Pith. Fulv. et Edd. ante Vulcan. seo qui in marg. conjecerat *amica ejus*, quod primum comparet in Vulc. Ed. sec. et inde in Wow. Elm. Flor. Confirmatur sane hæc lectio a Ms. D'Orv. Multo tamen elegantior meo sensui est plerorumque Mss. et vetus lectio, ut, quasi per parenthesin, dicatur: *amica sane avis*, quæ hoc officium immanissimæ belluæ præstet. *J. Bos.*—2 *Exsculpit.* Ald. *exscalpit.* De hac re vide Plin. H. N. *Colv.* Minus recte vulgo, *exsculpit.* Aristoteles: καθαίρει. *Casaub.* Aldus: *exscalpit*: καθαίρει Arist. *Wower.* Alii, *exculpit*, sed *excalpit* Aldus, καθαίρει Arist. ἐξάγει Philas. *Sc. Gent.* *Exscalpit.* Ita Bapt. Pius in Annott. Poster. cap. 199. et Aldus, alii, *exsculpit.* Elmenhorstius. Edd. Vic. Junt. pr. Bas. Vulc. cum Mss. D'Orv. Pith. *exsculpit:* sed *exscalpit* Junt. post. cum ceteris, probante Salm. in marg. Adi omnino Oudend. ad Met. l. IX. p. 605. a. *J. Bos.*—3

NOTÆ

ὁ τοίνυν τροχίλος, ἐμβαλὼν τὸ ῥάμφος, ἐξάγει τὰς προειρημένας. καρτερεῖ δὲ ὠφελούμενος ὁ κροκόδειλος, καὶ ἀτρεμεῖ· καὶ ὁ μὲν ἔχει δεῖπνον τὰς βδέλλας, ὁ δὲ ὀνίναται· καὶ τὸ μηδὲν ἀδικῆσαι τὸν τροχίλον, λογίζεταί οἱ μισθόν. Hoc est: 'Crocodilus ergo natat, et simul hiat ore. Incidunt autem in illud hirudines, et eum molestia afficiunt. Id ille sentiens, trochilo ad medicinam dolori suo faciendam eget. Itaque, ubi hirudinibus confertus est, ad littus progressus, et Solis radios intuens hiat: tumque trochilus, in illius fauces rostrum inferens, hirudines extrahit; quod facillime patitur Crocodilus sentiens auxilium; ita fit ut is hirudines prandeat, ille adjuvetur: proque præmio computet trochilo, quod nihil eum lædat.' Consimilia extant apud Philen, Græcum poëtam, Carm. de Animalibus.

[x] *In præripia fluminis*] Pricæus reponebat *prærupta*, vel potius *prærupia*: at ego nihil hic mutandum censeo: tametsi id verbi nusquam, nisi hoc in loco, reperiatur. Audacissimus est talium formator noster Lucius. Per *præripia* intelligo eas partes ripæ, quæ sunt ab ipso alveo fluvii paulo remotiores.

[y] *Una ex avibus fluvialibus*] Ex loco Æliani supra laudato, et Aristotele, et Phile poëta, compertum est avem illam esse trochilum seu [illegible]